Biblioteca Museo Franz

EX-LIBRIS
FRANZ MAYER
No. W-44

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer



AD LECTOREM.

EXHIBEMUS Tibi, Lector Benevole, Quintam partem Atlantis noſtri, Orbem Maritimum ſub Neptuni faſcibus longè latèque diffuſum, & humeris ſuis impoſitum conſpectui tuo offerentis, ut, qui hactenus animum tuum & oculos Terreſtris Orbis regionum & tractuum perluſtratione paviſti, jam quoque in Oceani ſpacioſiſſimi vaſtiſſimam expanſionem exſpatiando mentem tuam recreare queas. Ut autem partibus noſtris præcedentibus effecimus, ut nullæ itinerum moleſtiæ, nulla viarum pericula, nulli formidoloſi caſus Tibi Orbis terreſtris latè longéque explicatas regiones peragranti offecerint: Ità in præſenti hoc Opere conficiundo nil prius antiquiuſque habuimus, quàm ut, horrendis tempeſtatum tumultibus, & ventorum tremendo ſonitu ululantium rabie excluſis ac remotis, in Mare tranquillum Te deduceremus, & illius navigationem Tibi periculo & diſcrimine omni carentem præſtantes, mentem tuam cupidam jucunditate dulciſſimâ perfunderemus. Jucunditatem dulciſſimam hîc offendes; non monſtra horrenda, quæ mortis metum navigantibus incutiunt: Voluptatem acceptiſſimam hîc invenies; non fluctus tremendos, qui horrore ineffabili montium inſtar ruentes navigia deglutiunt, & deglutita cum hominibus & divitiis undarum congerie ſepeliunt: Delectationem incredibilem hîc percipies; non mugitus ventorum, ac procellarum horribiles, quibus cœlum & terra miſcentur, ac formidanda coitione in mortalium ruinam conjuraſſe videntur. Voluptate autem, & delectatione tantâ fruens, quid aliud de ſumptibus, laboribus, & ſudoribus meis judicare ac teſtari poteris, quàm quod commodi, utilitatis, & voluptatis tuæ gratiâ ſuſcepti & exantlati ſtudium meum qualecunque ad ſcopum hunc unicum dirigant, ut Tuis ac totius Reipublicæ Literariæ commodis proſpiciatur. Eâ de causâ dubius hæreo, an Heracliti, an verò Democriti perſonam induenti æmulorum meorum labores meos Theonino dente rodentium, & mea opera ſuggillantium cenſura iniquior dolenda, an potius cachinnis explodenda ſit, cum videam, homines iſtos nihil, niſi quod ipſi fecerunt, rectum putare, & omninò eruditionem, & ſapientiam ſuis ſolummodo cerebellis incluſam arbitrari. Sed iniquioribus cenſuris labores meos carpant & ſtrenuè ſudores meos qua-

leſcun-

Biblioteca Museo Franz Mayer

AD LECTOREM.

lescunque bono & integro animo susceptos suggillando contemnant, per me licet. Alterum in sepulchro pedem habens ejusmodi suggillationibus ab instituto tam bono, & tàm honesto me deterreri nequaquam patior, & ad judicium Tuum æquissimum, Benevole Lector, provocans obnixè peto, ut, Tibi, & Publico Bono inserviendi studium hoc meum serium, & ex sincero animo profectum boni consulens, eâdem, quâ hactenus, Benevolentiâ, conatus & labores meos complecti non dedigneris. Quod si feceris promptiorem, & paratiorem me reddes ad accelerandam Sextam hujus Operis partem, quæ propediem hanc Quintam sequutura, quin pulcherrima quæque cognoscendi avido Tuo Animo abundè satisfactura sit, nullus dubito. Vale.

INTROITUS

In Tabularum

ORBIS MARITIMI

Hydrographicarum Delineationem, & Descriptionem.

CAPUT I.

Sphæræ Terrestris, & Elementorum Explanatio.

SPHÆRÆ in universi Machinâ medium locum obtinentis partes duas, Terram & Aquam, totius Mundi Architectus & Creator summus, ut ex Sacri Codicis testimonio liquet, in unum globum rotundum coëgit, ac syderum orbibus circum circa se rotantibus ità involvit, ut in libertimo aëre liberè pendentes, suprà omnem humani ingenii captum, à solâ & unicâ Divini Nominis potentiâ sustineantur. Aqua autem cum duplex sit, Superior nimirum & Inferior, ut Geneseos caput primum nos docet, priorem hic non intelligimus, utpote supra firmamentum locatam, sed posteriorem, cui omnipotentia Divina sub firmamento sedem suam concessit. Ex hâc terram complexu suo fovente, in secundi diei separatione, Terra ipsa in conspectum, jussu divino, prodiit, & quasi ex matrice separata in locum cum secessit, quem ipsi Divinum Numen destinaverat. Duæ igitur hæ partes locis quidem suis segregatæ, in unum tamen globum coaluerunt, qui partim liquidam aquæ humiditatem complectens, partim durissimam terræ compagem circuitui suo rotundo includens, aëris, ignis, ac cœli syderei Orbibus ità circumfunditur, ut continuo motu humiditatem suam undique emittens, eandem viribus cœlestibus imprægnatam, & indefinenti reciprocatione abeuntem & redeuntem sine ulla intermissione recipiat. Elementorum autem amicissimorum, Aquæ & aëris, commercium hoc utilissimum pacitet & globo terrestri maximè necessarium commutatione suâ efficit, ut Superiorum Sphærarum vires & virtutes inferiori, terrestri nimirum eas perpetuo desiderio expetenti, & sui conservationem desideranti perpetuâ vicissitudine communicentur. Quæ vicissitudo terram & aquam cœlestium virium participes reddens tum demum finietur, quando Creatoris omnipotentis voluntate & decreto immutabili illud tempus aderit, quo totius universi Machina destructa novo cœlo, & novâ terrâ renovabitur, quod futurum indubitato suo testimonio sacræ literæ docent.

Aqua Superior, & Inferior.

Aquæ Inferioris, cui Deus Opt. Max. in secundi diei segregatione Maris appellationem indidit, nomine humiditatem illam omnem intelligimus, quam Creator ille omnipotens à terrestri massa segregatam in proprium suum locum, abire jussit, ut propriis suis cancellis inclusa terræ humectandæ inserviat, & mutuo ab Omnipotente omnium rerum Gubernatore impositum exequatur. Cum verò omnes res sublunares quatuor Elementis, tanquam principiis suis, constent, & his tanquam quatuor columnis totus Mundus Sublunaris innitatur, par est, ut ab eorum descriptione introitum hunc ordiamur, priusquam ad ipsius aquæ descriptionem, quæ hujus nostri instituti est, descendamus.

Aqua Inferior.

Quatuor igitur Elementa seu Principia, Ignem, Aërem, Aquam, & Terram, omnes res naturales, seu omnia illa corpora naturalia, quæcumque oculis humanis subiiciuntur, aut potius sensuum beneficio percipi possunt, & solent, constituere & componere experientia testatur, & communis mortalium consensus affirmat. Hæc qualitatibus partim contrariis dissidentia, partim amicis consentientia, pugnâ illâ contrariâ, & amico rursus consensu generationis causæ sunt, & vitam producunt, ac corruptionis origines eandem dissolvunt. Ignis calori siccitas individuus comes adhæret: Aër calidus etiam est, ac præter calorem humiditate pollet: Aqua aëri humiditate respondet, sed tali, quæ frigus sensibile exhibet: Terram & siccitate & frigitate prædictam experientia confirmat.

Elementa.

Generandi modus hic est: Terra siccæ ac frigidæ Genesis qualitatis attrahentis ratione, quasi mattis, aut tio. matricis partes exequitur, & à reliquis tribus elementis, vires ex syderibus susceptas ejicientibus, virtutes expulsivâ potestate ad se derivatas recipit, iisdemque prægnans redditur, quod quatuor qualitatum ministerio contingit. Harum duas cum quodvis Elementum habeat, probè hic notandum est, quod duo semper in unâ qualitate communi ità conveniant, ut mutuam operationem suscipere possint; alterâ autem eo pacto inter se dissideant, ut ex mutuâ illâ contrarietate alterutrum alterutrius origo existat. Igni & aëri calor communis est, qui utrumque congit, quandoquidem nullus ignis est, qui aëre, cibo & nutrimento suo, quo vivit, & conservatur, carere unquam possit; cujus rei veritatem omnia corpora viventia, ac omnes herbæ, & arbores astruunt; quorum Coeporum omnium ignis & calor naturalis aëre destitutus suffocaretur, & periit. In vitali enim motu calor, tanquam causa prima & præcipua familiam ducit, ac motus ipse nunquam sine aëre vires suas exerit, utpote qui vitam ipsam in se continet, quæ mota suo nudata mox ad ignerirum ruit: Unde necessariò concluditur, quod ignis neutiquam sine aëre consistere possit, sed mox evanescat, ut primum aër ipsi subtrahitur. Una igitur & eadem qualitas facilimè utrumque Elementum, aërem puta & ignem, copulatione amicâ conjungit, in caliditate utrique communi convenientes. Sed cum humiditate & siccitate inter se dissideant, pugnâ inter duas has qualitates ortâ, humiditas expellitur, & expulsa aërem generat. Humiditate siccitas temperatur, & quasi refocillatur, adeò ut ignis siccitas humorem, tanquam nutrimentum suum necessarium, indefinenti cupiditate anheler, atque sine eo ne momentum quidem subsistere queat, utpote qui, humorem tanquam cibum suum consumendo, tamdiu vitam, & esse suum retinet, quamdiu materia aliqua consumptioni

Ignis.

Aër.

Biblioteca Museo Franz Mayer

spea eidem suppetit, mox autem in nihilum redigitur, ut primum alimenti sui dicti, humiditatis pota, defectum senserit. Nam humor, ob contrariam naturæ suæ conditionem, ab igne alienus planè, eundem fugit, ac fugâ suâ motui & vitæ originem præbet, quod infinitorum exemplorum testimonio stabiliet possem, si instituti nostri ratio illud patereatur. Uno & altero contenti erimus. Calor sive Ignis terræ internus, ut experientia ipsa suffragatur, expellendo in aëriam regionem humore, eoque viribus cœlestibus impægnato, & in aquam mutato restorbendo nunquam cessans, omnibus terrestribus coporibus vitam impertit, atque ita aërem causando, eumque iterum attrahendo communis vitæ origo existit: quæ vicissitudo utilissima pariter ac maximè necessaria, si terrestri sphæræ decesset, inanis, inculta, & sterilis jaceret, nec fructus produceret, nec animalibus ea de causâ interitaris vitam & alimentum subministraret. Sic cum omnibus vita, & mota fruentibus creaturis etiam comparatum est, in quibus calor internus profectò nulla ratione in statu & vitâ sui permanere posset, nisi quotidiani cibi & potus humore reficeretur. Ex his omnibus manifestè innotescit exortus aquæ prodeuntis ex aëre, quæ revera concretus, aut collectus aër, ab igne operatore ita immutatur, ut modo in aërem ascendens aër evadat, modò iterum descendens pluvia, & aqua fiat. Hinc Philosophis nonnullis ansa data, ut tria tantum Elementa statuerent, aquam & aërem unum ac idem elementum esse dixerint, cum tamen unum ab altero maximè discrepans, frigus si respicias, sibi mutuò inimicum sit, ipsâque aqua humiditatem frigidam, aëris humiditati calidæ planè contrariam, proprio jure possideat, ob quam profectò nec aër aqua, nec aqua aër esse potest. Quoniam enim calor & frigus maximo intervallo sejunctæ, & omninò contrariæ qualitates inter se pugnant, illud in causa est, ut oculos fugiens illa humiditas ex terrâ in aërem emissa, in ipso aëre in aquam commutetur, & in visibile corpus conversa frigus mutationis suæ authorem in se contineat. Unde nemo negare poterit, aërem & aquam unius & ejusdem qualitatis communis, humiditatis videlicet participes, nihilominus à frigiditate contrariâ eo pacto disjungi, ut aqua longè discrepantem ab aëre naturam nacta aërem fugiat, & ob gravitatem, ac frigiditatem deorsum cadat, cum tamen aër ob levitatem suam ignem aversetur, & in sublime adscendat.

Aqua.

Terra.

Terra gravissimum, & ultimum elementum ex aquæ frigiditate ortum trahit; quæ duo elementa communis hujus qualitatis, frigiditatis nimirum, communi possessione fruentia, mutuam operationem, & efficaciam promptè admittunt. Siccitas verò propria terræ qualitas, humiditatem superfluam in ipsâ consumit, eamque expellendo efficit, ut in aërem durum, & ponderosum corpus conveniatur, quod fit, dum superfluo humore ejecto, crassa & viscosa aqua in tam grave corpus compingitur, & contrahitur, quod rursus omnia quatuor elementa in se continet. In terra enim sicca calor est igneus, sine quo terra nunquam sicca evaderet, Unde aër absque non potest, ignis vigorem suum conservare debet; Aëri autem, vero ignis nutrimento, aqua, tanquam individuus socius, semper adest. Hinc tandem concludendum, quod unica & sola humiditas omnium corporum naturalium vera sit radix & verum principium: ac nullum elementum existat, quod & extera tria non possideat; Discrimen autem aut differentia oriatur ex quatuor istis qualitatibus, prout una cæteris potentior aut potior existerit. Siccitas in igne primas tenet, ac caliditatem sibi adjunctam habet, cæterisque duabus humiditate & frigiditate etiam non caret, cum in humiditatis combustione vita ignis vigeat, ipsaque humiditas percundo, & moriendo ignis vitam conserver, ac tueatur, quod

Radix omnium corporum humiditas.

omnium rerum naturalium testimonio manifestissimo firmatâ poterit. Si igitur ignis humiditatem attribuimus, quæ à calore expulsa ejiciatur, & frigus insequabili nexu humori devinctum, & terram ex humore frigido existentem ipsi adscribamus oportet, quandoquidem humiditas ejecta, in aërem conversa, & in aquam frigidam commutata tandem etiam terram frigidam & siccam ex visceribus suis deprimit.

Ex Principiis his positis liquet, quod humiditas ipsa omnium corporum radicalis, duabus diversis proprietatibus, distinguatur, aut potius duplex humidum radicale se prodat, quorum unum igni cedens à calore elevatur, & in aërem expulsum sublimia loca petit, eaque de causâ à Philosophis humiditas volatilis, seu humidum radicale volatile appellatur: Alterum verò ignis violentiam non refrenantibus à calore consumi nequit, & in ignium procellis fervidissimis stabile permanens ob constantiam suam humiditas fixa, vel humidum radicale fixum à Sapientiæ filiis nuncupatur. Hinc oritur porrò tria illa Philosophorum principia decantatissima, Sulphur, Mercurius, & Sal. Sulphur humiditas est illa fixi, seu ignis terrestris purissimus, quem nulli ignes debellare, aut vincere possunt. In hac viscositate ignea, humida, calida, fixa omnium corporum vita & virtus consistit, utpote quæ vera vitæ procreatrix & conservatrix exsitit. Mercurius est humiditas illa ignea aëria, & volatilis, seu humidum illud radicale, volatile, quod ignis violentiæ cedens aufugit, atque ideò volare dicitur, & verum est nutrimentum ignis, quod dum ab igne depascitur, & fuga sibi consulere studet, ejusdem vitam tuetur & conservat. Sal tertium Principium dat corpus, & priora duo principia radicalia uno corpore comprehendit, ità ut ipsorum domicilium sit, & habitaculum, quod illa ipsa sibi mutuâ suâ operatione construxerunt. Admirandum corpus infinitarumque virtium res, admiranda mysteria occultat, ac mortem & vitam in potestate sua habet, dum corpora naturalia à putredine & interitu sarta & tecta conservat, & è contrario omnia iterum exedit, consumit, & corrumpit.

Duo priora principia, uti dictum est, in ventre suo occultat, ac summam dulcedinem ipsum saccharum aut mel superantem, infinitisque virtutibus præditam ex intimis suis visceribus deprimit, quamvis externus ejus sapor amarus admodum, & acerbus igneo suo fervore languam furiat, & cuncta corrodat, exedat, & consumat; Quæ res imperitis hominibus nil nisi externa, & sensualia meditantibus & callentibus non modo impossibilis, & ridicula, sed etiam Naturæ ipsi repugnare videtur: Sed tamen à veris Philosophis, Naturæ intima viscera perveltigantibus, ad oculum demonstrari potest. Humidum radicale volatile, sive Mercurius, quem in corpore Salis latentem artis filii eruere norunt, humiditas est nacrima, & spiritus talis, qui igneâ suâ erosione cuncta corrodere & consumere solet, ac cum ipso igne convenit, quia ipsissimum ejus nutrimentum existit. Humidum radicale fixum seu Sulphur dulcissima, jucundissima, & Naturæ amicissima est humiditas & essentia, seu humiditas ignea, in ipso igne constantissima, quæ omnia vivificat, & in interno Salis centro abscondita, ab iis extrahi potest, quibus ars, & labores Naturæ convenientes innotuerunt. Hæc duo Principia artis beneficio ab omnibus sordibus naturæ contrariis mundata, liberata, & debito modo conjuncta decantatissimum illud Philosophorum Sulphur exhibent, cui in curandis morbis omnibus tàm stupendæ, & tàm incredibiles virtutes attribuuntur, ut verè felix ille deprædicandus sit, qui hæc humida radicalia vinculis suis fœdidis liberare, debito modo mundare, ac tandem conjungere noverit. Vix uni ex millibus credibilia effecturus dignus erit, qui in verorum Philosophorum numero collocetur.

Humidum radicale.

Fixum.

Tria principia Sulphur.

Mercurius.

Sal.

Sulphur.

De

Corruptio.

De Generatione hæc sufficiant: Corruptio, seu mors aut interitus ex eodem Elementorum fonte scaturiens, tunc extimescatur oportet, quando, unum aut alterum istorum, modum excedendo, supra alterius vires se extollit, ac corruptioni & morti aditum patefacit, ut corpora dissolvantur & pessum eant. Quam primum contigit, ut ignis potentia extrà cancellos suos evagetur, & exteroeum Elementorum vires debilitet, ac prosternat, flammâ sua modum excedente omnem humorem ità exsiccat, ut nutrimento suo debito planè destituatur, & tandem exstinguatur. Aër suos limites egressus, & cæteris validior, humiditate sua nimiâ efficit, ut ignis, vitæ author & motor, extinctus emoriatur.

Eodem planè modo Aqua & Terra excessu suo peccantes, vitæ principium ignem mox de statu suo dejiciunt, ac deturbant, dum aquæ affluentia nimia ignem vitæ suffocat, & terræ viscositas eundem tam arctis vinculis constringit, ut suffocatus omninò intereat. Hæc omnia satis manifestè & apertè docent, mortem & vitam, in hac miseriarum valle infelicissimâ, juxta se invicem positas tàm arctâ catenâ copulatas esse, ut quicquid vitam habet,

Morticino vivat, & vivendo moriatur.

CAPUT II.

De Aquæ, Maris, ac Salis Natura & Divisione.

Aqua dulcis.

Divisio Aquæ duplicem ejus proprietatem distinguit: Quædam dulcis, alia salsa est: Dulcem aquam, externum videlicet illud Elementum, interni caloris vis & efficacia ex terrâ & marî in aërem expellit, ut eodem altorum viribus & influentiis concepta diffentum y ac in medià aëris regione in pluvias, nives, grandines, ac rores convertatur, in terram redeat. Ab hoc reverso Terrestris Globus virium cœlestium particeps redditus fertilis evadit, omnis generis herbas & gramina è sinu suo educit, arbores protrudit, ac universis creaturis nutrimenta requisita sufficit. Elementum hoc mater est omnium fluviorum, omnium rivulorum, & omnium fontium, quicunque etiam ex Terrestri Globo erumpentes ejusdem superficiem percurrunt, & tandem in ipsum Mare præcipiti cursu devolvuntur.

Aqua salsa.

Aquam salsam duo corpora constituunt, dulcis nimirum aqua, & sal, qui eam naturam habet, ut in dulci aquâ soluta eidem commisceatur. Verum enimverò, cum calor aquam dulcem à corpore Salis removere, & separare possit, ità ut aqua dulcis in auram abeat, Salis verò corpus in fundo remaneat, & iterum concrescat, aperte etiam liquet, Salem ipsum Elementi aquæ portionem haudquaquam esse, sed inter ea corpora debere referri, quæ non ipsa Elementa sunt, sed ex Elementorum commixtione ortum suum trahunt, quemadmodum modo dictum est.

Mare.

Huic aquæ dulcis & salis commixtioni, Maris nomen impositum est, quod totam terram circumiens cum eâdem globum illum terrestrem absolvit, uti constat ex iis, quæ in præcedenti capite à nobis allata sunt.

Maris partitio.

Quanquam autem Mare ubique locorum eandem naturam retinens, & tanquam totum homogeneum ubique salsa aqua existens eadem manet, licet in mille partes dividatur, nihilominus omnis divisionis nescium partitiones tamen suas patitur, ac locorum, urbium, regionum, ac terrarum, quas lavat, tatione certis partibus ac nominibus distinguitur. Fit hoc tribus modis. Tota enim illa aquarum collusies, quæ hinc inde terris insula, & alibi longâ dilatatione se explicans totum Globum Terrestrem fluctibus suis aspergit, Oceanus, sive magnum Mare nuncupatur, & in quatuor partes capitales, aut Cardinales, sira & nominibus quatuor regionibus seu plagis mundi Universalibus respondentes distribuuntur. Eous sive Orientalis dicitur ille, qui regionibus Orienti Soli subjectis aquas suas potandas exhibet, & hanc partem primam Maris Magni, seu Oceani Cosmographicum tuba constituit. Occiduo, sive Occidentali Oceano, qui, altera hujus Oceani universalis pars, sub occasu solis suum est, Occidua Regiones ejusdem aquis lotæ nomen fecerunt. Australe terræ, Oceano Australi vel Notio, tertiæ Universalis Maris portioni nomen impositum est, eò quod ipsius fluctibus fricatur. Septentrionalis sive Borealis Oceanus, à Septentrione nomen accipiens, quarta dicti Oceani

Prima.

Mercurius.

Sulphur.

Secunda.

Tria principia Sulphur.

Mercurius.

Sal.

Orientalis.

Occidentalis.

Australis.

Septentrionalis.

Magni pars est, & omnes illas terras aquis suis præfundit, quæ ab Æquatore vel Æquinoctiali linea ad Arcticum Circulum litora sua emittunt. Atque hæ sunt toeius Oceani Magni, seu Universalis portiones & partes generales, quas Globi terrestris partitio à quatuor mundi plagis & regionibus cardinalibus petita subministravit. Altera Oceanum in varia maria, ac varios sinus partitur; Sicut enim aquas sinus diversarum ac variarum regionum litoribus diversis ac variis aspergit; ità etiam diversa à diversis locis nomina fortitur, quas ordine recensentes ordiemur ab Oceano Septentrionali, cujus partes sunt ut sequuntur.

Secunda.

I. Mare illud, quod regiones inter Lappiam & Obium flumen sitas undis suis verberat, Oceanum Sarmaticum à Sarmatis, qui nomine regiones illæ vocantur, Latini appellant. Altera maris pars Scythiæ conterminis Scythici Oceani nomen invenit. Sed à toto Septentrione Oceanus etiam Hyperboreus dicitur à gentibus totam illam plagam extimam incolentibus, quas veteres Hyperboreos nominate, ac multis fabulis nobilitare soliti sunt. Idem ille Oceanus Mare Cronium est appellatus à frigido Saturni Sydere, cujus dominium tota illa circumjacens plaga agnoscit: Eadem de causâ nominatum est Concretum & Amalchium, quod gentis olim illius lingua congelatum significabat; Et *Mormorusa*, quod Mare mortuum notat, ob perpetuam caliginem, & infelicem sideram imbi aspectum, maligna ac pruina tantum albicante luce, ut inquit Plinius. Tacito est mare pigrum, ac propè immotum. Hac nostra ætate mare illud vastum quod à Nova Zembla versus Tartariæ litora se latè extendit, Tartarici Oceani nomen invenit. *Mourmans-Key mare* aut Mare *Pistorbe* est Veterum Oceanus Scythicus inter Lappiam & flumen Obium. Mare Glaciale à Groenlandiæ litoribus versus Septentrionem ad Glaciei copia incredibili, quæ impedit, quò minus Hyberno tempore loca illa navibus penetrari possint, nemo accessit. Mare Septentrionale Belgis **de Groote-Zee** appellatum, à Septentrione sive Polo Arctico ad fretum illud inter Anglium & Galliam vergens ab una parte omnia Belgii, Germaniæ, Hollatiæ, Jutiæ ac Norwegiæ litora legit, ab altera vero Angliam ac Scotiam alluit. Inter Jutiam & Norwegiam magno & vasto sinu, qui Mare Balthicum sive **der Oost-See** dicitur, & à Belgis **de Oost-Zee** cognominatur, in terram proficiscitur, ac Regna, Ducatus, & Regiones sequentes, Daniam, Sueciam, Livoniam, Prussiam, Ducatum Megapolitanum, Holsatiam & Jutiam perfundit.

II. Septentrionali Oceano Orientalis succedit, in quo primus est Sericus ad Sericam Regionem, quæ in Oceanone est Kithaia vel Cathay: hunc sequitur Sinensis ab eadem qui Regno Sinarum adfunditur; Vulgò Hispanis regnum illud China vocatur, id est, ſi Germanicis literis scribas, Tschina. Huic vicinum est Hippadis Pelagus, vulgò Archipelagus S. Lazari ob multitudi-

Orientalis.

Sinensis.

A 2 nem

nem insularum in eo ad comparationem Archipelagi Europæi, id est maris Ægæi, sic dictus.

Meridionalis Oceani divisio.

III. Ab Orientali Oceano Meridionalis vastissima aquarum mole se longè lateque extendit, ac vulgari nomine Oceani Indici *seu Mar d'India* innotuit, quem Terra Australis incognita, seu Regiones Austro subjacentes ex una, ex altera verò parte Persicæ, Arabicæ, plærasque Asiæ, ac totius Æthiopiæ Orientalis in Africâ sitæ littora, finibus suis includunt. Hujus diversæ sunt ac variæ partes. Oceanus Gangeticus, Sinus Bengalensis vulgò à celeberrimo Indiæ emporio Bengala cognominatus, fluvium Gangem excipit. Mare Persicum regni Persiæ litora legit, regnumque ipsum sinu magno, qui Persicus dicitur, ab Arabiâ distinguit. Inde longo tractu Arabiæ litora tangit, & Arabicum dicitur, ibique, sinu ingenti, qui mare est rubrum, seu mare di Mecca, Asiam ab Africâ disjungit. Hinc longissimo tractu ad Insulam grandem Cernen sive Minuthiam, nostra ætate Madagascar seu Sancti Laurentii Insulæ nomine notam, & ulterius ad bonæ Spei promontorium sive extimum Africæ cornu descendens vidit Æthiopiæ Orientalis littora pulsat, & ob brevia ac syrtes propè Insulam dictam Asperum sic dicitur. At totum hoc mare Indicum, quod Gangetici, Persici, Arabici, & Asperi nominibus distinguitur, alio nomine Mare Rubrum Latinis, Græcis Erythræum cognominatur, quod à Solis repercussu nonnulli talem reddi colorem, alii ab arena, terraque, alii talem ipsius naturam esse existimarunt: vel ut alii, quorum sententia ad veritatem propius accedere videtur, à Rege Erythræ, cujus sepulchrum in Ogyri insula ejusdem maris erat. Porrò à mari Erythræo, promontorioque bonæ Spei pars altera Meridionalis Oceani incipit versus occasum, Oceanus nimirum Æthiopicus, seu mare Æthiopicum, quod à bonæ Spei promontorio seu extremo Africæ termino initium sumens, totius Æthiopiæ Occidentalis litoribus terminatur.

Occidui Oceani divisio.

IV. Tandem Occiduus Oceanus se offert, in quo etiam diversa nomina sunt notanda. Mare Atlanticum Æthiopico conjugum ea Oceani occidui est pars, quæ ad Hispaniæ Promontorium Artabrum, vulgari nomine *Cabo de la Roca* notum, se extendit, & ab Atlante Mauritaniæ rege, vel ab ejus nominis monte aut promontorio in Mauritaniæ regno sito, cognomen derivavit. Inter Africam & Europam Oceanus per fretum Gaditanum, vulgò *Stretto di Gibraltar* intumpens vastissimum & longissimum illum finum, & Maris Mediterranei appellatione notissimum efficit, qui Africæ, Asiæ, & Europæ finibus includitur. Oceanum Atlanticum Hispanicus excipit, qui à freto Gaditano usque ad promontorium *Cabo Finisterre* pergit, acinde se incurvans Cantabricum mare dat, quod Cantabriæ seu Galliciæ & Biscaiæ litora legit. Huic conterminus est Oceanus Gallicus, qui Galliæ regni litora tangit, & apud promontorium *de la Four* in Provincia Gallica, *Bretagne* nomine nota, finem invenit, cujus pars est Oceanus Aquitanicus ab Aquitaniæ Galliæ Provinciæ littoribus ita cognominatus. Britannicus Oceanus Angliam à Gallia, Hybernicus verò Hyberniam ab Anglia & Scotia secernit. Mare illud quod extimas Hyberniæ ac Scotiæ partes cingit, Oceanus Caledonius vocatur, non vero Deucaledonius, ut perperam ex Ptolomæo quidam colligunt. Scotia enim olim, unde hoc nomen deficendit, non Deucaledonia sed Caledonia, omnium probatorum authorum testimonio, appellabatur. Oceanus Germanicus pars est Oceani Septentrionalis, atque à freto inter Angliam & Galliam ad Cimbros sive Jutiam Daniæ regni provinciam subjectam se extendit ab una Angliæ & Scotiæ, ab altera verò parte Germaniæ Hollatiæ & Jutiæ litora legens.

Hæc igitur sunt nomina, in quæ totus Oceanus à veteribus divisus est. Eadem hâc nostrâ ætate maximâ ex parte servat. Verum quoniam hoc & superioribus seculis longinquarum navigationum beneficio quamplurimæ terræ veteribus incognitæ, cum magnâ maris parte, quam iidem ignoraverunt, deteclæ sunt, adeò ut veterum vocabula, ac divisiones non sufficerent, ac nova nomina requirerentur, Oceano recens conspecto recentia quædam imposita sunt vocabula, in quadam divisione nova, distributo. Quicquid aquarum inter Asiam, Americam & Magellanicam seu Australem terram interfusum est. *Hispani Mar del Zur*, id est, Mare Australe nominant, & alio nomine Pacificum, à fluctuum tranquillitate nominant. Hinc quod inter Americam, Europam & Africam usque ad lineam Æquinoctialem protenditur, *Mar del Nort*, id est, Septentrionale nuncuparunt, *Mar d'Ethiopia*, hoc est Æthiopicum, omnem inter Africam, Americam & terram Australem plagam occupat *Mar d'Indie*, inter Africam, Asiam, atque australem terram sedem suam habet.

Tertia divisio.

Maris formatur pluribus de causis.

Maris formatur pluribus de causis, qui gramen imitatur, idque ob salem illum resolutum, quem continet, quâ de causâ etiam pinguis admodum & acris est aqua marina, ac mordax, instar lixivii, adeoque crassa & gravis, ut aquam dulcem pondere superet. Ad istius rei testimonium confirmat, ipsaque fœminæ cognitum exploratumque habent, quæ virandæ illius dissolutionis causâ aëre humido existente Salem locis siccis custodiunt. Hæc si diligens naturæ indagator studiosè meditatus fuerit, facili negotio animadverter, quanta Sympathia & cognatio aquæ dulci cum sale intercedat, qui siccæ, igneæ ac magneticæ suæ virtutis efficacia & operatione aquam sive humiditatem dulcem aterrahit, in eaque glaciei instar congelatur, ac plurimas, & diversissimas figuras induit. Hic longos & rotundos visui exhibet cylindros, alle breves, ac variis angulis exornatos globos, in quibus omnibus animadvertere est varium & mirabilem naturæ lusum in formandis tot mille diversis figuris. Alius massam rotundam formar. Quidam fales albo, ac pellucido colore apparent; multi rubeo colore splendent; plurimi cineritii, & obscuri sunt, quæ differentia tàm mira ac dissolor, ex terræ copia majore aut minore illis corporibus admixta oritur. Quanto enim Crystalli ejusmodi salinæ obscuriores sunt, tanto majori terræ copia abundant, & quanto splendidius in oculos incurrunt, tanto minùs terræ illis admixtum est; quandoquidem obscuritas ex terrestri massâ ortum trahens impedimento est, quo minùs splendidæ & pellucidæ existant. Terrestre illud corpus crassissima, & maximè viscosa est Salis materia, quæ corpus ejus tàm firmis adeò vinculis constringit, ut nulla ratione efficaciæ & potentiæ suæ nobilissimæ vires ac virtutes singulares ac stupendas edere queat; quod ipsi lapides crassi, ac cætera mineralium & metallorum corpora nobis demonstrant, quorum vires terrestri ejusmodi materiæ tanquam carceri inclusæ nonnisi à veræ Philosophiæ peritis liberari, & ad usum generis humani stupendum adhiberi possunt. Quod vero non ipsa solum Terra, ac Mare, verum etiam omnia reliqua ex Elementis mixta corpora sale quamplurimo affluant, argumentis firmissimis, ac rationibus gravissimis docere possumus. Corpus humanum totum salsum sanguine abundat salso, ac fero acri & mordaci, quod ex sale ortum trahit, cujus excrementum sudor est per totius corporis poros emanans. Urinæ, muci, ac cæterorum catharrorum ex sale orientium salsedo ingenia idem confirmat, quod & in reliquis animantium corporibus reperire est. Quoniam igitur sal corporis compagem efficit, ac conservat, & basis ac fundamentum est duorum illoeum principiorum, sulphuris nimirum, ac Mercurii, necessariam illam consequutionem affert, quod nullum corpus sine eo consistere queat, sed tàm necessarii alimenti sustentatione nunquam non indigeat. Argumento quoque sunt omnia vegetabilia: Arbores puta & plantæ, quarum fructus ex floribus emergentes ab initio adeo amari, acres, ac mordaces sunt, ut liquor eorum acerbus labia conerahat, ipsosque dentes hebetes ac stupidos reddant; hoc quicquid est, sali acceptum ferendum. Ipsorum florum amaro sapore præditorum odor, qui nasum ferit, sive gratus sive ingratus, nihil aliud est quàm humidum illud radicale volatile, seu spiritus ille salinus volatilis, qui ex humido radicali fixo seu sale fixo egreditur. Utautem pluribus iisque omnium oculis expositis exemplis rem dilucidius adhuc exponamus, in memoriam cuivis illud ulterius injicere consultum nobis visum fuit, quod quærvis vegetabilia excrementis seu pingui animalium fimo laturata, tanta fertilitate luxurient, ut unumquemque in admirationem rapiant, licet labor ipse agros, prata, vineas, ac arbusta stercorandi vilis planè & abjectus rusticis demandetur. Cum verò ex tàm contempto & vili labore tantum emolumentum percipiatur, par est, ut industrius naturæ indagator causam accuratius mente percipiat, ac probè intelligat, Salem, sive salsam simi humiditatem aquæ pluviæ commixtam terræ fundo sese insinuare, ac à radicibus vegetabilium attrahi, eorumque humiditati tanquam simili suo jundam per internos meatus potiosos ascendere, ac per totum corpus ità se diffundere, & dilatare, ut luxuriosa admodum fertilitate ac numero incredibili ex ramis gemmæ, ex gemmis flores, & ex floribus fructus gratissimi prodeant. Spiritus enim corporum illorum salinus, altero ex simi excrementosa humiditate prodeunte, in auxilium sibi adjuncto eo melius & promptius officio suo fungitur, ac ex abundanti materia abundantiores fructus formar. Posteremo sententiæ hujus veritas experimento certissimo, & in vulgus noto confirmatur. Ex quovis corpore combusto & in cinetes redacto aquâ pluviâ affusâ, eâque limpidâ reddità, & evaporatâ, sal deduci potest, quod indicium facit indubitatum, salem omnibus corporibus inesse. Ac quamvis quidam, qui docti ac omnium rerum periti haberi volunt, affirment, salem illum in corpore antea non fuisse, sed tanquam novum corpus ab ipso igne excitatum esse, nihil tamen ejusmodi hominum doctam imperitiam moramur, ac apertè affirmamus, ipsos naturæ rerum hospites planè atque ignaros de ipsius indicio esse, quod unica ignis natura & propietas captum ipsorum superet. Illud nos doceant, quonam pacto salsum illud & corrosivum cerebri excrementum, quod mucum vocamus, & ipsi pituitam appellant, tanta copia generetur, quando natura illud purgandi cerebri causa per nasum expellit. Dicant, unde vis illa ignea & corrosiva, quæ nasum corrodit, lædit, & exurit, (parcite nasus), quod hoc vocabulo utamur,) proficiatur: unde tanta erosio oriatur, & qua ratione excrementum illud in liquorem adeo viscosum resolvatur: num ignis illud dematum efficiat, an vero natura operatione & efficaciâ sua illum producat? Si nobis hâc in parte satisfecerint, objectionibus ipsorum prompte respondemus.

Copia salis in maris.

Fundus maris.

Cum igitur interna Terræ viscera igne repleta sint, & propetio calore suo calcant, quem omnes illi, qui metallorum eruendorum causâ montes perforatum, sæpissimè summo vitæ discrimine experiuntur, ac montes ipsi passim flammam ac ignem evomentes dilucidè admodum restantur, ut alia documenta, quibus hujus rei veritas, oculis subjici potest, præteramus; Ipse verò Archæus sive ignis centralis, tanquam motor internus & perpetuus, nunquam acquiescat, sed indefinenti studio munus sibi à creatore suo impositum obeat, facili conjecturâ assequi possumus, quod aquam salsam perpetuo cuesia in terram manantem calore suo continuo separet, ac dulcem aquam in terræ superficiem expellat, ex quâ fontes, rivi & flumina scaturiunt, & pluviæ oriuntur; salem verò tanquam corpus grave remanens in omnes terræ partes distribuat, adeò ut haud exigua ejus pars in terræ viscera, ad producenda interna corpora, relinquatur: reliquum verò versus maris fundum expella-

Biblioteca Museo Franz Mayer

tur. Hoc aquæ marinæ se immiscet, eoque redit, unde profectum est, quæ reciprocatio motus efficit, ut mare omnia flumina aquæ dulcis ex terrâ, & pluviam ex aëre ad salis solutionem recipiat: sal verò ipsi terræ ab aquâ, & aquæ à terra communicetur. Præterea & ipse spiritus salia volatilia & acerrimas oblivioni non est tradendus, qui ab eodem calore terræ interno ex sale combusto expulsus cum aqua ascendit, & partim terræ superficiem occupat, partim per fundum maris aquam ingreditur, eam flatibus suis complet, ac maris motum causatur, ut in sequenti capite audiemus.

CAPUT III.

Motus Maris.

Motus Maris.

MAre nunquam quiescit, sed motu suo perpetuo maximam & mirificissimam Dei potentiam oculis humanis subjicit. Miraculum profectò stupendum est, quod tanta quarum congeries, tanto impetu ac rabie in terram se effundere possit, ut totæ regiones inundentur, urbes ac pagi diruantur, & mortales miserè intereant. Ex quo animadverti potest iræ divinæ potentia, quæ mari imperat, ut extra limites suos excurrens de malitiosâ hominum impœtate supplicium horrendum sumat. Diversos autem tàm maris totius, quàm diversarum in illo partium motus non solum ii animadvertunt, qui littora mari objecta incolunt: verum etiam nautæ, qui navibus suis itinerum in longinquas terras faciendorum gratiâ totum mare permeant. Quamvis vero varii ac diversi motus inveniantur, ad tres præcipuas tamen species illos reducemus. Prima est accessus ac recessus Quotidianus, quo mare litora sibi objecta quotidiè percutit. Hanc excipit motus Menstruus, Lunæ incrementa ac decrementa affectans; Sequitur motus maris ex Boreali in Australem & vice versa ex Australi in Borealem plagam. Succedit motus ab Oriente in Occidentem cum Sole procedens. Huic adjungitur, qui in certis locis observari solet. Ultima species horribiles maris Tempestates à venèis excitatas complectitur.

Species.

1. Fluxus & refluxus quotidianus. Flumina à maris accessu repelluntur.

I. Accessus & recessus sive discessus, aut fluxus & refluxus maris ab Hollandis **Ebbe & Fluyt** appellatus, singulis diebus accidit, quo certo tempore ex profunditate sui versus terram ascendit, & intumescit, ac statuto suo tempore æstum recedit, ac decrescit. Hic motus in causâ est, ut magna flumina, quæ in mare sese exonerant, à mari per ostia ipsorum irrumpente, adeò fortiter repellantur, ut naturali cursu impedito haud pauca milliaria cum aquâ marinâ revertantur, nec prius consueto suo alveo pergant,

Tamesis.

quàm mare ipsum discesserit. Tamesis Angliæ fluvius

Albis.

à mari Londinum usque quæ longitudo est quinquaginta milliarium Italicorum, repellitur. Albim fluviam mare ab ostio suo usque ad locum illum, qui **Collen-spicher** vocatur, & supra urbem Hamburgam situs est, per viginti quatuor milliaria Germanica secum rapit. Scaldis fluvius Brabantiæ & Flandriæ fines

Scaldis.

dispertiuntur, viginti & amplius milliaria maris fluctibus accedentibus cedit. Fluxus autem hic, atque refluxus singulis diebus, ac nocturnis sex horas accedendo, & totidem recedendo, consumit, ità ut unico lunari die, id est viginti quatuor horarum & quadraginta octo scrupulorum spatio, quo tempore Luna semel se circa totam terram circumvolvit, bis accedat ac recedat. Motus tamen non ubique eodem tempore evenit, quippe qui in nonnullis locis citius & maturius, in aliis verò serius ac tardius observatur, prout loca principio ejus propiora, aut ab ipso remotiora sunt.

Observationes de hoc motu.

Experientiæ diuturnioris observatio commonstravit. 1. Quod in nonnullis locis hic motus horâ primâ, in aliis secundâ, & in quibusdam tertiâ animadvertatur: ità tamen ut in iisdem locis eâdem horâ idem motus tam accessus quàm recessus expectetur. Quæ differentia inde ortum trahit, quod hic portus mari propinquior, alius verò in sinu aliquo remotiori situs sit. Exemplo sit Sinus ille Australis inter Hollandiam & Frisiam interjectus, qui ab Insulis Texelâ & Vlielandiâ ad Celdriam atque Transisalaniam se extendit. In illo urbes non longo intervallo distantes diversis temporibus motus illos experiuntur, utpote quos Enchusæ primâ, Edami secundâ, Amsterodami tertiâ horâ incolæ animadvertunt. Eodem pacto in Gallia Provincia Britannica ulterius in mare protecta est, quàm litus Normandicum, quâ de causâ portus Blaveti in Provinciâ Britannicâ, horâ unâ citius maris incrementum aut decrementum sentit, quàm portus oppidi *Rorsleur* in Normandiâ. Idem in portu *la Hogue* & urbe *Roan* in Normandiâ observatur. Ità ergò cum hoc motu comparatum est, ut certo quidem, sed non eodem tempore eveniat, ac portus sub uno eodemque meridiano siti, non eodem tempore incrementum & decrementum hoc animadvertant.

2. Quod loca, quæ Lunâ plenâ aut novâ existente incrementum aquæ certâ horâ notant, eodem ipso tempore & horâ primâ & ultimâ Lunæ quadrâ decrementum deprehendant, quod indicio est, ipsum Lunæ cursum penitus sequi, ac incrementa & decrementa sua secundum vicissitudines ejus mutare. Unde facilis hujus motus suppputatio fieri potest, dum sequenti die duodecim horis, quibus æstus hic absolvitur, una hora adjecta rationes certas reddit, idque diei lunaris ratione, qui viginti quatuor horas, & quadraginta octo minutas complectitur, ità ut duodecim horis incrementi & decrementi una adhuc hora necessariò propter motus tarditatem addenda sit. Exemplo res fiet clarior: Si hodie in civitate aliquâ maritimâ novilunio aut plenilunio existente horâ 8. matutina incrementum, & horâ secundâ pomeridiana decrementum noratum fuisset, sequenti die hora nona antemeridiana, & tertia à prandio idem expectandum esset. Quo ordine motus semper pergit, donec vicissitudo in quadras Lunæ incidat, quibus decrementum hora 8. matutina & incrementum hora 2. pomeridiana evenit. Inde denuo mutatione sua consueta ad plenilunium aut novilunium eodem modo accedit, donec incrementum eâdem hora 8. matutina & decrementum, 2. promeridiana redeat. Observationes hæ certæ & indubitatæ ab experientia commonstratæ tandem illud effecerunt, ut in urbibus & locis quibusvis maritimis singulis diebus de hora fluxus & refluxus constet, & certò sciatur, quamdiu duret, qua hora incrementum & decrementum futurum sit. Unde etiam rationes illæ fatis seu calendaris anniversariis singulis annis in lucem editis inserunt, tempore novilunii aut plenilunii notato, quo in singulis civitatibus finitimis motus ille tam incrementi quam decrementi evenire solet, ex quo cæterorum dierum rationes per mensem quemvis integrum facilè conficiuntur.

2. Commutatio hujus motus.

Certum tempus non servat.

3. Quod ratione altitudinis, ad quam aqua ascendit, magnum discrimen inveniatur, eaque uno tempore altius intumescat, alio verò ad tantam altitudinem non pervenint, nec ubique etiam eundem statum conserver, Venti Tempestuosi sæpe in causâ sunt, ut solito altius se attollat tempestatis vi vehementiori ad litus impulsa, adeo ut ventis vehementibus ex mari in litus impetum facientibus naturam in modum intumescat, & assurgat, isidem verò ex terra flantibus impediatur, quo minus altitudine solita se efferat. In litoribus Hispanicis, Gallicis, & Germanicis à freto Gaditano vulgo *Stretto di Gibraltar* usque ad initium maris Balthici communis aquæ altitudo est 15. pedum, quandoque in nonnullis Belgii locis etiam 18. pedum altitudinem attingat. In litore Anglico civitatis *Bristol* ad 60. & propè *S. Michaël* & *S. Malo* in Gallia ad 90. pedum altitudinem pervenit. Africæ littora, quæ à freto Gaditano ad Caput viride vulgo *Cabo Verde* ascendunt incrementum & decrementum idem habent quod in Lusitaniæ litoribus observatur.

Altitudo aquæ.

Hujus motus fortitudo.

4. Quod hic motus uno in loco fortiori in litus impetu, quàm in altero se effundat, nec omnibus in locis spacium hoc temporis duodecim nempe horarum conservet. Primò enim in Oceano, ac in nostris litoribus Europæis præcipuè longè validior est, quàm in mari Mediterraneo, in quo ut plurimum aqua tanta vi non accedit, aut recedit, quanta quidem in Oceano solet. Procopius tamen Cæsariensis lib. 1. de rebus Gothicis inter mirandæ recensèt, quod in mari Adriatico ad Ravennam primo quoque diluculo mare fluminis in morem, æstu se inferente; ad viginti & amplius milliaria in continentem procurrat, indeque sero vesperi æstu soluto refluat. Non tamen æquales semper æstum esse, sed à coitu Lunæ crescentis ad semilunium mare minus effervescere, indeque ad alterum decrescente sidere semilunium fluminis, uti dictum est, in morem longè in terram proruere affirmat, idque non solum ad Ravennam, verum etiam toto illo tractu ad Aquilejam usque obtinere docet. Pari ratione æstus ille in mari Mediterraneo in Italiæ, Galliæ, & Hispaniæ finibus, longè est potentior quàm in cæteris mare illud internum concludentibus litoribus. Secundo Siculum mare in locis illis, quæ Scylla & Charybdis nobilitarunt, bis singulis diebus æstuat, æstumque remittit. In Europo sive Freto Chalcidico, inter Achaiam, vulgo Romaniam alteram, Aulide Græcorum portu nobilem, & Insulam Euboeam, quam *Negroponte* hac nostra ætate appellant, illud scriptis quotidiè fieri memoriæ proditum est.

Thom. Rivius hist. navalis l. 1. c. 2.

II. Maris motus Lunæ rationes affectans.

II. Cum æstu Maris, qui Lunæ mutationibus, plenilunio scilicet & novilunio, ortum adscribit, sic se res habet, quod dictarum mutationum tempore accidat, sed semilunio non extimescendus sit. Tunc mare mirum in modum effervescens, & exæstuans, interdum ad tantam altitudinem assurgit, præcipuè verò, quando ingens ventorum rabies ipsi adjumento est, ut fortissimos aggeres aut superet, aut perfringat, ac in totam regionem circumjacentem horribili inundatione se effundat, quam exæstuationem Belgæ **tem spring-vloet** nominant. Hæc nonnunquam litorum Hispaniæ, Galliæ, Belgii, ac Germaniæ incolas insigni clade afficit, quod decantatissima illa apud Belgas inundatio **Alderheyligen-vloet** dicta, quia omnium Sanctorum festo aut 1. Novembris Anno 1570. contigit, apertè testatur, utpote quæ mari adjacentes portus & oppida, calamitate summa afflixit, ac multa tàm hominum quam bestiarum millia locis usitata privavit. Anno 1642. 3. Febr. Belgium simili æstu divexatum in summo periculo versabatur, quem ventus Septentrionalis, qui plerumque tunc temporis sævissimas tempestates excitare, ejusmodi æstuationibus se associare solet, insigniter augebat. Ejus impetum Frisia tenfit, in qua aggeres quidam rupti aquæ aditum dedere. De motu hoc certi quid conjecturis firmis prædici possit, quemadmodum ille qui præcedit. Quamvis enim cum novilunio, aut plenilunio conjunctus sit, certum tamen tempus observare non solet, verum jam hoc, jam alio tempore accidens, uno quam altero anno gravior est; Rarò etiam mare ad eam ascendit altitudinem ut aut extra aggeres se effundat, aut eosdem rumpat.

III. Motus inter Septentrionalem & Meridionalem maris reciprocus inter Galliam & Hispaniam. Inter Septentrionales & Meridionales Indiæ Orientalis plagas.

III. Tertius motus mare certo & definito temporis intervallo à Septentrionali versus meridionalem plagam, & vice versâ à Meridie versus Septentrionem fluctuat. Experientia enim teste Oceanus dimidia ferè anni spacio à Polo Arctico per Hispanicum & Atlanticum mare versus meridiem tanto impetu fertur, ut Meridionales plagas adeat, qui ex Europæis regionibus versus caput Bonæ Speï. aut extremam Africæ oram navibus suis tendunt, tanc temporis longè celerius cursum suum perficiant, quàm qui ex illis locis in Europæa loca navigationem suscipiunt. Ea de causa hodierno tempore in navigationibus feliciter conficiendis in Indiam Orientalem, & ex eadem redito maturando cursus ille reciprocus accuratè observatur. Ex observationibus nautarum hodiernis patet, naves à Nerio Hispaniæ promontorio, Cabo Finis terræ nostro seculo appellato, Britanniam Galliæ Provinciam versus cursum tenentes tam celeriter non promoveri, quàm quæ ex Gallia in Hispaniam navigant, id quod motui huic proculdubio acceptum ferendum. Pari ratione navibus ex Japonia, China, Insula *Teyoan*, in qua Hollandi Colonium habent, & Insulis Philippinis & Meri-Hispaniæ Regis Imperio subjectis, Javam, & Insta-viam Hollandorum Metropolin, in eadem Indiæ Orientalis, ac circumjacentes Insulas cursu suo per ejusdem motus rationem habendam esse constat. si vitæ periculum, & naviam, omninsque bonorum jacturam evitare velint. Motum hunc semestrem à Septentrione versus meridiem, & à meridie versus Septentrionem singulis sex mensibus reciprocantem *Atesianes* nominant. Ex locis enim istis Indiæ Septentrionalibus nautæ in meridionales transmittent, quando mare se, à Polo Arctico Antarcticum versus volvit, & redeunt, cum idem sese recipit.

Motus maris reciprocus inter Gallos & Hispanos.

IV. Motus Quartus est inter Orientem, & Occidentem, quo mare ab ortu Solis occasum versus propellitur, prout ab Hispaniis semper observatum est, qui ex Hispania aut Lusitania in Indiam Occidentalem trajecerunt: Hi enim plerumque citius & maturius cursum suum confecere, quam ii, qui ex India Occidentali in Hispaniam rediere. Idem experti sunt, qui ex Indiâ Orientali extremam Africam versus, Bonæ spei caput appellatam, iter maritimum suscepe-runt. Naves enim motus ille celeriter promovit, ac contra eas remoratus est, quæ à Bonæ Spei capite in Indiam Orientalem cursum tenebant. Hoc certissimo est indicio, quod mare ab Oriente Occidentem versus cursu suo feratur. Qui ex novæ Hispaniæ portu Acapulco vela dant, & itinere maritimo Philippinas insulas in Orientali India sitas petunt, plerumque recto cursu à portu ibo, qui perpetua ferè tranquillitate gaudet, usque ad 10. gradum versus meridiem pergere, & secundum parallelum ejusdem gradus cursum suum versus occidentem tenere solent, & id consecutus, ut 25. dierum spacio tria millia milliarium conficiant, nec citius vela mutent, quàm ad Insulas Ladrones pervenerint, ubi à dicto parallelo versus 15. navem dirigunt, ut Freti Manilliani introitum *La boca de las Islas* appellatum consequi, atque ipsum per eum Manilliarum petere queant. Venti igitur Orientales, qui hujus motus causa præcipua est, & nautas nunquam fallit, beneficio itet hoc maritimum trium circiter mensium spacio conficitur. Idem in causâ est, quo minus eadem ratione ex Philippinis in Novam Hispaniam redire liceat, siquidem redeuntibus semper adversatur. Coguntur itaque nautæ ex Philippinis in novam Hispaniam reversuri ad 40. usque latitudinis Borealis gradum navigatione sua declinare, ex ubi locorum ventos Septentrionales offendunt, à quibus in Californiæ portus delati posmodum commodius litora legunt & in portum Acapulco pervenunt. Quod igitur itio & redito eodem modo fieri non possint, motui dicto vel potius vento semper ex una plaga spiranti aeri hoc modo esse censemus. Utrique huic motui tertio scilicet & quarto adjungi etiam circulatio-ris. possit ille, qui est circularis, quo mare quasi in gyrum

IV. Motus inter Orientem & Occidentem. Navigatio ex Occidentali in Indiam Occidentalem. Occidentalem. Ex Indiâ Orientali versus easdem partes Bonæ Spei in Africâ. Ex Nova Hispania Philippinas insulas versus.

Reditus Philippinis in Novam Hispaniam.

Motus circularis.

Biblioteca Museo Franz Mayer

Ibriam affluens in mare Adriaticum Venetias usque se effundit, secundum Italiæ litora revertitur, Regnum Neapolitanum, & cæteras Italiæ oras præterfluit, Regna Galliæ & Hispaniæ prætelabitur, ac tandem emensis Africæ litoribus ad principium suum redit, adeò ut ortum Solis versus cursum suum incipiat, & ibidem finiat.

V. Motus Currens. Navigatio ex Hispania versus Mexicum.

V. Quintus Motus currens dictus in diversis Oceani partibus invenitur, & mirabilis est. Qui ex Canariis Insulis in Regnum Mexicanum solvunt, currentibus ejusmodi maxima parte vehuntur, qui tamen intra Insulas Cubam & Hispaniolam & novæ Hispaniæ continentem adeò sunt vehementes, ut fluminis cursum referre videantur, navibusque semel in eas fauces conjectis, nulla unquam retrocedendi facultas detur: imo ex Mexicano sinu in Lusitaniam soluturis litora Virginiæ & Floridæ tenenda sunt, ut navis cursum suum tenere possit. Eosdem currentes & quidem vehementissimos animadvertunt, qui ex Insulis Malvehementissimos animadvertunt, qui ex Insulis Malvehementissimos animadvertunt, qui ex Insulis Malv

fundat, & ex tota Sphæræ cœlestis concavitate in sphæram terrestrem tanquam centrum suum ejaculetur? An adeò absurdum effet fluxure, in Elementis, magneticam & attractricem quandam esse virtutem, cujus ardenti cupiditate astrorum vires ab elementis, præcipuè autem Terrâ & aquâ, intercedente Aëris & Ignis operatione, attrahantur, & eo pacto omnium corporum, omnisque Creaturarum, quæ ex elementis constant, quæ vis suo modo & ratione moveantur & vitali spiritu donentur? Quis adversari vellet illi, qui illud assereret, in astris expellentem quandam aut emanantem esse vim, quæ influentiâ suâ in illud influat & se insinuet, ac cum suo simili se commisceat, à quo attrahatur? Nemo profectò inficiari poterit, quod humana nostra corpora efficacissimas Luminarium illorum duorum Solis & Lunæ operationes quotidie experiantur, ut de aliis corporibus sublunaribus taceam, quæ illidem subjecta sunt. Necessarium omninò est, ut potentissimi illi ignes cœlestes qui perpetuo ardore totam sphæræ cœlestis concavitatem illuminant, efficacissimum & potentissimum spiritum ejaculentur, qui tanquam agens Elementis sese affociat, & in iis tanquam in patiente operationibus suis debitis defungitur. Ignis natura non obiter tantùm aut perfunctoriè examinata, verùm accuratiori indagatione perveftigata certissimè demonstrabit, nullum ignem sine humiditate aut aquâ consistere aut conservari posse, utpote cui humidus tanquam consumptionis materia alimentum debitum præbet, cujus consumptione subtilis ac penetrans spiritus ex igne egreditur, quod exploratum & perspectum habemus ex invisibili, calida, & spirituali illa aura, quæ non solùm ex igne elementari, verum etiam ex Sole ipso emanans quodvis corpus calore suo grato refocillat, & in vigore vitali confervat. Quamvis verò stellæ, elementares non sint ignes, ignea tamen & subtilis naturæ sunt corpora, quæ subtilem, & igneam aquam verum nutrimentum suum consumentes, subtilem admodum & igneum spiritum expellunt, qui cum aëre commistus eas denique beneficio in sphæram terrestrem deportatus aquam & terram penetrat, virtumque suarum participes reddit. Spiritui huic subtili & igneo Philosophi sagaciores, qui naturæ penetralia accuratiori studio rimati sunt, Syderei Spiritus nomen imposuerunt, qui virtute sua magnetica & reciproca, syderum videlicet expulsione & elementorum, elementatorumque corporum attractione unamquamque rem pervadens corpus sibi adscifcit, aut ut planius & plenius dicam, corporalem essentiam ingreditur, spirituali ejusdem essentiæ tanquam suo simili se associat, & ejusdem vires, vigore suo vitali auget, ac fortiores reddit. Quam perniciosus verò sit, cum peimum à conjunctione astrorum malitiosa corrumpitur, & contagiosa ac venenata qualitate inficitur, morbus ille pestilentialis indicio & testimonio est, qui justo Dei judicio humanæ generi immissus horrenda sæpè & miseranda strage multa mortalium millia brevi tempore spacio prosternit, & hâc lucis communis usura privat. Spiritus ergò Sydereus est universalis & efficax illa essentia ex omnibus astris egrediens, & spiritus subtilissimus & potentissimus, qui omnes omnium astrorum vires quasi concentratas, aut in unam essentiam compactas in se continet, adeò ut omnium astrorum operatione producibus stellarum chaos jure ac meritò appellari queat. Ipse est interna illa vita ignea, & motor internus in Elementis, & quovis corpore ex Elementis conflato, quem nonnulli mundi Spiritum, alii verò ejusdem Animam appellandum censuerunt. In homine Spiritus est ille, quem animalem Apostolus Paulus vocat, & genus humanum cum bestiis & aliis elementatis communem habet, & qui ea non intelligit, quæ sunt spiritus divini. Ex hoc appetitus carnalis aut pravæ carnis concupiscentiæ tanquam ex fonte suo proprio scaturiunt, quæ sui simile apperunt, & ad omnia terrena impetu pecno feruntur, adeò ut ob ipsam hanc rationem vita ejus nutrimentis ex terra petitis semper accendenda & in vigore conservanda sit. Cum igitur Spiritus hic astris ortum ac progressum suum acceperum ferat, apertè ac clarè causam & rationem patefacit, cur & quatenus homo astrorum regiminis subjectus sit, & quo pacto omnia corpora subalternata spiritus astralis gubernatione regantur. Argumentis pluribus & omni luce clarioribus, quæcunque hîc asseruerat, docuit ac confirmari posse, si tractatus hujus brevitas illud permitteret: Sapientiori tamen & sagaciori menteperdicis sufficient, & penitius ea rimandi ansam præbebunt. Hùc ea spectant, quæ Hermes Trismegistus in Tabula sua Smaragdina sapientissimè pronunciat: Inferius est sicut quod est Superius, & Superius sicut quod est Inferius. Sol ejus Pater est; Luna Mater, ventus portavit in ventre suo, &c. Quibus verbis disticem illam aquam Superiorem videlicet & Inferiorem notat, quarum etiam illam subtilem, & hanc spissam nominat. Utraque primo hujus introductionis capite duobus istis nominibus humidi videlicet radicalis Volatilis & Fixi discernitur. Unumquodque etenim Elementum æquè ac corpus ex Elementis concinnatum astra sua interna continet, quæ superioribus astris Naturæ qualitatibus respondent, & eo solum ab ipsis differunt, quod inferiora visibilis, palpabilis, ac materialis corporis claustro contineantur & coërceantur, superiora verò non crassum ejusmodi & spissum, sed subtile admodum & spirituale corpus habeant. Quis ergò mentis fuæ tàm impos foret, qui negare vellet, aquam ac terram Magneticis illis & spiritualibus viribus ubique refertam ac distentam spiritum illum intus alere? Sphæra enim illa rotunda aquam & terram complectens circumcirca cœlestibus viribus circumdata in concavitate Sphæræ cœlestis librarur, sive statuamus, ipsam in medio totius Sphæræ universalis tanquam centrum immobile constituram esse, sive ex opinione imbuti simus, ipsam circa Solem tanquam totius universi, aut totius concavitatis sphæricæ cœlestis centrum continuo motu circumvolvi. Sed ut totam hanc inquisitionem penitius inspiciamus, accuratiori meditatione cœlestis sphæræ concavitatem multis millibus imò infinitis stellis infiar terræ, quam infinitæ herbæ pulcherrimè vestiunt, refertam expendamus necesse est. In ea Planetæ septem, qui sunt septem qualitates aut proprietates in naturâ rerum principes, gubernationi præsunt, quorum unusquisque maximum stellarum, quæ qualitatis aut naturæ suæ participes sunt, numerum sub Imperio suo continet. Ac quamvis qualitatibus aut proprietatibus suis non conveniant, sed potius dissideant, ex unâ tamen radice, Solis videlicet inflammatione surgunt, & universali ἀccommuni naturâ fructures mutuò conspirant, ac operationibus suis harmonicè proportione vacant. Hoc quamplurimis exemplis stabiliri posset, ex quibus unum aut alterum sufficiat. Humanum genus universalem quandam naturam & proprietatem habet, quæ omnibus in eodem genere individuis communis est, cum tamen in omnibus istdem tantum differimen inveniatur. Pari ratione in herbis specificarum virtutum tanta est varietas ac tanta dissimilitudo, ut eò peculiarem efficaciam unicuique propriam una ab altera maximè sit diversa, & nulla cum altera in viribus & formâ atque figurâ externâ planè conveniat, cum tamen è contrario universalis ac generalis quædam sit natura, cujus omnes in universum participes universali illâ ac generali terræ naturâ tanquam simili augentur, ac conservantur. Ut autem tot ac tam diversæ vires ex generali Naturâ alicujus generis prodeant, chaos in causa est, quodomnes illas vires, aut potentias in se latentes continens secundum subjectorum diversitatem miram in modum variatur, & unicuique se applicat. Verum quid chaos propriè sit, exemplis declarandum erit. Semen aut sperma cujusvis rei essentialis vel substantialis, ex quo eadem exibit, ejusdem chaos appellamus. Nux, aut juglans ece-

Astrorum spiritus efficax.

Tabula Smaragdina.

Spiritus Sydereus

Quid sit.

Spiritus Mundi. Anima Mundi.

Chaos

quid sit?

terræ mandata farculos emittit, qui in molis ingentis arbores fargunt, ac corticibus, ramis, & foliis vestiuntur. Cui vero credibile aut verisimile videri possit, in corpore tàm molli, tenero, ac aquoso, femine videlicet, materiam tam duram, lignum scilicet cum tot diversis materiis, ramis puta, corticibus & foliis latere, & potentiâ contineri, nisi oculis suis omnia illa ex eo prodire cerneret? Semen humanum profectò quid aliud est, quam aquosa substantia, aut humor coagulatus, aut concretus? Homogeneus & planè ejusdem naturæ ac simplex esse videtur, ex quo tamen corpus humanum sanguine, carne, ossibus, venis, nervis, arteriis, & tot diversissimis aliis rebus constans exurgere in propatulo est. Germina ex gemmis ad sarmentorum articulos in viribus, aut cæteratum arborum oculis existebtia, & emergentia liquorem quendam aqueum, concretum & coagulatum esse certissimus, qui digitis pressus ac contritus succum aquosum fundit, & progressu temporis tamen in magnos, duros, ac ligneos ramos mutatur, & concrescit, ex quibus iterum fructus molles saporis gratissimi succos continentes producuntur. Sanè si ejusmodi vim spiritualem chaos non contineret, numquam tanti corporis motus & productio emergere posset.

Quoniam igitur vis hæc & efficacia universalis in quovis subjecto inest, & ejusdem proprietatem particularem sibi adscifcit, ita ut quod subjectum aut individuum specifica sit, universalem autem & generalem naturam obtineat, cujus beneficio peculiarem subjecti naturam assumere possit, hinc meridiana clarius apparet, universalem quendam esse Spiritum, qui tanquam chaos omnes vires & potentias conclusas retinet, & quo nulla sublunaria corpora, quæ vitæ sustentatione indigent, carere possunt. Hunc omnia vegetabilia radicum beneficio cum humiditate, quæ eius vehiculum est, ex terra sugunt: Hic omnibus animalibus vegetabilibus cibi loco utentibus alimentum præbet: Hic mineralia & metalla in profundis terræ visceribus generat, & iisdem incrementa affert. Universalis ergo hæc natura, seu Spiritus Sydereus, seu Spiritus, aut anima mundi, vel quocunque alio nomine vocetur, est in omnibus rebus corporeis motor ille internus, cui tanquam vero & unico fonti & scaturigini humidi radicalis jure ac merito maris motus acceptus ferendus, qui à stellarum, inprimis vero magnorum illorum luminum Solis ac Lunæ, quæ ejusdem ortum sibi vendicant, influentiis regitur, & gubernatur. Ipse enim verum est vehiculum omnium virium cœlestium, quas è cœlo stellis referto in globum terrenum deducit, & omnibus corporibus sub Luna existentibus communicat. In homine tanquam in Microcosmo pulsus indefinenti reciprocatione, & agitatione vitalem calorem refocillat, & conservat, quod in cæteris animalibus etiam fieri videmus. Pari ratione fluxus ac refluxus maris quotidianus in Microcosmo, est quali respiratio quædam Spiritus Syderei in terra, quam idem per interni & centralis ignis aut caloris agitationem ex centro interno causatur, cum ignis per attractionem & expulsionem respiret, & per respirationem foveatur. Nam calor humidum radicale volatile cum aqua aut humiditate in terram deductum in desinenti operatione ab humido radicali fixo, cujus illud nutrimentum est, separat & segregat, atque in Globi terrestris superficiem expellit, ita ut pari illius per terrestrem superficiem in aërem liberum adscendat, altera vero aquæ, in illis locis, in quibus terra mari est tecta, communicatur, ac tumidorum suorum halituum & aëreorum flatuum copiâ mare inflet, ac tumidam reddat, cui Solis & Lunæ luminum illorum duorum, quæ inter stellas familiam ducunt, gubernatio accedit, quorum cursu motus maris regitur, & certis temporibus determinatus, quemadmodum doctissimus Pater Athanasius Kircherus in suo Tractatu de Solis & Lunæ Magnetismo pluribus nervosè demonstrat. Prolixius adhuc & longè plutibus argumentis & exemplis huic sententiæ patrocinari possemus, si hujus scripsi conditio illud permitteret: Verum Lectorem benevolum ad Johannis Fabri Castrimovidarensis Philosophi & Medici celeberrimi eruditum illum tractatum doctissimum, quem sub Palladii Chymici titulo in lucem edidit, remittimus, ut ea, quæ hic breviter ac strictim propositimus, pleniori intellectu inde hauriat.

Spiritus Sydereus vera causa motus maris.

Cœlestis sphæræ concavitas.

Atque hæc est causa motuum maris generalis ac universalis, præcipuè verò accessus ac recessus quotidiani, qui Spiritum mundi cum luminibus duobus majoribus Sole nimirum & Luna authorem agnoscunt. Præter hos verò adhuc aliæ sunt peculiares motus prioribus succedentes, qui cum peculiares suas causas habere videantur, eos ex Patris Kircheri, quem honoris causa nomino, Solis & Lunæ magnetismo hic recensere operæ pretium erit. Verba authoris sunt, quæ sequuntur:

Motuum maris causa universalis. Maxim particularis.

1. Motus maris ex Boreâ in Austrum & contra semestris parte 4. l. 3. Magnetici mundi de Magnetismo Solis & Lunæ in aquam c. 2.

1. *Motus maris ex Boreâ in Austrum, & contrà, semestrio, qua ratione fiat, aperiam. Cum Sol perpetuo radios suos perpendiculariùs Zonæ torridæ plagam feriat, ibi ut calore suo ingentem aquarum vim attrahat, partim attenuando in aërem, partim in nubes convertendo consumat, atque proinde nimis aquarum consumptione Zonæ torridæ tractus velut evacuatos declivitates vedlat; Septentrionalia vero Oceani, utpote extra omnes Solis radios constituta humidissimo suo temperamento plerumque circumvicinum aërem in se convertendo, continuum aquarum incrementum sufficiat, sequæ in consumptarum aquarum locum, ità disponente naturæ ordinante, substituat, sit ut aquæ ad Zonam torridam laborantibus hic maximo suo incremento subveniat, aut diversis potius, pro diversa partibus ad conservationem totius universi.*

Sole itaque Australis signa tenente Oceano torrido & aquis privato Boreus Oceanus aquis liberaliter suppeditat earum defectum omnibus modis reserire conatur, quod & Oceanus Australis, Sole Septentrionalia signa subeunte, facere satagit: unde torrido & maxilenato Oceano semper ex alterutrius Oceani distortis penuriis singulis semestribus alternatim voluti unnona quadam à providâ naturâ disputatur, defectum unius excessu alterius, ne in necessariis deficiat, supplendo: hujusmodi itaque motus in Oceano à nautis plerumque observatur. In mari vero Mediterraneo, quod motus aliquos à Septentrione in meridiem, vicissimque in Propontida freto, ideo Bosphorus Thracius notatur, non tamen ita semestrios est, neque ad unicum eundem, quâ alter, dependet, cum hic non tantâ Sole, quam ex Ingressionem Danubii, Borysthenis, Tanaïs aliorumque, ex ultimâ aquarum mole accessum fluminum in Pontum diffundunt confletur, qua sit ut totum illud mare Euxinum continua labentium aquarum mole impeditum, neque ullum astum regularem, neque tranquillitatem admittat sed potius Australis litoris perpetuo quodam bello infestando, nihil aliud quam exitum quærere videatur, quem cum infractis sæpiùs obstructionibus non inveniat, totum fauorem versus Propontida portæ convertat, ut illic ipsa data porta, ruat, summatenus ad litora Asiatica illudendo estu ulteriorique cumulo repleat.

2. Alter Oceani motus fit ex ortu in occasum, cujus causam Solis ex ortu in occasum rebellationem dicemus. Cum enim torridam plagam Sol perpetuo ferè verticaliter feriat, ortu in eum torridam plagam Sol perpetuo ferè verticaliter feriat, ortu in occidentem. *atque ingentem aquarum molem quotidie radiis suis attrahat, illam attenuat semper, vel in aërem vel in nubes convertat, & consumptarum aquarum, attractarumque locum necessitas consumptarum aquarum, attractarumque locum necessitas in consumptarum aquarum, attractarumque locum necessitas in consumptarum aquarum, attractarumque locum necessitas in

1. Currentis motus causa.

3. *Disposito, & situ partium terræ hactenus inter minimas etiam diversorum maximam mariæ, & earum suprimis, quæ currentes mente tetigimus, causas recensendas est. Nam quod Oceanus à Meridiei insulâ versus insulam Rotnetos cursu celerrimo feratur, hanc subesse causam videmus, quod maris unda ad Asiæ & Africa littora ubi cursum suum terminat, & in Mediterraneo ita claudatur, ut ei propterea hic motus esse non intongue dici possit, varia in locis varium sortitur est, variatur prorsus reciprocationis legem observans, ita, ut, quemadmodum non à me solum, qui magnam hujus maris partem solcavi, & propriâ experientia multa comperi, sed etiam annotis peritissimis observatum quoque fuit, hoc ista currente mare velut in gyrum abeat. Nam ab Hellesponto Occidentem versus fluit, ac perpetuo eo cursu tenore circuit universum terram continentis ad columnas usque Herculeas: inde verò per oras Africæ, Ægypti, Syriæ fluitur ad Solis ortum, & ex ultimo angulo hinc iterum in eo cursum cursu motuque priori prorsus contrario inter littora Asiæ & Cypri, versus ostia Archipelagi propagatur, ubi à Septentrionali motu maris vis aquæ jam currentis fere ita quodammodo absorbetur facenque fluendi facit. In fretis ut Sicelo & Gaditano maximum vim obtinet, in sinubus circulos quosdam efficit, ut in Adriatico, in quibusdam locis æstum Oceani ut alis horis crescentem decrescentemque annotatur. Hallenius author, quem laudavimus.*

CAPUT V.

Venti, diversæ eorum species, Natura, proprietas, & Maris tempestates.

Causa & origo Venti.

VEntus aëris agitatio est magna & mirabilis, quæ in Sphæræ cœlestis concavitate immensâ circa terræ Globum se volutans varias ac diversas commotiones excitat, quarum occasiones & causæ tanquam mysteriùm quoddam ingens & incredibile ignorantiæ latebris abscondita mortales hactenus latet, ut Propheta Regius testatur dicens, quod ex thesauris suis Dominus eum emittat, imò Salvator noster ipse apud Euangelistam Joannem expressis verbis affirmat, quod ventus flet, quò velit, & quod fremitum aut strepitum ejus audibus percipiamus, sed nescimus unde veniat, & quo tendat. Physici tamen hujus mysterii inquisitione & exploratione mirum in modum se diverarunt, & cerebra sua majoribus turbis agitarunt, quàm aër à vento turbatur. Interea coryphæus est Aristoteles, qui veterum opiniones lubdito habens, & certius quid in medium proferre cupiens statuit, Ventum ficcam & calidam esse exhalationem, à qua aër agiteatur. Hanc præceptoris sui opinionem rem ipsam non plenè & planè describentem & enodantem discipuli emendare ac plenìori descriptione intellectui subjicere conantes, priori definitionihoc præterea adjecerunt, quod videlicet cum siccâ illâ exhalatione nonnulli humidi vapores stellarum virtute atque efficacia, cœlique motu ex terrâ atque aquâ extracti se interdum commisceant, qui ascendentes, & se elevantes in medià aëris regione à frigore impediantur, & versus terrestrem Globum repellantur, ubi à diversis planetarum præcipuè verò Jovis, Solis, Lunæ, aut Mercurii, aut Mercurii Marti è diametro oppositi motibus huc & illuc rapiantur, & compellantur. Alii eâ opinione imbuti fuerunt, passim in terrestri Globo maximas cavernas & spelunças reperiri, ex quibus venti ejiciantur & expellantur. Noctarum de Æolo fabulis opinio hæc occasionem dedit, quibus Æolus ventorum Rex ipsos cavernis conclusos imperio coërcere, ac pro lubitu suo dimittere tradiitur. Nonnulli verò sibi perfuasum habent, aëris rarefactionem & condensationem solam & unicam ventorum causam existere, ventosque nihil aliud esse quam aërem rarefactum aut condensatum, prout subtiliores aut crassiores esse comperiuntur. Præter hos etiam reperiuntur, quibus sententia hæc non displicet, Ventum aëris motum esse proficiscentem ex exhalationibus, aut vaporibus humidis, qui se dilatantes ex eo loco, in quo coërctantur, in alium recipiunt, ut in majori spacio liberius vagari possint.

Aristotelis opinio.

Aliorum opinio.

Primus ac præcipua Venti causa.

Verùm si aëris naturam accuratioribus ponderibus examinaverimus, & quæ præcedenti primo capite de elementorum proprietatibus tradita sunt, ad rationis normam exactam revocaverimus, facilè conjecturâ assequemur, ventorum primam ac præcipuam causam esse ignem, quippe qui aër ab igne excitatur, & aëris motus nulli rei nisi igni acceptus est ferendus, atque nullus aër sine igne, nec ullus ignis sine aëre consistere potest. Aër cum spiritus est ex ignis consumptione originem suam trahens, quem ignis materiam suam consumendo unà cum mota producit & expellit. Quoniam autem duo sunt ignes centrales, ignis nempe terrestris Globi centralis, & alter in convexitate Sphæræ cœlestis eo Globum differentes, quòd hic puriùs & subtiliùs illum, qui crassior & impurior est, longè superet, necessaria confectione illud conficitur, utrumque eorum spiritum suum aëreum reddere, cum aër circa Globum terrestrem totum se volvens, & usque ad infimam convexitatis cœlestis partem ascendens utriusque ignis centralis repagulis coërceatur. Ignis Globi terrestris centralis perpetuò ardet, & sine omni cessatione materiam suam conficiendo Globi spiritum aëreum per terræ & aquæ superficiem maximâ copia versus cœlestis Sphæræ concavitatem expellit, quæ exhalatio aërea undique ex quibuslibet terræ & aquæ partibus erumpens, ac levis admodum existens versus concavitatem Sphæræ cœlestis ferecipit, atque ibidem ignis cœlestis, atque astralium luminum calorem, & spiritum aëreum ex eo egredientem offendit, à quo repellitur, & ad terrestrem Globum reverens ventum generat. Spiritus vero hic aërius verum & propium est vehiculum virium astralium, aut Spiritus Syderei, quem ex astris in Elementa influentem præterito capite descripsimus, Continuâ & nunquam cessante reciprocatione & vicissitudine ascendendo & descendendo cœlestes vires in Globum terrestrem transportat, & ex eodem iterum expellit, ut ad cœlestis sphæræ convexitatem redeat; & cum spiritu ex astris effluente se commiscens, novis viribus gravidus iterum descendat, ac terræ illas communicet. Hac enim vicissitudine, & mutatione alternâ, quam Creator omnipotens consilio suo impenscrutabili instituit, ut omnes creaturæ & cuncta corpora visibilia usque ad terminum sum definitum conserventur, si terra destitueretur, sterilis maneret, & omnis creatura visibilia ad interitum præceps rueret. Itaque cum ventorum generatione ita comparatum est: Quando ex terra æquè atque ex fyderibus in uno aut altero loco spiritus ille aëreus copiosè & vi summâ erumpit, id quod ob varias ac multiplices conjunctionum atque oppositionum astralium species multis ac variis modis in plurimis locis evenire ac contingere potest, vehementes ac horrendæ procellæ ac tempestates terrâ marique oriuntur ex vaporibus aëreis ascendentibus qui eam fortiter ad terram repelluntur, ut maximâ vehementiâ illam transire cogantur, quoniam densum ac crassum terræ corpus fortiter resistens permeare non possunt. Quod verò tot ac diversæ ventorum species, qualitates, ac proprietates distinctæ inveniantur, & unus calidus, alter siccus, alius humidus esse dicatur, &c. diversis Globi terrestris regionibus quas permeant attribuendum esse plerique arbitrantur. Veneus ex Septentrionali plaga erumpens frigiditatis loci illius participeps redditur: Occidentalis plagæ venti magnum aquarum spatium pervaganes humidi evadunt: Orientales regiones ventum percurrentem siccum reddunt: Meridionalibus ventis Zona torrida insignem calorem impartit. Ex hisce patet, diversas admodum ventis esse proprietates, ac virtutes, eosque pro locorum varietate ac diversitate admodum variare. Venti Septentionales tempestates ingentes, pluvias, grandines ac nives secum vehunt, hybernaque frigora adducunt. Illud hic notandum, quod in Germaniæ Superioris & Inferioris littoribus, postquam Lips vel Noto-Zephyrus aliquot diebus vehementi suo flatu maris fluctus agitavit, Borrhapeliote ipsi succedente, undæ marinæ ultra modum intumescant, cujus rei ratio hæc proculdubio esse videtur, quod venti illi meridionales vehementi suo motu ingentem aquarum vim ex Oceano Atlantico in mare Septentrionale propellant, quæ postea à Borrhapeliote aut collateralibus ejusdem ventis in utriusque Germaniæ littora compulsæ eò vehementius intumescunt, quò tardius & difficiliùs se per freum illud maris angustum inter Galliam & Angliam in mare Atlanticum recipere, & exonerare possunt. Idem veni inter Septentrionem & Occidentem intermedii efficiunt, ut in regionibus mari contermînis arbores ab illolatere, ex quo veneus provenit, versus alterum latus, quò tendit, frondibus & ramis propendeant, & tali acclivitate ab uno ad alterum latus crescendo surgant, ut sæpius studio detonsæ & acclive esse videantur: unde facilis conjectura sumi potest, quanta in hoc veneo insit acrimonia, aut quanta frigoris asperitas, quâ cuncta exedit, & consumit. Ventos quos Solis occasus nobis transmittit, humiditas summa, ac nubes & pluviæ quamplurimæ plerumque comitantur, quia omnes ex mari ascendentes vapores & exhalationes, quibus mare magis, quàm terra affluit, secum abripiunt, ac in terram propellendo magnam humiditatem parimnt. Præterea mare ac terra ipsa clarè demonstrant, infigni discrimine ventos inter se differre: Illi enim, qui ex mari prodeunt, ventos in terrâ, qui ficciores sunt, regnantes, humiditate & vehementiâ longè antecellunt, in terram etiam tam procul non ingrediuntur, utpote qui citò in ædes ventos mutentur, cum tamen venti terrestres longissimum sæpe spacium in terrâ emetiantur.

Venti Septentionales.

Mare Hiemale.

Diversæ tempestatis species.

Tornadus.

Ventorum ex mari & terra venientium discrimen.

Tempestas maris.

Undæ maris.

Venti, quando spiratione ad velificationem requisitâ, & necessariâ mare sulcant, naves feliciter propulsæ cursus exoptatos conficere possunt: Verùm tempestatibus exortis, cum incredibili vehementiâ & impetu flustus ferunt, mare in tanoum furorem convertitur, ut æstu horrendo effervescens multas naves absorbeat. Num ventis concitarum & agitarum incredibilis magnitudinis fluctus cum ingenti copiâ volvat, horrendum profectò est aspectu, præcipuè verò ob ipsas undas, quæ adeò sublimes, adeo grandes sunt in peninis in maribus istis, quæ aut valdè profunda sunt, aut planè fundo carere videntur, ut naves ab iis elevatæ, & in supremo ipsarum fastigio considentes in summo montis alicujus vertice constituæ, & è contrario, à duabus undis conclusæ, aut ab unâ ad alteram projectæ in abyssо aliquo versari, & rectâ in tartara ire videantur. Quanto impetu ingentes illæ undæ instar montium magnorum provolutæ in naves inter medios fluctus hærentes ferantur, si quis asseverare, jamjam ipsas aquarum mole cumulatas & oppressas submersum, & in mediis fluctibus sepultum iri putaret. Tempestatibus vehementer ferocientibus ulurenire potest, ut ex undis à vento in navem propulsis, decumanus aliquis fluctus in peoram impetum faciens, & ab ipsa fractus & divisus totam navim aquis tegat, quo casu unicuique in supremis navis partibus versanti unicè opera danda, ut manibus alicui navis parti appreheusæ firmiter adhæreat, ne à vehementioni aquarum impetu excutiatur, & in pontem projectus vitæ finem inveniat. Fluctuum impetus interdum adeò vehemens est & ferox, ut non solùm asseres & tabulara superiora convellantur, & disjiciantur, sed navis ipsa etiam fundum petat, & penitus submergatur, quando videlicet tantæ magnitudinis est unda, ut pondere atque opere suo navem suppeditet.

Tempestatibus mare diversis modis & rationibus agitatur, fluctusque à procellis excitati variis modis jactantur. In mari Hispano adeò profundo, ut fundo carere credatur, altissimi quidem, & incredibilis magnitudinis fluctus exsurgunt, sed tardo non celeri motu pergunt, quod ni fieret, pelagus dictum nullam navigationem admitteret, nec ullis navibus pateret. In aliis verò locis è contrario minores fluctus reperiuntur, qui brevi & celeri motu se mutuò consequuntur, quod ibi locorum contingere solet, in quibus mare minus profundum, minores undas extollere potest.

Tempestatum in mari exciatarum diversæ etiam sunt species, & una ferocior, vehementior & pericalosior est altera. *Travadas* Hispani & Lusitani quandam tempestatis speciem appellitant, quæ subitò & quasi temporis puncto in pelago, quod aliquandiu tranquillum & quietum fuit, exoriens tantis procellis & turbinibus aquas turbat: ut naves in extremo periculo versentur, & de ipsis ferè conclamatum sit. Tales Zonam Torridam Martio, Aprili, & Mayo mensibus plurimumque frequentare solent. Quò ferociores autem illæ sunt, eò citius evanescunt, ita ut raro unam aut sesquihoram durent. Ne igitur nautæ de improviso ab ejusmodi turbinibus obruantur, cautionem adhibent, atque inspicinis à 12. usque ad 24. latitudinis gradum provida curâ ab iis sibi cavere conantur. Nam ut primum in tranquillitate ejusmodi aliquâ nubeculam in sereno cœlo vel minimam, quæ tempestatis tam subitæ prænuncia esse solet, animadvertunt, ac conspicinnt, vela demittunt, tormenta bellica ligant, ne ex loco suo moveri queant, & omnem apparatum nauticum providè admodum componunt ac disponunt, ut quàm minimo damno discrimen repentè imminens evitare possint. Anno 1612. Hollandi quidam navi sua itineri se committentes regnum *Congo* petebant: Cum ad 8. latitudinis Borealis gradum pervenissent, integri mensis spacio tanta tranquillitate vexabantur, ut eodem loco hærentes nec progredi nec everti potuerint. Procellâ tandem subitâ & inopinatâ oppressis, vix, ac ne vix quidem veliis demissis, parùm abfuisset, quin omnibus cum navi pereundum fuisset. Illa verò brevi transiens pristinæ tranquillitati locum cessit. Idem alteri cuidam navi Hollandicæ, cui Gelderia nomen erat, anno 1617. castellum *Naso* in nova Guineæ petenti contigit, quæ ab ejusmodi turbine inopinato obeuta ferè periisset: quo casu & illud etiam memoratu dignum accidit, quod momenti spatio vela, funes, & totius navis externa superficies rubro colore infecta & quasi sanguine obducta fuerit.

Est & aliud tempestatis genus, quod sub nomine *Dragonis*, vel Draconum nautis innotuit. Procul ab Draconiæ turbines & ventorum fremitus fortes exaudiuntur, qui mox undas ingentes, quæ subitò se invicem consequuntur, appellunt, tempestatem imbet solvit calidus admodum & periculosus; vestes eo madefactæ vermibus replentur, & corpus ipsum humanum. ni è vestigio vestimenta deponantur, pustulis & tuberibus fervidis ac periculosis occupatur. Quemadmodum verò aëre & vento nihil est instabilius, & incertius, ita etiam Zonâ Torridâ nihil inconstantius, & mutabilius invenîri potest, adeo ut jure ac merito inconstantia ipsa appellari possit. Jam admirabilis totum pelagus tranquillitas invadit; mox tonitruum horrendorum fragoribus aër totus personat, ac fulguribus & flammis terribilibus coruscat; Fremitus tantos, momento citius, pristina excipit quies, & omnibus repentè pacatis, motus tanti conquiescunt. Succedunt iterum horrifici tonitruum strepitus, ac

Causa diversarum in ventis proprietatum.

Dragones vel Draconiæ.

Biblioteca Museo Franz Mayer

motus tempestatum adeo feroces, ut omnia sursum deorsum ferri ac mutari putes; Æquinoctiorum tempore, quando Sol circa Æquatorem versatur, motus isti sunt frequentissimi. In pelago de *Natal* litori Africano, ac Insulæ S. Laurentii contermino, ejusmodi tempestatibus naves etiam expositæ sunt, ac vix ullum in toto Oceano locum esse nautæ testantur, qui periculosorsit, & in quo plures naves pereant. Eâ de causâ nautæ, & navium præfecti prudentes, & rerum nauticarum periti, quando loco isti appropinquant, tormenta bellica & quævis onera alia graviora in imam navis partem deferri, anchoras & funes parari, & vigili custodiâ quæcunque accidere possent, observari curant. Curiosâ autem observatione animadvertenda est ipsis nubecula quædam à Lusitanis *Olho de Boy*, vel Bovis Oculus nuncupata, quæ prima vice haud major pugno se conspiciendam exhibet. Hæc vento secundo & cœlo sereno magis ac magis navi appropinquans, momenti spacio, & ferè citius quàm cognosci posset, tanto fragore & fremitu eam circundat, ut ipsi proculdubio pereundum esset, si celeritâ & peritiâ cautione ad periculum tantum declinandum omnia necessaria antea parata non fuerint. Qui ex civitate *Ormuz. Dio* civitatem versus, aut in Indiam vela fecerunt, post Haloonem vel circulum meridiano tempore circà Solem vitium sæpius experti sunt, quod ventorum ab initio leniter spirantium maxima tempestas sequuta, plures naves submerserit. Idem à plurimis inter illud maximum faciendum observatum est. De alio loco in Oceano, qui inter Japonium insulam, & Coream Peninsulam interjacet, vectores maximi testantur, quod nullibi frequentioes & vehementiores tempestates contingant. Spatium quamvis inter utrumque insulæ litoral in angustias contractum sit, Japonenses tamen ferunturin bello à Taicosamâ cum Coreæ insulæ incolis gesto quinquennii tempore 400. & amplius naves perdidisse, quibus omnibus tempestatum furor ipsos privavit. Procellarum ferocia & rabies tanta fuisse dicitur, ut interdum integras naves ex medijs undis ereptas in aëre subjecerit, scopulis illisas confregerit, aut demùm in aquas præcipites dederit. Pelagus provinciæ Floridæ in India Orientali vicinum nonnunquam similes motus horrendos sentire solet, Linschotano teste, qui cap. 8. tertiæ partis de India Orientali, ex centum navibus anno 1590, ex India in Hispaniam redeuntibus, nonaginta novem tempestate periisse, & unicam in insulam Terceram revertam esse recenset. Paulo post narrat etiam, ex ducentis & viginti navibus, quæ ex Indiæ Occidentalis portubus, S. Dominici nimirum, Havanæ, Brasiliæ, & Guineæ anno 1598, solverant, 14, aut 15, tantum in patriam incolumes rediisse.

Tempestates, quæ terrâ marique oriri possunt, veteres triplices esse statuerunt. ἐκπύρωσις & ἔκκαυσις ipsis est ventus exoriens nube ruptâ, quando videlicet magnâ caliditrum & siccarum exhalationum copiâ nubi frigidæ inclusâ, inter utramque qualitatem inimicam pugna oritur, quæ calorem augens nubem rariorem reddit, ac disrumpit; hæc dirupta, atque in terram decidens, siccas & aëreas illas exhalationes unâ abripit, abripiendoque fremitum ac fragorem ingentem excitat. Ad hanc speciem nubeculæ illæ, quarum superius meminimus, & quæ magnitudinem pugni ab initio referentes, postmodum tam horribilia tonitrua & tempestates tam ingentes commoverint, referri posse videntur. Pari ratione ἐκπύρωσις & ἔκκαυσις Græcum est, quem imbrem ex nube ruptâ Latini, & nubes ruptionem nem appellitant. Et hæc prima tempestatum species est secundùm veteres: altera ab ipsis νεφοῖα, vel νεφωσία, venetus quidam repentinus seu procella; vortex igne factus, seu vortex procellosus & everberans appellatur. Vehemens, fortis, & repentinus est ventus, qui se in gyrum vertit, quemadmodum fumus, qui ab igne agitatur. νεφοῖα delcendit à verbo νέφω fumum excito, item accendo, incendo, inflammo, uro. Tempestas hæc non minùs periculosa, quam præcedens nubibus constat, aut diversis partibus ex una nube formatis, quarum quævis calidos suos & siccos vapores aut fumos ejiciens, & expellens exteras oppugnat, ita ut omnes tandem turbinem efficiant, qui undat eorum incurvati ex aëre decidens in terrâ arbores cum radicibus evellit, & in mari aquas in gyrum vertens vorticosâ fuâ voragine naves deglutit. Tertia ἀτμὶς ἀπὸ πηλοῦ, id est igneus turbo contacta comburens vocatur. Vocabulum ἀτμὶς à verbo ἀτμίζω, derivatum est, quod accendo, inflammo, significat. Tempestas enim hæc præter incredibilem suam vehementiam ea jam ignem secum volvit, celeritate sui naves sæpius evertit, atque nimio calore aquæ ipsius ebullitionem & effervescentiam causatur.

Præter tempestates, quas hactenus enumeravimus, aliud quid adhuc est, quod nautas in mari cum navibus suis versantes sæpè admodum solicitos habet. Tempestatibus & procellis finitis malo & funibus adhærens globus igneus, aut fax lucida se conspiciendam præbet: interdum duæ aut plures conspiciantur. Ex igneus per funes circumvolitant, & ludunt, nec tamen utrodo damnum inferunt; nonnunquam in navem se devolvunt, & miros fumultus excitant; *Le Feu S. Telme*, aut ignis Sancti Telmi nomen socii navales ipsis imposuere: Dioscures, Tyndarides, Castorem & Pollucem Ethnici scriptores cognominant, ut videre est apud Homerum, Horatium, Senecam, & alios authores. Ejusdem ignis doctissimi Erasmi Colloquium de naufragio meminit. Felicis aut infelicis navigationis omen aut præsagium esse tradunt, & solum sine socio Helenam esse opinantes tempestatem nondum finitam ac aliquid mali portendere ajunt. Quamvis verò veteres præter unum aut alterum raro plures animadverterint, experientia tamen quotidiana testatur, in unâ navi tres, quatuor, & in classe aliquâ universâ plures visos fuisse. Anno 1622, post tempestatem insignem, quæ à meridie usque ad medium noctem triremes Melitenses in Mari Mediterraneo agitavit, in quâvis istarum navium ignes ejusmodi conspiciebantur, qui ex uno malo in alterum insiliebant. Navis quædam Marsiliensis; cui Pelicano nomen erat, 300. doliorum capax, & 30 tormentis bellicis ornata, Anno 1633, Constantinopoli ex Turcia in Galliam revertebatur, & 2, Martii in itinere vehementi procellâ in mari jactabatur, quâ finitâ ejusmodi ignes in malo apparebant. Tribus diebus post alius ejusmodi globus igneus in malo visus horribile tonitru edebat, ac terribili fragore jam hunc, jam alium ex vectoribus ferens & prosternens, in supremo navis tabulato inter nautas se volvebat, & tandem in navim delapsus, nonnullis adhuc latis, evanescebat. Morâ brevi interjectâ, eum jam nullius mali suspicio amplius restaret, unum ex tormentis majoribus exonerarat ità quidem ut flamma non solùm ex incensionis foramine, sed ex ipso etiam tormenti ore erumperet ab omnibus præsentibus conspiceretur, & fragor totam navim concutiens audiretur, cum tamen ipsum tormentum accurate inspicientes postea revera compererint, illud non exoneratum fuisse, sed ut antea oneratum esse. Mox Jacobini cujusdam Monachi cruea feriebat haud aliter ac si scutica aliquâ coricea, aut virgis cæsa fuissent. Pari ratione filii Mareschalli *de S. Luc*, qui tormento cuidam bellico inniteba tur, humeros & calceorum soleas læsit: tandem ex navi per malum ascendens plane evanuit. Similes ignes nocturno tempore in terrâ campos ac vias pererrant, qui ignes fatui à Physicis appellati, viatoribus sæpè magnam molestiam creant, eosque à rectâ viâ in avia seducunt. Physices periti, qui naturales ejusmodi rerum causas perscrutari & indicare consuerunt, tempestatem ajunt ex gravi, magnâ & crassâ nube ortam, atque decidentem aërem ac aquam vehementer commovere, & ex mari adeò fortiter commoto incredibilem vaporum, & fumorum copiam emergere; hos rarefactos vento incrementa addere, & impedire quo minus nubes propius ad terram accedat, sed diutius in aëre hærens diuturniorem tempestatem causetur. Cum verò inter vapores istos etiam fumi lenti, viscosi, pingues ac sulphurei, qui propter tenacem suam viscositatem tam alcè cum cæteris ascendere non possint, inveniantur, eos dicunt in aëre separatos & disjectos ob pinguedinem sulphuream accendi, inflammari, & inflammatos malis ac funibus adhærere. Inflammationis verò causam esse velocem ac celerem motum, ac aërem frigidum; qui sulphureos ejusmodi fumos congregare & condensare valet. Copiam eorum ex nubium plurium sibi invicem incumbentium numero prodire, eamque certum & firmum indicium esse affirmant, aut tempestatem planè finitam esse, aut maximum ejus furorem deferbuisse. Multi nautæ ejus sunt opinionis, eventa talia non sine venefciis & cautionibus veneficis accidere, eaque de causa Evangelia Johannis lectione ea à fe annoliri studeant. Alii eosdem ignes præsertim in navi discurrentes ac damnum afferentes armis, gladiis nimirum, ensibus, hastis, lanceis, & aliis ejusmodi telis expugnare & in fugam conjicere conantur. Veneficum enim aliquem in globo ejusmodi igneo latere, & facili negotio lædi posse autumant. Verùm enimverò cum rationes & causas suas naturales, à quibus producuntur, habeant, iis acquiescamus, & cæteris opinionibus supersedeamus. Nam quamvis Disbolus tanquam hujus mundi princeps mitia præstigiis mortalibus illudere queat, & ut humani generis hostis capitalis unicuique damnum inferre studeat; sine Patris nostri Cœlestis voluntate tamen piis nocere non potest, sed præstigiis suis eos tantùm fascinat, qui superstitiosâ quâdam opinione imbuti, incantamenta & fallacias ejus exhorrescunt.

In Mari Mediterraneo frequentior quàm in Oceano tempestatis species esse solet, quæ à nauticis nubes aquam hauriens, aut attrahens appellatur. Aliquot horis procul in aëre tonitrus ac venti fremitus audiri percipitur; nubes circularis sequitur multeos radios emittens; hi in mare decidentes spacium occupant 30. circiter pedes complectens; ibi mare perinde ebullit, atque effervescit, ac si ahenea igni impositio coqueretur. Nubes ista magnam aquæ copiam fugendo exhaurientes atque attrahens paulatim, ut etjam oculis manifestè conspici queat, major ac nigrior evadit, & post unam aut alteram horam maximo tumultu ac fragore ob nimiam gravitatem in aquam præceps ruens, omnia obvia secum abripit, & hac ratione sæpius naves deprehensas submergit.

Ex omnibus ante dictis liquidò patet, quanto vitæ discrimini & periculo sæpissos subjiciant, & quanto in terrore ac metu conflituti sint, qui viram suam fragilem atque caducam efferato & tempestuoso huic elemento, quod ventorum rabiei & ferocitæ subjectum est, committere audent: Quo pacto isidem caduci hujus terræ thesauri, aurum puta, argentum, & omnis generis merces pretiosæ, quæ oculos hostinum delectant, & voluptatibus tantum inserviunt, ac plurimorum fuæ iritamenta malorum, extremo vitæ humanæ periculo, ipsisque sæpè animæ jactura atque dispendio petantur, & acquirantur. Ac quamvis nil aliud consequantur mortales, quàm ut divites & pecuniosi huiusmodi bonum ori suo offerant, molliori bus vestibus corpus suum impurum ac fœtorum vestiant, & ad domicilium illud vermium contra frigus, pluviam ac nivem protegendum majorem faxorum ac lapidum molem construant, stultis tamen & amentibus oculis pompa illa externa & luxuria adeò arridet, ut omni vitæ periculo, ac animæ dispendio spreto & posthabito, miseri mortales nil prius & antiquius habeant, quàm ut noctes atque dies desudando thesaurorum istorum vanissimorum compores fieri possint. Sed à venenosis illis & inanibus thesauris ad ventos nostros redeamus.

Ventorum diversimoda, eorumque qualitates ac proprietates diversæ ex quinque causis sequentibus existere videntur: Earum 1. est Solis propinquitas, qui vel propior est vel remotior ab eo loco, quem ventus occupat. 2. Motus, qui vel cum aëre, in quo ventus est, concordat, aut ipsi adversatur. 3. Materia, ex qua ventus constat, & locorum in quibus oritur, inæqualitas, cum videamus hunc ex mari ortum trahere, illum aquæ nivis originem adscribere, alium ex paludosis & uliginosis locis oriri. 4. Regiones, quas venetus percurrit, & quæ maximam etiam inter ventos discriminem causantur. 5. Locus, ex quo venti spirare; nonnulli enim ex aëre prodeuntes terram infestant; alii è contrario ex terrâ egredientes aërem perviganerut; quidam ex medijs aëris regione exeuntes terrâ migrare dominantur. Universalis ventorum propietas hæc est, quod magis exficcent, quàm Sol, qui vapores quidem extrahere, sed tum cito & fortiter non dispergere atque dissipare, aut abducere, sicuti veneus potest. Quatuor anni partium ratione venti etiam valde inæquales sunt, cum in Mense Martio exhalationes terrestres longè fortius & citius, quàm alijs mensibus consumere & dissipare soleant. Tandem diversis etiam modis cessant, & sedantur. 1. Quando aër maximâ vaporum copiâ repletus in liberatur, aut ipsi condensati in pluviam se resolvunt, & in terram decidunt, aut ipse aer tantam molem diutius sustinere aut retinere non potest, aut nubes à magnis & altis montibus detinentur, aut repelluntur, aut frigus tandem eas compremit & coercet, tunc venti cessant, & finem inveniunt. 2. Quando vapores in aëre altius ascendunt, & in eo dissipantur. 3. Cum eo usque in media aëris regione perguut, ut infima eiusdem regio tamdiu ils careat, donec ab igne repellantur. 4. Quando in nubes mutati à ventis superiorem aëris plagam occupantibus in alia loca deportantur. 5. Quando venti longius ab origiuis fuæ loco prowecti à novâ materiâ non augentur aut aluntur, desinunt, & in auras evanescunt.

CAPUT VI.

Signa temporum ac tempestatum prognostica, & ventorum divisio.

NAtæ signa sua prognostica habent, ex quibus de tempestatibus ac tempore qualitatibus & conflitutionibus futuris conjecturas sumere solent; eorum quædam subjiciemus.

1. Natæ Solem Halonæ aut circulo rotundo cinctum videntes, aut tempestatem vehementem, aut ad minimum ventum fortem expectant. 2. Nubes rubræ, Sole oriente aut occidente, in Meridie, aut Septentrione, aut quâvis aliâ cœli plagâ conspectæ, locum, unde ventus sit proditurus, designat. 3. Sol sub Horizonte latens, & radios rubentes ejaculans, aut nubes rubræ atque ostum ipsius Horizontem superantes, vel ipse Sol orjens aut occidens magno rubore infectus, radiosque rubros emittens, aut nubibus rubentibus tectus, ventum significat. 4. Candidus circulus Solem occidentem cingens venti vehementis indicium est, qui ex eo loco oritur, quo circulus aperitur & disjungitur. Si circulus cæruleus fuerit, aut aliquandiu niger manserit, antequam Sol occidit, magnam ac vehementem tempestatem augurantur: Sin vero partes ejus omnes simul evanuerint, serenam tempestatem prædicit. 5. Sol in aëre particulas quasdam faciens, & quasi parvos Soles efficiens, ac in unum aut alterum latus rubicundos radios projiciens vehementis & tempestuosi ex illo latere venturi venti argumentum est. 6. Sol in occasu incur-

Biblioteca Museo Franz Mayer

incurvatam & quasi excavatam figuram repræsentans,
7. aut ventum, aut pluviam adfert. 7. Pallore affectus Sol
8. otiens pluviam, occidens ventum denotat. 8. Idem
vespertino tempore sanguineo rubore coloratus
maximam ventorum ferociam plures dies duraturam
9. indicat. 9. Cum in occasu pluribus nubibus tectus sibi
quasi nidum aliquem facit, & radios demittit, ita ut
quasi barbam habere videatur, pluviam sequuturam
arguit. Cum vero quasi exmedio suo corpore radios
emittit, & nihilominus sub nubibus tectus latet, tem-
pestatem horridam ferocibus ventis, & pluvias magnis
10. comitatam prænunciat. 10. Nubes plurimæ Solem
orientem circumcurtantes tempestatem eodem die
futuram portendunt: Eadem ab Oriente Occasum
versus proficiscentes egregiam & serenam tempesta-
11. tem secum vehunt. 11. Nubes cum, Sole oriente ad
Septentrionalem partim, partim ad Meridionalem pla-
gam se recipientes ventorum indicia esse comperium-
12. tur. 12. Sol vespertino tempore nubes subiens sequen-
ti die pluviam affert, cum pluviâ occidens ventorum
causa est, occidendo nubes post se trahens turbulentos
13. ventos & tempestates excitat. 13. Quo plures nubes
Solem circundant, quo minorem lucem Sol fundit, & quanto minor apparet, tanto ferocior tempestas, surgit. Duo aut tres Soles turbulentissimarum, ac plures dies duraturarum procellarum signa sunt. Hactenus observationes & prognostica quæ ex Sole petuntur.

Lunæ prognostica.

1. Luna indicationes sequentes suppeditat: 1. Utrumque Lunæ cornu vel acumen obturum pluviam conjicere jubet. 2. Quintum Lunæ diem præter cæteros tempestatibus subjectum nautæ exhorrescunt. 3. Ex macula nigrâ, in superiori Lunæ cornu initio cujusvis mensis Lunaris apparente, de pluviâ venturâ conjectura sumitur. 4. Ex eâdem in medio Lunæ plenæ constituta sedum cœlum colligitur. 5. Lunam quarto die adeò obscuram, ut oculos fugiat, ac ventum à meridionali plagâ flantem asportet, strâle, ac hybernum cœlum fequitur. 6. Luna oriens solito nigrior præcipuè in cornu inferiore procellas suscitat: Plena, aërem inconstantem, & injucundum reddit: Idem, eâdem decrescente, contingit, quando nigredo illa cornu superius occupat. 7. Cum Luna quarto die oriens clarum lumen effert, ac cornibus non obtusis sed rectè ac debitè extensis cœlum percurrit, reliquam mensis Lunaris partem plerumque tempestate serenâ & jucundâ cœli facie finitum iri portendit. 8. Lunares radii in navis lateribus, aut supersoribus partibus splendore quodam coruscantes, humidi aëris notæ esse censentur. 9. Circulus circa Lunam non adpodum clarus ventus grandes commovet; plures ejusmodi ac diversis quidem horis apparentes, si supra Lunam in nubes admodum nigras se dissolverint, aut dissiparint, maximos imbres producere solent. 10. Rubeus color in obscura Lunæ parte imbrem cum vento conjunctum prodit. Viridis, aut pallidus color idem facit. 11. Rubeam aut flavam Lunam circulis fractis circumdatam tempestas comitatur, aut è vestigio sequitur. 12. Luna majore solito, ac luminis plena occidens serenam tempestatem præcurrit, quæ plures dies stabilis permanet. 13. Circulus Lunam plenam cingens ex illa parte, quæ clarior apparet, ventosum tempus educit. 14. Aliquot diebus ante & post conjunctionem Lunæ cum cæteris planetis venti plerumque ferocius & fortius sese efferunt, quàm alis temporibus: Idem etiam animad verti solet, quando Sol Æquinoctiorum aut Solstitiorum puncta percurrit. Solis tamen conjunctiones, ut plurimum sereni dies comitantur.

Stellarum prognostica.

Quomodo generentur. claudit, & fundum petit. Circa Quintilis finem, & toto Sextilis mensis tempore postquam Margaritæ ad maturitatem perventerunt (citius enim apertæ nihil nisi tenacem humiditatem reddunt) Urinatores sub aquis laborem suum peragere assueti, ad maris fundum tendunt, ostrearum sedem exspicaturi. Non semper eandem eidem loco adhærent, sed sæpius eundem mutant. Indagatione facta in vicino litore, ex stramine texturæ constituuntur piscatoribus ac cæteris piscatu durante domicilium præbentia. Solis ortus cymbarum frequentiam maximam in mare deducit: plenæ illæ Urinatorum & aliorum his inservientium, ac lapides fundibus aligatos in mare demittentium. Urinatores oleo aut pinguedine quadam aures obducunt, & obbinunt, ne aquam admittant. Naribus cornu caprino applicato, faccoque de collo suspenso, aut corbe manibus apprehenso aquis se immergunt. Sacco aut corbe summâ celeritate Ostreis repleto, funibus in aquâ pendentibus sociis in scaphis sedentibus signum dant, qui eos funibus corporibus ipsorum affrictis ex aqua extrahunt, ne nimis diu in mari manentes suffocentur. Ostreas octo, novem, aut plures orgias sub aquis rupibus & scopulis firmitèr adhærentes vi abripere coguntur. Piscatus hic huc adveniente incipit, eâdem abeunte finitur. Ostreas suas capras quisque coacervat, coacervatas Soli exponit. Solis calorem sentientes, testarum commissuras solvunt, putrescentes & exsiccatæ, Margaritas carne obductas demandant, ac earum possessores suos compotes reddunt. Nonnullæ Margaritis planè carent, aliæ minores aliæ majores exhibent. Cribeo æreo omnes discernuntur. Observatione diuturnâ & crebrâ notatum est, tempestate ferenâ Ostreis excipientibus rorem putriorem communicante, Margaritas pulchriores, clariores, & lucidiores evadere, quam tempore illo, quo ros à pluviâ turbatur.

Locus nonnisi tria in India Orientali piscatui huic apta inveniuntur. Tractus maritimus ab extremo litoris Malabarici Promontorio hodie *Capo Commarin* cognominato, usque ad litus vadosum propè *Remanner*, quæ longitudo quinquaginta circiter milliaria continet, incredibilem Margaritarum copiam suppeditat. Earum piscatus hic adeo frequens est, & celebris, ut plærunque octingenta aut nonaginta omnis generis majora & minora navigia in mari conspiciantur, & sexaginta aut plura hominum millia eum in locum confluant, ut Margaritas convenienti precio redimant. Pluris enim aut minoris venduntur, precium que exiguitas aut magnitudo, obscuritas aut perspicuitas, rotunditas aut longitudo auget vel minuit. Sinus *Ayan* in Synensis Regni litore haud paucis etjam Unionibus abundat, & alterum hujus piscatus locum exhibet, cui tertius succedit in Sinu Persico, è regione *Iaſſar* in Regno Ormus, ubi quadraginta circiter Insulas hic piscatus nobilitat, ac celebres reddit. Europæi Populi eas cæteris Margaritis anteponunt, quæ juxta Insulam *Barien*, vel *Bahurem* in dicto Sinu Persico piscando acquiruntur. Est illa sub 26. gradu 36. scrup. sita, & litori Arabico oppositæ: Margaritæ verò ibi captæ puritate, pulchritudine, splendore, & rotunditate alias omnes antecellunt, & mirâ suâ præstantiâ homines adeò allicunt, ut in eo loco solo, sæpissimè frecentorum navigiorum numerum frequentia excedat.

Quibus capiuntur. Nec Occidentalem Indiam earundem copia deficit. Litus Americæ à freto Puris usque ad *Cabo de la Vela* se extendens, atque tractu quadringenta milliaria longo pergens Margaritas mirâ uberitate profert. Locus Anno 1529, Hispanis innotuit, & ex ipsâ re nomen *Costa de las Perlas* invenit. Insulæ tamen *de las Margaritas*. *Cuba*, & *Coche*, sub 11. gradu versus Septentrionem, provinciæ Cumanæ proximæ tantâ earum ubertate luxuriant, ut unius mensis spacio in mari propè Insulam *Coche* quingentas marcas (quarum quævis dimidiam libram conficit) piscatus reddidisse, regemque Hispaniæ singulis annis ex piscatu propè

Scombri. Scombrus piscibus aliis suavitate haud cedens, eadem quâ haleces, multitudine in aqua conglomeratus conspicitur, atque retibus capitur. Ab Aprili usque ad Junii vel Julii exitum inferioris Britanniæ oras & litora extrema frequentans, Gallici litoris accolas amplissimo lucro locupletat.

Biblioteca Museo Franz Mayer

Cubagum Insulam peo quinctæ parte 15000. millia numorum aureorum, qui vulgò ducati vocantur, emolumentum exposcere feratur. Pulcherrimas & maximas olim subministravit Sinus S. Michaelis vulgò *Golfo S. Michael*, præcipuè verò mare *Terreregui* Insulæ finitimum. Invenire licet ibi, quæ oculum humanum magnitudine superabant, ut multitudinem earum silentio præteream, de quâ ex eo conjectura facilis fiat, quod ejusdem Insulæ Præfectus, quem Incolæ *Cafaque* nominare solent, pacem redempturus, Moratæ Hispanorum Duci arcam centum & decem pondo margaritarum continentem obtulerit, & singulis annis ducentorum pondo vectigal pollicitus fuerit. In arca illâ reperiebantur nonnullæ, quæ nucis avellanæ, & aliæ quæ nucis Moschatæ magnitudini respondebant. Una erat inter omnes figuram pyri referens, quæ triginta & unius carathi pondus habens mille & ducentis aureis Castellanis vendita tandem ad Imperatricem Isabellam devoluta est. Verumtamen quid causæ sit, quod hodierno die piscatus ibi locorum evanuerit, & an oftreæ illæ margaritiferæ alio concesserint, an vero nimio piscatu exhaustæ sint, dubitari potest.

Succinum sive Electrum.

De Succino sive Electro, quod mare in litus Borussicum ejicit, vel eructat, sequentia memoriæ prodidit Cornelius Tacitus, cum de Essiis, id est Borussis, mentionem facit: *More, inquit, ferarum, & pelle amnium Succinum, quod ipsi Glesum vocant, quod inter vitri pellucent, inter vada, atque in ipso litore legunt.* Hactenus autem an litore Borussiæ Ducalis haud procul Regiomonte Metropoli colligitur, & primo succus mollis esse videtur, qui deinde coagulatus duritiem, quam habet, induit. Ex arboribus eum nonnulli ortum trahere autumant, quod veritati consentaneum haud credi potest. Aliorum opinio verisimilior est, qui illud ex succo aliquo minerali prosilire, & coagulari tradunt. Succum fuisse facile quis conjicit, si res diversas cum succo isto concretas, ipsique inclusas, muscas puras, culices, ac alias ejusmodi plures consideraverit. Elegantes capuli, & manubria pulchra, qui bus cultri inseruntur, monilia item, & alia ejusmodi ornamenta ex eo conficiuntur, ita ut in plures alias regiones transvectum incolis & Principi emolumentum insigne quovis anno afferat.

Coralium, tandem, vel Coralium frutex est lapideus, vel lapidosus, qui sub undis marinis crescens & germinans iisdem ex mari eruitur, & non solum ob pulchritudinem, quam ipsi rubor splendens conciliat, sed etiam propter virtutes insignes, quibus pollet, ubique locorum magni fit, & in summo pretio habetur, cum ad varios usus adhibeatur, & pluribus ornamentis elegantibus conficiendis aptus sit. Plinius cap. 2. lib. 32. ejus meminit & commemorat, quod Coralium suo tempore in mari Siciliam Insulam cingente, in Mari Rubro atque Sinu Persico inventum Indis perinde ac ipsi lapides pretiosi acceptum & gratum fuerit: Optimum tamen à Gallico litore prolatum esse testatur, ut verba ipsius indicant: *Laudatissimum in Gallico sinu circa Stoechades Insulas.* Nostrâ ætate pulcherrimum & præstantissimum est, quod natat propè *Toulon* Galliæ urbem in Provinciâ sitam, & inprimis in mari duobus milliaribus à promontorio, *Cap de Cheri* vocato, piscantur. Eo enim in loco hinc inde mari fundum tamdiu pervestigant, donec acumina ex eo eminentia offendant, quæ Coralia sub aquis latentia produnt. Signis his animadversis retia cruci ligneæ adstricta in mare immittunt, iisque huc atque illuc per fundum tractis, Coralia implicant, & sæpè magnâ copiâ extrahunt, interdum verò etiam retia rumpunt. Rami extracti, & plurimis ramusculis ornati, nonnunquam ab initio non sunt rubri, sed cortice tecti, quo purgati & liberati rubedinem illam gratissimam tandem ostendunt. Existunt aliquando etiam molles, ex quibus confractis, aut digitis compressis liquor aut succus crassus effluit per foraminaparva, quæ in oculos incurrunt, postquam liquor effluxit. Is attingendus non est, eò quod igneâ & aduremte naturâ præditus cutem, quam tetigit corrodere solet. Corpori duro infusus, vel adhærens tanquam Coraliorum semen novum ramum coagulatus producit.

Coralium.

CAPUT VIII.

Antiqua Navigatio.

HActenus emolumentum ex piscatu marino in mortales redundans filo orationis nostræ contexere hactenus. Magnum illud & incredibile, quod ingenti pecuniæ vi genuis humanum beat. Majus tamen illud, quod Navigatio facit; imò tantum, ut nec ore pronunciari, nec literis mandari queat. Tot ac tantis enim thesaurorum acervis & diviriarum cumulis, ut olim, ità & nostris hisce seculis quavis gentes & populos cursus maritimus, qui navibus per undas conficitur, obruit, ut earum laqueis irretita plærique mortalium pars voluptatibus immensa pessum iverit, & adhuc pessum eat. Navigationem nos duplicem facimus: Antiquam, & Novam. Divino inde nata, quod Veterum Navigatio cum eâ, quæ superiori, & hâc nostrâ ætate in usu est, comparata, penitus dissimilis esse videatur. Illi enim navibus in tam longinquas & à nostro orbe tam remotas regiones non profecti, negotiorum in mari gestorum gloriâ & famâ non ita nobiles & clari extitere, quemadmodum populi Europæ hac nostrâ ætate, inprimis verò Hispani, Lusitani, Hollandi, Zeelandi, Frisii, Angli, & Galli, quæ gentes navibus suis, id quod antiquis fieri non posse videbatur, totum terrarum orbem circumnavigarunt, & nominis gloriâ immortali in ultimos terræ anglos penetrarunt. Utramque filum noster compendiariâ descriptione complectetur, ac Veterum navigationi primum locum concedet, cui hodiernam subjunget, rem admirandam, ac ferè omnem fidem humanam superantem, quæ totum orbem maritimum pervagata, nihil non intentatum reliquit, nec dum relinquet.

De origine, ac primo navigationis apud veteres inventore quo minus aliquid certi, atque exploratiin medium proferatur, fabularum, atque commentorum infinitorum, quibus scriptorum veterum, ac poëtarum libri distenti sunt, numerum ingentem impedimento esse novimus. Ex Sacris literis perspicuum est, atque constat, divino mandato, ac jussu Noachum Arcam ædificasse, & in eam totâ sua familiâ, omnisque generis animalibus in eam recepisse, ne Diluvio cum toto genere humano, quod divini spiritus regimini se genitus abdicaverat, jugumque divinum excussserat, pessum iret, sed ad mortalium procreationem conservaretur. Inde patet, quod Deus Jehova omnium spiritualium, & corporalium donorum author, & largitor unicus humanæ progeniei navium inventionem, & usum suppeditaverit, ut bonorum suorum affluentiâ uberrimâ, & benedictione locupletissimâ, tàm mari quàm terrâ frui possent. Hanc de Noacho historiam fabularum suarum involucris procul dubio poëtæ gentiles texere, & Noacho Saturni, filiis autem ejus tribus, Semo, Japhetho, & Chamo. Jovis, Neptuni, & Plutonis nomina imposuêre. Horum posteri se in omnes antiqui orbis partes & regiones effudêre, ita ut Semi posteritati tota Asia cum Insulis finitimis cesserit, Japeti progenies Europam cum Mediterraneâ Maris Insulis in suam potestatem redegerit, & Chami soboles Africam occuparit. De Jove, Neptuno, & Plutone mitas fabulas Poëtæ antiquæ cultores commenti sunt, eas Philosophi variè pro captu suo interpretati sunt & nunquidam Physicæ atque disciplinis Theoreticis apta runt,

Antiquo-rum na-vigatio.

Noachus

Saturnus.

Jupiter

Neptu-nus.

Pluto.

runt, alii verò Philosophiæ practicæ aut morali con ferarneas esse judicarunt. Jure verò fabulas, ac commenta appellaveris, utpote quæ ipsis tenebris obscuriora ne umbeam quidem historiarum veratum præ se ferant. Navium inventionem plures acceptam ferunt Glauco, quem artis vela faciendi peritissimum in conflictu navali Jasonis cum Thyrrenis Argo navis classium tenuisse perhibent. Proteum itidem miris fabularum lusibus in scenam produxerunt veteres, & dixerunt, ipsum navigandi peritiâ nemini non præviisse, & ob singularem, quâ pollebat, rerum maritimarum, atque tempestatum sortitam cum vitulis marinis commune domicilium habuisse, & se in omnis generis formas mutasse. Fuerunt forte viri experientiâ maritimâ nobiles, & præclari, eamque ob causam à fabularum commentatoribus inter Deos relati, ità ut de ejusmodi commentis nil certi statui possit, eaque ad authores suos remittenda sint. Quæ sequuntur, minus à veritate abludere videntur. Insulæ Cretæ imperio olim præfuit rex nomine Jupiter, cujus Filius Minos Athenienses pugnâ navali victos quotannis tributum ferre coëgit. Phœnices primi cum mercibus suis & divitiis malorum irritamentis avaritiam, prodigalitatem, omnium rerum affluentiam nimiam, & voluptates insatiabiles in Græciam transportaverunt. Theseus Taurum regis Minois arch italassum conflictu maritimo superatum in mare præcipitem dedit, & fabulæ de Minotauro ansam præbuit. Dædalus coæraneus ex Creta volando evasisse, & ex regis Minois manibus elapsus esse fertur: Navis fuit, cujus beneficio ipsi evadendi potestas dabatur, Vela verò quibus tanquam alis à vento promota navis per undas volat, commento occasionem dedêre. Prometheus apud Æschylum se hujus artificii authorem profiteretur, cujus tamen laudem, & gloriam Rhodi sibi vendicant, & maximâ leges suas nauticas jactantiâ deprædicant, utpote qui historicis & Jurisconsultis testibus negotiis maritimis & toti navigationi certas, & salutares leges præscripserunt. His se Phœnices opponunt, qui Jonem, à quo Jonium mare nomen suum traxit, ex Græciâ in Ægyptum trajecerunt, ac polum utrumque observando, ac discrimine certo distinguendo, pare hujus laudis possessores esse voluerunt. Ejusdem & aliæ gentes cupidæ sunt, ut Cares, qui maris domini olim audiebant, Corinthii, Æginetæ, Tyrii, Ægyptii, & aliæ quamplurimæ nationes, quarum quævis in hujus præconii possessionem pedem ponere desiderat. Boëotis mos erat ex crassioribus arborum truncis naviculas suas excavando conficere, aut rates junceas corio bubulo obductas remis propellere. Rex Erythra, ex quo Mare Rubrum Erythræi maris nomen invenit, primus rates inventione suâ produxit, usque mare illud texit. Omnis generis navicularum Platæenses authores esse ajunt. Mysios, & Troianos ratibus Hellespontum trajicere solitos alii tradunt. Navigia ex salicibus, aut aliis ejusmodi virgultis lentioribus connexa corio munire Britannis in more positum fuit. Historiæ memoriæ prodant, postquam triremes inventæ essent, Amimoclen Corinthium, à Polydoro Virgilio Amoclen appellatum, ejusmodi navem tres remorum ordines habentem, atque ideò triremem nominatam, construxisse. Eacundem testimonio similem Athenienses quatuor remorum ordinibus, aliam Salaminios Nesiotas quinque, Zenazoras sex, Mnesigeton octo, & decem fabricati sunt. Numerum Alexander Magnus quatuor ordinibus auxit. Ptolomæus Soter jussit, ut quindecim ordines in navibus suis conficerentur, quos Demetrii Antigoni filius duplicavit. His Ptolomæus Philadelphus decem, & Philopator adhuc alios decem addidit, ità ut tandem ejusmodi naves quinquaginta remorum ordinibus munirentur. Danaus primus ex Ægypto in Græciam navigatione transmisit, ab hoc Græci Danai cognominati. Ante id tempus ratibus fluminà trajicere solebant. Nilum ex papyro, junco, & arundine conjunctille naves suas

Proteus.

Jupiter. Minos. Phœnices.

Theseus.

Dædalus.

Prometheus.

Rhodii.

Phœnices.

Cares Corinthi. Æginetæ. Tyrii. Ægyptii. Bœoti. Erythræ.

Platæenses.

Britanni.

Danaus.

Nilus.

Varia navium figura.

Navium longa-chitectus esse creditur.

Lembi.

Hippagines.

Cercopæ.

Veterum historiarum incunabula cum plurimis natæ-ones ma-rationes.

Bacchus.

Phœnissæ.

perhibent. Varias etiam navium formas atque figuras ab antiquorum nationibus varias excogitatas atque navium effictas esse ex historiis Veterum discimus. Prima navis longa sub Sesostridis imperio apud Ægyptios vita est. Hippius Tyrius primus navium onerariarum architectus esse creditur. Lembis velocibus illis naviculis, quæ citissimo curfu aquas permeant, Cyrenenses ante alios omnes usos fuisse legimus. Apud Phœnices Cymbarum usus innotuit. Circeros, grandium navium genus, insulæ Cypri incolæ sibi finxerunt. A Germanis Danubii fluvii accolis lineres, feu naviculas piscatorias, & ab Illyriis Scaphas, quæ cymbarum quodâm genus sunt, inventas esse memoratur. Hippaginum seu Hippagogarum ut alii vocant, quibus Fetho docente, equi trajiciebantur, in Salaminiorum historiâ primam mentionem fieri quidam asserunt, quamvis alius placeat. Dubium itaque fuisse, cum equos suos post infelicem illam pugnam, quâ Mœdis dem in campo Marathonio adortus fuerat, in Thraciam trajicere. Apud Thasios longarum & tectarum navium usus innotuit. In Lydia Pyrrhones primam Rasestatem confecit, eique se in undis concredidit. Eufebio teste, Usoi quidam primus arbores ad navium architecturam aptas cædere, & igne ad eandoneas reddere docuit. Ægyptionis Scythæ inventione naves fossæ Navesro-tæ profectæ sunt. Atheneo docente grandes & insignis magnitudinis naves à Veteribus Cyclades & Æthnæ nominabantur, id est, insularum aut montium nominibus ob insularum magnitudinem insignebantur.

Quamvis verò veteres medii ad navigationes felicitet inflituendas & prudenter gubernandas necessariis, quæ hac nostra ætate illas faciliores, & felciores reddunt, planè destituti fuerint, vitam tamen suam periculo maritimo exponere, & expeditionibus navalibus bella gerere non dubitarunt. Prima tamen veterum historiarum incunabula cum plurimis natæ-expeditionibus commentitiis referta & plena sint, ut ab inones matio hujus capitis dictum est, nihil profecto veritatis ex tionis. iis erui poterit, nec certi quid constitui de Bacchi, Jasonis, Herculis, aliorumque similium rebus mari gestis, de quibus Veritas tot fabellis gloriatur. Bacchus in urbe Nysa in Arabiâ Felice sitâ habitatus eidem provinciæ, & præterea Sinui Persico, Arabico, totique Syriæ imperabat. Hic propè insulam Dium, vel Naxon, ex quâ Ariadnen rapuerat, à piratis Tyrrhenis oppressus, victus, ac capeus est. Vino tamen piratis, quibus illud largè propinaverat, ac somno sepultis, scaphâ elapsus ex custodiâ, ad suos rediit, & Arabas Phœnicesque mercatores, Astronomiæ & navigationis scientiâ imbuit. Eâ de causâ à Græcis Sacra Triterica in honorem ejus institua sunt, utpote qui totum triennium itinere ubi maritimo contriverat. Phœnices postea mercaturæ exercendæ causâ naves Phœnissa-fabricarunt, quibus mercibus pretiosis onerata in Græciam appel-ces. lentes Jonem Inachi filiam rapuerunt. Cretenses par Cretenses. ter refetentes, Europam Agenoris filiam ex Phœnissa-ces. eâ raptam abduxerunt. Jupiter enim Cretensium rex, postquam faciem hoc Phœnicum audax & scelestum, quod in Inachim filiæ raptu commiserant, ad aures ipsius perveniset, navi, cujus prora Tauri figuram formamque exprimebat, in Phœnicium transmittens, Europæ potitus est. Hinc commentum de Jove in taurum mutato, ac Europâ ejusdem tergo insidente, ac per mare transportatâ, originem traxit. Argonautæ Argadiqo, vel ut alii volunt, quatuor & quinquaginta numero principes erant Græciæ primatri ac præcipui, quos Valerius Flaccus, Orpheus, & Apollonius nominatim recensent. Ex eorum ordine fuerunt Jasonis dux, & author expeditionis, Typhis, Castor, Pollux, Hercules, Hylas, Telamon, Theseus, Orpheus, Nauplius, Mopsius, Zetes, & Calais. Navem hi curabant ædificari insignitæ tunc temporis magnitudinis apud monotem Pelium, cui Argo nomen à Græco vocabulo ἀργὸς, celeritate nimium, seu velocitate nomen imposuerunt. Hâc ex Thessaliæ Græciæ Regione vela

Biblioteca Museo Franz Mayer

dantes, per mare in Colchin regionem Ponto seu Mari Euxino conterminam delati, aureum vellus cum Medeâ regis Æetæ filiâ Jasonis amore captâ, & relicto patre ac patriâ, cum ipso fugam capessente, in potestatem suam redegerunt. De Aureo Vellere, quidnam fuerit, in varias sententias authores discedunt. Phryxus Athamantis & Nepheles filius post matris obitum suus novercæ insidias veritus cum sorore Helle arietis aureâm lanam habenti, quem à matre dono acceperat, insedit, fretumque illud trajecit, quod à sorore ipsius undarum vi ex ariete deturbatâ, & aquis submersâ, Hellesponti nomen sortitum est. Salvus ac incolumis ad regem Æetam perveniens Jovi, vel ut alii volunt, Martì arietem sacrificavit, pellem verò ejus lanâ aureâ exornatam in templo suspendit. Non nullorum ergò opinio est, arietem hunc lanâ aureâ præditum fuisse: Pellem alii auro puro repleram, aut ad minimum obductam ferunt. Phryxi navem ariete aureo, vel deaurato insignitam fuisse, quibuslam placet. Haud pauci etiam statuunt, celebertimas & ditissimas Colchidis auri fodinas hoc de Aureo Vellere commentum produxisse. Tandem inveniuntur, qui pellem arietinam, cui Lapidis Philosophici conficiendi secretum, aut metalla minora in aurum mutandi ars inscripta fuit, in potestate sua regem Æetam habuisse asserunt. Nec desunt etiam, qui Aureo Vellere incredibilem thesaurum à Phryxo regi Æetæ advectum denotari credunt.

Vellus aureum.

Argonautarum iter maritimum in Colchin Græcorum expeditio navalis decantatissima excipit. Hi mille centum & quadraginta navium, quarum apparatu multum temporis triverant, classe ex Græcia Trojam vecti, civitatem illam cum regno splendidissimo post obsidionem decennalem everterunt. Belli occasio erat, quod Paris Priami Regis Trojani filius Menelaum Spartanorum regem raptu violento uxore sua Helena orbaverat. Historia sive vera, sive ficta poëtis veteribus, Homero cum primis, plausitum fabularum suppeditavit. Ex ea nati Ulyssis & Æneæ errores, quorum illi ab Homero Græco, & hi à Virgilio Latino carmine descripti sunt.

Græcorum expeditio.

Postquam Assyrius Imperium seu Monarchia erepta, & ad Medos, à Medis verò ad Persas devoluta esset, Persæ Græcorum potentiæ imminere, atque insidias struere cœperunt. Inde bella utrinque vehementissima orta, & gesta, & expeditiones variæ terrâ marique susceptæ. Fullonum artificium cum vini ac olei usu Athenienses invenerant, & præ cæteris Græcis omnibus Politicæ & Bellicæ Gubernationi, ut in certum & laudabilem ordinem redigerentur, maximâ curâ incumbebant. Ante Deucalionis tempora rex ipsorum erat Cecrops. Post Codri regis obitum cum regibus administratio regia & regni forma cessibat, Athenæque quotannis à suis Ducibus, & Præfectis regebantur. Legibus destituti Solon sub 46. Olympiade, leges, ac certam Reipublicæ administrandæ formam præscripsit. Posteà bellum gestum est inter Megarenses & Athenienses, quorum dux Pisistratus classis Megarensis, stratagemate oppressæ, potitus est. Facinoribus egregiis nobilis & divitiis potens invadendæ & occupandæ urbis Athenarum occasionem arripuit, eamque in potestatem suam redactam, ac tyrannide oppressam filio Diocli reliquit, quem alter filius Hippias excepit. Hic ab Atheniensibus regno & civitate ejectus, in Persiam fuga se recepit, Dariumque regem instigant, popularium que odio inflammans, prima belli Persarum cum Græcis gesti fundamenta jecit. Darius exercitum suum navibus ex Asia in Græciam trajecit, Athenienses periculum in mora esse rati auxilia à Spartanis mittenda non expectarunt, sed viribus suis sub Themistocle duce suo in Marathonio campo Persarum exercitum adorti sunt, ac felicissimo successu fuderunt. Ex sexcentis millibus ducenta capta; reliquæ ad naves suas fuga sibi consuluere. Hippias tyrannus in prælio vitâ orbatus, funesto exitu meritas tyrannidis & proditionis pœnas dedit. Alterum exercitum & quidem longè validiorem apparatu incredibili adornans Darius Rex moritur. Xerxes filius paternam infamiam ulturus, exercitus maximi & fortissimi conquisitione totum quinquennium contrit, Græciamque expeditione inaudità & incredibili odoritur. Græci omnibus viribus suis collectis trecentas & octoginta naves classi Persarum mille & quadringentis navibus constanti objiciunt, & prælio navali felicissimo vires tanti Regis, qui totam Græciam spe sua jam devoraverat, prosternunt. Pari successu à Lacedæmoniis terrestris Persarum exercitus ad Thermopylas trajungitur.

Athenienses.

Xerxes.

Athenienses victoriæ recolligunt.

Insignes & insperatæ victoriæ Atheniensium potentiæ incrementa incredibilia attulerunt: Præda ditissima Græcos profundâ & profusâ luxuriæ corrupit, atque discordiâ pernicioſa in exitium præcipites dedit. Lacedæmoniis clandestino odio accensi Atheniensibus potentiam, & fortunæ prosperioris evenitum, invidebant, ac testis machinationibus cæteras Græciæ urbes & Respublicas sibi adjungere studebant. Athenienses viribus suis confisi æmulorum suorum conatus susque deque habebant. Civilis hujus discordiæ flamma tandem erupit, ita ut uterque populus Solonis & Lycurgi legibus in Respublicas splendidissimas & potentissimas redactus, mutuis belli se conficeret, & ad extitium ruerit. Hæc inter 80. & 84. Olympiaden gesta sunt. Turbas has subsequutum est bellum Peloponnesiacum, quò Græcorum vires mutuis conflictibus maritimis mirum in modum labefactatæ, collapsæ sunt. Occasio ejus hæc fuit. Epidamnus Macedoniæ civitas, mari Jonio contermina, à Barbaris divexabatur. Huic Corinthii auxilia sua miserunt. Corcyræi, qui eidem subsidio suo succurrere detrectaverant, tem agrè ferentes quadraginta navium obsidione eam cingunt, & Corinthiorum naves septuaginta quinque Epidamno auxilium laturas conflictu navali superant. Corinthii sequenti anno classis ingentis adornatione occupati, Corcyræi ab Atheniensibus per legatos superias petunt, & 10. triremes impetrant. Classis Corinthiaca fociorum Heliensium nempe, Leucadiorum, Megarensium & Anactoriorum ope collecta, centum & quinquaginta naves complectebatur: cui Corcyræorum centum & decem naves oppositæ sunt. Pugnæ navalis exitus talis fuit, ut neutra pars de victoriâ gloriari potuerit. Triremes Atheniensium superiorum suorum mandato parentes, pugnæ quidem se non immiscebant, verum Corcyræis in periculo constitutis adjumento erant, & hostium conatum impediebant. Auxilium hoc Corcyræis ab Atheniensibus latum Corinthii admodum molestè tulerunt, ita ut ipsis infensissimi essent. Atheniensesin maximum Perdiccæ Macedoniæ Regis odium tunc temporis etiam incurrerant ob fœdus, quod cum fratre ejus iverant. Accessit, & Lacedæmoniorum insignis invidia & æmulatio, qui Atheniensis rerum omni successu prospero elatos & potentiâ suâ superbientes ferre non poterant. Ex hisce principiis bellum Peloponnesiacum originem ducens contra Athenienses excitatum est, & omnes totius Peloponnesi populi, Argivis, & Achæis exceptis, qui neutri parti opem suam addicere, sed quietâ pace frui maluerunt, Reipublicæ Atheniensis odio ardentes bellum sollicitè pararunt, quod Atheniensibus à Lacedæmoniorum legatis denunciabatur. Atheniensium hostes erant Lacedæmonii, Corinthii, Megarenses, Sycionii, Pellenenses, Helii Ambraciotæ, & Leucadii, quarum gentium omnium quævis pro viribus suis ea, quæ ad classem parandam necessaria erant, sufficiebat. Boeotii itidem, Phocenses, Locri, Leucadii, Anactorii, Parrenses, Myconi, Messenii, Coronei, Metroenses, Elei, & plures aliæ nationes, quibus equitatus & peditatus comparandi cura incumbebat. Atheniensibus favebant Chii, Lesbii, Plateenses, Messenii in Naupacto, Acarnanes plerique, Corcyrenses, Zacynthii, Cares maris accolæ, Dores Carum vicini, Jones, Hellespontii, & præter Melo & Tæram insulas, omnes cæteræ insulani Peloponnesi & Cretæ Insulæ lateri finitimæ. Bellum hoc viginti septem annorum spacium decurrit, quo haud paucæ terrâ pugnæ commissæ, sed plura maris prælia facta, modo hanc, modo illam partem victoriæ compotem reddiderunt, donec tandem Atheniensis tertio nonagesimæ nonæ Olympiadis anno à Lacedæmoniorum duce Lysandro cæsi & superati, non modò pacem petere, sed etiam murorum civitatis suæ celeberrimæ & potentissimæ dejectionem & eversionem oculis suis cernere coacti fuerint. Cum autem à triginta Tyrannis, quos Lacedæmonii urbi regendæ præfecerant, maxima tyrannide affligerentur, plurimique civium morte injustissimâ afficerentur, cæteri exilio voluntario paternas sedes mutarunt, & Argos, ac Thebas concesserunt, à quarum civitatium incolis benevolè & humaniter exceptis spes patriæ aliquando recuperandæ nonnulla affulsit. Thrasybulus enim vir acris & strenuus haud exiguâ civium in exilio viventium manu collectâ Athenas repetens animoso ausu triginta Tyrannos secundo nonagesimæ quartæ Olympiadis anno urbe expulit, & patriam libertati pristinæ restituit. Interea temporis Thebani, & Corinthii legatos suos Lacedæmona miserunt partem prædæ bello præterito acquisitæ petitum, eo quod jure illam sibi, utpote qui sumptus suos æquè ac Lacedæmonii in bellum impendissent, competere dicerent. Quod cum Lacedæmonii superbè detrectarent, novis seminibus discordiæ sparsæ difficiliotibus bellis Græciam implicarunt. Populus alieno exemplo non cautior redditus pari, quo Athenienses olim, fastu turgebat, & rerum ad votum fluentium successu animis prospero tumidus eò audaciæ & superbiæ procedebat, ut totius Asiæ imperio immineret. Cyro enim cum Artaxerxe Darii successore, bellum gerenti superias tulerunt, ac Artaxerxis Persarum regis ducem Tissaphernem pecuniâ corruperunt, ita ut rex Cononi Atheniensium duci, qui tunc temporis patriâ suâ exul in Cypro insulâ commorabatur, classis suæ præfecturam commiserit. Hic patriæ auxilium & opem ferendi occasionem nactus, & Lacedæmonios ultione debitâ castigandi opportunitatem arripiens, conditionem lubentissimo animo accepit, ac nihil prius, antiquiusque habuit, ut patriam suam expeticulo, in quod ipsam prælio infelicitèr commisso conflecerat, eriperet. Vori etiam compos factus est, utpote qui juxta Gnidum Lacedæmoniorum classe, cui Agesilaus rex præerat, superatâ & fusâ, patriam suam in pristinam potentiam ac libertatem vindicavit. Victoria hæc plures socios à Lacedæmoniis ad Atheniensium partes retraxit, & diversorum bellorum posteà subsequutorum, Arcadii puta, Thebani, Lacedæmonii primi & secundi, & Tegeatici initium fuit, in quibus vario semper Marte pugnatum est, donec tandem viribus fractis & undique collapsis, circà Olympiadem centesimam quartam pax inita fuerit. Potentia verò Græcorum tot ac tantis bellis adeò concussa fuit, ut sensim ad interitum properaverit, ac collapsa Macedoniæ regibus ad Monarchiam viam straverit.

Athenienses.

Athenarum Excidium.

Lacedæmoniorum & Atheniensium discordia.

Bellum Peloponnesiacum, Epidamnus, Corinthii, Corcyræi.

Philippus Macedonum rex.

Philippus Macedonum rex à fratre Alexandro Thebanis obsides datus, Thebis in Epaminondæ Philosophi ac Imperatoris celebertimi ædibus educatus est. Hic à centesimâ sextâ usque ad undecimam Olympiada potentiam suam longè latèque propagavit, & plures Græcorum urbes imperio suo subjecit, ac tandem Athenienses superatos potestati suæ adjunxit, cum quibus celebertimus Græcorum splendor, & vires quibavis aliis nationibus terrorem incutientes consederunt. Ex fallaciis & imposturis totus compositus princeps, in hostibus vincendis stratagematis quam aperto Marte uti maluit, ac fidem datam non servavit.

Apertioris & integrioris animi fuius Alexander paterni Imperii successor prosperimo fortunæ flatu de Macedonum Monarchiæ à patre inceptæ fastigium auso felici gressu imposuit. Res ab ipso gestas cognoscendi desiderio qui tenetur, Curtium & alios authores consulat, qui ipsum de admirandis & incredibilibus, quæ edidit, factoribus edocebunt. Trigesimo anno suo fuit, & primo Olympiadis centesimæ decimæ quartæ anno, postquam venenum, ipsi propinatum esset, Babyloniæ diem obiit, & Monarchium Satrapis suis summâ discordiâ divisis, ac mutuis bellis se conficientibus, dilacerandum reliquit. Dum in Oriente bellis distractus esset, novas turbas in Græciâ Æacidæ & Athenienses excitarunt, qui populi cum cæteris nonnullis ad pristinam libertatem aspirabant. Exitus tamen ipsis felix non contigit, Atheniensibus præcipuè, qui jugum consectum subire iterum cogebantur.

Alexander Macedo.

Interea temporis dum hæc geruntur, Syracusarum urbis in Sicilia incolæ, Carthaginenses in Africa, & Romani in Italia pedetentim potentes evasere. De summo Imperio dubio certamine Siculi & Carthaginenses dia certarunt, ac dubiâ Martis alea vires mutuas conciderunt. Romani verò Imperii sui finium longè latèque extendendorum cupiditatem circà centesimam vicesimam nonam Olympiada anno ab urbe condita quadringentesimo vicesimo nono Consulem suum Appium Claudium singularis industriæ, vigilantiæ, & peritiæ virum cum exercitu in Siciliam miserunt, qui prima expeditione maritimâ à Romanis tentatâ superior factus regem Hieronem vicit, & in populi Romani societatem recepit. Romani navibus tunc temporis destituti Tarentinorum, Locrorum, ac Neapolitanorum haves conduxerunt, quibus exercitum suum in Siciliam transportarunt. Sicilia potiti Carthaginensium æmulationem atque odium sibi conciliarunt. Anno ab Urbe condita quadringentesimo septuagesimo tertio Cajo Duellio, & Cornelio Coss. primam classem centum rostratis navibus, & novem sexaginta quinque triremibus constantem mari commiserunt. Primi belli Carthaginensis mari gesti hoc fuit initium, quo populus uterque imperii parem ferre neficiens vehementi dimicatione de Sicilia regni possessione dimicavit. Carthaginensibus aliquot prælis maritimis victis, Romanis consultum videbatur exercitum in Africam trajicere, & hostes in proprio suo territorio adoriri. Missa est classis instructissima anno ab Urbe condita quadringentesimo nonagesimo septimo, cujus cura M. Attilio Regulo, & Lucio Manlio Vulsone Coss. & Archimedis ingeniis erat. Quam valida fuerit, ex eo conjectura facilis fieri potest, quod centum & quadraginta hominum millia in eâ fuerint, & unaquæque navis remiges trecentos cum centum & viginti militibus classiariis receperit. His Carthaginenses classem centum & quinquaginta millehominibus instructam opposuerunt, & prælio ad Heracleam infeliciter commisso sexaginta quatuor naves aquâ submersas perdiderunt, quinquaginta à Romanis captas reliquerunt, & cæteras fugâ elapsas servarunt. Victoriâ hac potiti Coss. Romani classe suâ in Lybiam ad Mercurii promontorium appulsâ urbem Aspidam occupavere, Carthagineme que ipsam obsidione cinxerunt. Manlio vero Romam cum maximâ exercitus parte revocato Carthaginenses auxilio Lacedæmoniorum subImp. Xantippe adjuti Regulum Consulem in obsidione Carthaginensi cum quindecim millium millibus, & equitibus quingentis relictum subito impetu oppressêrunt, ceperunt, & reliquos in urbe Aspida Romanos militari manu circumdederunt. Auxilio missi M. Æmilius, & Servius Flavius Consules trecentis & quinquaginta navibus instructâ classe, qui clade quidem ingenti Carthaginenses afficerunt, verum in reditu tam horrendâ tempestate afflicti sunt, ut navibus maximâ ex parte à mari absorptis vix octoginta domum reduxerint. Bellum hoc Carthaginense primum

Siculi. Carthaginenses Romani.

Primum Romanorum bellum Punicum. Romanorum Coss. primam classem centum rostratis navibus, & novem triremibus constantem mari commiserunt. Primi belli Carthaginensis mari gesti hoc fuit initium, quo populus uterque imperii parem ferre neficiens vehementi dimicatione de Sicilia regni possessione dimicavit. Carthaginensibus aliquot prælis maritimis victis, Romanis consultum videbatur exercitum in Africam trajicere, & hostes in proprio suo territorio adoriri. Missa est classis instructissima anno ab Urbe condita quadringentesimo nonagesimo septimo, cujus cura M. Attilio Regulo, & Lucio Manlio Vulsone Coss. & Archimedis ingeniis erat. Quam valida fuerit, ex eo conjectura facilis fieri potest, quod centum & quadraginta hominum millia in eâ fuerint, & unaquæque navis remiges trecentos cum centum & viginti militibus classiariis receperit. His Carthaginenses classem centum & quinquaginta millehominibus instructam opposuerunt, & prælio ad Heracleam infeliciter commisso sexaginta quatuor naves aquâ submersas perdiderunt, quinquaginta à Romanis captas reliquerunt, & cæteras fugâ elapsas servarunt. Victoriâ hac potiti Coss. Romani classe suâ in Lybiam ad Mercurii promontorium appulsâ urbem Aspidam occupavere, Carthagineme que ipsam obsidione cinxerunt. Manlio vero Romam cum maximâ exercitus parte revocato Carthaginenses auxilio Lacedæmoniorum subImp. Xantippe adjuti Regulum Consulem in obsidione Carthaginensi cum quindecim millium millibus, & equitibus quingentis relictum subito impetu oppressêrunt, ceperunt, & reliquos in urbe Aspida Romanos militari manu circumdederunt. Auxilio missi M. Æmilius, & Servius Flavius Consules trecentis & quinquaginta navibus instructâ classe, qui clade quidem ingenti Carthaginenses afficerunt, verum in reditu tam horrendâ tempestate afflicti sunt, ut navibus maximâ ex parte à mari absorptis vix octoginta domum reduxerint. Bellum hoc Carthaginense primum

Biblioteca Museo Franz Mayer

mum quatuor & viginti annorum spatium decurrit, & tandem miserabili Pœnorum clade finitum est. Anno enim ab urbe condita quingentesimo duodecimo à Lutatio Consule ad Ægusam cæsi, navibus quinquaginta amissa, & septuaginta captis, centum & viginti orbati sunt. Pace igitur utrinque initâ, uterque populus sibi reconciliatus est. Eandem fractam Bellum Punicum secundum.

Bellum Punicum secundum.

Hannibal Sagunto Hispaniæ urbe occupatâ, copiis suis in Italiam traductis octodecim annorum spacio Romanos horrendis cladibus afflixerat. Eum ut patriæ sappetias laturum ex Italiâ in Africam revertì cogeret, Scipio à Romanis Imperator belli creatus maximas suas copias in Carthaginense territorium navibus trajecit. Successit conatus, & Hannibal Italiâ relictâ, Carthaginem reversus ad Zamam à Scipione miserandâ clade affectus & devictus est. Bellum itaque hoc Imperator magnus sopivit, & pacis conditiones admodum duras subeuntem populum inquietum ad quietem invitam revocavit. Postea bella ingentia Romani confecerunt, Illyricum scilicet, Macedonicum primum. Syriacum, Creticum, & Macedonicum alterum, quibus non terrâ solùm, sed & mari incredibilia facinora edidêre, & potentiæ suæ incrementa mira adjecere.

Bellum Punicum tertium, & ultimum.

Tranquillitati nolens volens restituta Carthago vires amissas recolligit, splendorem pristinum recuperat, ac quietis neliciens, ultionisque cupida, belli reliquias renovatas instaurat. Romani, Imperii æmulam, ac turbatricem ferre nescientes, & tot molestiarum & tumultuum, quibus hactenus ab hac urbe felicitas ipsorum totics turbata fuerat, pertæsi, ejus eversionem consilio ultimo decernunt, & per Scipionem Æmilianum effectui dant, qui ab urbe condità sexcentesimo sexto, & ultimo centesimæ quinquagesimæ octavæ Olympiadis anno florentissimam & potentissimam hanc Rempublicam, quæ septingentorum annorum periodum confecerat, funditus everit.

Carthaginis excidium.

Quæ porrò post Carthaginis excidium à Romanis bella mari gesta & confecta sint, sequentia ab Historicis memoriæ prodita leguntur, Achaicum videlicet, Balearicum, Sardoum, Cilicium, & Piraticum primum. Mithridaticum, Sertorianum, Creticum secundum, ac tertium, & quartum, quodcum piratis gessum est. Ea sequuntur Cæsaris conflictus navales cum Gallis, & Britannis, sive Anglis, qui bella civilia proximè antecesserunt. Tandem Imperium hoc, quo nullum aliud potentius & felicius fuit, felicissimis successibus impatiens, & mole tantâ laborans, ac hostium externorum metu liberatum in propria viscera conversum, & bellis civilibus misere fœdatur. Bellum civile ex Cnæi Pompeji & Julii Cæsaris privatâ æmulatione profectum rerum terrâ marique gestarum historias admirandas fœcundit. Ex iis apertè patet potentia Romanorum incredibilis, quâ tunc temporis toti fere terrarum orbi dominabantur. Pompejus enim ex Asia, insulis Cycladibus, Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, & Ægypto sexcentarum navium maximarum classem collegerat. Ipso cæso ab urbe condità anno septingentesimo quinto, Julius Cæsar rerum potitus est. Hunc Cassius & Brutus in curiâ interfecerunt, cujusque successori Augusto multam negotii facessentes, haud parcis tam terrestribus, quàm maritimis certaminibus infeliciter pugnaverunt, atque interitu suo labefactatam Imperii libertatem adversario suo occupandam tradiderunt.

Bellum civile.

Romanorum potentia.

Pompejus.

Julius Cæsar.

Augustus Cæsar.

M. Antonius.

Negotium hoc tantum Octavius Augustus Cæsar solus non confecit, utpote cui M. Antonius, & Lepidus adjumento fuere. Bello confecto Siciliam sibi acquirere conatus est Lepidus, quem Augustus adortum oppressit. Tandem simultas maxima inter affines duos Augustum & Antonium oritur, & novas turbas producit. Hic post Fulviæ uxoris suæ obitum Octaviam Augusti sororem, & Marcelli viduam matrimonio sibi adjunxerat. Affinitati exitus infelix contigit. Augustus Antonio Cleopatræ Ægypti Reginæ amoribus illaqueato sororis suæ contemptum et probrabat, & ægerrimè admodum ferebat, quod regina Romano Imperio subjecta reginæ lascivæ concessisset. Antonius verò Siciliam provinciamab Augusto erectam, Lepidum simul suo honore & authoritate nudatum, naves ad Siculum bellum necessarias detentas, & nullos in Italia agros inter milites suos divisos conquerebatur. Simultate itaque tantâ in nervum erumpente, classem validam Augustus ædificavit, & ducentas quinquaginta naves tribus, quatuor, quinque, & sex remorum ordinibus præter plures alias octo militum legionibus, & quinque vexillis instruxit. Antonii classis quamplurimis navibus abundabat, & inter illas centum & sexaginta, quæ in proris & puppibus turritim magnarum mole munitæ à quatuor ad decem remorum ordines complectebantur. Navis Imperatoria, in quâm regina se contulerat, vehis ex purpurâ confectis exornata erat, Utraque classis maxima & potentissima ad Actium Ambraciæ promontorium conflictu navali de summâ rerum decertavit, Antoniusque clade insigni prostratus cum Cleopatrâ in fugam se dedit. Bello finem attulerunt Antonius gladio sibi ipsi voluntariam mortem consciscens, & Cleopatra Aspidis morsu sibi vitam eripiens.

Sublato utroque priorum victoriarum, & rerum feliciter contra Julii Cæsaris percussores gestarum socio, Augustus Cæsar Monarcha potentissimus evasit, & Imperium Romanum solus gubernavit. Ab illo usque ad Constantini magni Cæsaris tempora, quæ trecentorum annorum seriem complectuntur nil commemoratione dignum mari gestum est. Postea ad interitum præcipitis cursûs tantum Imperium properavit, & splendore amisso concidit.

Imperii Romani interitus.

Arcadio, & Honorio Cæsaribus regnantibus, Visigothi Danubii fluminis accolæ Alarici Imperatoris sui ductu & auspicijo Romanum Imperium invasere, & Romam Imperii caput occupavere. Gothi item & Vandali in idem imperium facto plures regiones jugo suo subjecerunt. Longobardi hos sequuti plures annos Italiæ imperarunt. Totam Europam Attila cum Hunnis suis vastavit, & depopulatus est. Heraclio Imperii mastefe dilacerati clavum tenente, circà Annum à nato Christo sexcentesimum, Sarraceni idem vehementer afflixerunt. Turcisque ad dominatum dilatandum aditum patefecerunt. Prœliis multis, cum terrestribus, tum maritimis hinc inde commissis, Constantinopolis urbis, quam Mahumetes Anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio occupavit, expugnatione Orientis Imperio à Turcis jugum servitutis impositum est. Franci Occidentis Imperio potiti, illud Caroli Magni auspicio stabiliverunt. Hæc sunt, quæ de veterum navigatione compendiariâ commemoratione enarrare operæ precium visum fuit. Leviter enim historiam tantam ac tam prolixam tranßire, ac breviter perstringere præsentis nostri operis ratio & scopus postulat. Introductio enim est ad oebis maritimi descriptionem, cui prolixiùs nimis adversatur. Navigationem ergò, & quæ navigationis beneficio à Veteribus mari gesta esse antiquorum monumenta memoriæ produnt, rudi delineatione adumbrasse est.

Mahumetes.

C A-

CAPUT IX.

De Magnete, & Pyxide Nauticâ.

ANtequam Novæ Navigationis descriptionem aggrediamur, Magnetis & Pyxidis nauticæ mentionem præmittendam censuimus. Cum enim duo hæc instrumenta his nostris seculis totam navigandi tationem immutarint, adeò ut eorum adjumento incredibilia mari geruntur, totiusque artis navigandi peritia iis innitatur, eorum brevi enarratione nos meminisse par est.

Magnetis descriptio divisio varietates plex.

Magnes.

Magnes lapis est, aut corpus minerale seu terreßre in terræ cavernis concretum, & Naturæ matri hanc dotem acceptam ferens, quod admirandâ & captum atque intellectum humanum fugiente virtute ferri corpus grave ad se trahere, eique eas vires communicare queat, ut agmen ejus extremum Magneti aliquoties affricatum, semper ad Septentrionem se convertat. Latinis Magnetis nomine innotuit, à Græcis ἡδάγνης nuncupatur ἀπὸ τῆς ἤδυης, id est ferro, quod tanto amoris vinculo constrictum tenet. Lapis Herculeus, & Magnesia etiam vocatur. Admirandum virtutem est lapis, & verum Naturæ miraculum, cujus efficacia, & potestas mortales summâ admiratione afficit, tantum abest ut curiosâ investigatione indagari possit. Physicorum, & eorum, qui Naturæ secreta exspicari student, haud pauci in tanti arcani penetralia penetrare conati sunt. Gilbertus Anglus tractatum de eo scripßit, Cabeus item Italus, & Kircherus Societatis Jesu patres duo doctißimi, qui plurima cognitione dignißima de eo tradidêre. Haud pauca itidem observatu digna invenire est in Patris Fourmeri Hydrographiâ Gallico idiomate ante aliquot annos editâ. Ubique in montium cavernis, & metallorum, præcipuè verò Cupri, & Ferri fodinis invenitur. Bengalâ ad Sinum Gangeticum in Indiâ Orientem spectante sitâ, ex Arabiâ, ac Ponto Euxini Insulis, Serico præcipuè, quod uni illarum nomen est, ad nos advehitur. Nec Italia, Insula Ilva in mari Tyrrheno, Hispania, & montes Pyrenæi eo destituuntur. Ostium Fluminis Loire in Gallia eo olim suppeditat. Ex Norwegiâ omnium optimi apportantur, qui cæteros totius Europæ Magnetes viribus antecellunt.

Magnes sensum.

Tria in Magnete notanda.

Tria in hoc lapide admirationem merentia occurrunt, in quibus vires ejus admirabiles consistere dicuntur; Axis nimirum, Polus, & Æquator. Quamvis enim omnia Naturæ corpora motum naturalem habentia motu circulari ferantur, & virium suarum efficaciam rotunditate circumscribant, Magnes tamen virtutis est planè contrariæ, ac vires suas in lineam rectam contrahens per duo puncta extrema tanquam ex duobus centris emittit: cæteræ extra illam lineam partes exiguæ sunt efficientiæ. Linea hæc Axis nomine notata inter duo extrema efficacitatis præcipua puncta extensa, est longitudo qua omnes in se vires continet. Per duo puncta omnium exterorum in toto Magnete validißima viribus Magneticis extitus patet. Eorum unum Polus est Septentrionalis motu suo ad Polum Arcticum se recipiens. Alterum Polus Meridionalis Antarcticum Polum respiciens. Axis sive longitudo Magneticæ potestatis lapidis cum ipsius matiæ lapideæ, seu Magnetis longitudine non congruit, sed longè ab eâ est diversa. Fruſtulum acus magneticæ hordei granum referens, & per totam Magneticî lapidis superficiem circumductum eo in loco Axis extrema puncta, seu duos polos commonstrat, in quo erecta manet. Linea inter utrumque Polum transversa, & ab utroque æquali distantiâ recedens, Æquatoris vicem ſuſ pret. Eandem acus non erecta, sed longitudine suâ cis & appedicem, & reputâ spacio ab utroque Polorum distita offendit. Magnetes rotundiatæ, Globo, aut Sphæræ similes, oculis hæc tria perfectè subjiciunt. Lapidâ molaris operâ rotundi ac politi

Axis.

Polus.

Æquator.

redduntur. Durißimi enim sunt lapides, qui ferreis instrumentis resistunt, & difficultèr scabritiem suam exuunt. In usum etiam adhiberi potest artificium eorum, qui Crystallos, & alios ejusmodi insignes duritiei lapides expoliunt. Fruſtum perdentes, aut in pagnes confractis lineas memoratas immutant.

Virtus porrò ejus est triplex, & in Attractionem, Directionem, ac Declinationem dividitur: quæ tres virtutes non solùm in ipso Magnete, sed etiam in omnibus Magneticam naturam habentibus corporibus, inprimis verò in acu chalybeâ Magneti affricatâ animadvertuntur. Attractio per totum Magnetis corpus diffusa non in omnibus locis eâdem fortitudine operatur; sed hoc fortius, illo debilius attrahit. Corpora Magnetum ipsa maximo discrimine etiam inter se dißident, quorum vires magnitudine non circumscribuntur, cum Magnetes inveniantur vix unius unciæ pondus habentes qui ejusdem ponderis ferreum corpus trahendo alios duorum aut plurium pondo longè superent. Maximam hujus lapidis vim Astis sibi vendicat, in qua loca Polo utrique vicinora ferreis sunt fortiora. Magnes dißectus per lineam Æquatoris ibi locorum vires trahendi admodum debiles possidet. Linea verò Æquatoris adempta totum statum mutat, & novos Polos atque Æquatorem novum constituendo vires novas colligit, & in illis locis fortius attrahit. Magnes Chalybem tanquam ferrum purius, & minus impuritatis habens facilius attrahit, quàm ferrum ipsum, adeò ut acum chalybeam, ferreâ longiori distantiâ remotam, ad se alliciat. Expolitus, & lævis impolito, & scabro fortior est. Lutetiæ Parißorum inter frusta Magnetis concussi unum rejectum est, quod gravius ferri pondus attraxit, quàm ipse Magnes integer antea fecerat. Majores item vires in Magnete animato insunt, quàm in eo, qui armis suis destituitur. Armatus autem vocatur, cui certorum quorundam mediorum ope vires fortiores adjiciuntur; Ea diversa sunt: Quidam per utrumque Polum lineam rectam cum Axis circumferentiâ angulum rectum formantem trahunt, eique bracteam chalybeam optimè positam ità applicant, ut per spacium inter Magnetem & bracteam vitus, seu oculorum acies penetrare nequeat. Bracteæ planæ rotundis sunt meliores, Magnetique fortiores vires conciliant. Alii foramen oblongum ab uno Polo ad alterum in rectâ linea formatum ferri ità maturâ compient. Sed huic posteriori Magnetis armandi modo priorem præstare experientia testis est. Uterque virtutem retinentem auget, attrahenti nihil adjumenti affert. Proinde Magnes ejusmodi gravius quidem pondus sibi ad motum aut aliud tangens retinet, sed non allicit, cum unus & idem armatus, & armis destitutus iißdem in attrahendo corpus aliquod ferreum viribus polleat. Viri tamen quidam fide digni commemorant, vidiße se Lugduni in Galliâ lapidem ejusmodi armis suis instructum, qui tantâ vehementiâ ferrum attraxit, ut vir satis fortis illud vix retinere potuerit. Artis Spagyricæ seu Chymicæ professores insigni jactantiâ de virium Magneticarum augmento, quod rubro Martis seu ferri aut Chalybis oleo conciliari posse dicunt, gloriantur. Quamvis verò, quæ dicunt, à veritate non abludant, & reipsâ demonstrari possint, non tamen est ex totâ ità circumforaneorum Chymicorum cohorte, qui hoc secreto eum cognitum & exploratum habeat. Nec è re ipsorum foret tanti arcani cognitio, cujus auxilio taneas sibi vires acquirit Magnes, ut pessulos, obices, & seras ferreas portarum & januarum qualvis terrahere & aperire valeat. Instrumenti enim tali instructi furando & rapiendo in posterei ejusmodi miré sibi consulere possent. Rem autem revera se ità habere artis

Magnetis virtus triplex.

Chymicorum Magnetis armandi secretum.

Biblioteca Museo Franz Mayer

Filii non verbis inanibus, sed præsenti commonstratione eorum oculis subjicere possunt, qui ejusmodi secretis ad impostarum non abuuntur, sed miracula Naturæ cognoscendis desiderio vero tenentur. Atque ut paucis aliquid fatear innoxam, illum, qui verum Sal Martis, id est Ferri, aut Chalybis parare, atque oleum rubeum & dulce in interno ejus centro latens modo naturæ convenienter extrahere novit, non solum hujus Magnetici augmenti, sed & plurium virium majoris admirationis dignarum compotem factum affirmare audemus. Modus Sal, & oleum ex Sale compaciendi facilis est & simplex, ac sumptus exiguos requirit. Oleum illud rubrum acre, & corrodens, cujus compositionem impressi libri passim docent, tanto effectui inutile, & ineptum est, nec unquam efficaciatem tantam in Magnete producet.

Directio, seu vis Magnetis directiva est, quæ ipsius Polum Septentrionalem versus Stellam Polarem impellit, & alterum ad Meridiem convertit. Eam artifices sequenti via explicantur. Filo Æquatori circumligato ità in aëre Magnetem suspendunt, aut in aquam demittunt, ut ab omni parte impedimentis vacuus librari queat. Hoc modo appenis certâ sui corporis parte Septentrionem respiciet, quæ versus Orientem, Meridiem, aut Occidentem manibus conversa, & iterum dimissa in pristinum locum revertetur. Ex his omnibus perspicuum est, quod hic lapis mineralis Polo suo Septentrionali Polaris Stellæ amore teneatur, & axi sua in Meridiano acquiescat.

Directio vis Magnetem dirigens.

Ejusdem Declinatio quid sit, paucis expediendum est. Acus magnetica in pyxide seu capsulâ nautica non ubique, sed paucis in locis directè ipsum punctum Septentrionale aut Polare respicit, & perfectè monstrat, ac plurumque ad Orientale aut Occidentale latus declinans à puncto suo aberrat. Declinationis hujus cognitio & peritia naucleris, & toti generi nautico ad amoliendas varia pericula admodum utilis & necessaria est. Est enim ea Horizontalis distantia inter verum meridianum, & illum quem acus Magnetica ostendit, sive discrimen inter verum Polum seu punctum Septentrionale, & illud quod ab acu commonstratur. Declinationem acus Occidentalem nautæ vocant, quando à vero puncto Septentrionali ad Occidentale latus aliquantulum deflexit, Orientalem vero, cum ab eodem puncto ad Orientalem plagam paululum recedit. Eam primi animadverterunt Gonsales Oviedo, & Sebastianus Caboe naucleri nobilissimi, & peritissimi, quorum operâ Anglia & Hispaniæ regibus multæ Regiones & Insulæ incognitæ innotuerunt. Oviedo Omnium primus acum apud Insulas *Curvo*, & *Flores* ipsum punctum Polare rectâ monstrare observasse fertur. Caboe verò plurimas ejusdem in Septentrionalium Americæ litorum locis diversis & plurimis declinationes indagavit.

Declinatio Magnetis & declinationis.

Cum vero declinatio memorata omni ordine & ratione careat, & proportione plane destituta sit, ac pejus in locis contiguis & maximè vicinis diversissima esse comperiatur, variationem Magnetis seu declinationis Magneticæ suppeditat, quâ declinationis hujus insignis diversitas, ac mutatio ubique locorum comperta notatur, & indicatur. Vix ulla in toto orbe maritimo Insula reperitur, cujus promontoria omnia eidem acus declinationi subjecta sint. Homines fidem merentes, qui singulari harum observationum peritiâ eruditi sunt, referunt, supra terram se deprehendisse, quod acus quinque totos gradus deflexerit, eodem verò in loco sub terrâ in cavernis & fodinis se compertisse, eandem cum priori planè non convenisse, sed longè ab eâ aberrasse. Sub uno eodemque Meridiano modò ad Orientalem, modò ad Occidentalem cœli regionem secedit. Sub eodem parallelo exiguum hic spatium insignem & grandem deflexionem complectitur, illic spatiosus & latus tractus exiguam admodum, aut fere nullam recessum sentit. Loca, quæ olim omni declinatione destituta erant, eandem hodie produnt. Multis in locis eâdem hâc nostrâ ætate tanta est, quanta superioribus seculis à majoribus nostris observata fuit. Post montis Vesuvii in regno Neapolitano haud longè Neapoli diffantis, incendium illud horrendum, insignior mutata notatu dignissimam animadversionem exhibet. Illud unumquemque in summam admirationem rapit, quod in variis loca quædam se offerant, in quibus acus in gyrum summâ cum celeritate se vertit, adeò ut nautæ stupore concussi dicant, acum suam ad stultitiam & insaniam redactam esse. Taffino celebertimo Regis Galliæ Geographo ejusmodi acus rotatio in terrâ bis contigit; in vinetis scilicet prope *S. Germain de Laye*, cum rege suo præsente, in delineando circumjacentis regionis tractu occupatus capsulæ suæ aut pyxidis Geometricæ, quæ *Bouffole* nominari ipsæ à Gallis, pedem silicibus ex vineâ in acervum conjectis impositisset. Giron Capitaneus eandem in loco quodam maris Septentrionali à *Maelstrom* sexdecim milliaria versùs Septentrionem dissito, & à litore Norwegico haud longè remoto expertus est. Eadem prope quândam Maris Mediterranei Insulam observatur, in quo loco rotatio hæc tàm vehemens est, ut acus ex acumine, cui insidet, exiliat, quod etiam propè Virginiæ Provinciæ Americanæ litora contingit. Locum alium in sinu Finlandico tribus à Raficuburgo milliaribus situm Meridiem versùs inter scopulos, quibus maris memorati littora abundè munita sunt, commemorat, in quo æquo pari ratione in gyrum coacta prius non cessat, quàm naves milliario eo ipso remotæ fuerint.

Variatio seu declinatio.

Acus itaque Magnetica in capsulâ nautica, cujus effigiem prima hujus operis figura exhibet, existentis operâ nautæ viam in medio mari, in quo præter cœlum & aquam nil aliud conspectui patet, & omnia invia sunt, invenire, & scire possunt, ubinam locorum hæreant. Poli enim elevationem, seu altitudinem, & id est Globi inter parallelos latitudinem quovis tempore certò competentem habentibus & sive in Meridionali, sive Septentrionali Hemisphærio constitutis manifestè conflat, quot gradus à Polo utroque & Æquatore recesserint, aut ad eos accesserint. Geographorum usui etiam capsula illa nautica Magnetica acu instructa inservit, qui hoc medio notare queunt vis locum possint, sub quo grada situs sit. Cum enim exempli gratiâ loco alicui exactissimam sextam elevationis Polaris gradum assignare, hoc innuere volunt, cum triginta sex graduum intervallo ab Æquatore, seu linea Æquinoctiali, & quinquaginta quatuor à Polo Arctico hemisphærii Septentrionalis, aut à Polo Antarctico hemisphærii Australis disjunctum esse. Tametsi tamen & tàm pulchræ artes, quâ Magnes nantas dotavit, ea perfectio non accesserit, ut Longitudo certâ & verâ cognitione indagari queat, id est, ut distantia ab Oriente aut Occidente, aut à primo Meridiano ad Orientalem aut Occidentalem Globi partem absque ullo dubio manifesta & perspicua sit. Hinc saepissimè nautis usvenit, ut à cursu recto, qui ipsis tenendus est, devii ad unum aut alterum latus nimiam deflectant, atque eâ de causâ diuturnius temporis spacium navigando conterant. cum ipsis certò constare nequeat, quot gradibus à Meridiano primo ad unum aut alterum latus velificando recesserint, aut quousque ab Oriente ad Occidentem, & vice versâ navigando perveneriat. Quamvis enim nonnulli medii utantur, ea tamen adeò incerta sunt, ut maximos etiam errores committant, quæ ignorantiæ accepti non sunt ferendi, sed penuriæ hujus cognitionis & scientiæ, cujus experientia mortales necdum compotes redditi, etsi plures in scrutandis rebus naturalibus ingenii subtilissimi & acutissimi omne suum studium ad hujus arcani inquisitionem summâ animi contentione contulerunt, & ipse rex Hispaniæ ejus inventionem quinquaginta mille ducatis se remuneraturum pollicitus est.

Pyxis nautica.

Poli elevatio. Latitudo.

Dux

Duæ quæstiones.

Duæ quæstiones materiam, quam tractamus, concernentes hic sese offerunt, quarum una dubitat, an Magnes Hebræis, Chaldæis, Ægyptiis & Persis olim cognitus fuerit? Altera verò quærit, à quo, & quo tempore Pyxis nautica sit inventa? Primam quod attinet, Magnetem veteribus illis incognitum non fuisse verisimile fit ex eo, quod Sacræ Literæ Tubalcaino insignem metallorum & mineralium peritiam adscribunt, ità ut veritati consentaneum sit, ipsi & Magnetis, qui in metallorum fodinis, & iis præcipuè, ex quibus ferrum eruitur, frequens est, cognitionem innotuisse. Rabinorum testimonio Magnes ad tabernaculi construictionem etiam adhibitus est. Plutarchus ex Manethone scriptore Ægyptio admodum antiquo probat, Magnetes Hori, & ferro Typhonis ossa Hycoglyphicè designata esse. De Serapidis & Solis simulacris Magnetis ope in aëre libero pendentibus tractant Rufinus Aquilejensis lib. 4. Hist. cap. 22. Prosper lib. de Prædicatione 3. cap. 38. Gregorius Cedrenus cap. 267. Suidas in voce μαγνῆτις & μαγνῆτις λίθος. Clemens Alexandrinus in Protreptico pag. 15. Byzantinos in Solis & Lunæ templo pari artificio simulachrum confectum habuisse Cedrenus 266. capite annotavit. Rambam vel Rabbi Moses filius Maymon in libro, cui titulus Doctor perplexorum, simulacri Solis, quod in Beli templo eâdem arte in aëre librabatur, mentionem facit. Ex Luciano de Dea Syria discimus, quod Apollinis Idolum in Hieropolitano Deæ Syriæ templo simili artificio in aëre libero suspensum fuerit. Idem etiam de Mercurio Treviris olim in aëre pendente ex Galba oratore Ortelius testatur. Præterea lapidem hunc antiquorum cognitionem non ciàm fuisse ex Homeri, Platonis, Aristotelis, & Pythagoræ scriptis excitavit. Verba ejus sunt, quæ sequuntur: *Aristoteles in libro de lapidibus dicit; Angulus Magnetis cujusdam est, cujus virtus trahendi ferrum est ad Zoron, hoc est, Septentrionem, & hoc utuntur nauta. Angulus verò alius Magnetis ibi oppositus trahit ad Asen, id est, Polum Meridionalem, & si approximes ferrum versus angulum Zoron, convertit se ferrum ad Zoron, & si ad oppositum angulum approximes, convertit se directe ad Asen.* Hic textus de verbo ad verbum à Bellovacensi Alberti Magni coætaneo, qui circa annum 1245. vixit, citantur. Verum cum verbis his Zoron & Asen Hebræica lingua cum Chaldaica destituatur, Græca item eadem tanquam ignota repudiet, ac Arabica planè nesciat, conjecturamur omninò esse facilè quis judicarit, libum illum de lapidibus Aristotelem auctorem non agnoscere, sed tanquam fictum suppositium sub ejus nomine ab alio aliquo circà id tempus in lucem editum esse. Acus Magneticæ cognitionem ut quidam volunt, circa annum ab Incarnatione Christi 1200. Mortales habere cœperunt. Hinc facilè fieri potuit, ut aliquis qui ingenii acumine, aut studio, aut casu in hoc Magneticæ facultatis arcanum penetravit, illud publicum factum Aristotelis nomine velarit, quo operi suo plus authoritatis & fidei conciliaret. Sunt, qui asserant, Marcum Paulum Venetum viatorem illum celebertimum ex China in Europam secum utilissimam hanc scientiam attulisse: Sed nullo fundamento hæc assertio fulcitur, nulla ratione nititur. Inter Arabicos Vaticanæ Bibliothecæ libros Arabica & Nubiana est Geographia admodum vetusta, quæ nonnullis indiciis Magnetis usum ad navigationem à Veteribus adhibitum esse prodit: Cui Rabbi Salamon Cretensis suffragatur de acu Magnetica commemorans, quod à veteribus in hoc arum ad Solis motum differimine inquirendo usurpata sit. Historia de Hispanorum in Orientali India rebus gestis conscripta tradit, quod Vasco de Gama navarchus Hispanus in Bonæ Spei promontorio detegendo occupatus nonnullas naves Barbaricas offenderit, quarum nauta pyxides ejusmodi nauticas Magneticis suis acubus instructas secum habuêre. Quicquid sit, pulcherrimum & utilissimum hoc inventum proculdubiò temporis

1. An Magnes Hebræis, Chaldæis Ægyptiis & Persis cognitus fuerit.

II. A quo, & quando Pyxis nautica inventa sit.

H peo-

Biblioteca Museo Franz Mayer

progressa lucem aspexit, & ab iis productum est, qui continuæ facultatum hujus lapidis admirandarum indagationi indefesso studio intenti, pedetentim arcanorum tantorum penetralibus sese insinuarunt, & inter alia, etiam hoc agnoverunt. Postea inventi excogitationem diversæ nationes sibi vendicarunt. Belgæ de eo gloriantur; Angli primos ejusdem inventores se jactant, & à se ad Belgas derivatum esse firmiter affirmant; Alii Lusitanis & Hispanis artem acceptam ferunt. In eo tamen plærique fide digni scriptores conveniunt, quod Italum quendam Amalphis ex regno Neapolitano oriundum, cui Johannes Goias, vel Giras, ut alii scribunt, nomen erat, inventionis ac tanti secreti honore dignentur. Hic insigniter in arte navigandi exercitatus, & virium Magneticarum longo usu

Aut hæc fides non fertur. Testes habemus Flavium Blondum, authores alios plures, & Panormitani versiculum:

Prima dedit nobis usum Magnetis Amalphis.

Videatur Ortelius tab. 6. Hunc sequuti sunt Petrus Peregrinus Gallus, aut ut alii volunt, Rogerius Bacon Anglus, Sebastianus Caborus, Gonzalus Oviedus, & Robertus Normannus, quorum laboribus augmenta insignia huic arti adjecta sunt, donec hâc nostra ætate in eum statum pervenit, in quo nunc versatur, & incredibile commodum Navigationi affert.

CAPUT X.

Nova Navigatio, & admiranda, quæ omnem ferè fidem superantia superioribus & nostra hâc ætate ejus adjumento gesta sunt.

DUæ res Magneticæ Acus inventione emendatæ stupendis incrementis surrexere, Navigatio ni-mirum, & Mercatura. Mortales enim tanto invento instructi majores ausus aggressi sunt, & nullius periculi timidi longinquiora & antiquis impossibilia visa itinera maritima instituerunt, & remotissima Orbis maritimi loca invisérunt, utpote qui ejusmodi instrumento gaudebant, cujus subsidio cursus certos tenere, & quæ vis loca quantumvis remota invenire, & navibus suis petere poterant. Hinc usi venit, ut tàm stupenda in toto terrarum Orbe negotiatio hac nostrâ ætate ab Europæis populis mari finitimis ubique locorum exerceatur, ut jure quemvis ejus meditatio in stuporem rapiat. Quâ ratione verò mercatura, cujus status non semper idem fuit, subinde locum mutaverit, & ex uno in alterum migrarit, paucis indicare operæ pretium esse videtur. Phœnices primos mari mercaturam exercuisse, ejusque ope incredibiles sibi divitias comparasse veterum monumenta historica docent. Eos insequati sunt Græci, qui mercaturam unicum potentiæ suæ fulcrum sensêre. His Romani successerunt, & negotiationis beneficio ad summum fastigium potestatem suam provexerunt. Ipsorum tempore Alexandria in Ægypto in Maris Mediterranei litore sita emporium erat totius Orbis terrarum celeberrimum. Strabo in multis Geographiæ suæ locis, ac præcipuè 17. libro incredibiles ejus divitias, quibus affluebat, verbis satis extollere nescit. Nàm in eum locum omnes totius Asiæ & Africæ thesauri navibus Mare Rubrum ac Nilum permeantibus convehebantur, & omnes Europæ nationes aromatum & mercium pretiosarum coemendarum gratiâ confluebant. Ab initio naves ex Asiâ merces apportantes in extrema Maris Rubri orâ inter Ægyptum & Palæstinam exonerari, atque jumentis merces impositæ terrâ in Nilum deportari solebant. Ob loca tamen in Simus illius Arabici extremitate propter multos scopulos & arenas vadosas periculosa, Philadelphus rex commerciis alium adjum parefecit, & Nilo adverso Copten, vel Canum usque navibus merces deferri curavit, unde camelis Berenicen, aut Cosairim, vel Murin transportabantur. Sic vice versâ naves ex Æthiopiâ, Arabiâ, Indiâ, & aliis Asiæ locis in Sinum Arabicum venientes in urbe Berenice merces suas deponebant, quæ camelis ibidem impositæ Copten ad Nilum flumen sitam deferebantur, & inde navibus secundo Nilo descendentibus Alexandriam deportabantur. Ac ne tàm homines quàm bestiæ in tractu illo inter Copten & Berenicen sito, & campis siccissimis sitarto aquæ inopiâ laborarent, ubique cisternas aquæ pluviæ excipiendæ & conservandæ idoneas providus Rex fodi justit, naturæque defectum prudentiâ suâ emendavit. Ex hac mercium commodiore transportatione singulis annis octo millionum seu octoginta tonnarium auri fructum percepit, quæ tamen Romanis postea longè majorem præbuit. Ægypto enim potiti tanta negociationi incrementa attulere, ut diversæ navium mercatoriarum classes unâ vice Muri portu ab urbe Berenice haud procul distante solverint, & Indiam petierint. Rei veritatem Strabo lib. 2. his verbis comprobat: *Ibi empti, centum & viginti naves à Myris portu Indiam versus navigare, cum sub Ptolemæi regibus perpauci auderent navigare, & merces Indicæ advehere.* Plinius refert, Romanos classibus suis, quas singulis annis mercaturæ conservandæ causâ alere cogebantur, millionem & ducenta quinquaginta coronatorum millia impendisse, centuplum verò lucrum ex ipsa negociatione fecisse, cum aromata & aliæ ejusmodi merces pretiosæ ex India Alexandriam, & inde per mare Mediterraneum in Europam advectæ, & ibi venditæ Romanis plus quam centum millionum, id est mille tonnarum auri lucrum quotannis reddiderint. Romano Imperio intercedente, & Turcico initium sumente, negociatio hæc sedem commutavit, & Venetias commigravit. Tunc temporis Veneti navibus suis Alexandriam in Ægyptum profecti aromata Indica, fericum, lapides pretiosos, & cæteras ejus generis merces coemptas in urbem suam convexerunt, atque per totam Europam distribuerunt. Hæc initia divitiarum grandium, quibus locupletata est, & potestatis insignis, quàm sibi acquisivit. Respublica illa mercaturæ faciendæ peritissima habuit. Per aliam viam postea merces memoratas advehi Veneti curabant. A fluvio Gange enim per Bactrianam terrâ in flumen Oxum delatas, eoque secundo in mare Caspium, petque illud Astracanum in ostio Volgæ urbem sitam, ac inde in Tanain flumen deportatas, eoque secundo in Mare Euxinum devectas, ac navibus suis impositas Venetias transportabant. Sed ob nimias difficultates & molestias, quibus obnoxium erat, iter hoc dereliquerunt. Nostra ætate Tripolin & Alexandriam Syriæ urbes, quò omnes Indicæ merces ex urbe Haleppo maximâ ferè totius Syriæ Caravanis comportantur, navibus suis commeare solent. Constat autem Caravana multitudine hominum & jumentorum, equorum puta, asinorum, mulorum, & camelorum, qui merces impositas vehunt. Haleppo magnitudine Argentoratum Germaniæ urbem refertens, emporium est celeberrimum, & mercatoribus, omnisque generis nationibus adeò frequens, ut alicui per plateas transitus vix pateat. Eò enim maxima tàm ex Europa quàm ex Natolia, Armenia, Arabia & Indiâ Asiæ regionibus, atque ex Ægypto in Africa sita mercatorum copiâ mercaturæ exercendæ causâ Caravanis memoratis confluit. Iter, quod ultrò citroque mercatores conficiunt, sic se habet. Haleppo aut Damasco discedentes urbem *Bagadet* seu *Balsac* in finibus Persiæ ad flumen Tigrim ferè, quemadmodum Basilea ad Rhenum, sitam se conferunt. Sunt etiam duæ aliæ viæ viatores ad locum memoratum ducentes. Nonnulli enim ab

Phœnices.

Græci. Romani.

Alexandria.

Philadelphus.

Negociatio Indica Venetis commoda.

Mercatores mercaturam conficiunt.

ab urbe *Haleppo* profecti ad civitatem *Bir* Euphrati flumini contiguam iter suum tendunt, atque inde flumine secundo navibus usque ad vicum quendam nomine Felugo, ubi celeberrima illa urbs Babylonia situm suum olim habuit, descendentes postea unius & dimidii dieiitinere terrestri urbem *Bagdet* petunt. Alii Euphrate flumine transmisso terrâ *Tor*, & inde Orpham, & Caharemitum emporium in Assyriæ & Mediæ finibus ab urbe *Bir* sex dierum itinere distans, propter quod Tigris velocissimus amnis fluit, proficiscuntur, ac navibus confcensis à flumine Bagadetum deferuntur. Haud procul ab ea urbe Tigrim Euphrates suscipit, atque secum propter Balsaram urbem à civitate *Bagadet* sex dierum itinere distantem in Sinum Persicum devehit. Egressi itaque secundo ab urbe *Bagadet* in Mare Persicum navigare, eoque adverso ex eodem mari redire mercatoribus datur. Balsara emporium quoque est nobile & insigne, quò omnigenæ merces ex Orientali Indiâ, Persiâ, Arabiâ, Æthiopiâ & omnibus Oceani Indici Insulis *Ormuz* mari delatæ navigiis appelluntur. Hæ ibidem minoribus impositæ navibus adverso Euphrate in urbem *Bagadet* transferuntur, adeò ut sæpius uno die viginti aut triginta naves in eam urbem appelli videas, quamvis communi famâ feratur, quod interdum triginta aut quadraginta diebus spatium navigando consumi possit. Quoniam etiam dictum emporium Turcici Imperii fines claudit, & tàm Persiæ, nàm Arabiæ finitimum est, adeò ut aditu ad ipsam Turcæ facili negotio prohiberi possint, columbæ ibi aluntur ita affuetæ, ut ultro citroque volando commeant. Harum pedes annulis quibusdam cincti sunt, quibus literulæ alligantur, quas ultro citroque portare solent; atque hoc medio de statu rebis quovis tempore Turcæ certiores fieri possunt. Caravanis supradictis quoque ab urbe *Bagadet* Mecham in Arabiam mercatores proficiscuntur, omnesque illas Provincias peragrare consueverunt.

Negociatio Indica Lusitanorum devolvitur.

Postquam Lusitani extremo Africæ promontorio, quod Bonæ Spei caput appellarunt, superato, iter maritimum in Indiam Orientalem detexerunt, atque navibus suis in ea loca appellere cœperunt, insigni damno & jactură Venetorum negociatio affecta est. Henricus tertius Johannis primi hujus nominis Lusitaniæ regis filius, postquam intellexisset Johannes de Bethencourt Nobilem ex Normandia Galliæ Provincia oriundum plures in Oceano Atlantico Insulas invenisse, duabus navibus in mare missis Africæ litora à Septentrione ad Meridiem vergentia Anno 1410. explorandas curavit. Hæ ultrà promontorium *Cap de Non* à nautis nominatum, & antiquæ navigationis terminum usque ad alterum *Cap Bajador* cognominatum progressæ sunt. Anno 1420. duabus navibus navarchos quatuor rei nauticæ peritissimos præfecit. Johannes Consalve, & Tristan Vaz navigio suo in Insulam Maderam inciderunt. Duo reliqui Giles Antonio, quem alii Antonium Usseniér appellant, Genuensis, & Ludovicus Cadamoste Venetus navi sua trecenta & sexaginta milliaria ultra Promontorium *Bajador* pervenerunt, ac Sierræ Lionæ, quæ octo gradibus ab Æquatore versus Septentrionem remota est, subditerunt. Nihil porrò exploratione tentatum est ab illo tempore usque ad obitum regis illius, qui anno 1460. mortuus cognato suo Alphonso II. regni reliquit. Eo regnante Lusitani indagatione suâ trans Æquatorem usque ad S. Catharinæ Promontorium sub gradu 2. latitudinis Australis perrexêre. Post eos ex vita decessum Johannes II. Lusitaniæ Rex duos Lusitanos linguæ Arabicæ ex admodum gnaros, quorum uni Alphonsi Payna, & alteri Petri Couillan nomen erat, anno 1486. ad mercaturæ exercendæ causâ Carovanis memoratis consuit. Iter, quod ultrò citroque mercatores conficiunt, sic se habet. Haleppo aut Damasco discedentes urbem *Bagadet* seu *Balsac* in finibus Persiæ ad flumen Tigrim ferè, quemadmodum Basilea ad Rhenum, sitam se conferunt. Sunt etiam duæ aliæ viæ viatores ad locum memoratum ducentes. Nonnulli enim se recepit, ibique intellexit, promontorio quodam celebri procul in mare se extendente ultimum Africæ oram terminari, & ex mari Septentrionali circumnavigatione in Orientale pervenire posse. Domum redidens de his Regem certiorem fecit. Quo intellecto Lusitanos illius promontorii inquirendi maxima libido incessit, adeò ut nihil intentatum relinquerent, donec voti sui compotes fierent. Alvaro Fernandez Guinex auri fertilissimæ in Africa Provinciæ detectio accepta fertur. A Jacobo Cane ostium celeberrimi fluvii *Zaire* in regno *Congo* inveneum est. Bartholomæi Diaz auspicio extrema Africæ pars anno 1493. innotuit. Hic Insulæ, ultrà quam non perrexit, Sanctæ Crucis nomen imposuit à cruce quam in ea erexit. Johanni Primi Emmanuel rex successit. Hujus justu fratres duo Vasques, & Paulus de Gama quatuor navibus, & centum & sexaginta partim militibus partim nautis è Lusitaniâ sobverunt, qui ultimæ Africæ promontorio, quod caput Bonæ Spei nomine notarunt, superato, tandem naves suas in Indiam Orientalem appulerunt, & maritimo in eam Orbis plagam itinere Lusitanis aditum aperuerunt. Ab eo tempore à Lusitanis merces Indicæ ex India petitæ, navibus Ulyssiponam in Lusitaniam advectæ, & inter Europæos divisæ sunt.

Primi Lusitanorum in Indiam Orientalem navigantium.

Hispani & Castellani aliquantò serius peregrinarum Regionum & Insularum conquisitioni invigilarunt, in Americam venientes. Columbus Genuensis nauclerus peritissimus, à Ferdinando Castiliæ rege, & Isabellâ uxore ejus sumptibus impetratis, ab anno 1492. usque ad annum 1502. quatuordecennio integro insulas Antilles, Lucajam, Cubam, Jamaicam, & in terra firma Pariam, Subagen, Cumanam, Honduras & alias provincias detexit. A nauclero quodam ignoto, quem Hispani *Alonso Zanchez de Huelva* appellant, alii ex Biscaia oriundum dicunt, de navigatione ista in Americam edoctus esse fertur. Nauticæ rei peritus homo Maderam & Canarias Insulas sacchari coemendi gratiâ navi sua frequentare solitus, anno 1484. tempestate horrendâ, quæ viginti novem dies duravit, in Insulam quandam ignotam & incognitam, S. Dominico vulgò ea fuisse putatur, devolutus fuit, ex qua in Insulam Terceram rediit, postquam septendecim suorum amisisset, & quinquè tantum secum retinuisset. Alii vero referunt, ipsum in Maderam insulam navim appulisse, & apud Columbum, qui tunc temporis in ea Insula commoratus conficiendis & delineandis chartis nauticis operam navabat, mortuum esse, atque hâc occasione Columbum omnium ipsius secretorum, & chartarum Hydrographicarum compotem factum navigationis dictæ cognitionem adeptum fuisse. Sunt, qui commemorant, Martino quodam de Boheme insigni Mathematico Nauclerî, cujus mentionem fecimus, experientiam cum aliorum quorundam, qui se Insulas quasdam in mari Occidentali invenisse dicitabant, narratione conferenti consentaneum visum fuisse, latus Orbis Occidentale Europæ & Africæ contentionem non totum aquis coopertum, sed partem ejus, terram mari non tectam esse. Hunc re cum Columbo communicasse Johanni Lusitaniæ Regi occasionem tantam obtulisse, sed repulsam tulisse; Columbum verò interea Ferdinando Castiliæ regi negotium totum aperuisse, ac feliciori successu usum fuisse ajunt. Rex enim sepcendecim consonatorum millium in navigationem ita impensis, Columbo negotium totum commisit, & paucorum annorum spacio sexcentarum tonnarum auri lucro locupletatus est. Quantæ vero divitiæ in Hispanos ex hac navigatione redundaverint, ex eo colligi potest, quod auri atque mercium ab anno 1519. usque ad annum 1617. ex India Occidentali in Hispaniam advectarum summa Sevillæ in rationem inducta mille quingentorum triginta sex millionum, id est quindecim millium, trecentarum & sexaginta tonnarum auri lucrum certò commonstret. Unde quis facile conjecturâ assequi potest, incredibiles etiam thesauros

Cherlonesus Columbana.

Biblioteca Museo Franz Mayer

ejusdem navigationis beneficio Lusitanis contigisse. Americus Vesputio Lusitaniæ Rex Emmanuel in mandatis dederat, ut Moluccas Insulas investigaret. Hic Anno 1497. in novum Orbem seu Indiam Occidentalem incidit, quæ ab ipso nomen trahit. Plures alii sequuti magnum Insularum & terrarum antehac incognitarum numerum invenerunt, & detexerunt. Anno 1519. Ferdinandus Gortesius Regis Hispaniæ nomine regnum Mexicanum occupavit. Petrarus Anno 1526. potentissimi ac ditissimi regni Peruviani potitus est.

Utriusque navigationis possessione Hispani ac Lusitani plures annos gavisi sunt, donec tandem Belgæ Inquisitione Hispanica diversati in Regem suum insurgerent, & ex septendecim Belgii Provinciis septem, unito fœdere, ab ipso desciscerent, & jugum Hispanicum excuterent. Quamvis enim bello durante Hispani conniventia quadam passi fuerint, ut Belgæ in Hispaniam ac Mari Mediterraneo adjacentes terras navigarent, Regi tamen Hispaniæ Philippo ejus nominis secundo potentiam, quæ Hollandis & Zelandis navigationis ope sensim accrescebat, animadvertenti consultum videbatur tempestivè ipsis ad majorem potestatem perveniendi media præcidere, eosque ubique in mari deprehensos adeò duriter tractare, ut tandem calamitatum pertæsi arrocatam injuriarum fastidio à navigatione abalienarentur. Eâ de causâ edicto publico Unitarum Provinciarum incolis omnibus Portubus, & stationibus navalibus dominarum Hispanicum agnoscentibus interdixit, ac transgressores non solùm navium ac bonorum dispendio mulctavit, sed etiam durissimis ac rarissimis pœnis affecit. Verùm enim verò oleum & operam lusit, Belgasque lucri cupidos ad majorem zelum incitavit, adeò ut ferventiores ac cupidiores redditi majora aggressi fuerint, ac tandem in animum induxerint eidem navigationi Indicæ operam dare, & navibus suis in Indiam missis ea petere, quæ de Hispanis precio haud exiguo emere cogebantur. Missæ ergò quatuor naves Anno 1595. Eoum mare petiere, & divitiis Indicis oneratæ domum redeuntes Belgis unitis merciam ex India petendarum cupidissimis viam aperuere. Ex navigatione hac aliquoties haud infeliciter succedente nata est celeberrima illa Indiæ Orientalis Societas, quæ ab Unitarum Provinciarum Ordinibus instituta, & privilegio insigni munita temporis successu grandi potentiâ emersit, & Hispanorum, ac Lusitanorum in India Orientali vires vehementer affixit, atque concussit. Eam insequuta est altera Occidentalis Indiæ anno 1624, pari privilegio ab Ordinibus fœderatarum provinciarum dotata, quæ majorem regni Brasiliæ partem potestati suæ subjecit, & anno 1628. haud procul Havanâ Insulæ Cubæ portu Petri Hein Navarchæ sui auspicio classem Hispanicam magnam argenti vim vehentem navali præliò vicit, atque ingentis illius thesauri compos facta est. Ex utriusque Societatis mercatura quæ fluxissima quæ in Unitas Belgii Provincias opes, ac fortunæ hactenus confluxerint, haud facile quis conjecturâ assequetur. Privatorum mercatorum, quorum incredibilis est numerus, negotiationem silentio volens prætereo. Tanta enim est, ut verbis exprimi nequeat. Potentia & dominatus Provinciarum illarum fœdere arctissimo tanquam ferreo vinculo devinctarum, & annua divitiarum incrementa omnem fidem superantia ex eo perspicua ac manifesta sunt, quod hactenus cum potentissimo totius Europæ Rege tàm grave bellum gerant, nec illo gerendo, quod aliis Regnis & Provinciis contingit, ad pauperitatem redigantur, sed majoribus imò stupendis divitiis accumulentur.

Aliam navigationis suæ in Indiam Orientalem viam Unitarum provinciarum Incolæ patefacere, & peopè Polum Arcticum invenire tentarunt: verum voto eorum non respondit. Anno 1595. Wilhelmus Barendilon nauclerus in rei navalis scientia exercitatissimus navi sua ultimam Novæ Zemliæ sub 77. & 78 gradu oram attigit, sed frigore nimio, & maximâ glaciei copiâ impeditus, Hollandiam repetere coactus est. Idem sequenti anno Hemskerckium nauclerum summâ rei nauticæ cognitione nobilem sibi adjunxit, & pari successu eum eandem conatus est. A Russis tamen, qui maris illa navibus suis frequentant, accepit, per fretum Waygats in mare Tartaricum transitum aliquem patere. Tertiâ tandem vice eundem conatum Anno 1596 iterans, postquam navis propè Novæ Zemlæ litora glacie constricta & cincta esset, in terra domunculam ædificare coactus est, in qua cum sociis suis tota hyeme commoratus sequentis æstatis adventum expectavit. Eâ adventante, cum omnem navis suæ reducendæ spem amisisset, duabus scaphis mari se commisit, & in Nova Zemla mortuus est. Socii ipsius summo periculo per mare Kolam in Lappiam navigarunt, & cum navi Hollandica, quam ibi offenderunt, in Patriam reversi sunt.

Angli Belgis, Hispanis, Lusitanis & cæteris nationibus navigandi peritiâ neutiquam cedunt, fed omnes totius orbis maritimi angulos pererrant, adeò ut emulatrum quoque Insularum & terrarum antehac nulli visarum cognitio ipsis merito ac jure accepta ferenda sit. Celeberrimi inter ipsos superioribus & hâc nostra ætate navarchi fuerunt Cabotorum unus & alter, *Willoughby, Chancellier, Bourrough, Pett, Ienkinson, Hersey, Hankins, Drauch, Candish, Forbisher, Attelton, Sare, Davis, Heymouth, & Hudson*, quorum navigationes ac itinera maritima Anno 1625 & 26. à Samuele Pourchas Anglico Idiomate quinque voluminibus in lucem edita sunt. Præterea Angli nihil prius antiquiusque habuerunt, quam ut Poli Arctici confinia transeundo novâ istâ viâ in Tartariam, Cathai, & Chinam penetrare possent, verum ultra gradum octogesimum Polo Arctico appropinquare non valuerunt. Societatem etiam Mercatorum naves suas in Indiam Orientalem ablegantium Londini habent, quæ quotannis haud exiguis opibus ex Eois Insulis petitis dimittit.

Quanquam etiam Galli tanti lucri odore allecti singulis annis in navibus ædificandis occupati sint, illique non Africæ solùm litora, sed etiam Indiam Orientalem & Occidentalem invisant, cæterarum tamen Europæarum nationum ultimi fuerunt, qui navigationem tàm longinquam suscipere ausi sunt. Annis enim 1616 & 1617. tres demum naves Diepâ ex Galliæ in Indiam Orientalem profectæ, & Banæ in insula Javâ à Rege humaniter exceptæ sunt, licet Hollandi atque Angli ibidem mercaturam exercentes sese oppositurine, & Gallorum negociationem impedire studuerint. Fundamentum hujus contradictionis est, quod Reges & Principes in India Orientali cum una aut altera nationum Europæarum certum precium pro mercibus solvendum frequenter pacisci, sed postea aliis intervenientibus, ac majori precio oblato, fidem eorum sollicitantibus conditiones & pactiones perfidiosè perturbare, nimiâque auri fame correpti proinsita non servare soleant. Hujus perfidiæ si obviam ire solent, qui pacti perturbatione jactaram faciunt, quod Belgis usu venit, atque anfam præbuit, ut fœdus ejusmodi perfidas debita pœna afficientes Dominos inquilinos e possessionibus & ditionibus suis ejecerint, easque sui juris fecerint.

Si jam inter utramque novam puta & veterem navigationem collatio aliqua instituatur, ac illius ingenium consideretur, quod eò audaciæ his nostris seculis circumhomines processerint, ut totam Mundi Sphæram circumnavigare non reformident, quod veteres nunquam fieri posse arbitrati sint, antiquam præ novâ lusum puerilem fuisse apparebit. Tam admirabilem se præstat Deus operum suorum manifestatione, qui hoc mundo ad æternam decrepitam vergente omnia ex tenebris eruit, atque operæ sua, quibus percipiendis & intelligendis omnis capeus humanus impar est, in manifesta luce collocat. Primus Orbis ambitum percurrere annis fuit Ferdinandus Magellanus Lusitanus, qui cum commilitone suo Sebastiano Cano Ulyssiponensi solvens mox ad finitimam curia contendit, & Æquinoctialem navigando transiens Brasiliæ & reliqua Indiæ Occidentalis litora ambivit, donec inter 53 & 54. latitudinis Australis gradum angustas maris fauces offenderet, quæ ex ipso Freti Magellanici nomen invenerunt. His non sine multis difficultatibus & periculis perruptis, vastissimo rursus & latissimè patenti Oceano, qui Mare Pacificum appellatur, se expositum videns cursum continuavit, & Novam Guineam, terramque Australem incognitam, id est omnem illum districtum, qui Polo Antarctico subjacet, aperuit. In illa ipsâ Guinea ab incolis tandem occisus esse ferrur, quanquam vivum ad Moluccas pervenisse alii dicunt. Socius ipsius Sebastianus Cano Italis & Astronomus excellentissimus à Moluccis per mare Indicum recto cursu ad Bonæ Spei caput transvolavit, illudque cum Africano litore ambiens tandem post multos labores exantlatos in Lusitaniam, Patriam suam Anno 1521 salvus & incolumis rediit. Ab illo tempore usque ad Annum 1577, nemo præterea navigationem illam tentavit, quo Anno celeberrimus ille Thalassiarcha Francisco Draco Anglus eidem itineri maritimo Orbem terrarum circumeunti se commisit, illoque felicissimo successu confecto, in Angliam reversus est. Hujus popularis *Thomæ Candisch* Anno 1588. idem iter susceptum, ac pari, quo prior, successu confectum. Eundem custodiam suscepit *Oliverus vander Noort* Batavus, qui Anno 1598 ex Hollandia solvens intra spatium triennii ac duorum mensium totum terræ Orbem circumnavigavit, ac tandem post incredibiles perpessos labores domum pervenit Anno 1601. Pari conatu eundem ambitum terræ emensi sunt, *Le Maire & Schouten* uterque Batavus, qui Anno 1615. ex Hollandia solventes inter 56 & 57 gradum latitudinis Australis novum & faciliorem in Mare Pacificum transitum invenere, cumque fretum *Le Maire*, appellavere. Anno 1622. Ordines Unitarum Provinciarum Generales quatuor decim naves sub Thalassiarcha *Jacobo L'Hermite* Batavo in Mare Pacificum miserunt, quæ memoratum fretum *le Maire* transeuntes Mare Pacificum emensæ sunt, & in Indiam Orientalem pervenerunt, unde ipsas feliciter reduces Hollandia intrare vidit. *L'Hermite* navium Præfectus summus in obsidione Limæ Regni Peruviani Metropoli Anno 1624. diem obiens successorem muneris sui reliquit Hugonem Schapenham, qui Anno 1625. in Patriam remigravit.

Ferdinandus Magellanus, & Sebastianus Cano.

Thomas Candish.

Oliverus vander Noort.

Le Maire & Schouten.

Anglos navigandi peritiæ neminem cedere.

Franciscus Draco.

Jacobus L'Hermite.

CAPUT XI.

Navium ædificatio, magnitudo, & gubernatio in mari.

Navium ædificatio.

Authores, qui de ea scripserunt.

Navium in Hollandia ædificandi ratio.

Mercatores conjunctis opibus naves ædificant.

Globi terrestris navigationes.

Assecuratores.

HAud absque ratione admirabile summa capietur, atque cogetabit, quo pacto tantæ moles ligneæ in terra ædificentur, & ex eadem in aquam protrudantur, qui nunquam aspectu percepit, quomodo naves extruantur, & postea in mare ex terra deducantur. Navem ædificare, ut velificando celerrimè volet, atque commodè mediis in fluctibus gubernari possit, artis est haud exiguæ, quæ tota in debita omnium tantæ molis partium proportione consistit. Artificiosa profectò est hæc ædificatio, de qui pauca admodum memoriæ prodita sunt, cum artificium hoc sibi artifices reservarint, & docti de eo tanquam vili aliquo opificio parum aut nihil laborarint. Bartholomæus Crescentius triennium ædificationem doctissimo scripto in lucem edidit. De navibus verò grandibus tàm onerariis, quam bellicis, quæ Oceanum sulcare solent, haud scio, an quisquam literis aliquid mandaverit, unico *Georgii Fournier* Societatis Jesu Patre excepto, qui in libro primo Hydrographiæ suæ Parisiis Anno 1643 Gallico Idiomate impresso ejusmodi navium architecturam doctissimè describit. Verum quoniam Unitarum Provinciarum incolæ, atque præ cæteris Hollandi ac Zelandi artis hujus peritiâ alias nationes antecellunt, atque incredibilem singulis annis navium vellivolantium copiam in Hollandia parant ac Zelandia ædificant, ædificandi modum ac rationem, qui usurpatur, paucis hic indicare haud incommodum videtur. Primò Mercator rarò reperitur, qui navem tantam solus impendiosæ suis extruere audeat. Præter impensas enim grandes, quæ ad tantæ molis compositionem requiruntur, jactura unius ejusmodi navis tanta esset, ut facilè unum aliquem & solum ad pauperatem redigere, & omnibus suis bonis orbare posset. Eâ de causâ plures mercatores se conjungunt, & conjunctis opibus navis alicujus compositionem promovent, quam pecuniam nonnulli suppeditant, alii verò materias tali ædificio linguo necessarias subministrant, ac quisque eam impensarum partem confert, quam sibi vel majorem vel minorem elegerit. Deinde lucrum, quod navis omnis generis merces per mare transpoetando facit, inter mercatores dividitur, ac unicuique impensarum factarum ratione lucrum conveniens attribuitur: jactura cuivis eâdem proportione ferenda est. Mercatores ejusmodi Belgæ fœderes id est parratores vocant, à parando, eò quod naves ejusmodi conjunctis facultatibus parant, & adornant. Lucri navibus ædificandis facienda tatio hæc utilis est, & haud incommoda, utpotè quæ dumnum ingens & optim omnium jacturam ac detrimentum facile præcaveat. Navis enim amissa incommodum non in unum solum, sed in plures redundat, adeò ut unusquisque leviori damno affectus minori bonorum suorum jacturâ prematur, eamque quæstus aliis navibus factus facili negotio refarciat. Inde fit ut mercatore non in unicam, sed in plures naves pecuniam suam impendat, aut non unum navem solus, sed plurium navium partem aliquam emat, ut eò securior & de pecuniâ sua & de lucro esse possit. Præterea aliud adhuc est medium, quo pecunia navibus impensa tuta reddi, & confervari soleat. Genus quoddam mercatorum, quos *Assecuratores* appellant huic negotiationi pecuniariæ operam dans, securitatem eam præstat. Si enim navi tempestate amissâ, aut ab hostibus aut pilatis capta, pecuniæ in eam insumptæ restitutionem pollicentur eâ conditione, ut si eadem salva deinum redierit, pro singulis centum florenis trium, quatuor, quinque aut plurium florenorum, prout iter majori, aut minori periculo subiectum, aut propius, aut longius fuerit, usuram solvat, qui cum ipsis pro parte suâ pecuniæ, aut impensarum restitutionem pactus est. Nauclerî, aut navarchi, quibus navium cura commissa est, plerumque etiam navis partem aliquam possident, adeò ut eâ de causâ majori curâ munere sibi demandato fungantur, quamvis nonnulli quandoque etiam reperiantur, qui mercatores argento emungunt, & lucrum navigando factum aut dilapidant, aut in propriam commodum vertant. Postquam igitur mercatores de navi aliqua ædificandâ inter se convenerint, omnî pecuniâ in communi collatâ architecto alicui accerrito mentem suam aperiunt, & de magnitudine navis extruendæ ipsum certiorem reddunt, qui necessariorum sumptuum supputatione factâ, demercede cum ipsis pacisciture, & aut totam navim suis sumptibus ædificandam suscipit, aut saltem operam suam quotidianam in ipsâ extruenda elocat. Loca navibus construendis apta & commoda ad aquam ità sita sunt, ut versus eam sensim declinent, & declivitate sua navibus ex terra in aquam demittendis facilioreni cursum præbeant. Cum earum constructione ità comparatum est: Primò multæ graves, & Modus crassæ trabes transversò ordine ità jungunture, ut una alteram eminendo non excedat, sed omnes rectâ & æquali declivitate decurrendo tantæ moli eò facilioremin aquam decursum concedant. Quantò major

Biblioteca Museo Franz Mayer

autem & gravior moles est, quæ ipsis incumbit, tantò graviores, crassiores, & fortiores esse debent, ut eò facilius omus tantum sustinere queant. Hisce trabibus tanquam fulcris tota navis imponitur, ità tamen, ut infimâ & fundamentali suâ trabe solâ & unicè illas attingat, latus autem utrumque quamplurimis trabibus, aut palis crassioribus fulciatur. Trabs illa carinæ seu ventris pars ima & totius navis fundamentum quadrata est, & ex ligno querno confecta, ac plerunque unum plus minus pedem crassa & alta, atque 70, 80, 90. aut plures pedes longa, præcipuè in grandioribus illis navigiis, quæ ingentis oneris sunt capaces. Plerunque ex diversis arborum longiorum truncis compingitur, & ex duabus aut tribus partibus firmissimè conjungitur, ut eò firmiori fundamento corpus reliquum innitatur. Huic cæteræ navis partes omnes latera nimirum, prora, & puppis fortissimè impinguntur, & variis trabibus atque asseribus clavis ligneis & æneis fortiter compactis connectuntur. Minoribus navigiis trabs ejusmodi ex unius arboris trunco parata sufficit, sed maioribus trabe ex diversarum arborum truncis compositâ opus est. Hæc cum malo in communibus navigiis proportione aut longitudine convenit, sed in magnæ molis navibus longior esse debet, quàm malus ipse, qui necessariò ob navis magnitudinem longitudine fundamentum navis superare neutiquam potest. Trabi memoratæ, quæ in prora incurvatur, & inflectitur, asseres querni crassiori & longitudinis insignis, qui igne calefacti aliquantulum aduruntur, ut faciliori negotio inflecti, & navis curvitati in prora aptari queant, inseruntur, atque his alii junguntur, qui latus externum, quod aquam tangit, constituunt, iis annectuntur trabes interiores, ut alteres latus interius consicientes recipiant, qui omnes tàm exteriores, quàm interiores arctissimè coniunguntur, & ubique stupâ ex corruptis funium navalium fructis confectâ muniuntur, ut rimæ & hiatus omnes arctissimâ obstructione concluso haud facilè aquam admittant. Præterea in compingendis & conjungendis asseribus & trabibus infiniti tàm lignei, quàm ferrei clavi adhibentur, quorum plurimi scipsi pedem, duos, aut plures pedes longi latenum in grandioribus navibus crassitiem insignem indicant. Ut paucis dicam, partes omnes tàm fortiter compinguntur, tot vinculis fortissimis conjunguntur, & compage tàm accuratâ & validâ mununtur, ut vix verisimile fiat, molem tàm fortiter compactam contringi posse, cum tamen sæpius usueniat, ut scopulis, aut arenis illisa instar testudinis alicujus in frusta dissiliat. Labor hic naviam ædificandarum inimmcabilem, hominum multitudinem occupatam tenet, qui omnes victum & amictum sibi eodem comparant, sicuti in Germania & aliis regionibus mediterraneis plurimi mortales agricultură, vinearum culturâ, aut in metalli fodinis sibi de omnibus ad victum & amictum necessariis prospiciunt. Tantâ autem diligentia & sedulitate operi intenti sunt, ut præter ictuum strepitum vix ullus alius exaudiatur, & labore summo silentio operaria persungantur, licet centum aut plures nonnunquam unius navis constructioni inserviant. Navem eò usque perfectam & absolutam, ut in aquam detrudi queat, tantâ prudentiâ & agilitate ex terra in aquam demittunt, ut uniciuique spectatorum tantæ molis demissio tàm artificiosa & admirabilis incredibilem admirationem moveat. Fulcris enim, quibus tantum onus lateribus suis incumbit, undique remotis navem, quæ soli trabi fixæ infimæ & fundamentali insistit, instar cunarum adeò prudenter & artificiosè movere, & movendo in æquilibrio continere noverunt, ut nec in unum nec alterum latus procidere queat, sed recto tramite per trabes sibi suppositas, & adipe, aut pinguedine illitas in aquam procurrat. Impetu verò tanto per trabium declivitatem majores ejusmodi moles decurrunt, ut fumum, imò flammam quoque excitent, quam aquâ trabibus cum pinguedine incensis affusâ exstinguere solent. Nam onus tantum unicæ trabi insistens attritu suo vehementissimo fervorem ingentem concitât, quo pinguedo sua natura ignem facilè concipiens, mox incendatur, & in flammam erumpit. In proportione partium navis cuiusque inveniendâ trabis infimæ fundamentalis, & trabium transversarum utrumque navis latus substinentium, atque latitudinem ejus dantium, longitudo, cum altitudine, quam debitam suam mensuram habere par est, respicitur. Nimia longitudo navi impedimento est, eamque ut huc atque illuc moveatur, ineptam reddit. Latitudo modum excedens efficit, ut naves præ nimiâ graviteate aquæ fundo profundùs immergantur, & tardius velificando proveheantur. Nimis altæ naves vehementissimè à ventis concutiantur, & submersionis celerrimæ periculo subjectæ sint, siquidem facili negotio alterutro latcrum in aquam prosterni possunt. Nimis humiles planè ad velificandum ineptæ sunt, & haud difficulter fluctibus tegantur. Admirandum itaque hoc est artificium, quod inter viles quidem artifices latet, verum hoc præstat, ut incredibilis magnitudinis naves onerariæ, quæ castella & arces magnitudine sua referunt, unico clavo quòvis facilimè convertantur, & celerrimos velis suis cursus conficiant. In Anglia, Hollandia, Gallia, & Italia hæc plerunque proportio in navium onerariarum constructione observatur, ut quarta infimæ trabis longitudinis pars latitudini affingatur, adeò ut navis 25 pedes lata esse debeat, si trabs ejus infima centum pedum longitudinem continuerit. In maximæ tamen molis navibus tàm accuratè proportio memorata non observatur, cum latitudini major mensura, & quidem tertia ferè longitudinis pars attribuatur. Si in velificando solius celeritatis, & non oneris ratio habeatur, quod in navibus quas Belgæ **Pinaſſen** & **Jacht-ſchepen**, appellant, fieri solet, quinta aut sexta trabis infimæ pars latitudini destinatur, ut corpus magis tenue evadat, & facilius aquam secare possit. Latcrum concavitas ab extremitate aut ora summa, usque ad trabem infimam cavitate aptâ & incurvâ descendat necesse est, utpote quæ ad celeriter velificandum multum confert, & minus aptè fabricata velificationi maximo impedimento esse potest.

Lignum ad navium fabricationem necessarium diversorum est generum. Quernum tamen inter omnia aptissimum est, ex quo in Belgio omnes naves construi solent. Naves ex abiegnis asseribus constructæ leviores quidem sunt, & facilius regi possunt, sed ob lignum corruptioni obnoxium minus diu durant. In Gallia ad navigiorum fabricam fagi etiam & ulmi adhibentur. Ulmeum lignum quamvis diutius quidem aquæ corruptioni resistit, sed aëri expositum citius corrumpitur. Quernum lignum in aqua dulci diutius durat, in salsa citius putredine consumitur. Quanta ligni copia ad navis alicujus fabricam necessariò requiratur, non tàm exactè definiri potest. Communia tamen opinio fert, quod ligni copia oneri, quod navi ferendum est, proportione suâ respondere debeat, adeò ut navi centum tonnarum capaci, centum etiam tonnarum lignis opus esse perhibeatur. His omnibus etiam accedit, quod in cædendis lignis ad navium structuram requisitis, temporis ratio habenda sit, & nullum mensibus Decembri & Januario aptius & commodius existat. Lunæ quoque variatio hic locum habet, quæ decrescens accrescenti longè præstat, & lignorum cæsioni magis congruit. Longo usu, & experientiâ à diligentibus Naturæ scrutatoribus observatum est, ligna decrescente Luna cæsa minori humiditatis copiâ abundare, & proinde putredini ac vermibus ex humiditate nimia ortis minus obnoxia esse. Indicio sunt Triremes Turcicæ, quæ citius corrumpuntur, quam Italorum, Gallorum aut Hispanorum naves, eò quod Turcæ temporis observationes ejusmodi ludibrio habentes debito tempore ligna, quæ ad navium fituum ædificationem usurpant, cædere non solent. Tandem etiam ligna, antequam ad usum hunc adhibeantur, sicca sint, & omni humiditate careant oporter, ne nimis humida & viridia navis onus augeant, quæ eâ de causâ minus oneris re-

ciperet,

Trabs carinæ insima.

Partium cujusque navis proportio.

Naves in aquam demittendi modus.

ciperet, tardius in aqua progrederetur, timis muturionibus dehisceret, ac aquam intromitteret. Ex abietibus & pinis insignis proceritătis arboribus, quas Dania & Norwegia grandi copia suppeditat, mali conficiuntur, & navibus imponuntur, ut velis pandendis & demittendis inserviant. Ulmi longæ & teretes antliis, quibus aqua extrahitur, conficiendis aptæ sunt, quia facili negotio terebrâ perforari possunt, ac non tàm citò, quemadmodum alia ligna, rimas agunt. Ad easdem antlias conficiendas alni quoque adhibentur.

Anchoræ, quæ similibus grandibus navium retinendarum, & in cursu remorandarum causâ in mare demittuntur, ex crasso & forti ferro fabricata sunt instrumenta, quæ in aquam demissa naves sistere solent. Tribus aut quatuor plerunque navis unaquæque instructa est, aut pluribus etiam, si longinquior & periculosior navigatio suscipienda, ut necessitatis tempore, unâ aut alterâ tempestatum & procellarum vi amissâ, aliæ rursus suppetant, & in promptu esse queant. Inter eas est, quam Latini Sacram, Belgæ **Heylt-ancker** nominant; Hanc de prora in mare conjicere, & cæteris adjicere, in more positum est nautis, quando mare horrendis tempestatibus & procellis concussum & turbatum furiosos impetus in navem facit, ut hæc ratione præcaveant, ne navis undique oppugnata à fluctibus abripiatur, & ad fundum demergatur. Anchoralia Belgis **Cabel-touwen** dicta, ut & cæteri funes nautici majores æquè ac minores, qui in navibus usum aliquem habent, ex forti Cannabe parantur. Anchoræ & navis proportio hæc est, ut viginti quinque tonnis aut doliis centum & decem ferri libræ respondeant. Anchoralis pondus Anchoram plerumque duplâ & quartâ parte excedit, ita ut Anchoralæ 1237. pondo contineat, quando Anchora navis centum doliorum 550 pondo continet. Anchoralæ, quod Sacræ Anchoræ annectitur plerunq; centum & viginti orgyas longum est. Cætera cum Anchoratum fitarum proportione conveniunt.

Anchoræ.

Nomina navium.

Navibus quibusvis paratis & instructis nomen tandem certum imponitur, qui mos antiquus Ethnicis olim etiam usitatus fuit. Apud Catholicos confuetudo obtinuit, ut Deo naves suas consecrent, ac alicujus Sancti tutelæ eas commendent. Antequam navis in aquam demittatur, sacerdos ejus loci, in quo navis ædificata est, eam consecret, aquâ consecratâ purificat, & Evangelium cum cæteris huic actui inservientibus precationibus legit. Postea nomen Sancti, cujus tutelæ consecrata est, aut alicujus hominis aut bestiæ, aut alterius rei ipsi attribuitur. Anno 1637. præfecti Societatis Indiæ Orientalis Hornæ in Hollandia Septentrionali navim insignis magnitudinis ædificandam curaverunt, quæ in memoriam obsidionis, quâ Breda urbs eo Anno ab Illustrissimo Principe Henrico Frederico Auraico cincta & occupata fuerat, Breda fuit cognominata. Delphis in Hollandia Meridionali superioribus annis navis fabricata Diaboli Delphensis nomine insignita fuit.

Lignum ad navium fabricationem necessarium diversum est genus.

Navium magnitudo.

De nimiâ navium magnitudine compertum & exploratum habetur, quod haud multum commodi afferat, sed eas admodum inceptas, & gubernationi incommodas reddat. Hodierna illud experientia testimonio suo comprobat: Hispani quidem incredibilis molis navibus, quas Carraquas, & Gallionas nuncupant, in mari utuntur; Defectioni tamen adeò inceptæ sunt, ut sæpissimè in hostium fuorum longè minoribus & agilioribus navibus utentium manus inciderint, eosque prædâ opimâ ditaverint. Quot ejus generis naves Hispanis eripuerunt Hollandi, cum tamen parvis & debiliori multitudine & fociorum navalium manu instructis navigiis ipsos adorti essent. Anno 1588. Angli & Hollandi potentissimam illam Regis Hispaniæ classem navibus, quas Carraquas, & Gallionas nuncupant, in mari uruntur; Defectioni tamen adeò inceptæ sunt, ut sæpissimè in hostium fuorum longè minoribus & agilioribus navibus utentium manus incidernt, eosque prædâ opimâ ditaverint. Quot ejus generis naves Hispanis eripuerunt Hollandi, cum tamen parvis & debiliori multitudine & fociorum navalium manu instructis navigiis ipsos adorti essent. Anno 1588. Angli & Hollandi potentissimam illam Regis Hispaniæ classem navibus castellis & arcibus similibus constantem oppugnaverunt, & navibus suis parvis quidem, sed velocibus superarunt, atque dissiparunt. Pari ratione Anno 1639. Trompius Hollandiæ Thalassiarchus classem Hispanicam sexaginta navibus maximis constantem duodecim navibus suis bellicis adortus in *Dunes* in Angliam se recipere coëgit, ibique tamdiu detinuit, donec centum & triginta navibus eò brevi temporis spatio ex Hollandia & Zelandia advolantibus formidabilem illam manum navalem profligaverit, atque deleverit. Ex insigni hoc navium, quæ tam brevi tempore intervallo ad eum locum confluxerant, numero, de maximâ Unitarum Provinciarum potentiâ conjecturam sumere facilè est. Sed ingentis & incredibilis magnitudinis navium, quæ in diversis locis ædificatæ fuerunt, exempla in medium producamus. Anno 1201. Gallici exercitus, qui in Syriam, aut Palæstinam tendebat, pars quædam Venetiis navem confecndit, quæ ob incredibilem magnitudinem fuam Mundus vocabatur. Buchananus in historia sua Scotica memoriæ prodidit, Jacobum hujus nominis quartum Scotiæ Regem navibus fabricandis ingentem pecuniæ vim impendisse, atque tres præcipuas insuitatæ magnitudinis ædificandas curasse. Franciscus I. Galliæ, & Henricus VIII. Angliæ Rex uterque potentissimus, navibus ædificandis sibi mutuò palmam præripere incredibili contentione studuerunt. Naves duas enim tantæ molis extruxêre, ut præ nimiâ magnitudine & nimio onere vix mobiles fuerint. Anglicam navim Hamiltos Thalassiarchus in mari planè sibi imobilem, & mole nimiâ ferè immobilem in Britholtensem Portum reduxit, in quo putredine absumpta tandem in frusta concidit, & sine usu perist. Paulus Jovius commemorat, quod in certamine quodam navali inter Anglos & Gallos commisso duæ naves Angliæ maiores, cum duodecim minoribus stupendæ magnitudinis navim Gallicam *La Cordelière* appellatam, quam Britanniæ Ducissa Anna suo Rege Ludovico XII. fabricandam dederat, tantâ fortitudine oppugnaverint, ac tamdiu mutuo conflictu decertaverint, donec omnes subjectæ cum bis mille hominibus pericrint, & circiter bis mille jugmenta æneâ tam majora quàm minora amissa fuerint. In Succia Danis, & Hispanis admirandæ magnitudinis naves ædificari solent, adeò ut uni soli Regum 70, 80. imò etiam nonaginta tormenta ænea imponantur. Anno 1564. III. Kal. Junii, Dani & Sueci pugnâ navali decertarunt, in qua hi navim Imperatoriam habebant ducentis tormentis æneis, ut fertur, munitam, cui illi suam Fortunam appellatam opposuerunt. Osorius sectione 10. lib. 8. historiarum Regni Lusitaniæ navis meminit raræ magnitudinis, cujus corio crudo obductæ atque vestitæ Lusitani in certamine navali ante civitatem *Dio* post multas difficultates tandem potiti sunt. Idem in fine 20. Sectionis lib. 1. mentionem facit navis cui magna Java nomen erat; Hanc tantæ altitudinis fuisse perhibet, ut puppis ejus multi corbem maximæ navis Lusitanæ æquaret. Libro 4. Historiarum Veneratum sit mentio magnæ cuiusdam Gallionis (hoc nomine maximæ molis naves designantur) quam Respublica Veneta piraturam coërcendorum causâ fabricandam curaverat. Eam in porta Veneto ad anchoras stantem tempestas repentina submersit, atque ad Dunam misit, ex quo nunquam postea extrahi potuerat. Turcarum Imperator Mahomet hujus nominis secundus Constantinopoli navim extruendam dederat ter mille doliorum capacem, quæ nimiâ mali altitudine in aquam percipitata atque deturbata fundum petiit. Hic nostrâ ætate in *Brettagne* Regni Galliæ Provinciæ oppido *Roche Bernard* architectus quidam Carolus Morieu Diepâ oriundus regiam navim nomine *Couronne*, id est, Coronam fabricatus est. Trabs infima centum & viginti pedes longa, sexdecim polices lata, & quatuordecim alta fuit. Superior à puppis initio usque ad proræ finem longitudo ducentos pedes continebat. Trabium transversarum longitudinis, vel navis ipsius latitudinis, lateris utriusque crassitie adjunctâ, quadragintà sex pedes mensura implebat. Cum 13. Julii Anno 1638. ad litus Hispanicum appelleretur, quingentis partim militibus, partim sociis navalibus munita, & septuaginta duobus tormentis æneis instructa erat. Ejusdem generis aliam nomine *Royal* Ludovici XIII. Galliarum regis sumptu

Navium maximarum exempla nonnulla.

Biblioteca Museo Franz Mayer

bus ædificavit architectus Lambertus Amsterodami in Hollandia, quâ Galli Annis 1636. & 37. in mari Mediterraneo, Annis verò 38. & 39. in Oceano contrà Hispanos usi sunt. Trabis infimæ longitudo centum & viginti trium erat pedum, latitudo duorum pedum, & quatuor pollicum, atque altitudo duorum pedum cum dimidio: Novem arborum trunci fortiter compacti totam trabem conficiebant. Nota etiam est insignis magnitudinis navis Anglica *Souverain* nuncupata, quæ in Tamesis ripa Londini Annis 1637 & 38. constructa & sequenti anno in mare missa est. Impensæ, quæ navis alicujus triginta duobus, quatuor, sex, aut quadraginta tormentis bellicis majoribus onerare fabricationi & apparatui plerunque insumuntur, triginta duorum, sex, novem, aut quadraginta millium florenorum numerum non excedunt. Naves verò, quæ ex Hollandia & Zelandia in Indiam Orientalem mittuntur, & plerunque quinquaginta aut pluribus tormentis æneis muniri solent, majorum sunt sumptuum, adeò ut toties ejusmodi navis apparatus nonaginta aut centum mille florenis constet. Navium, quæ in Hispania, aut Lusitaniâ ædificantur, & Carracæ appellatæ Goam & alia in loca Indiæ Orientalis mittuntur, impensæ priorum sumptus longè excedunt.

Impensæ quæ in navis alicujus fabricam insumuntur.

Navium genera.

Varia navium genera quod attinet, bifariam dividi possunt: Nonnullæ enim velis & remis propelluntur, alias ventum velorum beneficio absque remis promovet. Quæ remis aguntur, ab iis nomen inverunt, & à Veteribus Triremes, Quadriremes à remorum ordinibus appellatæ sunt. In longitudinem extensæ ventrem habent angustiorem, ac celerimè per mare volitant, eò quod non solùm à vento vela expansa instante provehantur, sed etiam remigando citissimè propellantur. Humiliores sunt navibus onerariis & latera habent depressiora. Harum plures ac diversæ inveniuntur species, quas ordine recensebimus. Omnes cæteras magnitudine superant Galeassæ, ut vocant in quibus remiges tecti sedent, ut supra caput ipsorum adhuc pavimentum sit, aut munimentum ab utraque parte decem aut pluribus tormentis æneis repletum. Duas ejusmodi Turcarum Imperator habebat, & Veneti quatuor, quæ in navali conflictu cum Turcis propè Lepantum ad victoriam, quâ Christiani tunc temporis potiti sunt, multum contulerunt. Quinquaginta ut plurimùm scamna habent, quibus remiges insident. Triremes & aliæ ejus generis, quæ *Galeren* vulgò nominantur, viginti quatuor, aut viginti novem scamnis instructæ cæteras velocitate antecellunt. Gallicis triremibus plerunque viginti sex, & Regiis tàm Gallicis quàm Hispanicis viginti, octo, aut novem, Turcis, quæ ad remigandum minus aptæ judicantur, triginta tria sunt scamna. Galiotas vulgò appellant, quæ à fenderem ad viginti quinque scamna habere solent: unumquodque verò scamnum tres remiges occupant. In Brigantinis ad minimum decem, ad summum quindecim reperiuntur. His minores sunt Fregatæ. Omnium minimæ, quas Feloquas nuncupant, & quinque aut sex scamnis munitæ. Omnes hæ naves velorum ac remorum beneficio cursum suum consicientes in mari Mediterraneo usum habent, in Oceano rarò videntur. Hic eas excipit, quæ solis velis ventis instatis propelluntur, & Onerariæ appellantur ab onendus, quibus onerata huc illuc commeare solent. Inter eas maximæ sunt magnitudinis, quæ Galionum & Carracarum nomine innotuerunt. Has sequuntur, quæ centum, ducentorum, trecentorum aut quadringentorum onerum, aut tonnarum capaces, aut mercium transportandarum, aut rei militaris usui adhibentur, & bifariam dividuntur. Hollandis vocantur, in quibus puppis extrema latitudo, seu extremum navis tabularum speculi figuram exprimit, quod in iis, quas Fluyten nominant rotundum est, & tergum quasi rotundum format. Jachten alias Pinassen prioris generis naves velocissimè omnium per mare volitant, & nonaginta, centum, aut

Galeassæ.

Triremes.

Galiotæ.

Brigantinæ.

Fregatæ. Feloquæ.

Naves Onerariæ.

Galiones. Carracæ.

Spiegel-schepen Hollandis vocantur.

Fluyten. Jachten. Pinassen.

centum & viginti onera vel tonnas capiunt. Aliud est navium genus in Hollandia usitatum, quod unico malo procero & alto munitum nomine Boyer signatur, & navigationibus in Galliam, Angliam, Emdam, Bremam, & Hamburgum operam navat.

Boyer.

Quod ad navium gubernationem attinet, earum tria Navium potissimùm desiderare videmus; Ventum nempe, qui vela expansa & malis affixa inflat, & vela inflata atque renitentia propellit, propellendoque navim secum rapit: Clavum itidem, cujus beneficio cursus tenetur, & navis in quamvis partem movetur, atque dirigitur: Et tandem Pyxidem Nauticam seu Compassum, qui demonstrat, & docet ex qua mundi plaga ventus oriatur, quo pergat, & quomodo ejus adminiculo cursus sit instituendus, ac gubernandus. In moderando navium cursu triplex se offert ventus: Aut enim secundus est, & navim sequendo rectâ viâ propulsat, retiamque cum ipsâ iisdem tenet, quo navis utens vento secundo provehi dicitur: Aut à latere venit, & dimidius appellatur, navemque aliquantum in alterutrum laterum inclinatam, quæ aliàs vento secundo utens erecta manet, eodem, quo prior, cursu promovet: Aut contrarius, & navi adversus ex eo loco proficiscitur, quò navis cursu suo tendit, eâque de causâ impedit, quò minus navigium rectâ lineâ provehi queat; unde lineas obliquas facere cogitur, ita ut ventum aliquâ ratione dimidium nancisceatur, & obliquis cursibus modò in unum, modò in alterum latus propendens, quamvis tardius progrediatur, nihilominus tamen ulteriùs procurrat, quod genus currendi à Belgis Liberen appellatur. Velis quovis vento tumidis & turgentibus navis profundius aquæ immergitur, ejusque velivolans progressus tardior aut celerior his in rebus præcipue consistit, ut videlicet primò ventus fortioribus, aut debilioribus viribus in navim impetum quibus in faciat, & major aut minor velorum numerus eum excipiat; deinde vela ipsa ita vento obversa sint, ut aut omnem, aut majorem, aut minorem ejus partem recipiant; & tandem plenius & fortius ipsum retineant, aut facilius dimittant. Fieri potest, ut navis antecedens velis suis sequenti ventum eripiat, ventique nimiam copiam amplectendo se ipsam damno afficiat, adeò ut nauclero alicui provido & prudenti id negotii maximè detur, ut sine navis sux detrimento & concussione ventis fortioribus, & magis impetuosis uti noverit. Tempestate ferenâ cœlum occupante, ventoque benigniorem se præbente omnia vela pandantur, eoque ingravescente, & majoribus viribus irruente, nonnulla, superiora imprimis demittuntur. Procellis autem & tempestatibus in mari sævientibus omnia contrahuntur, navisque fluctibus propiciis relinquatur, imprimis quando à littoribus remotior in mediis maris fluctibus versatur. Litori enim vicinior maximo periculo expolita, eoque in discrimine constituta parum sepè abest, quin à ventis in littus argnas, aut scopulos protrâta in frusta dissiliat. Multum etiam ad feliciorem cursum tenendum interest; ut vela debito modo expansa nec fortioribus nec lationibus vinculis malis adstricta sint. Nimis fortiter ligata instar nervorum ventos receptos repellunt: nimis remissa nimium ventis ludendi spacium concedunt, & minores eorundem vires sentiunt.

Gubernatio.

Vela.

Clavus.

Pyxis Nautica.

Ventus triplex.

Progressus navis in variis ventis consistat.

Ex his omnibus, quæ in hoc capite de navibus, earundemque ædificatione, atque gubernatione commemorata, & rudi Minervâ expolita sunt, manifestè atque apertè patet, non tàm vilem aut exigui ponderis esse illam, quæ de navium fabricâ, & rectione agit, sed magnam, atque singularis cognitionis & experientiæ insignis artem, cujus apprimè peritos esse par est, quorum tutelæ & protectioni in unius Clavi & navis per Clavum gubernatione doctâ & peritâ consistenti tot hominum tranfvectio navis latere à morte remotorum animæ, ac tantæ divitiæ committuntur. Ejus commendatione introductionem hanc claudimus, atque ad ipsarum Tabularum Hydrographicarum descriptiones properamus.

TABU-

TABULA ANEMOGRAPHICA,

Sive

COMPASSVS,

AUT PYXIS NAUTICA

SEU

Ventorum in Pyxide Nautica, Designatorum Descriptio.

Pyxis Nautica.

TABULA præsens Hydrographicarum Chartarum basis & fundamentum, Pyxidis Nauticæ effigiem ob oculos ponit. Hæc nautis in vastis Oceani undis, ac medio mari, in quo præter cœlum & fluctus nihil se conspiciendum præbet, nec ulla viarum, aut itinerum vestigia apparent, constituta adjumento est, ut plagas cœli dignoscerent, & ventorum discrimina invenientes certum navigationis suæ cursum tenere queant. Ut autem perspicuâ & dilucidâ descriptione naturam, ac proprietates ejus exponamus, prius de Ventis, ipsorumque causis, motu, situ, numero, nominibus, ac naturâ agamus necesse est, quàm ad ipsius Pyxidis descriptionem accedamus.

Argumenta confirmat. I.

Quid ventus sit. Opiniones variæ.

In Venti definitione opinionibus diversis ac plurimùm variantè Philosophi, ut videre est apud Plutarchum, Plinium, Aristotelem, Albertum Magnum, Mirandulam, Agricolam, & cæteros authores. Strabo, & Seneca discipulus ipsorum, Ventum aërem fluentem vocant. Anaximandro fluxus est aëris, cujus vapores & partes tenuissimæ à Sole consumpti sunt. Aëris fluentem undam cum incertâ motus redundantiâ ipsum appellat Vitruvius lib. 1. Architect. cap. 6. Aërem percitum esse Astrologis placet. à D. Isidoro lib. 13. aër commotus, & à Damasceno aëris fluxus seu agitatio nominatur. Alii aquam seu vaporem aqueum, Alii quoddam cœleste, aut alius cujusdam generis corpus magnum, quidam suâ vi & violentiâ acrem hinc inde pellens, esse asserunt. Aristoteles lib. 4. Meteor. cap. 4. Ventum dicit esse exhalationem calidam, ac siccam à terrâ progressam, quæ à frigore occurrente repulsa & repressa retrorquetur paulatim, & cum impetu per aërem ruit.

Venti origo.

De origine, & causis, ex quibus ventus existit, dicto loco Aristoteles ea proponit, quæ sequuntur: Solis, & aliorum Siderum attractu, & inprimis peculiari quorundam astrorum influxu halitus consertim in sublime elati ad mediam aëris regionem pervenient. Inde ab aëre illo frigido, & denso protrusi refracto, ac diffultanti impetu resiliunt, & quia pulsu deorsum agantur, & ob institam levitatem in superiora contendunt, dum neutra pars vincit, quasi partitâ contentione neque sursum, neque deorsum, sed obliquè fluunt.

Motus Ventor.

Motus ventorum, ut probant Aristoteles lib. 2. Meteor. c. 5. Albertus Magnus in tractatu de ventis c. 22. Algazeles in sua Philosophiâ, est circularis, non quidem perfecta, ac completa, circularis convolutio, quæ secundum arcus semicirculi sivè portionis majoris, vel minoris circulorum fiat, ibi desinens, ubi moveri incipit, quia nullus ventus totum maximi circuli Globi terræ & aquæ circumferentium circumit: sed per aliquod terræ, vel maris spatium unusquisque ventus flat, vim habens fortiorem propè locum, ubi generatur, debiliorem autem magis, ac magis in progressa, donec in quodam spatio penitus deficiat, ubi desinde alius ejusdem speciei, respectu eorundem habitantium, oritur. Sententia hæc argumentis sequentibus confirmatur. I. Experientiâ teste, naves per umnia ventum maximam aquæ superficiem permeant, motum quod argumento est, atque indicio, ventum ipsum circâ superficiem aquæ sphæricam, & circâ ipsam circulariter moveri. Quod verò venti sæpe videntur ab inferioribus ad superiora recto motu moveri tanto impetu, ut pulverem, aquam, aliasque res secùm trahant, sursumque deferant, causa est non motus rectus, & propeius, sed violentus, & accidentalis, qui ex motibus duobus circularibus, & contrariis duorum ventorum procedit. Nam cum flant simul oppositi venti duo, unius flatus flatui alterius resilit, quibus flatibus duobus contrariis, & invicem superare contendentibus, debiliorem quidem cum superaverit potentior, propellit ipsum, atque sic ambo verterunt in gyrum, sursum attolluntur, turbinemque faciunt, quoniam motu proprio liberè moveri nequeunt, quemadmodum quoque influente aquâ accidit, quæ, cum ei aliquod corpus resistit, in gyrum movetur, & gurgitem, seu vorticem facit. II. Causa essentialis, propinqua, & intrinseca idem affirmat. Ventus movetur vel motu recto, vel circulari, vel ex his misto. Non recto: nam sic aut sursum, aut deorsum, aut à latere moveret. Non sursum, quia cum exhalatio calida & ficca ad frigidam usque aëris regionem adscenderit, ibique frigore affecta, ac condensata, ventusque jam facta fuerit, non amplius adscendere, sed potius descendere intendit. Non deorsum, quia ficcitas & calliditas intrinseca in ipso prædominans, quamvis à frigore propellatur deorsum, adscensum tamen affectat. Non à latere, quoniam modò adscenderet, modò descenderet, quorum neutrum fieri potest. Non misto ob eandem rationem, quia scilicet quandoque adscenderet, quandoque descenderet, quod fallum est. Necessariò igitur venti motus circà terræ & aquæ superficiem erit circularis. III. Causa accidentalis, remota, & extrinseca argumentum itidem est firmum ac certum. Omnis effectus debet adsimilari suæ causæ, quod potest. At stellæ, & signa cœlestia sunt causæ ventorum, & moventur circulariter. ut constat ex observatione Astrologorum, & testimonio Aristotelis 2. Meteor. c. 5. Ergò venti quoque circulariter moventur. IV. Tandem experientiâ ipsâ satis superque innotuit, Nubes suprà Horizontem paullatim adscendere, & in medium cœlum supra Zenith nostrum attolli, & demum ad Hori-

II.

III.

IV.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

zoneem oppositum descendere, atque ex visu nostro evanescere, quod manifestum & indubitatum est indicium circularis motus, quo venti circa Globum se volvunt.

Ventorum divisioni solitæ.

Ventorum divisio. Ventorum divisioni solitæ, Globi terrestris in quatuor partes æquales partitio, occasionem dedit. Partes illæ principes sunt Oriens, Occidens, Septentrio, & Meridies, quarum respectu Venti primo bipartiuntur, in Cardinales nimirum, & Collaterales. Cardinales familiam ducunt, ac quatuor dictis partibus denominationem suam acceptam ferunt. Collaterales eatenus comites priorum à latere se adjungunt, & quatuor Cardinales comitantur.

Numerus Æolus.

De ventorum numero plures ac diversæ Authorum sententiæ reperiuntur. Primus ventorum obtervator (Plinio, Strabone, & Polydoro Virgilio testibus) Æolus Siciliæ Rex, & Jovis ac Sergestæ filius fuisse fertur. Ventorum Rex fuisse creditur, ut Poetarum commenta tradunt, & ex cultu divino, quem ipsi Ethnicorum superstitio exhibuit, colligitur. Tetigantur id Solinus de admirabilibus, & Antonius Mancinellus. Apud Virgilium lib. 1. Æneid. Neptunus inquit: *Æolus hæc clauso ventorum carcere regnet*, & lib. 14. Metam. Ovidii est versus: *Æolum Hippotaden cohibentem carcere ventos.* Hippotades nominatur ab avo Hippota, cujus filia Acesta, vel Sergesta Æoli mater fuit. Hic quatuor Ventos Cardinales excogitavit à quatuor cardinalibus mundi plagis spirantes, qui Cardinales, communes, & πρωτογονοι Eratosthenì, & Reges per excellentiam vocantur. Horum quoque meminit Homerus Vatum vetustissimus. Hac distributione contenta esse naturæ ratio, & animus naturæ studiosus potuisset, nisi aliud immodicæ diligentiæ fuisset visum. Nam Andronicus Cyrrhestes, teste Polydoro Andro- nicus Cyrrhestes. Virgilio. Vitruvio lib. 1. Architect. c. 6. Varrone lib. 3. de re Rustica octo Ventos statuit, eosque turri marmoreâ octo angulos habenti Athenis visui subjecit. Aristoteles undecim agnoscit, quamvis Olympiodorus duodecim ipsum ponere dicat. Secuta Ætas duodecim esse dixit, juxta duodecim Sphæræ circulorum sectiones, quæ sunt in Horizonte à quinque parallelis, & Meridiano, de quibus etiam Aristoteles lib. 2. Meteor. cap. 6. Ratione sanè minùs concisâ, & subtili. Posteriorum industria sexdecim fecit, qui totum Horizontem in sexdecim æqualia spacia dividunt, ex quibus quatuor Cardinales, quatuor Principales, aut Collaterales, & octo Medios nuncupant. Recentiores Philosophi, Hydrographi, & nautæ triginta duos recensent, quæ distributio accommodatissima est nautis, ac itineribus maritimis felicitèr considendis utilissima pariter & maximè necessaria. Nomina Ventorum horum triginta duorum sex linguis expressa in Pyxidis Nauticæ typo exhibentur, & in explicatione sequenti Anglica & Germanica adduntur.

Ventorum nomina Græco, Latino, Italico, Hispanico, Gallico, Belgico, Anglico, & Germanico Idiomate expressa, quibus Græcorum nominum explanatio adjuncta est.

1. Ventus Septentrionalis. Primus Ventus Cardinalis.

Ἀπαρκτίας, SEPTENTRIO, TRAMONTANA, NORTE, NORT, NOORD, NORTH, NORDT. Primus hic Ventus est Cardinalis à Polo Arctico erumpens, & Antarcticum versus tendens. Græcum vocabulum compositum est ex præpositione ἀπὸ de, vel à, & nomine ἄρκτος, Ursa, Syderis nomen est, circà Polum Septentrionalem se vertentis, in qua cœli regione semper conspicitur. Galli ventum hunc etiam vocant *Bise droitte*, *Vent Bise*, & Gallicæ Lugdunensis ac Narbonensis incolæ, *Vent de Bourgoigne*, quia ex Burgundia oriens in dictas regiones irrumpit.

tres venti Collaterales.

2. Τραμοντάνα: *Hyspaquilo*, *Vpaquilo*: *Quarta di Tramontana verso Greco*: *Norte quarta al Nordeste*: *Nort quart de Nortest*: *Nord ten Oosten*: *North by East*: *Nort zum Ost.* Primus ventus à Septentrione versus Orientem declinans, & septimus ab Oriente versus Septentrionem, sive prima juxta Cardinalem Ventum Septentrionalem, & septima ab Orientali Vento Cardinali Linea.

3. Βορέας: Aquilo, Gallicus: *Tramontana verso Greco*: *Nort Nort d'Elle*: *Nort Nort est*: *Noord Noord Oost*: *North North East*: *Nord Nord Ost.* Secunda Linea à Septentrione versus Orientem declinans, & sexta ab Oriente versus Septentrionem. Vocabulum Græcum βορέας descendere videtur à verbis βοάω clamo, & ῥέω fluo, quoniam instat fluminis alicujus impetuosi irruens maximum strepitum excitat, & fluendo quasi clamorem ingentem, & murmur horribile concitare videtur.

4. Μαϊστρίας: *Mosquilo*: *Quarta di Greco verso Tramontana*: *Nordeste quarta al Norte*: *Nort est quart au Nort*: *Noord Oost ten Noorden*: *Northest by North*. *Nordost zum Norden.* Tertia à Septentrione versus Orientem, & quinta ab Oriente versus Septentrionem Linea.

5. Primus ventus Intermedius.

Βαϊάνεμος: *Barchapelotes*: *Greco*: *Norteste*: *Nordest*, *ou Galerne*: *Noord-Oost*: *North East*: *Nordt-Ost.* Quarta à Septentrione versus Orientem, & ab Oriente versus Septentrionem Linea, atque inter utrumque Ventum Cardinalem Septentrionalem nimirum, & Orientalem intermedia, quæ ab utraque parte tres collaterales Lineas & Ventos habet. Græci nominis origo ex duarum vocum conjunctione existit. Βαΐος idem est quod *Βαρὺς*, quam vocem modò exposimus. Ἀνεμος vox quidnam significet, exponendum sequetur. Nonnulli hunc ventum eundem cum Latinorum Aquilone autumant, quem Plinius inter Septentrionem & Solstitium æstivum locat. Quando hi venti cum Canicula oriuntur, à Græcis ἐπιτήσιοι nuncupantur, quia, ut Plinius lib. 2. c. 47. scribit, octo diebus Canicularis exortientem præcedere solent. Ἐτησίαι, id est, Etesiæ, aut venti annuversarii etiam appellantur, eò quod singulis annis statuto tempore, dictos vidicicet Canicularibus flando munus suum obeunt.

tres venti Collaterales.

6. Υπαικίας: Hypo Cæcias: *Quarta di Greco verso Levante*: *Nort este quarta al Este*: *Nort est quart al Est*: *Noord-Oost ten Oosten*: *North East and by East*: *Nordt zum Ost.* Quinta à Septentrione versus Orientem, & ab Oriente versus Septentrionem tertia Linea.

7. Ἑλλήσποντος, καικίας: Cæcias, Hellespontius: *Levante verso Greco*: *L'Est Nord d'Este*: *Est Nort est*: *Ost Noord-Ost*: *East North East*: *Ost Nordt-Ost*. ὁ Ἑλλήσποντος, Hellespontus nomen est freti in Mari Mediterraneo inter Thraciam & Asiam parvam, seu propriam, per quod ex Propontide in Mare Ægeum transitus patet, cognominati à Helle, quæ cum Phryxo fratre arieti insidens, illudque trajiciens in aquis periit. Ventus autem spòn à freto, quod transire solet, nomen traxit: est à Septentrione versus Orientem sexta, & ab Oriente versus Septentrionem secunda Linea.

8. Μεσαπαίκιος: Meso Cæcias: *Quarta di Levante verso Greco*: *L'Este quarta al Nordeste*: *Est quart de Nordest*: *Ost ten Noorden*: *East by North East*: *Ost zum Nordt.* A Septentrione versus Orientem septima, & ab Oriente versus Septentrionem prima est Linea.

9. Ventus Orientalis Secundus ventus Cardinalis.

Ἀπηλιώτης: SUBSOLANUS: LEVANTE: L'ESTE: EST: OOST: EAST, OOST. ἀπηλιώτης vox ex duobus concrevit vocabulis, præpositione nimirum ἀπὸ, à vel de & ἥλιος Sol, quia ab Oriente sive ab eo loco, quo Sol oriens autumnam caudatur, procedit, aut inde proficiscitur, ubi Sol Æquinoctiorum tempore, quando dicm ac noctem æquali portione metitur, orient se conspiciendum præbet. Inde etiam nomen Subsolani derivatum est, eo quod hic ventus Soli subjectus est. Galli eâdem de causâ eum *Levante* appellant, & *vent d'amont*: vel *vent d'Orient*. Delphinarum in Galliæ regno habitatoribus *le Matinière*, & Hispanis *Este*, & *Solano* nominatur.

tres venti Collaterales.

10. Ὑπηλιώτης: *Hyperus*: *Quarta di Levante verso Sirocco*: *Este quarta al Sueste*: *Est quart de Sudest*: *Oost ten Zuyden*: *East by South East*: *Ost zum Suden.* Ab Oriente versus Meridiem prima, & à Meridie versus Orientem septima est linea.

11. Εὖρος: Eurus, Vulturnus: *Levante verso Sirocco*: *L'este Sueste*: *Est Sud Est*: *Oost Sud Oost*: *East South East*: *Ost Sud Ost.* Græca vox εὖρος forsan originem traxit ab adjectivo Græco ἐυρὺς, latus, amplus, quod hic ventus longè lateque flando se dilatat: ab Oriente versus Meridiem secunda, & à Meridie versus Orientem sexta est Linea.

12. Μεσημβρία: Meleurus: *Quarta di Sirocco verso Levante*: *Sueste quarta al Este*: *Sud Est quart d'Est*: *Zuyd Oost ten Osten*: *South East and by East*: *Sud Ost zum Ost.* Ab Oriente versus Meridiem tertia, & à Meridie versus Orientem quinta est Linea.

13. Secundus Ventus Intermedius.

Νοτοσκίρων: Notapeliotes: Siroco: *Sueste*: *Sud Est*: *Zuyd Oost*: *South East*: *Sud Ost.* Ab Oriente versus Meridiem, & à Meridie versus Orientem quarta, & inter utrumque interMedia Linea secundum ventum intermedium, qui ab utroque latere tribus ventis collateralibus clauditur, significans. Νοτοσκίρων vox ex duobus vocabulis conflatum est, quorum unum νότος ventum Meridionalem denotat, & loco suo explicabitur, alterum σκίρων, ventum Orientalem denotat, & jam explicatum est. Idem autem fouat, quasi dicas, Meridionalis Orientalis ventus, cum inter Orientem & Meridiem medium locum teneat, & æquo spacio ab utroque distet.

tres venti Collaterales.

14. Υποφοινίξ: Upophœnix: *Quarta di Sirocco verso Ostro*: *Sueste quarta al Sur*: *Sud est quart de Sud*: *Zuyd Oost ten Zuyden*: *South East and by South*: *Sud Oost zum Suden.* Ab Oriente versus Meridiem quinta, & à Meridie versus Orientem tertia est Linea.

15. Φοινίκιος: Phœnix, Gangeticus, Eutonotus: *Ostro verso Sirocco*: *Sur Sue l'Este*: *Sud Sud Est*: *Zuyd Zuyd Oost*: *South South East*: *Sud Sud Ost.* Ab Oriente versus Meridiem septima & ultima, à Meridie vero Orientem prima est linea.

16. Μεσοφοινίξ: Mesophœnix: *Quarta di Ostro verso Sirocco*: *Sur quarta al Sueste*: *Sud quart au Sud Est*: *Zuyden ten Osten*: *South by South East*: *Sud zum Ost.* Ab Oriente versus Meridiem septima & ultima, à Meridie vero Orientem prima est linea.

17. Ventus Meridionalis, & Cardinalis tertius.

ΝΟΤΟΣ: NOTUS: AUSTER: OSTRO: SUR: ZUD: ZUYD: SOUD: SUD-WIND. Ventorum quatuor cardinalium tertius est, qui Polum Arcticum dominum agnoscit, atque ex Meridionali plaga erumpens versus Septentrionalem pergit, atque Septentrionalibus ventis se opponit. νότος in Græco Idiomate humorem aut humiditatem innuit, & proculdubio hinc veno nomen νότος assignavit. Ea enim hujus venti est natura, ut multas pluvias, nebulas, & alia ejusmodi meteora quæ humiditatem procreare solent, secum advehat, uti Gellio placet. Hispani eum *Viento de Medio dia*, aut *viento meridional*, Lusitani *Sul* & *Sur*, Itali *Mezogiorno* appellare consueverunt. à Gallis Lugdunensis incolis, inprimis vero illis, qui in territorio Lugdunensi domicilia habent, imò etiam à cæteris qui in Provincia, Delphinato, & Vivarensi vitam degent *vent marin*, id est. Ventus marinus cognominatur, eò quod ex Mari Mediterraneo erumpat. Ob pluvias, quas secum vehit, in quibusdam Galliæ locis *le Pluus* audit.

18. Tertius Ventus intermedius.

Μαλόεσσος: Mesolibonotus: *Quarta di Ostro verso Garbino*, *ò Libeccio*: *Sur Quarta al Sud Veste*: *Zuyden ten Westen*: *South and by South west*: *Sud Zum West.* Hunc Ventum Itali *Quarta Mezogiorno verso Libeccio* etiam appellant. Linea prima à Meridie versus Occasum, & septima, ab Occasu versus Meridiem.

tres venti collaterales.

19. Λίβωνοτος: Libonotus, Austro Africus: *Ostro*, *ò Mezogiorno verso Garbino*, *ò Libeccio*, *Su Su Ouest*: *Sud Sud Ouest*: *Zuyd Zuyd West*: *South South west*: *Sud Sud West*: Altera à Meridionali versus Occidentalem, & sexta ab Occidentali versus Meridionalem plagam linea. Λίβωνοτος vocabulum ex duobus vocibus λὶψ & νότος compositum, quia inter utrumque ventum hic intermedius est.

20. Tertius Ventus intermedius.

Λιβόνοτος, Μαλόεσσος: Upolibonotus, Hypolips: *Quarta di Garbino*, *ò Libeccio verso Ostro*: *Sud Veste*: *Quarta al Sur*: *Sud Ouest quart au Sud*: *Zuyd West ten Suyden*: *South west and by South*: *Sud West zum Suden.* Tertia à Meridionali versus Occidentalem, & Quinta ab Occidentali versus Meridionalem regionem linea.

21. Ventus Occidentalis & Cardinalis quartus.

Νοτοζέφυρος, Λίψ: Noto Libicus, Africus, *Garbino*, *ò Libeccio*: *Sud Veste*: *Sud Ouest*: *Zuyd West*: *South West*: *Sud West.* Quarta linea, vel quatuor linearum collateralium principalium una, quæ spacium inter Meridiem & Occasum in duas æquales partes dividit, & ab utroque latere tribus lineis collateralibus minùs principalibus cincta est. Græcum verbum λὶψ fuminis- strat dictionem λίβας, quæ significat petram, unde aqua stillat. Forsan stillantes pluviæ hujus venti comites huic denominationi nomen dedêre. Vox λίβας, quæ Africanum, aut ex Lybia aliquem oriundum alias significat, eidem vento attributam ex de causâ quis conjicere posset, quod Lybiam Africæ Provinciam patriam suam agnoscat.

tres venti collaterales.

22. Μεσόλιψ: Mesafricus: *Quarta di Garbino ò Libeccio verso Ponente*: *Sud Veste Quarta al Oueste*: *Sud Ouest quart d'Ouest*: *Zuyd west ten westen*: *South west and by west*: *Sud west zum westen.* Quinta linea à Meridionali versus Occidentalem, & tertia ab Occidentali versus Meridionalem tractum.

tres venti collaterales.

23. Λὶψ ὑφαφρικὸς: Africus Subvesperus: *Ponente Garbino*, *ò Libeccio*: *Ost Sud Veste*: *Ouest Sud Ouest*: *West Zuyd West*: *west South west*: *West Sud West.* Sexta à Meridionali versus Occidentalem, & secunda ab Occidentali versus Meridionalem regionem linea.

24. Υφοψαφρικὸς: Hypafricus: *Quarta di Ponente verso Garbino*, *ò Libeccio*: *Ost quarta al Sud Veste*: *Ouest quart à Sud Ouest*: *West ten Zuyden*: *West by South*: *West zum Suden.* Septima & ultima à Meridie versus Occasum, & prima & proxima ab Occasu versus Meridiem linea.

25. Ventus Occidentalis & Cardinalis quintus.

ΖΕΦΥΡΟΣ: ZEPHYRUS, FAVONIUS: PONENTE: OUEST: WEST: WEST. Ventus hic Cardinalis Quartus ab Occasu proficiscitur, & Orientali se opponit, Græca dictio ζεφυρὸς duarum vocū conjunctioni originem accepisse fertur. ζωὴ vitam notat, φέρω autem fero, aut porto significat. Perinde igitur est ac si dicas ζεφυρὸς, vitæ lator, vel portator, qui vitam fert, aut apportat. Hic enim veneus calorisquasi vehiculum, adverno suo vitæ claustra reserat. In Vivarensi, Foresi, & Delphinato Galliæ regni Provinciis *LaTrevers*, vel *venti de Fennes*, id est, Fœminarum ventus à Gallis cognominatur. Verno tempore Delphinati Incolæ eundem *Le vent Feuillere*, id est, foliorum ventum appellare consueverunt, eò quod aurâ sua veni & calido flatu arborum folia ex gemmis suis eliciat. Hispanis nonnunquam *Poniente* vocatur. Apud Plinium duo alia ejus nomina repe- riuntur: χωρικὸς nempe, & ἰαπύξ: Priùs à voce χωρὸς, hirundinem denignante deScendit, & alterum à vocabulo ἰάω, quod vem denotat, derivatur.

Biblioteca Museo Franz Mayer

Utrumque eidem conveniens esse videtur, cum flatu suo caloremgratissimum advehat, qui non solum hisuo calore gratissimum advehat, qui non solum hisuo calore gratissimum advehat, qui non solum hisuo calore g

tandem perveniant, sive vento faveme rectâ viâ pergant, sive eodem adversante obliquis cursibus progredi cogantur, sive etiam à tempestatibus & procellis repellantur, aut ad latus conjiciantur. 4. Ut denoscent terræ ac maris spatia celeberrimis partibus distincta in gradus, in quos lineæ incurrunt. Cognita enim Poli elevatione, aut altitudine, aut altitudinis gradu exploratoque nautis innotescit ubi locorum versentur, ubi locus, quem petunt, situs sit, quomodo flamine eo, quod spirat, sive obsequatur, sive adversetur ad cursum navis diligendum uti debeant, cum virgulæ in totulâ illâ Compassi chartaceæ Ventorum discrimina commonstrent, & doceant, quis locum aliquem velis petenti adversetur, aut contra obsecundet. Inde necessariæ sunt istæ virgulæ, quarum ductum nauta sequatur necesse est.

Quæ res Compassum corrumpunt.

Porro hîc animadvertendum est ad quinque res, quæ Pyxidem nauticam, præsertim autem ipsum acum, aut lingulam eâ parte, quâ Magneticis virtutibus imbuta tâm mirabiles operationes effectui dat, corrumpere possunt: tales sunt pulvis, omnis generis pinguedo, seu adeps, allium, cæpe, & receptaculum rimosum, aut pyxis rimarum plena. Unde diligentissimè hanc Pyxidem muniunt, & custodiunt nautæ, obducunteque vitreâ aliquâ lamnâ, ne aërem, pulverem, aut aliud quid admittat, quo opus corrumpitur, & vis Magnetis facilè dissipata exhalat. Vide Petrum de Medina lib. 6. rei Nauticæ, cap. 1. Gilbertum Anglum de Magnete. Nicolaum Cabeum in Philosophia Magnetica, Sweichardum à Freihausen in arte Magnetica Ludovic. ab Alcasar in Apocal. cap. 2. part. 4. notat. 8. sect.

Linea seu Virgulæ in Compasso.

Lineas illas, seu Virgulas, quas navis acum magneticam itineris sui ducem secuta in æquoris superficie describit Petrus Nonius Rumbos, quam vocem apud Lusitanos nautas usi receptam ad Latinam linguam quomodocunque accommodavit, Jodocus Hondius Rombos, alii Lineas Hydrographicas, nauticas, marinas, lineas venti, itineris, & Compassi appellant, de quibus Petrus Nonius in duobus lib. de navigandi ratione multa tradit, & Mercator in suis Globis mentionem facit. Quoniam autem usus obtinuit, ut inter eruditiores etiam usurpetur vox Rumbus, eadem etiam nobis uti liceat. Galli eas *Rombes* vel *Rumb*. Belgarum nautæ **Strerkten**, quod Vocabulum Germani superiores **Stricke** pronunciant, cognominare solent. Hæ lineæ passim in sequentibus pagellis nauticis matia diversa cum litoribus, quæ alluunt, ob oculos ponentibus depictæ originem à Compasso trahunt, & locorum, ratione Ventorum, situm habentium indices sunt, ac quasi digito demonstrant locum, quem nauta navi petiturus itineris sui meram conficiat. Sunt ergo Rumbi lineæ rectæ aut tortuosæ, ac ineurvatæ in Globo, & Mappis aut Chartis Marinis interfecantes omnes & singulos Meridianos, quos transeunt, ad angulos rectos, & monstrantes in quam cœli plagam clavi auxilio dirigenda sit navis prora, & quo vento de loco in locum sit navigandum. Harum linearum Hydrographicarum origo est compassus nauticus, qui & Index nauticus magis Latinè dici posset. Gemmæ Frisio Quadratum nauticum dicitur, à quatuor plagis Horizontis, quibus quatuor Lineæ Cardinales quatuor Ventorum Cardinalium Indices in Compasso respondent. Compassus igitur in quatuor partes æquales sectus quatuor quadrantes, & singulis quadrantibus octo lineas, seu virgulas, Cardinalem nempe unam Venti Cardinalis eodem, & septem lineas collateales Ventorum collateralium notas complectitur. Cardinales Ventorum Orientalium & Occidentalium lineæ cum parallelis Globi terrestris parallelæ sunt, sed illæ, quæ meridianorum rectitudini respondent, æquali spatio ab ipsis distant.

Quid sint.

Haud parum verò differunt itinera pedestria ab iis, quæ navigiis fiunt. Nam illa semper per circulos magnos Sphæræ intelliguntur fieri, ut rectè Wernerus & Commont. in Ptolomæum demonstravit. Marinæ verò profectiones maximâ ex parte curvæ sunt, & tortuosæ, quoniam raro per circulos magnos Sphæræ fiunt, sed aliquando per parallelos Circulos Æquatoris, ut dum semper navis in Ortum, vel Occasum tendit, aliquando verò per maximos Sphæræ circulos, ut quando ab Austro in Septentrionem, aut vice versâ navigatur, aut sub Meridiano aliquo navis velafacit, item cum sub Æquatore tantum in Ortum aut Occasum navis proficiscitur. Aliis autem omnibus directis licet secundum Magnetis ductum navigationibus curva fiunt itinera, quæ circulis maximis non sunt similes, neque parallelis, & ideo etiam circuli non sunt, sed lineæ curvæ tantum. Quamobrem longè aliud intelligere oportet, cum dicimus locum quempiam ab altero in Ortum vergere in terra, vel etiam in mari, & cum in Ortum tendendo eò navigandum est. Nam qui in Ortum navigat, Circulum Æquatori parallelum describit, quod ob Magnetis ductum evenit, cujus lingula in nautico instrumento semper in tali profectione rectos angulos cum quocunque efficit Meridiano. Qui verò in ortum respicit Æquinoctialem, is ad punctum aliquod in Æquatore notatum necessariò dirigetur, sitque id per maximum Sphæræ circulum. Ideoque navigationes non respondent veris Mundi plagis, quas nos circulis magnis in Sphæræ superficie distinguimus; Verum hoc solum habent, ut rectè indicent, in quam cœli partem continuè vergat navis, ab eo loco, in quo momento quoris fertur ipsa navis, non autem ab eo, unde primum delata est. Navis enim non semper ab uno loco ad alterum præcipuè longè remotum, aut distantem eodem vento per lineam rectam pergit, sed Helices, aut curvas, vel obliquas lineas describendo modo hujus, modo illius venti subsidio in itinere suo perficiendo utitur, eaque de causa etiam tot in pagellis nauticis Compassi effigies passim depictæ occurrunt.

Romborum igitur sive, spiralium in Globo terrestri descriptarum linearum usus ingens pariter est, & nautis omnibus maximè necessarius. In navigandi enim arte, quæ docet, quâ viâ & ratione dirigenda sit navis, ut ab uno loco ad alterum iter faciat; quatuor rerum præcipuarum accuratâ meditatione ratio est habenda. Prima est Longitudo & Latitudo duorum locorum, ejus nempe, à quo navis discedit, & alterius quò proficiscitur, & ad quem navis acus Magneticæ viæ ducis ductum secuta, sit dirigenda. Quis autem Longitudinis ratione defectus, aut quæ imperfectio adhuc arti huic adhæreat, capite nono huic operi præmissæ introductionis docuimus. Secundum locum obtinet Longitudinum & Latitudinum differentia. Accedit ac Rumbus, sive linea Compassi, aut venti, cum ventum indicans, quo in nave regendâ utendum, & quem ad locum velis & clavo ipsâ propellenda sit. Ultima res observationem requirens est distantia sive, intervallum inter duo loca, secundum iter marinum dimensa. Quæ & quot ex his danda sint, ut inveniantur reliqua, perspicuè demonstrant authores ante citati, qui consulendi sunt.

Quid in navis directione observandum sit.

1.

2.

3.

4.

Tandem etiam nobis aliquid de Magneticæ acus Acus Magneticæ declinatione in medium afferendum est, quæ à vero Meridiano pluribus in locis deviare Compassi variatio, vel Acus magneticæ declinatio, à nauticæ rei peritis nuncupatur, cujus in capite nono Introductionis etiam mentio facta est. Hydrographi eam nomine Græco ex duabus vocibus composito χαλκοδινησις μαγνητικου κανονος, Declinationem nauticam, vel Declinatio. nem acus Magneticæ appellant. χαλκος, Chalybs ferrum est purum & durum, singulari artificio purgatum & induratum, ex quo ferramentum illud mediam rotulam chartaceam in Compasso transiens, eamque sustinens parari, & quoniam Magneti afficeatur, Acus Magnetica nominari solet. κλισις Latinis locus est, in quo recumbitur, seu tabernaculum. Vox hæc à Græco verbo κλινω, id est, inclino, acclino, declino, defecto deficendit. χαλκοδινησις igitur doctrina de Acus Magneticæ declinatione agens docet, quantum illa ab intersectione veri Meridiani & Horizontis versus Orientem aut Occidentem declinet. Plurimorum enim Nauclerorum, & Nautarum periissimorum experientiâ comperrum est, Acum magneticâ virtute imbutam in diversis locis verum Meridianum monstrare: in aliis vero plus, vel minus ab ipso recedere. Acum Magneticam in Insula Corvo, quæ est ultima ex Insulis Flandricis Azores vulgò cognominatis, cujus lateri Insula Flores adjacet, & à qua Meridianorum initium hodierni Hydrographi faciunt, nullam planè declinationem admittere, sed Meridianum illum exactè ubivis respicere ex communi nauturum observatione patet. Ab hoc loco incipit pedetentim ortum versus deflectere, usque dum perveniatur ad Promontorium Angliæ portum & promontorium, ubi declinatio ad summum pervenieris est 23 graduum, & 24 minutorum. Hinc incipit diminuere, & recurrit tandem ad verum Septentrionem, seu punctum Septentrionale sub 60 gradu prope *Nord Cabo* Finmarchiæ promontorium: atque inde deviat Occidentem versus, atque accrescit ad 33 declinationis gradum, quod fit propè Novam Zemblam in longitudine 110 graduum, à quo denò decrescendo ad punctum Septentrionale reincare videtur. Verum ubi, & quibus in locis præcipuè hæc declinatio fiat, Tabella sequens præcipuas declinationes ex peritissimorum Nautarum observationibus depromptas, & communi nauturum turbæ hodie probatas complectem, oculis subjicet.

Acus Magneticæ declinatio.

Tabella declinationis.

Tabella Magneticæ Acus deflexus ostendens, prout ea à Nauclericis, & navium Magistris in diversis terrarum angulis observata est.

Nomina locorum.	Declinatio Magnetis. Gradus.	Scrupula.	Nomina locorum.	Declinatio Magnetis. Gradus.	Scrupula.
CORvo Insula Flandrica	0	0	Apud Baixos Indiæ	11	0
Nord Caep Finmarchiæ Promontorium	0	33	In extremitate Hiberniæ Occasum versus	11	0
Norquinda	2	0	In Promontorio Angliæ	12	0
Insula Lubocqua	2	25	Londinum Angliæ	11	30
Caput bonæ Spei.	2	30	Cabo Frio promontorium in Brasilia	12	0
Caput S. Augustini in Regno Brasiliæ	3	10	Cabo das Palmas in Guinea	12	25
S. Maria Insula Flandrica	3	30	S. Michael in Russia, vel Archangel	12	30
Bantam Insulæ Javæ civitas	4	45	Simus S. Augustini Insulæ Madagascar	13	0
Propè Insulam Majo	4	55	Cochin	15	0
Fauces Freti Magellanici Orientales	5	0	Goa	15	0
Palma una ex Insulis Canariis	6	10	Cabo S. Roman	16	0
Antverpia Brabantiæ civitas	9	0	Waygats Fretum Novæ Zemblæ	24	30
Amstelodamum Hollandiæ emporium	9	30	Langenes in N. Zembla	25	0
Cabo de Roca peope Ulyssiponam	10	0	Ysbouck in Nova Zembla	27	0
Helena Insula	10	0	Insula Wilhelmi apud N. Zemblam	33	0

Hæc ex observatis (quantum patiur instrumentorum perfectio, quorum usus in navigando conceditur) satis accuratis per Sphæricorum Triangulorum doctrinam calculatis comperta & exploratа habemus, quamvis multa, quæ de hac deflexione vulgò ferantur partim suspecta, partim etiam falsa habeantur. Causam deflexionis hactenus quæsitam nemo adsecutus est. Petrus de Medina Regis Hispaniarum Nauclerus existimat, hanc de deflexione Acus Magneticæ à veri Meridiani sicu adiectionem nauturum esse commentum, quo erroribus suis latebram quærant. Petrus Nonius Lusitanus putat, quod Magnetis vis longo usu & exercitatione debilitata deficiat. Alii persuasum habent, quod ab origine Magnetis vis non sit rectè indita. Alii normam sive canonem aliquem hujus deflexionis, quasi regularis esset, & ordinata, traderc, ejusque beneficio longitudinum rationem investigare sunt conati. Inordinatam tesiatæ experientia non ea solum, quæ ex crassiore nauturam natura desumpta, sed & multò accuratius observata est. Nonnulli Acus Magneticæ virtutem, quâ se ad Polum Septentrionalem convertit, montibus sub Polo isto magneticis acceptum ferunt, punctumque illud fabulatum antiquarum occasione in terra quærunt. Cardanus idem in Cœlo & quidem in minoris Ursæ cauda investigat. Ad Meridianum Corvo Flandricæ Insulæ virium in Acu Magnetica dictarum Originem Mercator ablegat. Josepho Scaligero sequens judicium placet: Proposui tantùm, inquit, non finxivi, ut quia illa declinatio per Meridianos indagatur, Meridiani autem ex hypothesi motâ sint mobiles, videant Astrologiæ & nauticæ rei periti, an ex hoc διαφορων causæ & argumenta tâm manifestæ discrepantiæ indagari possint. Non enim proponerem, si scirem; sed potius demonstrationibus, ut id persuaderi possit, egerem. quare sive ea est causa, quam peto investigari ex hypothesi mea, sive alia, manet secuta in fœdibus suis. Hactenus Scaliger. Non satis est ad eam rem Meridianorum investigatio. Prius enim disputandum de natura Magnetis, an ejus proprium sit, ut semper in Septentriones tendat, cum tamen videamus eum extra terrestrium propositum tot gradibus non in uno, sed diversis & variis locis declinare. Hoc reperto quærendum, unde declinatio & variatio illa originem suam trahat, quæ profectò nulli alii rei quam Meridianis adsignari potest.

Opinionum de causa hujus deflexionis.

Authores explorationis desiderio tenetur, sequentes authores qui de inspiciat, qui prolixis admodum dissertationibus, & hac tractatibus diluciais, quæ de hac materia hactenus in terris enotuerunt, memoriæ prodidêre. Eos Catalogus sequens ordine recenset.

Qui majoris haturum rerum admiratione dignarum terris recensent.

Josephus Scaliger in Epistolâ ad Davidem Rivaldum, quæ inter eas extat, quæ Anno 1610, cum aliis aliquot ejusdem opusculis Lutetiæ Parisiorum fuerunt evulgatæ.

Adrianus Metius lib. v. Doctrin. Sphær. c. 7. Pag. 182, & sequentibus.

Robertus Hues part. IV. Tract. de Globis & eorum usu cap. 15. pag. 109, & seq.

Gulielmus Gilbertus Colcestrensis Philosophi, & Medici Londinensis lib. VI. de Magnetis natura Londini apud Petrum Short, quorum quartus & quintus præcipuè de ista Acus Magneticæ variatione & toto χαλκοδινησις negotio luculenter agit.

M Gali-

Biblioteca Museo Franz Mayer

Galilæus de Galilæis de Systemat. Mundi Dialogo I II. pag. 299. & seq.

Athanasius Kircherus lib. 2. artis Magneticæ parte 2. de Geographia Magnetica, & parte VI, de Magnetica nautica.

Georgius Fournier in Gallicâ suâ Hydrographiâ, in quâ multa præclarè de hac materiâ tradita invenietur, quam duo hi posteriores authores doctissimis meditationibus tractaverunt.

David Christian Pomeranus, Philosophiæ Magister, & Mathematices in Universitate Marpurg. Professf. Ordin. de Systemate Geographiæ genetali, ex quo plura, quæ in hac Pyxidis Nauticæ descriptione occurrunt, decerpta sunt.

Quod ad effigiem Compassi attinet, in eâ hic notandum, singulæ cum rotulâ papyraceâ effigiem in Centimetro & minimo totius figuræ circulo confici: proximus circulus Græcus, Tertius Latinus, Quartus Italicus, Quintus Hispanicus, Sextus Gallicus, Septimus Belgicus Ventorum appellationes olim Græcis & Latinis, ac hodie Italis, Hispanis, Gallis & Belgis usitatas complectitur. Anglicæ & Germanæ in appellationum istarum descriptione, & enucleatione occurrunt. Circuli & Ventorum nomina in effigie Compassi.

POLUS

POLI ARCTICI

ET

Regionum sub eo sitarum

DESCRIPTIO.

Polus. VErbum Græcum πόλος, quod Latinis est verto, vel versio à se derivat nomen πόλος, Latinè Polus, quod præter alias suas significationes, quas in linguis Græcâ & Latina habet, duo puncta illa verticalia, seu polaria, aut centra indicat, in quibus Sphæra cœlestis secundum Ptolomæi & plurimorum Astronomorum mentem circà terram rotatur, & circumvolvitur. Usu horum

Polus Arcticus. Poli Arctici nomen impositum est ἀπὸ τῆς ἄρκτου, ab Ursa, quod astrum Septentrionis puncto proximum quovis tempore in Hemisphærio nostro in Centri Borealis vicinià conspectui sese exhibet. Polus etiam Septentrionalis, Polus Borealis, & Polus Aquilonaris vocatur. Alterum priori rectà oppositum, in altero Hemisphærio è regione nostri sito, quod conspectum nostrum fugit, & Antipodum oculis subjicitur, Polus

Polus Antarcticus. Antarcticus, vel Polus Australis, & Australis, vel Meridionalis, aut Notus nuncupatur, eò quod Meridionalem cœli plagam occupat, & nostro Polari puncto è diametro sese opponit. Sive jam secundum Copernici, & ejus assectarum sententiam terra se moveat, sive Cœlum ex Ptolomæi, & sectatorum ejus opinione circa terram immobilem circumvolvatur, certum tamen & infallibile est, quod hæc duo puncta Polaria in concavitate cœli Sphæricâ in eodem loco semper maneant, & nunquam non conspiciantur, eorumque alterum Solis ortu dextrum, alterum verò sinistrum occupet. Axis Polaris humanæ mentis conceptu Linea est ficta, quam ab uno Polo, aut Centro Polari, per mediam terram ad alterum transeuntem fingimus. Astrum Polo Septentrionali vicinum, cui Ursæ nomen Astronomi imposuerunt, duplex est, & in Majorem ac Minorem Ursam distinguitur. Horum astrorum minus Polo Arctico vicinius quàm majus, secundæ magnitudinis stellam habet, quæ omnium stellarum reliquarum Centro Polari proxima, Polaris Stella ab Astronomis, & Septentrionalis, aut Borealis à nautis mare frequentantibus vocatur. Hanc nonnulli ipsum punctum Polare aut Centrale esse arbitrantur, quòd que Scaliger eidem errori obnoxius fuit, cum tamen hæc Stella à vero Poli Centro adhuc aliquantum distet, & Anno 1640. duobus gradibus & quadraginta scrupulis ab eo abfuerit. Nam secundum Tychonis Brahe calculum, quem tom. 2. pag. 552. docet, singulis quinquennijs Stella commemorata scrupulo uno Polari Centro propinquior fit, adeo ut Anno 1645. ejus distantia à Centro gradus duos & scrupula triginta novem, aut secundum aliorum supputationem, 2. gr. & 35. scrup. complexasit. Hanc Stellam nautæ in Poli Elevatione, aut indagatione observant, & respiciunt, cujus tamen Veteres nullam rationem habuêre, utpote qui penultimam in Draconis caudâ Stellam respexerint, quæ Eudoxi tempore 7. gradus & 2. scrup. à Boreali Centro distabat, cum è contrario Polaris Stella 14. grad. 4. scrup. tunc temporis ab illo abesset, ut Strabo, & Ptolomæus lib. 1. Geographiæ testantur. Ex omnibus enim Ursæ minoris Stellis Meridiei viciniot inter à temporis situm suum tanto intervallo mutavit, ut omnium cæterarum hodierno tempore ad punctum Polare sola quàm proximè accesserit.

Terræ situs sub Polo Arctico quis sit, & quæ regionum eundem spectantium ratio, nemo hactenus satisfactorie potuit. An terra locum illum Borealem occupet, an verò aqua verticem illum tegat, hactenus dubitatur, eò quod nemo adhuc fuerit, qui itinere aliquo seu maritimo, seu terrestri eò penetraverit. Ultra 80. gradum naturæ Europæi, qui nostris seculis loca ista navibus suis perlustrati sunt, & quidem in duobus locis, Spitzbergâ nempe, uti Balænæ & aliæ ejusmodi beluæ marinæ capiuntur, & in Sinu Baffini Freti Davis, propè Sinum Thomæ Smid, hactenus progressi non sunt, neque ulteriora loca superare, aut detegere potuerunt. Impedimento ipsis, fuit horrendum frigus, & glaciei fructa instar montium se per Neptunum volventia, à quibus mille periculà navigiis in aquâ, glaciæ novaculæ instar secante referta, fluitantibus imminet. Maxima tamen Borealis illius tractus, qui inter Europam & Americam interjacet, pars, diligenti & indefessâ Belgarum, atque Anglorum industriæ ignotus. Gentes istæ tam propè ad Polum navibus suis accessêre, ut non immeritò dubitetur, num quis ullo unquam tempore propius accessurus sit, cum nec contentione, nec studio, nec diligentia remissiores evaserint, sed necessitatis lege ductâ repulsi ea, quæ fieri non possunt, ulteriori labore tentare, & moliri nefas duxerint. Spatium inter Asiam & Americam ignotius & obscurius tam indefessos indagatores non habuit, nec ullius explorationi, quantum quidem constat, tam latè patuit, eâque de causâ, num terra, an verò aqua inter capedinem illam compleat, nemo dixerit. Ex diversis, quæ nationes istas duas, Anglos puta, & Belgas ad extremum illum Orbis angulum Septentrionalem perquirendum excitaverunt, causis haud postrema est, quod in Tartariam, Chinæ & Japoniæ Regna, atque in ipsam Orientalem Indiam per loca illa Transitus aliquis spem conceperint. Res profecto haud parvi est momenti, & ausibus ejusmodi heroicis digna, utpote quæ Europæis populis brevius & commodius ad Eoas divitias petendas iter suppeditaret, & successibus speratis non careret, quæ admodum hactenus caruit. Tot enim periculis, tot molestiis tot hominum jacturâ navigationis illius periculosæ, tam longinquæ, & tam fastidiosæ tædia redimere non cogerentur. Sebastianus Gavot vel Cabot Venetus, artis navigandi peritissimus, & Cosmographia insignitus doctus, Henrico VII. Angliæ Regni gubernacula tenente, Annis 1496, & 1497. Mare Septentrionale usque ad 67. gradum denudavit, ac postea ad 70. usque navigando penetravit. Anno 1553. Ex posteris ejus unus, cui idem nomen erat, cum Eduardo VI. Angliæ Regno præesset, navibus tribus, quarum curæ Anglico cuidam Equiti Hugoni Willoughby commendata erat, eandem navigationem tentavit. Equitis istius nomine Insulam insignitam cernere est in Septentrionalis hujus maris, cujus effigiem tabellæ præsens Hydrographica exhibet, parte eâ, quæ *Mourmans koy mare* vocatur. Tres naves illas tempestas ingens dissipavit. Una ob metum periculi in Angliam reversa incolumis evasit. Alteram Eques ad Insulam commemoratam quæ inculta, & deserta sub 74. Gradu sita erat, appulit, ubi cum omnibus socijs frigore perijt. Navis autem postea

Terræ figurionem eundem spectantium ratio. Terræ situs sub Polo Arctico.

Transitus ad Boreales illas Orientales regiones.

Anglorum navigationes. Sebastianus Gavot.

Hugo Willoughby. Willoughby.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

ibi cum arcâ, quæ chartas, & scripta ipsius continebat, repertâ navigationis hujus eventum aliis edocuit, qui Insulæ Equitis *Wiloughy*, cui nomadum ipsa præbebat, nomen donavêre.

Richardus Cancellier. Cum terrâ quidam Richardus Cancelier post infinita pericula, & miseriarum innumeras exantlatas, tandem in Mare Album evasit, atque ad Monasterium S. Nicolai in fluvii Duinæ ostio pervenit, unde relictâ navi in urbem Moscuam se contulit, & tandem inde ad suos in Angliam reversus est. Anno 1557. idem Richardus alacto conatu eandem navigationem aggressus, cum Mariæ Reginæ Imperio Anglia subjecta esset, in Moscoviam se recipere coactus est, unde Otopsum Napea Basilii Magni Moscoviæ Principis legatum, cum tenuis munebus & mercibus preciosis in Angliam advecturus in litore Scotico navim & vitam naufragio amisit. Legatus casu servatus, Londinumque profectus Legationis sibi commissæ munus obivit, & commercijs inter Anglos, & Moscowitas, quæ antehac usu receptа non erant, aditum aperuit. Basilide, sive Basilio vivente, Anglis nullâ vectigalium solutione onerati liberrimâ & omnibus oneribus vacuâ negotiatione fruebantur. Post obitum ejus Theodorus Joannides filius omnis generis nationibus & populis mercaturæ exercitium in regionibus suo Dominio subjectis liberum concessit, eâ tamen lege, ut vectigal quoddam solverent, cujus dimidium tantum partem ab Anglis exigebat, eò quod Moscowitas huic genti ob edoctam & commonstratam mercaturæ in regionibus suis exercendæ rationem devinctos esse, & multum eò nomine ipsis debere censeret. Anno 1577. & sequentibus Martini Forbisheri industriâ & labore diversis vicibus plurimæ in Occidentali Septentrionalis Poli parte regiones Anglis innotuerunt, in quibus navigationibus diversis detegendis insignis ille Nauclerus nec pericula refœmidavit, nec vitæ pepercit. Haud minore ausu hunc secutus est Johannes Davis, qui Annis 1585. 1586, & 1587. tribus diversis itineribus maritimis angustias sub Circulo Arctico sitas superavit, easque sui nominis participes fecit, ut adhuc Fretum Davis appellentur. Georgius Weymouth eadem loca Septentrionalia navigio suspetens Anno 1602. sub gradu 61. Sinum maris offendit, eumque *Lumleæ Inlet* cognominavit; inde ad Occidentem converso cursu præterea per terram ubique elatum exitus patuit. Hujus navigationis Septentrionalis ulterius promovendæ causâ Henricus Hudsonius Anno 1607. & duobus sequentibus eadem loca invisit, & detecto Freto, quod sui nominis particeps factum Hudson appellavit, Septentrionis interiora usque ad 80. & 82. gradum rimatus est, magnamque glaciei copiam obvium habuit. Ulterius pergere conantem sui in navigio quodam constitutum deseruêre, ità ut hactenus compertum non habeatur, ubinam locorum hauserit, & an vivus evaserit. Thomam Edgey, & Wilhelmum Baffin ejusdem navigationis explorandæ industria exercuit, atque navi sua usque ad 80. grad. provexit, ubidetectis plurimis locis, Sinum Maris aperuêre qui sub nomine *Baffins Bay* ad hoc nauris notus est. Factum hoc An. 1624. & sequenti.

In detegendis Regionibus terrisque Borealibus Hollandi, Zelandi, cæterique Provinciarum Unitarum incolæ serius, & quidem pari cum Anglis successu operam industriamque suam collocarunt. Insigne eâdem insipiendi deliberium tandem Wilhelmum Barentsonium incitavit, & Anno 1594. usque ad 77, & 78. gradum prope novam Zemlam per glaciem deduxit. Celeberrimus hic Nauclerus alterum ejusdem notæ cui nomen Heemskerkio erat, Anno sequenti sibi socium adjunxit, istlemque locis repetitis Fretum Weygats Septentrionale Samojedarum litus, à Meridionali Novæ Zemlæ seiungens, haud sine maximo labore transivit, eò quod Fretum illud glacie mensibus Augusti & Septembris more solito repleretur esset: Ubi postquam intellexissent, quod non solum Tartaricum mare totum navigationi pateret, & navibus ad Obii fluminis ostium accedere liceret, verum etiam, superatis aliquot promontoriis, in Cathaium ultimam Tartariæ magnæ oram, ipsaque Indiæ Orientalis regna & regiones iter maritimum sine ullis impedimentis promoveri posset, tantæ rei bene gerendæ occasionem sibi à tempore incommodiate ereptam dolentes in Hollandiam reversi sunt. Anni enim exitus ad finem properans, ac Hybernitemporis acerbitas nivis, ac inpetmis glaciei turbâ magnâ accedentis exasperata à proposito timidos abduxit, ac in Patriam incolumes reduxit. Wilhelmus Barendsonius tamen nec spe deficiens, nec animo desiturus una vice adhuc negotii tanti molimen aggredi operæ pretium duxit, & Anno 1595, maritimo huic itineri tertio ausa se committit. Extremam autem Novæ Zemlæ oram, quæ 77 & 78 gradum verticalem habet, nave sua difficultate summâ legent, ac tandem de toto hoc negotio spem omnem abjiciens, cum se undique montibus glacieis ingentibus cinctum videret, frustra exitum, ut ad suos reverteretur, quæsivit, ac nave in glacie relictâ, cum socijs suis ex lignis, quæ partim navis supperditabant, partim verò ex mari in terram ejecta, & ab ipsis forte fortuna inventa Insula fabricâ strabat, domunculam hybernarum ærumnarum & miseriarum, quæ miserum cum sociis cruciabant, palæstram exiit. Eo in loco magnanimi viri hybernâ glacie sæpenumero cum ædibus tecti & sepulti hybernas difficultates animo magno decoxere, donec Sol rediens cum luce suâ diem & spem revertendi reduceret. Scapham enim suam, quæ majori navigio adhærere solebat, instauratam longiori huic itineri aperuit, aliamque præterea ejus generis aliquanto majorem & fortiorem ex relinquendæ navis afferibus aptioribus ædificarunt, quibus trecenta octoginta & unum milliaria itinere maritimo confecerunt, & Kolam Lappiæ urbem eâdem appulsas ibi reliquerunt, ac navi alia Hollandicâ Patriam repetierunt.

Facinus audax & admiratione summâ dignum, ac maximi lueri, quod ex felici ejus eventu in totam Nationem Hollandicam redundasset, causâ fuit cæpti um paucis hic attingimus, sed pleniore & uberiore ejusdem enarratione Lectoris benevoli animum mirabilia ejusmodi cognoscendi desiderio flagrantem in litorum Insulæ Novæ Zemblæ descriptione explebimus.

Porrò tres diversæ sunt navigationes, seu itinera maritima terna, quæ mercimoniorum causâ Septentrionale hoc Pelagus permeantia nautis & mercatoribus lucro inhiantibus studiosè frequentantur.

Primum ad urbem Russiæ à S. Michaële Archangelo cognominatam, & in fluminis Duinæ, qui Rusiâ Moscoviæ magnæ parte peterrasâ dictam urbem præterlabitur, ac sub eâdem in Mare Album se præcipitat, ripâ istam tendit. Est Urbs ea emporium celebre admodum, quæ omnes ex variis Europæ regionibus mari advectas merces recipit, earumque Moscoviæ tractum totum participem reddit, ac vice versâ ex Moscovia terrestri itinere ad se delatas Europæorum navibus avehendas imponit. Antequam autem hujus Itineris commoditas Europæis innotuisset, omnes ex Europæis regionibus merces per fretum illud Danicum Selandiam Insulam à continente terra sejungens, & mare Balthicum Narvam in Livoniæ confinibus urbem, & tunc temporis haud parvi momenti emporium navigijs deferebantur. Vicinorum verò cum Moscovitis bella illis temporibus gesta, ac Vectigalium onera nimia Anglis ansam præbuêre, ut tandem commerciorum mutuorum frequentationem in locum superius memoratum transtulerint, quos aliæ gentes postmodum, & præ cæteris omnibus Hollandi secuti navigationem hanc adeò frequentem reddiderunt, ut maxima singulis annis non solùm frumenti, sed & aliarum mercium copia haud exiguo navium numero in Hollandiam transporteretur.

Alterum Balænarum piscarum concernit, cujus in quinæ hujus partis introductione mentio facta tantarum

Richardus Cancellier.

Martinus Forbisher.

Johannes Davis.

Georgius Weymouth.

Henricus Hudson.

Thomas Edgey & Wilhelmus Baffin.

Hollandorum conatus.

Wilhelmus Barendson.

Heemskerkius.

Iinera Septentrionalis Pelagi maritima, Petreum.

Alterum.

rum belluarum capturam nautis nostris nihil non audentibus usitatam recenset. Singulis annis remotus ille terræ angulus toto orbe diversus cujus terræ glaciei perpetuâ constrictæ nullos præter Ursos & Vulpes, aut pauca alia animalia incolas admittunt, insignem navium ex Gallia, Anglia, Dania, aliisque locis, ac Hollandiâ præcipuè advolantium numerum cernit, audaciamque ingentem, ac studium indefessum tot gentium, quæ beluis istis immanibus mirâ alacritate insidias struunt, admiratur. Maria Spitzbergam, Groenlandiam cæteraque Poli Arctici terras alluentia navibus complene, balænas audaci ausu captas dissecant, ex dissectis frustis pinguedinem excoquunt, eamque secum domum vectitant.

Tertium. Tertium ignorum ad navium ædificationem, ædium terrestrium structuram, focumque calefaciendum necessariorum causâ partim instituitur, partim assetos, & alios pisces arefactos petendi gratiâ frequentatur. Hollandia sola, ut de aliis Europæis Regionibus nihil dicam, aliquot centum naves quotannis ejusmodi mercibus onerandas in Norvvegiam mittit, quibus verno æstivo, & autumnali tempore ter, aut quater iter hoc terrestribus non de lignis solum, quæ ad commemoratos usus requiruntur, verum etiam de piscibus aere indurati Hollandi sibi prospiciunt. Voce **Stock-fisch**, baculum, & **Visch** piscem Germani & Belgæ designant, compositoque illo vocabulo **Stock-visch** pisces innuunt, qui mense Januario capius, & baculo expansus frigidissimâ aeris beneficio fiebatur, atque ideò Baculi piscis ipsorum linguâ meritò vocatur. Sequidum ac vervecum in patriâ natum hominem ob simplicem ejus stoliditatem **Stock-Fisch** appellando eadem gentes falsè ridere solent.

Terrarum Arcticarum natura & proprietas. Quantum ad recens inventarum illarum Terrarum, Novæ Zemlæ, puta, Spitzbergæ, & Groenlandiæ naturam ac propietates attinet, frigidæ, incultæ, ac nive & glacie sunt operiæ, quibus gelida aëris temperie frustrum ferendorum, aut graminis emittendi fertilitatem planè negavit. Balænarum, & similis farinæ beluarum vastarum numerus tantus Septentrionalem illum terris istis Polaribus Oceanum vicinum incolis, ut fidem fere superet. In litoribus, quæ nautæ legerunt, & inspexerunt, præter Ursos, Vulpes, & Cervorum quoddam genus, quibus Rangiferorum aut Arnthum à Germanis, & Alcis à Belgis nomen imposrum est, animalia alia exilia vita sunt. Rangifer animal est adeo celer, ut citatissimo & fere incredibili cursu nescio quantum itineris intervallum unius diei spacio emetiri queat. In Lappia & Samojedâ trahæ junctum incolas velocissimè, quo volunt, per montes, ac valles nive, ac glacie concretas provehit. Finmarchia, Lappia, & Samojeda incolis non destituntur, sed eos pauperes, & ferè sterites terræ alunt. Finmarchia Danici Scepiri jugo se submittit. Lappiæ Suecium, aut pauca alia animalia incolas admittunt, insignem navium ex Gallia, Anglia, Dania, aliisque locis, ac Hollandiâ præcipuè advolantium numerum cernit, audaciamque ingentem, ac studium indefessum tot gentium, quæ beluis istis immanibus mirâ alacritate insidias struunt, admiratur. Maria Spitzbergam, Groenlandiam cæteraque Poli Arctici terras alluentia navibus complene, balænas audaci ausu captas dissecant, ex dissectis frustis pinguedinem excoquunt, eamque secum domum vectitant.

Finmarchia, Lappia, & Samojeda.

Tertium. Tertium ignorum ad navium ædificationem, ædium terrestrium structuram, focumque calefaciendum necessariorum causâ partim instituitur, partim assetos, & alios pisces arefactos petendi gratiâ frequentatur. Hollandia sola, ut de aliis Europæis Regionibus nihil dicam, aliquot centum naves quotannis ejusmodi mercibus onerandas in Norvvegiam mittit, quibus verno æstivo, & autumnali tempore ter, aut quater iter hoc terrestribus non de lignis solum, quæ ad commemoratos usus requiruntur, verum etiam de piscibus aere indurati Hollandi sibi prospiciunt. Voce **Stock-fisch**, baculum, & **Visch** piscem Germani & Belgæ designant, compositoque illo vocabulo **Stock-visch** pisces innuunt, qui mense Januario capius, & baculo expansus frigidissimâ aeris beneficio fiebatur, atque ideò Baculi piscis ipsorum linguâ meritò vocatur. Sequidum ac vervecum in patriâ natum hominem ob simplicem ejus stoliditatem **Stock-Fisch** appellando eadem gentes falsè ridere solent.

Terrarum Arcticarum natura & proprietas. Quantum ad recens inventarum illarum Terrarum, Novæ Zemlæ, puta, Spitzbergæ, & Groenlandiæ naturam ac propietates attinet, frigidæ, incultæ, ac nive & glacie sunt operiæ, quibus gelida aëris temperie frustrum ferendorum, aut graminis emittendi fertilitatem planè negavit. Balænarum, & similis farinæ beluarum vastarum numerus tantus Septentrionalem illum terris istis Polaribus Oceanum vicinum incolis, ut fidem fere superet. In litoribus, quæ nautæ legerunt, & inspexerunt, præter Ursos, Vulpes, & Cervorum quoddam genus, quibus Rangiferorum aut Arnthum à Germanis, & Alcis à Belgis nomen imposrum est, animalia alia exilia vita sunt. Rangifer animal est adeo celer, ut citatissimo & fere incredibili cursu nescio quantum itineris intervallum unius diei spacio emetiri queat. In Lappia & Samojedâ trahæ junctum incolas velocissimè, quo volunt, per montes, ac valles nive, ac glacie concretas provehit. Finmarchia, Lappia, & Samojeda incolis non destituntur, sed eos pauperes, & ferè sterites terræ alunt. Finmarchia Danici Scepiri jugo se submittit. Lappiæ Suecium, aut pauca alia animalia incolas admittunt, insignem navium ex Gallia, Anglia, Dania, aliisque locis, ac Hollandiâ præcipuè advolantium numerum cernit, audaciamque ingentem, ac studium indefessum tot gentium, quæ beluis istis immanibus mirâ alacritate insidias struunt, admiratur. Maria Spitzbergam, Groenlandiam cæteraque Poli Arctici terras alluentia navibus complene, balænas audaci ausu captas dissecant, ex dissectis frustis pinguedinem excoquunt, eamque secum domum vectitant.

Finmarchia, Lappia, & Samojeda.

Tertium. Tertium ignorum ad navium ædificationem, ædium terrestrium structuram, focumque calefaciendum necessariorum causâ partim instituitur, partim assetos, & alios pisces arefactos petendi gratiâ frequentatur. Hollandia sola, ut de aliis Europæis Regionibus nihil dicam, aliquot centum naves quotannis ejusmodi mercibus onerandas in Norvvegiam mittit, quibus verno æstivo, & autumnali tempore ter, aut quater iter hoc terrestribus non de lignis solum, quæ ad commemoratos usus requiruntur, verum etiam de piscibus aere indurati Hollandi sibi prospiciunt. Voce **Stock-fisch**, baculum, & **Visch** piscem Germani & Belgæ designant, compositoque illo vocabulo **Stock-visch** pisces innuunt, qui mense Januario capius, & baculo expansus frigidissimâ aeris beneficio fiebatur, atque ideò Baculi piscis ipsorum linguâ meritò vocatur. Sequidum ac vervecum in patriâ natum hominem ob simplicem ejus stoliditatem **Stock-Fisch** appellando eadem gentes falsè ridere solent.

Terrarum Arcticarum natura & proprietas. Quantum ad recens inventarum illarum Terrarum, Novæ Zemlæ, puta, Spitzbergæ, & Groenlandiæ naturam ac propietates attinet, frigidæ, incultæ, ac nive & glacie sunt operiæ, quibus gelida aëris temperie frustrum ferendorum, aut graminis emittendi fertilitatem planè negavit. Balænarum, & similis farinæ beluarum vastarum numerus tantus Septentrionalem illum terris istis Polaribus Oceanum vicinum incolis, ut fidem fere superet. In litoribus, quæ nautæ legerunt, & inspexerunt, præter Ursos, Vulpes, & Cervorum quoddam genus, quibus Rangiferorum aut Arnthum à Germanis, & Alcis à Belgis nomen imposrum est, animalia alia exilia vita sunt. Rangifer animal est adeo celer, ut citatissimo & fere incredibili cursu nescio quantum itineris intervallum unius diei spacio emetiri queat. In Lappia & Samojedâ trahæ junctum incolas velocissimè, quo volunt, per montes,

Finmarchia, Lappia, & Samojeda.

O MAR

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

MAR DEL NORT
SIVE
MAGNUM MARE
SEPTENTRIONALE,
Aut Oceani totum Terrarum Orbem ambientis,
PRIMA PARS.

SECUNDO in hanc quintam partem introductionis capite Oceani magni, qui totum Terrarum Orbem ambitu suo cingit, hodierno tempore utitatam, secundum quatuor Mundi plagas, divisionem enarravimus, eamque in quatuor partes Mare universum distinguere diximus. Oceanus itaque universalis, ut distributionem illam sequamur, quatuor has portiones complectitur: *Mar del Nort*, sive Mare Septentrionale; *Mar d'Ethiopia*, seu Mare Æthiopicum; *Mar d'India*, vel Mare Indicum; & *Mar del Zur*, aut Mare Pacificum. His accedunt Maria duo, quorum alterum terras Polo Arctico subjectas alluit, alterum Regiones sub Polo Antarctico sitas humectat. Hæc utrumque orbis verticem Polarem, Arcticum puta, & Antarcticum constituunt, & duabus tabellis aspectui exponuntur, quarum una verticem Arcticum complectens, quatuor partibus Oceani universalis præmissa est, altera verò quæ verticem Antarcticum continet, eadem subsequitur. Tabellis igitur sex universalibus totum Oceanum absolvimus, cæteris autem sequentibus particulares, & peculiares universalium partium portiones oculis subjicimus.

MAR DEL NORT. MAR DEL NORT, sive Oceanus magnus Septentrionalis prima pars est Oceani universalis totius Mundi litora legentis, & inter Veterem, ac Novum Orbem, id est, inter Europam & Africam ab una, & Americam ab altera posita sitas, à 66. latitudinis Gradu initium sumit, atque ad Æquatorem usque se extendit. Complectitur autem Mare Germanicum Germaniæ oras alluens, Oceanum Caledonium, qui Scoticis & Hybernicis litoribus finitimus est, Oceanum Gallicum Galliæ Regno vicinum, & Oceanum Atlanticum Hispaniæ & Africæ litus Occidentale lavantem, quæ maria omnia Occidentale Europæ & Africæ latus pulsant. Continet idem omnia cætera maria, quæ Orientali Americæ, aut Occidentalis Indiæ lateri proxima, à Davis Freto secundum litora, usque ad Æquinoctialem lineam descendunt. *Mar del Nort* vulgò à Nautarum grege appellatur, eò quod Boreale Æquatoris latus occupans omne illud spatium complet, quod à dextro, aut Septentrionali Æquatoris latere, ad Poli Borealis verticem usque recedit. De motu ejus peculiari in tertio Introductionis capite pluribus disseruimus.

Oceanus Germanicus. Triplex Mundi totius litus, Europæum nempe, Africanum, & Americanum magna hæc aquarum collavies sertem ordine hîc recendenda & explicanda sic se habet: Oceanus Germanicus à nautis Belgis & Germanis de Noord-Zee appellatus prima Septentrionalis Oceani magni pars est, & initio facto Drunchemio, quod Norwegiæ oppidum haud ignobile in extremo ejus finibus situatum, Regni illius litora præterlapsus propè **Tex Neus**, promontorium nauticæ turbæ notissimum inter Norwegiam & Jutiam Regiones in terram irrumpit, ac vasto sinu aquas suas effundens Mare Balthicum efficit, quod nominibus **der Belt**, & **de Oost-Zee** apud nauticum genus innotuit. Fauces, per quas ipsi in terram aditus patet, inter Jutiam, & Norwegiam sitarum latitudo 14. aut 15. milliaria Germanica conficit, ipsaque inter utrumque promontorium **Tex Neus** Norwegiæ, & Schagam Jutiæ linea transversa viginti quinque milliarium Germanicorum distantiam continere dicitur. Porrò Oceanus commemoratus Jutiæ & Holsatiæ oras maritimas præterfluens ad Albis fluvii Ostium pergit, & ab eo discedens Germaniæ superioris, & inferioris litoribus superatis, propè Frettum illud angustum, quod Angliam & Galliam disjungit, latus suum Orientale terminat. Latus verò ipsius Occidentale Angliæ & Scotiæ litoribus coërcetur. Ingentem huic Mari famam conciliat incredibilis commerciorum & negotiorum frequentatio, quæ plures Europæ gentes, Anglos puta, Hollandos, Germanos, Danos, & Suecos exercet, ac singulis annis halecum, Asellorum maiorum, ac Balænarum captura patitet, ac navigatione per Mare Balthicum atque in Moscoviam incredibile lucrum parit. Tanta enim navium omnis generis mercium onerataram multitudo hunc Oceanum permeare, & remeare solet, ut apud rei nauticæ imperitos vix fidem invenire queat, qui hoc ipsis affirmare vellet. Non fuisore & latiore commemoratione in peculiari hujus Maris descriptione omnium, quæ ad illud pertinent, mentionem faciemus.

Oceanus Caledonius. Oceanus Caledonius seu Mare Scoticum altera Oceani magni Septentrionalis pars, Occidentali Scotiæ litori & Hybernæ regno obversus, à Valerio Flacco Oceanus Caledonius nuncupatur; Nomen forsan sumpsit à Caledonis populis, qui asperos Scotiæ extremæ montes incolucrunt; aut à grandi silva Caledonia, quæ montibus asperis insidens extremam Maris oram attingit. Ex Latinis authoribus colligere est, Scotiæ regnum apud antiquos Caledoniæ nomine gavisum esse, unde & Britannis Epitheton Caledoni impositum quis augueretur. *Quinte Caledonie Ovidii visore Britanno*. Martialis est versus in Amphitheatro, qui huic opinioni suffragari videtur, ut & alius ejusdem, *Nuda Caledonio se vulnera præbuit Ursæ*, quem in eodem loco invenire est. Utigitur & populi Scotiæ Caledonii appellati, & grandes Ursi silvarum asperarum incolæ idem nomen sibi acquisivêre, ità etiam facili conjecturâ assequi possumus, pari ratione Mare eidem Regioni conterminum inde denominationis suæ participes factum esse. Errorisitaque cum doctissimo Philippo Cluverio eos meritò accusamus, qui falsâ Ptolomæi lectione seducti Deucaledonium hunc Oceanum perperam appellant. Authoris laudati Introductio in universam Geographiam confulator, in cujus cap. 10. lib. 1. haud exigui momenti rationibus à veritate aberrans hæc opinio castigatur.

Fretum

Fretum maris inter Galliam & angliam. Fretum, seu angustæ Fauces illæ, per quas aqua marina fluctibus rapidis ex Oceano Germanico in Oceanum Gallicum, seu partem ejus, Britannicum nempè mare prorumpit, à Belgis nautis *Canal*, vel corruptè **Kanel** & à Gallis *Le pas de Calais & Douvres* vocatur. Denominatio enata ex similitudine, quam cum Canali habet. Omnibus navibus ex Anglia, Belgio, & cæteris Septentrionem spectantibus regionibus & locis in Galliam, Hispaniam, Mare Mediterraneum, Africam, & Indiam utramque navigaturis, vel ex iis locis Septentrionales portus, & stationes petituris, aut repetituris transitum præbet, adeò ut incredibilis & innumerabilis navigiorum copia quovis anni tempore velis expansis eas transeuntes conspiciantur.

Oceanus Gallicus. Eas sequitur Oceanus Gallicus tertia nimirum Oceani magni Septentrionalis pars, qui Galliæ regni oras maritimas Occasui obversas lambit, & diversa diversorum nominum maria exhibet. Mare Normandicum Normandiæ Gallicæ provinciæ oris maritimis conterminum usque ad promontorium cui *Cabo de la Hoga* nomen est, excurrit, & provinciæ illi nominis sui originem acceptam fert. Mare Britannicum à Britanniæ provinciæ litoribus, quæ subluit, nomen trahit, & à promontorio *de la Hoga* usque ad Insulam *Hieofant*, promontorio *Cabo le Four* vocato, obversum se exporrigit. Tandem Mare Aquitanicum tertium & ultimum Oceani Gallici membrum ab Aquitaniæ Galliæ regni provincia nominis sui principium accerfit. Si veterem Galliæ divisionem spectemus, Aquitania tertia ejusdem est provincia; cujus litora Occidentalia Oceano dicto negotent, qui juxta oras duarum Galliarum provinciarum *Poitou* puta & *Gascoñe* maritimas undas suas prætervehens in Hispaniæ finibus finem suum invenit.

Mare Normandicum.

Britannicum.

Aquitanicum.

Oceanus Hispanicus. Oceanus Gallicus Hispanico vicino aquas suas transmittit. Hic ob profunditatem suam, & horrendos fluctus, quibus profunditate tempestatibus obortis enascuntur, celebris quidem, sed toti generi nautico terribilis. Procellæ enim & intemperati aëris motus tantis fluctuum molibus mare hoc exasperant, ut undarum instar montium volutarum una alteram insequatur, & totum maris spacium non collibus, sed montibus ingentibus stratum esse videatur. Lenes tamen volutando progrediantur, & longius inter se intervallum tuentur, quàm alias in locis, in quibus mare minus profundum brevioribus & minori intervallo à se invicem remotis fluctibus tumultuatur. Indicio hoc est, quod magno discrimine maris fluctus discerni queant, eorumque differentia ex majore, vel minore maris profunditate passim existat. Ex fundo enim à superficie maris remotiore grandiores quidem, sed tamen tardiores undæ oriuntur, cum ex fundo superficiei dictæ propiore minores & breviori intersitio semoti fluctus emergant. Tarda fluctuum se invicem tardo ordine consequentium series Oceanum Hispanicum navigabilem reddit, qui alias nullis navibus pateret, si tantæ aquarum moles exiguo inter se spacio relicto summâ celeritate cursum suum deproperarent. Tantum enim vi sui incredibili, & onere omnem fidem superante impetum in naves facerent, ac tantâ furiâ tam brevi temporis spacio omnia sibi obvia commoverent, ut nullum vel fortissimorum navigiorum furarum esset, quod tam horribili rabiei se opponere posset. Oceanus autem Hispanicus qui ad Septentrionalem Mundi plagam conversâ, & Solis occasum spectantia Hispaniæ litora præterlabitur, in aliquot partes sedus à diversis Hispaniæ regnis diversa nomina trahit. Oceanus Cantabricus, aut Mare Cantabricum ea Hispanici Oceani pars est, quæ Cantabrico, seu Boreâ Hispaniæ litori opposita absque hujus regni provincias, Biscaiam puta, Guipuscoam, & Galliciæ partem alluit, & inter *S. Jan de Luz* ac promontorium Finisterræ interjacet. Hæc loca Cantabri popularunt antiqui, quorum domicilia ab authoribus ad Tarraconensem Hispaniam referuntur, & Horatius lib. 2. Carm. hoc versu, *Cantaberum indocilium ferre jugo nescia*, memminit, olim incolerunt. Mare Atlanticum, seu Mare Hesperium, Vespertinum, Occiduum, & exterum cum. Regnorum Galliciæ & Lusitaniæ, quà litora sua Oceano obtiuent, latus Occidentale ferit, atque Freto Gaditano, quod hodie *Stretto di Gibraltar* vocatur, superato satis magnum Africani litoris partem occupat. Hujus membrum est Mare Gaditanum, quod ex Gaditanis Insulis nomine invento à Promontorio *S. Vincente* usque ad Fretum Herculeum, seu angustias illas *Stretto de Gibraltar* dictas procurrens Algarbiæ magnamque Andalusiæ partem lambit. Faucibus Freti illis, per quas Oceanus in terram irrumpens oblongum & vastum mare efficit, quod Mediterraneum appellant Europam ab Africâ & Asiâ disterminat, peculiarique tabella delineatum & descriptum lectori exhibebitur, *Gibraltar* Andalusiæ ad eas sita civitas nomen indidit. Ejus in Maris Mediterranei declaratione mentio fiet. Totum autem Oceani tractum Occidentale Hispaniæ litus spectantem communi nomine **de Wester-Zee** appellare Belgarum nautis illum navibus frequenter invisentibus solenne est. Appellatio hæc à vocabulo *West*, quo Occidentalis plaga Belgico Idiomate designatur, originem sitam accersit.

Atlanticum cognominatur. Atlanticus.

Africæ litora. Africæ litora.

Gaditanum. Gaditanum.

Mare Cantabricum. Mare Cantabricum.

Os Europæ. Os Europæ.

Fretum Gaditanum omnia Europæ litora eum maribus eâdem ferientibus à Poli Arctici vertice ad hunc usque locum descendentia, præter tabellâ præsenti occlusis subjiciuntur claudit, Occidentalemque ejus oram maritimam finiens nos ad reliquas veteris Orbis oras in Africâ huic Oceano magno Septentrionali conterminas deducit, ut eâdem perlustrando videamus, quasnam differentias & distinctiones, aut quam varia secundum situs sui varietatem nomina mari imponant.

Mare in Africana litora Occasui obversa undis suis impetum faciens communi nomine Oceanus Atlanticus cognominatur, & non solum occidentali Hispaniæ lateri opponitur, à quo diversa, partibus ejus diversis, nomina sua indita sunt, ut modo diximus, verum etiam omnes cæteras Africæ oras ad Solem occidentem conversas ad Æquatorem usque fluctibus suis conspergit. Nominis sui originem à rege Atlante Japeti & Clymenes, vel ut alius placet. Asiæ nymphæ conjugum filio & Promethi fratre repetit. Hic Mauritaniæ in Africâ Imperium administrans ob insignem eruditionem, & præclaram in rebus Astronomicis peritiam nobilissimâ famæ gloriâ excelluit, & apud omnes in precio habitus est. Nonnulli verò mathematicis ab Atlante in Mauritaniâ sito montes nomen indicum esse credunt. Herodoto testi si fides adhibenda est, duos eosdem nominis montes olim fuisse nobis persuadeamus necesse erit, quorum unus apud Herculis columnas, alter verò in Libyâ conspectui sese exhibuit. De altitudine montis Atlantis nihil certi unquam constare, eâque de causâ nec constitui potuit, eò quod incredibili nubium tam assiduo, quàm hyberno tempore copiâ rectus omnem sui explorationem repudiarit. Antiam hoc incolis præbuit, ut eum cœli columnam appellaverint, unde Poëtarum enata fabula de ipso rege Atlante in montem illum conversio, humerisque sua tanquam fulcris cœli machinam totam sulciente, cujus Mythologicam enodationem cap. 7. lib. 4. Mythologiæ Natalis Comes offert.

Africæ litus à Promontorio *C. Spartel* è regione, promontorii *C. Trafalgar* in extremo Hispaniæ, aut potius Andalusiæ regni aspice siti, locato usque ad promontorium *C. Canin*, & ulterius procurrens, vulgari nomine apud Belgarum nautas **de Straet van Gibraltar** id est, Ora Barbaria maritima innotuit, nomen illud ab eâ parte, ad quam litus illud pertinet desumtum est. Barbaria enim una est ex quatuor ditis maritimis partibus, in quas nostri ævi Geographi Africam totam distrahere placuit. Fines ejus Orientales Mauritaniæ regionis, quæ nostris his temporibus *Barbaria* nomine notior, decreta, Atlantique montis partem

Biblioteca Museo Franz Mayer

Bojeri hodie cognominatam, quam Strabo forsan nomine Aspis signare voluit, attingunt. Ab iis longus tractus continuâ serie Mare Mediterraneum sequens, à dextrâ Borealem mundi plagam respiciente, eiusdem fluctuum fremitum excipit, à finistrâ verò ad Meridiem convenâ monebus Atlantis majoris circum litus ad Occasum usque deducit, donec Oceani magni fluctibus quasi repressus aliud iter carpat, &, eum ipso peomontorii *Spurte* angulo, incipiens à Boreâ ad Austrum excurrat. Duplex igitur Barbariæ dicitur litus describendum occurrit, alterum Septentrionale Mari Mediterraneo conterminum, quod ejusdem maris enecleatio suo loco sequentura sibi reservat: alterum verò Occidentale, quod cum hujus loci sit, aliquid luminis descriptione nostra illi impertiri conabimur. Tota autem hæc regio, cui nomen est Barbaria, quatuor regna complectitur, Marrocanum nempè, Fessanum, Telesinum, & Tunetanum, quorum hæc duo posterna cum parte Fessani aliquâ Mare Mediterraneum tangunt, & litorum fuorum celebrationem ibidem loci, uti dictum est, expectant, Reliqua verò Fessani pars, & totum regnum Marrocanum ab Oceano magno, aut parte ejus Atlantico nimirum mari finiuntur. Utriusque regni incolæ opinionis Mahometicæ in religionis negotio sectatores, commerciorum verò studiosissimi cum Europæis populis. Gallis inprimis, Anglis atque Belgis adeò magnam negotiationis communicationem habent, ut mutuis lucris tam Africani, quàm Europæi mercatores insigniter locupletentur.

Barbariæ igitur tractus maritimus à Promontorio *Spartel*, quod Meridionalis faucium Freti Herculei angulus est, initio facto à Septentrione Meridiem versus proficiscitur, in quo sequentia loca occurrunt. Oppidum *Arzil* muro cinctum, & Fessæ regibus subjectum: *Larache* civitas cum portu in ostio fluminis Luci, vel Leci sita, quæ sortis admodum Hispaniæ regi paret: *Mamora* locus est ab Hispanis castello fortissimo munitus, & in ostio fluminis *Cebu* vel *Subu* incolis appellati situs: *Salee* ad fluvii *Berregreg*, vel *Bonregreg* in mare exitum locatam civitatem Mauritani possident. Apud civitatem *Afamor* Fessæ regi parentem fluvius *Umarabea* in Oceanum Atlanticum se præcipitem dat. *Mazagan* civitas, vel potius munimentum aut castellum admodum forte ad regnum Marrocanum quidem pertinet, sed jam belli jure in Hispaniarum Regis potestatem concessit: Ab hoc loco ora maritima ad Promontorium *C. Cantin* properat, atque ad Austrum paramper excurrens ad urbem *Saffam* se confert, quam in ima maris cernere est: Postea sequuntur *Mogador* Insula parva; Promontoria duo *C. Sem*, & *Cabo de Taffalona*, cum extremo angulo seu promontorio *C. de Geer* vulgari nomine appellato, ubi litus iterum sinu aliquo à mari excavatur. Intervallo inter duo promontoria *Cabo Spartel* & *Cabo Cantin* 60. milliarium iter navi conficiendum affignant, spatiumque inter promontoria *Cabo Cantin*, & *C. de Geer* 18 aut 40 milliarium longitudinem exæquare ajunt, adeò ut *C. Spartel* & *C. Cantin* centum milliarium distantiam itinere maritimo faciendam habere affirmentur.

Portrò distinctus Africæ maritimus à Promontorio *de Geer* ulterius festinans *Ammeslli* petit, Regnoque Marroccano ibidem in suis finibus relicto regionem *Zanhoga* ingreditur, eâque peragratâ postmodum regnum *Gualata* perlustrat, perrantisque regionibus *Arguin*, *Hidim*, & *Genehoa* tandem diversis exitibus, aut ostiis, quæ tibi ob magnitudinem suam haud inter postremos *Niger* fluvius in æquor petrumpendo patefecit, perrumpetur. Finem hoc grande diversi alvei coërcentes dum in mare ex terrâ educunt, Insulas quasdam efficiunt, quarum latera ipsi alvei partim, partim verò fluctus marini cingunt. Urbs *Senegal* prima ostio incumbit, illudque suo nomine donat, unde alveus ille *Rio de Senegal* appellatur; hunc alter, cui *Rio de Gambia* nomen est, succedit, utrique verò *Rio de Gambia*. grandem Insulam formant, cui magnus ille angulus *Cabo Verde*, id est, promontorium viride. nautica gentis navigationibus celebre redditum insidet. A promontorio *Cabo de Geer*, versus alterum *C. Verde* cognominatum proficiscenti duo adhuc anguli occurrunt, qui ex litore in mare promittentes promontoria duo formant, quorum unum nomine *C. Bojador* insi- *C. Bojador*. gnem regni *Gualata* litus occupat, alterum verò nomine *C. Blanco* à nautis noctarum in regionis *Arguin* di- *C. Blanco*. strictu maritimo præ reliquo litore mari impendet.

Cabo Verde, seu *Viride* promontorium maritimum tractum curvo anfractu ad aliud *C. Verga* nomine pe- *C. Verga*. detentim ablegat. Hoc post ultimum Nigri fluvii ostium in conspectum venit, ac apex in mare extensus è *Mesli* regione procurrit. Sequitur *Costa Manigueta*, *Mesli*. id est, tractus regionis *Manigueta* maritimus, qui civi- *Manigueta*. tati *Sierra Leona* portuique ejusdem nomini non sa- *Sierra Leona*. tatum, qui Guineam, aut alia loca vicina petunt, probè cognito sedem præbent. Naves suas frequentissimè huc appellunt nautæ, ut partim de aqua dulci sibi prospiciant, partim verò omnis generis alimenta recentia precio sibi compatent.

Ora Maris civitatem dictam relinquens ad Solis Orientis plagam sese confert, & *Guineæ* litus, vel etiam *Guinea*. aureus maris tractus apud nautas audit, eò quod multum auri abhinc plurimis annis ex eâ regione in Europam transvectum est. Castellum *Mina* fortitudine *Mina*. sua hodie celeberrimum, quod Hispani extruxerunt, in eo litore situm est. Hispanis illud ante aliquot annos Indiæ Occidentalis Hollandicæ Anno 1637. Colonicum *Novogenive* cum monimento eroxerat, quam incolæ vi iterum ejecerunt, *Gomerisa* mons situs adeò sterilis est, ut non solum Tabacum, frumentum Turcicum vulgari nomine *Maiz* appellatum, ac Gossipium proferat, sed etiam arboribus *Anone* nominatis, ac vinetis fertilibus vestiatur. Inter flumina duo *Nunez* & *Apurvacque* medius sedet, ac in eo tractu locatus est, qui pretiosis arundinibus faccharinis refertus haud exiguam Saccharicopiam suppeditat. Incolarum quamplurimorum loca hæc plenissima sunt, nonnunquam verò iisdem planè carent. Habiracula enim sua malitiosa mutant, atque in alia loca commigrare huic hominum generi solenne est. Sex milliaribus à fluvio jam aliquoties nominato in- *Insulæ in Mari del Nort.* sula *Concajeria*, vel *Bicegari*, ut alii eam appellare placet, distans, ac in mari sita totius anni spatio humidioci & inclementioci aëre diversatur, hyberno tempore excepto, quo dies breviores nocti bus interevallum longius concedum. Fluvii in tractu maritimo ulteriùs pergente se invicem consequentes sunt *Canpo*, vel *Cantro*; *vita* fertile solum peregrans, & *Rio Catatana*. *vita* & *Cajana* ostia litus complectuntur maltis Insulis parvis munitum. Una cæteris grandior *Gatis Tuatori*, vel *Matturi* nomine populo cuidam *Sherbajos* dicto domicilium præbet, ac omnis generis avibus, piscibus, fructibus, speris, atque alia ferinâ abundat. Litus ipsum collibus ac montibus ligno Brasiliano affluentibus hinc inde vestitum in planicie Gossipii, pigeris, ferici, Balsami, & *Vitapella* herbæ cujusdam, cujus radices sapore suo haud multum à Zingibere abludunt, & *diarrhœæ* ac capitis doloribus medentur, feracissimum est. *Caribes* seu *Antropophagi* omnium harum ad mare siturum regionum incolæ sunt hæreditarii. Cæteri populi *Tass* nempè, *Sappajos*, *Arrowacas*, & *Paregotes*, cum quibus *Caribes* bellum gerunt, ex Insulâ *Trinidad*, & maritimis circa *Orenoques* fluvii ostium locis profugi ob Hispanicæ Tyrannidis metum majoris fecuritatis causâ in has oras concessêre. Montium juga frigus & rigorem sentiunt. In montium visceribus mineralium & metallorum thesauri recondici jacent. Planities calore Solis satis magno uritur, quem venti ab Oriente flantes temperant. *Cassavi* radix est, quam incolæ in farinam molendo mutant, ex eâque panem pastant. Præterea in regionibus hisce reperire est mel, ceram, & Hispani locum planè nullum in eo possideant. Ab unâ & alterâ parte duorum celebertimorum & maximorum fluviorum ostiis claudituri, ità ut medius inter utrumque jacear. Alter eorum, cui *Rio de las Amazones* nomen est, sub Æquatore aquas suas in Oceanum effundit: Alter *Orenoque* appellatus haud longè ab Insula *Trinidad* maximo ac latissimo ostio longe lateque litus perrumpit, plurimasque Insulas efficit. Tot fluviorum enim accessus incredibili aquarum copia alveum ejus replent, ut se intantum ostium dilatare cogatur. Promontorium *C. de Noord* longo & angusto acumine mari imminens litoris tractum ad alterum promontorium *C. d'Orange* transmittit, ubi locorum *Wispoco* fluvius ingentis magnitudinis à mari absorbetur. Inter utrumque Promontorium diverforum, ex intimis terræ visceribus peorumpentium flaminum aquis Oceanus *detatur*. Eorum nomina sunt, *Tapanaroway*, *Arowary*, *Arikary*, *Corrofona*, *Jouanowey*, *Caffipouri*, & *Arrecovou*. Fluminis *Wispoco*, ac totius regionis vicinæ mari adjacentis incolæ *Arwacas Caffavi* parando, Gossipio ac coloribus colligendis, & Gallinis, quas nautis vendere solent, alendis de necessario victu sibi prospiciunt. In Mediterraneis regionibus habitant *Caribes* populi feri, crudeles, & immanes, qui carnium humanarum esu delectantes fluvii *Wispoco* accolas sæpius adoriuntur, magnâque clade afficiunt, qui eâ de causâ semper magnâ cautione & providentiâ ab eorum impetu sibi cavere debent. Proximè nominatum flumen, in cujus ripâ Societas Indiæ Occidentalis Hollandicæ Anno 1627. Colonicum *Novogenive* cum monimento eroxerat, quam incolæ vi iterum ejecerunt, *Gomerisa* mons situs adeò sterilis est, ut non solum Tabacum, frumentum Turcicum vulgari nomine *Maiz* appellatum, ac Gossipium proferat, sed etiam arboribus *Anone* nominatis, ac vinetis fertilibus vestiatur. Inter flumina duo *Nunez* & *Apurvacque* medius sedet, ac in eo tractu locatus est, qui pretiosis arundinibus faccharinis refertus haud exiguam Saccharicopiam suppeditat. Incolarum quamplurimorum loca hæc plenissima sunt, nonnunquam verò iisdem planè carent. Habiracula enim sua malitiosa mutant, atque in alia loca commigrare huic hominum generi solenne est. Sex milliaribus à fluvio jam aliquoties nominato in- *Insulæ in Mari del Nort.* sula *Concajeria*, vel *Bicegari*, ut alii eam appellare placet, distans, ac in mari sita totius anni spatio humidioci & inclementioci aëre diversatur, hyberno tempore excepto, quo dies breviores nocti bus intervallum longius concedum. Fluvii in tractu maritimo ulteriùs pergente se invicem consequentes sunt *Canpo*, vel *Cantro*; *vita* fertile solum peregrans, & *Rio Catatana*. *vita* & *Cajana* ostia litus complectuntur maltis Insulis parvis munitum. Una cæteris grandior *Gatis Tuatori*, vel *Matturi* nomine populo cuidam *Sherbajos* dicto domicilium præbet, ac omnis generis avibus, piscibus, fructibus, speris, atque alia ferinâ abundat. Litus ipsum collibus ac montibus ligno Brasiliano affluentibus hinc inde vestitum in planicie Gossipii, pigeris, ferici, Balsami, & *Vitapella* herbæ cujusdam, cujus radices sapore suo haud multum à Zingibere abludunt, & *diarrhœæ* ac capitis doloribus medentur, feracissimum est. *Caribes* seu *Antropophagi* omnium harum ad mare siturum regionum incolæ sunt hæreditarii. Cæteri populi *Tass* nempè, *Sappajos*, *Arrowacas*, & *Paregotes*, cum quibus *Caribes* bellum gerunt, ex Insulâ *Trinidad*, & maritimis circa *Orenoques* fluvii ostium locis profugi ob Hispanicæ Tyrannidis metum majoris fecuritatis causâ in has oras concessêre. Montium juga frigus & rigorem sentiunt. In montium visceribus mineralium & metallorum thesauri recondici jacent. Planities calore Solis satis magno uritur, quem venti ab Oriente flantes temperant. *Cassavi* radix est, quam incolæ in farinam molendo mutant, ex eâque panem pastant. Præterea in regionibus hisce reperire est mel, ceram,

omnigenas feras, lepores, cuniculos, apeos, tygres, aliaque peregrina animalia. Item omnis generis aves, anates feras, attetes, ardeas, grues, cicorias, phasianos, perdices, columbas, turdos, ficedulas, pitacos, &c. ut & piscium copiam innumerabilem, cum fructibus saporis optimi quamplurimis, mespilis puta, prunis, nucibus, atque aliis ejusmodi. Mercibus, quibus Guajana regio mercatores ex Europâ allicit, sunt Gossipium, Saccharum, Cannabis, aut lini quæ dam species iathar fericfolbeilo, & ad conficienda lineas aptissima, varii colores, Gummi diversa odoris gratissimi, Baratta balsamus nobilissimus, Spicanardi, Cassia Fistula, Folia Sennæ, Bolus Armenus, Terra lemnia, medicinales herbæ quamplurimæ, lapides preciosi, Jaspides, Porphyrii, &c. Tabacum, & ligni cujusdam species admodum dura à Belgis **Ritter-hout** appellata, ex quo ligno fabri lignarii multifaria opera elegantia conficere solent. A fluvio *Cajana* litus ad fluvium *Orenoque* properat, flumina ac fequentibus fluminibus ex mediterraneis regionibus erumpentibus ad mare adeum præbet: Il sunt *Rio seraro*, *Mercures*, vel *Meturia*, *Rio Curuvo* vel *Cavuruvia*, *Rio Cunanamia* vel *Cunanamus*, *R. Vracce*, *Marouri*, *Marouparo*, *R. Marrauvini*, *R. Seuvruno*, vel *Sarruan*, *R. Coppanano*, *R. Curtivi*, cujus accolæ diuturnum cum Unitarum Belgii Provinciarum nautis & Mercatoribus commercium exercuerunt, *R. Wimmowary*; item flumina Berbice *Nirari*, *Mocawini*, *Mahawooca*, *Loridare*, *Dofforke*, *Gaspici*, *Pavvrowna*, & *Morawa*; cujus fluminis accolas Hispani *Arrowacorum* auxilio ut ex sedibus suis ejicerent, quod Anno 1596 factum est.

Maximum illud ac vastissimum flumen *Orenoque* *Orenoque*. adhuc nominibus aliis superbit, & jam *Rio de Paria*, modo *Tayapari*, aliàs verò *Horia paria*, & *Worinoque* nuncupatur, ingentique sua latitudine inter maximos totius Globi terrestris fluvios excellit. Ostium ipsius Insulis parvis quamplurimis constratum grandem aliam ante se habet, quæ anno 1498, in Columbi conspectum prodiens Hispanorum jugo se subjecit, & nomine *S. Trinidad* signata est. *Americus Vespucius*, *cum Alonso de Ojeda* socio suo Anno 1499, naves suas ad has oras appulit. *Vincente Johannes Pinzon* Anno 1500, Æquatorem transivit. Anno 1511. *Diego de Ordaz* Hispanorum Dux fluvii *Orenoque* ilium haud felici successu explicatus est. Et successerunt Anno 1533 *Germymo de Ortal* & *Alonso Herrera*, qui laboribus suis parum aut nihil proficerunt. Postea Hispani hujus fluvii, ejusque riparum Inquisitores multum temporis, multumque laboris frustrà impenderunt. Avarâ enimspe devoraverant thesaurum auri incredibilem, & nunquam antehac auditum in civitate *El Dorado* celeberrimâ, divitiisque innumerabiles, de quibus fama veritatis examinandæ & ponderandæ nullcia fernonibus mendacium fere ocentibus admiranda multa sparserat. Spei hujus auripuræ rumor tandem etiam Anglos, gentem ad quæris indagandum impigram excitavit, ut ish *walhere Raleigh* nobili genere nato idem quod Hispani tentare aufi fuerint, & Anno 1595, adverso flumine navibus suis ascenderant, terramque aliquantum penetrarint, quamquam exitus voto ipsorum neutiquam respondit. Pari successu *Laurentius Keymis* alius quidam nobili stemmate oriundus Anglus Anno 1596, eidem itineri maritimo se commisit. Tandem Annis 1616, & 1617, sæpeadictus *walhere Raleigh* navigationoe altera erorem priori commissum emendare conatus alterâ vice spe sua frustratus est. Hollandi mercaturæ suæ exercitio conterri singulis annis interdum octo, novem, aut plures naves ad hujus fluvii litora appellerunt, & Tabaco coëmpto, aliisque quibusdam mercibus eas oneratas domum reduxerunt. Insulæ *Trinidad* vicina est alia nomine *Tabago*, ac utraque magna fertilitate pollet, iisque bonis omnibus affluit, quorum in regionis Guajanæ descriptione mentionem fecimus.

Biblioteca Museo Franz Mayer

Margaritæ. *Margarita* Insula haud longè à præcedentibus Terræ Firmæ objectis Insulis remota à Perlarum aut Margaritarum piscatu, qui ibi frequens est, nomen mutuavit, cum aliàs haud magni ponderis conferatur. Ostreæ Margaritis pretiosis gravidæ apud eam piscatu ex mari petuntur, atque oblongis cochlibus arenosis, aut Satoris quinque, sex, septem, aut octo Orgyas sub aquis latentibus, qui scamnis similes propterea Margaritarum scamna appellantur, adhærentes inveniuntur. Æthiopes, qui venditi ex Guinea & Angola Africæ regnis in hæc loca navibus transmittuntur, ut Hispanorum mancipia huic piscatui inserviant, singulari artificio aquis se immergentes eas colligunt, iisque collectis iterum emergentes naviculas onerant, atque in litus convehunt.

Nova Andalusia. Orientoque fluvio conterminia est *Nova Andalusia* Hispanorum jugo subjecta provincia, qui eam cum Insulâ *Trinidad* & cæteris omnibus circumjacentibus suæ ditionis fecêre. Oram ejus maritimam fluvio dicto proximam ordiritur promontorium *Cabo de Salinas* Insulæ *de Trinidad* oppositum, eamque porrò promovet usque ad alterum sibi vicinum, cui *Punta de Arena*, vel *Punta del Rey* nomen est, posteriori nomine Hollandorum nautæ frequenter utuntur. Conterminum illud Sinus *de Cariaco*, in cujus litore urbs *Cumana* conspicitur. Salinæ, ex quibus maxima calore Solis cocti salis copia quotannis eruitur, locum hunc admodum celebrem reddidere. Frequentare solebant eum Hollandi ac Zelandi, & inde haud exiguam salis multitudinem singulis annis petere consueverant, donec mense Novembri Anni 1605, octodecim navium bellicarum classis ab Hispaniarum rege eò missa subito & inexspectato impetu Belgarum naves oppeteret, ac capcret, ipsosque nautas etiam non pessimè modò tractaverit, verum etiam variis, ac horrendis suppliciis affecerit, eò quod locum Hispaniarum regi subjectum, & publico edicto vetitum frequentaverint. Induciarum tamen inter Hispanos & Belgas pactarum tempore eundem locum navigatione sua repetierunt, & ad Annum 1622, usque continuarunt. Tandem Hispaniarum Rex locum castro admodum forti munivit, quo *S. Iago* nominato Hollandos ad Salinas, aditu hactenus prohibuit. Terra Firma è regione Insulæ Margaritæ

Cumana Provincia. sita *Cumanam* provinciam contingit, ex quâ fluvius magnus crocodylorum quamplurimorum, qui Indis *Caymanes*, & Hispanis *Lagartos* dicuntur, nutritor emergens undarum fœtarum mare participes reddit.

Venezuela. Nova *Andalusiæ* ora in mari contigua *Venezuelæ* provinciæ tractus maritimi excipientes usque ad flumen *Rio de la Hacha* & *S. Martha* procurrunt. Solum mirâ fertilitate præditum bis singulis Annis fœmina excipit, & maximo cum lucro reddit, adeò ut regio hæc frumenti admodum ferax maximâ plurium rerum copiâ affluat. Farina & panis bis cocti penuriâ nunquam laborat; Re pecuariâ dives & opulenta caseorum, lardi, carnis, ac lardi vim ingentem suppeditat. Vestium ex Gossipio, quo maxime abundat, contextarum, pallium item, & Sellæ Paréllæ, quibus in *Guaira*, provinciæ *Caracas*, portu naves onerantur, multitudinem insignem aliis regionibus subministrat. Aurum hinc indè inveniri indicio est, viscera ejus interna metalli hujus pretiosi semina continere. Hispani eam octo civitatibus, aut locis ex pluribus domicilii constantibus ornarunt. 1. *Cora*, & Indorum idiomate *Corona*, vulgari autem nomine *Venezuela* cognominata in litore maris fedet, ac posti se finum habet, qui *Golfo de Venezuela à Coro* appellari solet. Oppositæ sunt illi Insulæ *Aruba*, vel *Oruba*, *Curaçao*, & *Bonayre* : 2. est *Nostra Seanora de Carvalleda* in provincia *Caracas*: à qua haud longi itineris spacio abest. 3. nomine *S. Iago de Leon*, quam Angli Anno 1595 cum castello, aut forralitio litori maris imposito in suam potestatem redactam, ac spoliatam tandem vacuam reliquerunt. 4. cui *Nova Valentia* nomen est, non longè à *Pebalo Lacuna de Tocarigua*, & *portu Burburata* distat: 5. *Nueva Xerez*: 6. *Nova Segovia*, 7. *Tucuyo*, & 8. *Truxillo* vocatur. Provinciæ *de los Caracas* litus Insulæ nonnullæ parvæ Insulam *Orchilla* scilicet. *Roca* & *Isla d' Aves* cingunt. Inter utramque Insulam *Margaritam* & *Orchilam* videre est duas Insulas exiguas, quarum altera *Tortuga*, & altera *Isla Blanca* nominatur. Inter Insulam *Margaritam* & *Terram Firmam* duæ aliæ interjacent, *Cubagua* nimirum & *Coche*. Cum litore autem provinciæ dictæ ita conspi- Margaritarum est. *Venezuela* provinciæ fines, *Andaluſia Nova* tum. oras extremas, attingentes proximi sunt Portui *Maracaipana Tortugam* Insulam rectâ spectanti, quem sequuntur *Cabo de la Cadera*, *Puerto Flechado*, *Bourburata portus*, *Punta Seca*, *Coro* Civitas, quæ Indorum est *Paraguana*, & *C. S. Romon* promontorium. Hoc cum altero nomine *Cabo Coquibocoa* litus sinuosum complectitur, quod versus mediterraneas regiones se incurvans primo sinum efficit *Golfo de Coro* dictum à civitate *Coro* litori suo imposità & postea paludem *Lago Maracaybo*, cujus fœdissimum flumina quamplurima aquis ejus salsis se immiscentia adeò temperant, ut multum à maris amaritudine recedat. Oram hujus provinciæ maritimam tandem claudunt *Baia Honda*, & *Cabo Vela*.

Rio de la Hacha & *Santa Martha* duæ sunt ditiones *Rio de la Venezuela* provinciæ finitimæ, & *Gubernamenta* Hispa- *Hacha.* norum lingua vocantur. *Rio de la Hacha* civitati ad ejusdem appellationis flumen sitæ Hispani primo nomen *Nuestra Seanora de Las Nieves* imposuerunt, quod postea in appellationem *de los Remedios* mutavêre. Pagus proximus *la Rancha* margaritarum piscatus famâ innotuit. Totam ditionem insignis fructuum plurimorum uberras commendat. Ditionis *Santa Martha* tra- *Santa* ctus Oceano conterminat sic se habent. *Rumada* civitas *Martha.* sedem suam habet propè fluvium *Bahia*, cui alii nonnulli serie ulteriore succedunt: *Piras* porta, *Palomina* quem *Sierras Nevadas* montes perpetuis nivibus tecti emittunt, & *Rio de Don Diego*, qui Hispanorum cuidam Capitaneo appellationem suam debet. Hic equo suo aquas ejus natando trajicere conatus ibidem periit, & flumini nomen suum reliquum fecit. Fluvium *los Ancones de Buritaca* sequitur *S. Marta* civitas, à qua, tanquam capite suo, ditio hæc denominata est. Gallorum & Anglorum viribus aliquoties expugnata, & miseriis haud exiguis afflicta sequioris sortis inclementiam cum dolore sentit. Ante illam cernitur promontorium *Cabo d' Aguia*, quod Montes *Bonda*, & fluvium *Gayra* comites habet. Fluvio *Magdalena*, novo regno Granadæ ortum suum acceptum ferente, tandem hujus ditionis ora extrema finitur.

Eam tangunt *Cartagena* Provinciæ tractus Oceano *Cartagena* politi, quam regionem à mettopoli suâ eo nomine Provin- donatam fluvii *Magdalenæ* ostium à prioris finibus se- cia. gregat. *El marro Hermoſo* montium est congeries ex mediterraneis locis versus mare vergens. Litori obtenditur Insula deserta arenas, id est, Insula arenarum, seu diversorum collium, & locorum arenosorum: Promontorio *Punto el Zambo* objecta jacens, linuque ad sublimem ac scopulis albis constratum marginem recedere cernunt. Porrò consipiciuntur *Punta de la Canea* promontorium, *Cartagena* civitas ei succe- *Cartagena* dens, *Punta de los Teores* promontorium, *Corexi* insula. Insula eidem opposita, & *Punta de la Nao*, cum *Sardina* exigui momenti Insula. *Tolu* Civitas à litore maritimo aliquantum remota ante oram Oceani sibi proximam parvas Insulas *Cavamari* offendit, cum aliis ejusdem farinæ *Ean* nominatis, quæ ulteriùs pergentes *Zenu* fluvii ostium inveniunt, & Insulam *Fuerten* satis opeimi admodum fœtaceum. Insula *Tortuga* & parva est, & incolis plane destituitur, ac incuba jacet. *Punta de Caribana* promontorium, adjunctum sibi habet sinum maris *Golfo Duraba* nomine insignitum, in quem fluvii *Rio S. Juan*, & *Rio grande del Darien* aquas suas præcipites ex terrâ devehunt, hoc posteriori *Cartagenam* & *Panamam* Provincias distinguunt.

In *Panama* provinciâ novus Orbis seu America, aut *Panama.* India

India Occidentalis angustissimo spacio *Mar del Nort*, seu Mare illud magnum Septentrionale à *Mar del Zur* seu Mari Pacifico separat. Angustiæ quibusdam in locis vix unius gradus latitudine, seu 15, 16, aut 18. milliarium Germanicorum intervallo patent. Oræ maritimæ, quâ hæc provincia *Mar del Nort* attingit, longitudo inter Sinum *Golfo Duraba* & fluvium *Rio de Chagre* expostrecta jacet, atque à dicto sinu incipiens *Aclam* usque excurrit, ubi olim civitas quædam situm suum habuit. Sequuntur Insulæ quædam ante litus jacentes, *Pinas* nempe, *Camagre*, *Cattiva*; Ostia item fluminum ex terra per litus in Oceanum perrumpentium; ea sunt *Rio de S. Blas*, *de Coulebras*, *de Maye*, *de Sardina*, & *Rio de Sardinilla*. *Nombre de Dios* civitas fuit, quam Angli sub Francisco Draeck 27 Decembris Anni 1595, occupatam & spoliatam in cineres redegerunt. Aliam Hispani postea in litore portui *Puerto Belo* vicino extruxerunt, posteaquam alteram destructam ac demolitam deserufiſſent. Litori inter *Nombre de Dios* civitatem, & portum *Puerto Belo* interjacenti se objicunt Insulæ *de Buſſimentos*, & *de las Mirias*. In ipso verò litore tandem ordinem situs sui tuentur *Puerto de Buenventura*, *Puerto de Gallinas*, *Puerto de Lagoſtas*, *el Porrete* & flumis *Rio de Chagre* in Oceanum exitus, ubi hujus provinciæ litora finem suum inveniunt.

Veragua. Iis finitimi sunt tractus *Veraguæ* provinciæ, quos maris del Nort undæ alluunt, & *Coſta Rica* provinciæ fines excipiunt. Urbs *Conception* Hispanorum opus, cum vico *Trinidad* huic litori incumbit: terram verò ipsam Anno 1502 Columbus indagatione sua offendit. Insula *Escudo de Veragua*, ad quam Franciscus Drako, cum ultima sua navigatione hæc loca perlustraret, naves suas appulit, 9. aut 10. milliaribus à terra firma abest.

Coſta Rica. *Coſta rica* provincia pauper & plurium rerum inopiâ laborans montium haud paucorum acervis tegitur, adeò ut Lopez Vaz non sine ratione afferere audeat, nomen quidem splendidum ipsi impositum esse, Soli verò naturam ac proprietatem tanti nominis splendori nequaquam respondere. *Coſta Rica* enim tractum maritimum opulentum, aut litus maris dives sonat. Præter duorum fluviorum *Caravacca* & de *Suere* ostia nihil notatu dignum in his litoribus occurrit.

Nicaragua. In oris Provinciæ *Nicaraguæ* maritimis se primo obtutu consipicientium exhibet portus navibus commodus *Puerto S. Juan*, apud quem Lacus grandis *Nicaragua* alveo satis largo, cui *Deſſaguadero* nomen est, in *Mare del Nort* aquas suas exonerat. Ei succedunt *Torpa* fluvius, & *Rio de Tare* ingens flumen, quod provinciarum de *Honduras* & *Nicaragua* limitibus disjungendis inservit.

Golfo de Honduras. *Mare* litoribus provinciæ *de Honduras* contiguum, atque inter eam & provinciam *Yucatan* interjacens, *Golfo de Honduras* appellatur. *Golfo de Guanajos* intimus Maris sinus est, qui in hunc Provinciæ *Veraguæ* angulum recedit. Fluvius de *Tare* inter *Nicaraguam* & de *Honduras* provincias limitis vice fungitur, uti ante dictum est. Ab eo loca in litore sita sequenti ordine progrediuntur. Sinus maris *Golfo Nicueſa*, *Cabo de gracias à Dios* promontorium, *Bahia Honda*, & *Bahia de Cartago* duo finus maris. E regione litoris utriusque finuum dictorum dispersæ Insulæ aliquot à terra firma aliquanto remotæ in Mari jacent, quibus Hispani *los Pinos* nomen impoſuêre. Ex litore inter Sinum *Bahia de Cartago*, & *Cabo de Cameron* promontorium intermedio locus vadosus & siccus viginti & amplius milliarium serie in Oceanum progreditur, & duas Insulas complectitur, quarum majori *Dos Bavas*, & minori *S. Melon* nomen est. A promontorio *Cabo de Cameron* usque ad alterum *C. de Honduras* tractus hujus provinciæ maritimus excurrit, atque diversis ostiis in via fluminibus aliquot, quorum fluvius *Guayapa* haud minimus est, aditum ad mare præbet. A tergo promontorii *C. de Honduras*, quod Hispani duobus aliis nominibus, *Cabo Delgada* nimirum, & *punta de Trunillo* significvêre, cernere est *Truxillo* civitatem, quæ diuturnum militare ab Oceano abest, & anno 1576 ab Anglis occupata, & direptione insigni vehementer afflicta maximam cladem sensit. Verum anno 1596, eosdem, sub ducibus suis *Antonio Sherley*, & *Williamo Parkero*, nobili genere natis, severiorum impetu hostiles animos repressit, & conatus irritos reddidit. Annos contrà 1635 ipsi iterum infelix fuit, quo Indiæ Occidentalis Societas in Belgio navibus suis eò missis eandem oppidum diripuit. Inter promontoria *Cabo de Honduras*, & *Cabo de Cameron* 13. flumina, quæ cursu suo in mare festinant, ostia consipiuntur. *Triunfo de la Cruz* 3. angulis constans promontorium acumine angusto mari impendet, ac 30. milliarum intervallo à promontorio *Cabo de Honduras* disjunctum est. Inter utrumque *Xagua* vel *Hulma* fluvii exitus in mare medium locum obtinet. Spacio autem inter promontoria *C. de Honduras*, & *C. de Cameron* 20. milliarium distantia attribuitur. Porrò post promontorium *Triunfo de la Cruz* apparent Fluvius & promontorium acuminatum *de la Sal* cum porta *Puerto de Cavallos*, cui nomen hoc ab equis imposítum, qui tempestate grandi oborta ex navibus in mare projecti in aquis periere. Eum subsequuntur ostia fluviorum Ulua, aliis *Balahama* nominati, *Baxo*, & *Piche*, promontorium item *Cabo de tres puntas*, ubi finus maris se incurvans sinui cuidam locum cedit, qui *Golfo dolce* appellatus brachium quoddam est Oceani terram angustioribus faucibus ingredientis, ac commodam navibus ſtationem præbet. Ejus beneficio naves ad provinciam *Guatimalam* mari pacifico contiguam quam proxime accedere possunt. *Puerto de Higueras*, vel *puerto de Thoreas* portus cum promontorio sini finis ejusdem insidet, ac oræ provinciæ *de Honduras* finem imponit. Ab eo loco usque ad *Puerto de Cavallos* 30. milliaria numerantur.

Sinum *Golfo dolce*, cujus aqua, ob plurium fluviorum *Veraqua.* dulcium ex mediterraneis locis affluxum, dulcis huic nomini ansam præbuit, provinciæ *Veraquæ* regio maritima excipit, & finum *Golfo de Guanajos* offendit, cum Insulis quibusdam ejusdem nominis *Guanajos*, quæ verò Christophoro Columbo tempestate magnâ ad unam ex iis, quæ satis parva est, & ab Indianis *Guanaja*, vel *Guanaya* appellabatur, depulso Anno 1502 innotuerunt. Hinc factum est, ut unius ritius Insulæ nomen cæteris omnibus circumjacentibus impositum & omnes uno communi nomine Insulæ *de Guanajos* nominatæ fuerint. Ipsam Insulam *Guanajam* Columbus nomine *Isla de Pinos* notavit, eò quod maximam pinorum copiam in eadem offenderit. Altera Insula, *Guayana* nomine, plurimos piscatores nutrit, & haud exiguam porcorum copiam alere solet. Tertia Utila quinque milliarium magnitudinem vix excedit. *Adjunt* & aliæ minores, ac minoris momenti, *Guaſha* videlicet, *Helen*, & *S. Franciſco*, quæ cum *Golfo de Guanajos* nomen suum generale Insulæ *Guanaja*, cujus modo mentionem fecimus, acceperunt ferunt.

Yucatan. Litoris in provincia *Yucatan* loca maritima sunt se- quentia. Tractus maritimus plagam cœli inter Orientem & Meridiem mediam respiciens à *Sino de Guanajos* usque ad *Lacum Lago de Bacalad* diversis Insulis tam grandioribus, quàm minoribus septus est. 1. *Tlhob* vocatur; huic 2. nomine *Lamanay* vicina est: 3. *Savatan* appellata huic succedit; Pantoia 4. locum occupat. *Unitas Yeuue* idem est ac si diceres; dormire noli, ac diligenti providentia tibi cave; locus non satis profundus, eâque de causâ navigantibus periculum ingens procreans, nomine suo discrimen à se imminens inanas vitare jubet. Primam litoris partem *Bacalar* Provincia sibi vendicat, & civitatem *Salamancam* in ea sitam monstrat. Altera provinciæ *Chetumal* propria est, quæ sinu maris magno, & quamplurimis Insulis parvis referto, ac *Lago de Chetumal* dicto superbit. *Lago de Bacalad* lacus est in mediterranea regione sedens. *Cozumel* Insula à celeberrimo quodam Idolo, ejusque templo, ad quod vicini populi omnes cultus

Biblioteca Museo Franz Mayer

sui divini gratia, religionisque superstitiosæ causâ incredibili frequentia confluere solebant, denominationis suæ originem cepit. Insulæ *de Magueres* parvæ admodum, ac quatuor numero, exiguo distantiæ spacio à litore segregatæ sunt. Loca in ipso litore ipsas sequuntur *Cabo de Catoche* promontorium, & *Baya de Conil* recessus maris se in sinum recipientis cum ochio, per quod *Legartes* fluvius undas suas in mare devolvit. *Canquel* vel *Cauval* flumen prope litus in duos alveos dividum per duo ostia ex terra in Oceanum recedit. *Cival, Sisal, & Puerto del Gada* portus proximas illi sedes in tractu vicino possident. *Los Alacranes* duæ sunt Insulæ admodum parvæ, quæ circumcirca rupibus & scopulis cinctæ navigationem ibidem valde periculosam reddunt. Idem & *Negrillos* 3. Insulæ prioribus haud majores faciunt, quæ multis vadosis, & debita profunditate carentibus locis nautis naufragii discrimen minantur. *Bermeya* itidem Insulæ titulo gaudet, qui & alteri *Desarenas* vocatæ non est denegandus. *Descognosida* à litore haud magno intervallo separata in Insularum numerum ut referatur par est. *El Triangulo* Insulæ sunt parvæ in loco maris à terra firma remotiore positæ. Insula *la Zarza* omnium huic litori Insularum oppositarum ultima est. *S. Francisco de Campeche* Sinus maris non admodum profundo incumbit, eaque de causa minoris profunditatis portum habet. Terra circumjacens æquali & montibus carente planicie mare attingit, adeò ut tam citò nauticum illam navibus suis petentium conspectui se non exhibeat, uno tamen inter *Campeche & Champeton* loco excepto, ubi montes quidam parvi cum alio majore *Otterro de las Diablos* nominato in vicinia in conspectum aliquanto longius remotum prodeunt. Navibus ad hæc litora propius accedere haud integrum est. Nam saxorum & scopulorum serie longo tractu obducta haud paucas Hispanorum naves diversis vicibus miserabili naufragio perfundederunt. Urbem *S. Francisco de Campeche, vulgò Parcker* ex nobili familia oriundus Anglus impetu subito occupavit, exspoliatam inanem reliquit. Idem hujus urbi usu venit An. 1635, cum Indiæ Occidentalis Societas in Confœderatis Belgii Provinciis naves suas ad eam occupandam misisset. Ligni cujusdam, quo ad tingendam lanam, aut pannos colore inficiendos tinctores utuntur, species, **Campesche-hout** à Belgis vocata, ibidem navibus imponitur, atque in Europam mittitur.

Tabasco. *Tabasco* provincia præcedenti annexa marginis sui mare attingentis initium sumit à lacu satis grandi *Lago de Xicalanga* Hispanico idiomate appellato, quo aliud etiam ipsi nomen tributitur, ut videlicet *Puerto Real* vocetur: Hujus fauces Insulis duabus sedem præbent. Urbs *Tabasco*, à qua provincia hæc nomen suum derivat, totius regionis caput, alio nomine *la Villa de nuestra Senora de la Victoria Ferdinandi Cortesii*, qui hoc in loco Indos prælio superavit, cum primum iter exercitu suo in Novam Hispaniam faceret, victoriam partam refutatur. *Rio de Grijalva* insignis fluvius, cujus ostium non satis profundam navibus ingredientibus periculum creat, Hispano cuidam, qui Anno 1519 naves suas huc appulit, nomen suum debet. Interior ante ostium hujus fluminis alveus quandoque octo orgyas profunditate sua acquirit.

Cum superioris Provinciæ tractu maritimo conjunctum est Episcopatus *Guaxaca* litus Septentrionale, in quo loca sequentia præternavigantibus occurrunt. *Guazacualco* haud exiguæ magnitudinis fluvius, cujus ripæ insidet *la Villa del Espiritu Santo* civitas Anno 1522 à *Gonsalo de Sandoval* Hispano extructa. Fluvium dictum Ferdinandus Cortesius *Diego de Ordas* indagatione usus Anno 1520 detexit. *Rica portida* scopulorum ac saxorum aqua marina tectorum numerus, navium quarundam Hispanicarum naufragio nobilis. *Sierras de S. Martin* acumen quoddam est, quo montes *S. Martin* ex mediterraneis regionibus in mare procurrunt. *Rio de Alvarado* flumen ex Provinciæ *Zapotecas* montibus proficiscitur.

Guaxaca.

Episcopatus dicti finibus maritimis alterius litora succedunt. *Tlascala* est, quem à superiori *Alvarado* fluvius secernit. In litore autem offendes *Punta d'Antonio Sarda* promontorium, *Islas des Sacrifices* Insulas nonnullas in quarum Hispani altare cum quibusdam hominibus immolatis invenerunt. *S. Juan d'Ulva* portum celebrem & pluribus navibus Hispanicis frequentatum qui inter litus & Insulam quandam parvam locatus est. *La Vera Cruz* fluvium quendam significat cum civitate, cui *Villa Rica* etiam nomen est; quanquam sunt, qui dicant, *Vera Cruz* & *Villa Rica* non ejusdem nominis sed diversa loca esse, *Rio de Zempoal* & *Rio de Almeria* fluvii duo cum vico *Almeria*, cui *Nautblan* nomen ab incolis propriis impositum est, hujus litoris seriem finiunt.

Tlascala.

Provinciarum maris Septentrionalis fluctibus expositarum, quas in potestate sua Hispani habent, ultima est *Panuco* litore suo complectens ostia fluviorum *de S. Pedro, San Pablo, Thuspa, & Panuco*, qui ultimus ingenti alveo comprehensus in ripa Septentrioni objecta Salinas Hispanorum continet: Sequentium item fluminum *Hermoso, de Atonzahuar, de Calmar, & Rio Escondido*; ultra quem posthemum Hispanorum arma potentiam suam ac famam ulteriùs non propagarunt, eò quod incolæ fertilitatis summæ formidinem ausis ipsorum impetus semper repulerint, ac præterea spoliorum tam ampla ac fœcunda messis, qualis quidem in prioribus regnis & regionibus se obtulerat, hic non occurrerit.

Panuco.

Terræ Firmæ, quam Oceanus in Indiæ Occidentalis finibus alluit, litora hactenus perlustravimus. Reliqua adhuc plurima Insulæ in hoc mari Occidentali Indiæ contiguo, quarum litora etiam percurrenda. Maximo Sinu inter provincias *Tucatan* & *Floridam* Oceanus terræ firmæ sese insinuat, atque illum matis tractum sinuosum efficit, qui *Golfo de Nouva Hispania* nominatur. Plurimæ Insulæ tàm grandiores, quàm minores, qui Imperio Hispanico subjectæ sunt, frontem ejus occupant.

Insulæ Occidentalis Indiæ.

INSU-

INSULÆ CVBA, HISPANIOLA, ET JAMAICA,

Cum parte Floridæ, nonnullisque aliis Insulis circumjacentibus.

Cuba. CUBA dictarum Insularum Prima, ab initio *Juana*, postea Ferdinandina nuncupata longitudinem suam à Promontorio *C. S. Antoni* usque ad alterum *C. de Alatier* ad 230 Leucas Hispanicas extendit, latitudine autem angustiore, paucis locis excepta, vix 12. leucas Hispanicas excedit. ità ut meliùs longior sit, quàm latior. Borealis latere *Floridam* terræ firmæ regionem aspicit; Acumen Occasui obversum Sinus illius magni *Golfo de Nouva Espanna* nominati ingreditur tractus Meridionalis è regione oppositas habet provincias, in terra firma, *Honduras* nimirum, *Costa Rica*, *Terra Firma*, & *Nicaragua*; Orientali angulo *Hispaniola* Insula vicina est. Is hoc litus meridionale recto tractu versus occidentem excurrens *Cabo de Cruz* promontorio finitur, ità ut ab eo angulo in occasum æstivum recurrens litus cuminet, ac dictum Promontorium *Cabo de Cruz*, vel Caput Crucis efficiat. Ab interioris autem litoris angulo obtuso idem litus pellexum, ab ortu in occasum recto tramite decurrit, ac sinuoso & anfractuoso margine progressum angulo obtuso suprà civitatem *S. Spiritus* se in occasum æstivum inclinat. Sinus autem dictus inter duos istos angulos, seu duo ista promontoria *Cabo de Cruz*, & oppositum, cui *Cabo de Corrientes* nomen, latior, & interrà obliquitate anguftior nonnullis insulis admodum parvis, ac scopulis etiam quibusdam hinc inde stipatur. *C. S. Antoni* angulus hujus Insulæ Occidentalis, à quo ora maritima ad civitatem *Havanam* famæ celebritate notissimam progreditur. Statio navium ibi celeberrima, & tutissima, in qua naves Hispaniæ auro, argento, atque pretiosis aliis mercibus onustæ ac Hispaniam repetituræ convenire solent. Situs naturalis & artis beneficio locus est munitissimus, & firmissimus, quem operibus bellicis mirè firmatum Hispani præsidio numeroso quotannis custodiunt. Inde ad alium portum *Matanzas* appellatum litus properat, quem classis Hispanorum argenti atque aliorum bonorum vim ingentem vehens, & à *Petro Petri Heyn* classis, quæ ad Insulæ Orientalis in Confœderato Belgio Societatem pertinebat præfecto Anno 1629 capta nobilitavit. Nam Classis illa, cum in dictum portum evadere conaretur, ab Hollandis intercepta, & abducta est. Sequuntur *Puerto Incanara* portus, *Cojo Romano*, *Cubana*, *Puerto del principe* civitas, & navalis statio, *Baracoa* civitas, & *Bayamo*, sive *S. Salvador*. Omnia dicta loca Septentrionale latus tenent. *C. Mayca* Orientalis est angulus, qui Borealem oram ad mare conversam finit, & Meridionalis initium est. Hæc ab illo promontorio *Boa* ad alterum Occidentale *C. S. Antoni* nuncupatum iterum pergit. In ea conspectui sese exponunt *S. Iago*, & *S. Spiritus* duæ civitates. A Promontorio *Cabo Cruz* versus alterum *Cabo de Corrientes* litus se incurvans sinu, quem modò descriptimus mari locum cedit. *Jardin de Reyna*, hortum Reginæ significat, quo nomine parvarum Insularum haud procul à promontorio *Cabo Cruz* distantium cumulus designatur. *Los Caymanes* tres sunt Insulæ ab una parte promontorio *Cabo Cruz*, & ab altera parte Insulâ *de Pinos* conclusæ. Hæ Tethundinum, Cuniculorum, Anserum, & Anatum ferarum altrices, hæc *de Pinos* Insula plurimorum taurorum, & vaccarum productrix est.

Cuba.

Jamaica.

Altera Insula *Jamaica* borealì suo litore *Cuba* Insulæ latus Meridionale spectat, atque ob camporum, & arvorum planitiem & æqualitatem insignem mirâ fertilitate gaudet, eamque magnâ equorum, vaccarum, taurorum, porcorum, atque Gossipii excellentissimi affluentiâ prodit. Tribus civitatibus in ora maritima locatis ornata est. *Melilla* nimirum, *Sevilla*, & *Oristan*. Inter reliqua litoreum loca cognitione eminent *Punta d'Antaon*, *Puerto Morante*, *Puerto d'Emias* duæ navium stationes, *Cabo del Falcon*, & *Punta Negrilla*. Insulam hanc optimo, atque admodum sano aere fruentem, & præter animalia, quorum mentio non fecimus, multas etiam oves alentem Hispani soli incolunt, posteaquam veteres incolæ funditus deleti, ac funditus extirpati. Lucrum autem ingens capiunt ex re pecuaria, lino, gossipio, atque saccharo, quod insigni copiâ hic reperitur. Anno 1492. Christophorus Columbus eò misit *Iohannem d'Esquivel*, qui hanc Insulam Regis Hispaniæ nomine occupavit.

Hispaniola Insularum harum maiorum tertia, *Quisqueia*, id est, *omnis*, *Hayti*, id est, aspera, & *Cipangis* prius *Iamaica* appellata, postea nomen dictum cum altero *S. Dominigo*, vel *Dominica* à metropoli sua ejusdem nominis obtinet. Anno 1492. Christophorus Columbus navem suam appulit in portum quendam, cui *Puerto Royal* nomen im. fuit. Amicitiâ cum *Cazique Guanagari* (*Cazique* nomen regulorum hujus Insulæ erat solitum) conflatâ castrum erexit, & 38 ex suis ibi reliquit, quos ob raptas feminas & alia scelera commissa ab incolis ad unum omnes occilos, cum sequenti anno rediret, offendit. Post plures cum incolis conflictus tandem Hispani Insulâ potiti, soli jam ejus sunt possessores. Figura ejus folium Castaneæ arboris refert: aër tamen temperatus frigus, aut calorem nimium ignorat, & nec glacie, nec nive vexatur. Pluviæ in quibusdam locis sunt raræ, eaque de causa ex fontibus aqua hauritur, atque per canales in campos frumento Turcico consitos transmittitur. In aliis verò locis nimis crebræ valles multa aqua complentur. Rivis verò atque fluviis pluribus hinc inde Insula tota irrigatur, & fertilitate admirabili prædita, mala citria, limonia aurea, tàm dulcia, quàm acerola, & punica, ficus item, & omnis generis leguminа phaseolos puta, lactucas, brassicas, raphanos, coriandrum, cepas, rapas, melopepones, gossipium, ac faccarum producit. Olea nil fert præter folia. Auri, argenti atque aliorum metallorum fodinæ operariorum defectu inculta jacent. Sal ex aqua marina excoquitur. Animalia, quæ antè Hispanorum adventum hanc insulam incoluerunt, atrocius non cernuntur.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

euntur. In eorum locum succesſerunt equi, boves, vaccæ, aſini, muli, & porci, qui ex Hiſpania eò tranſvecti ſunt. Inveniuntur præterea lacertæ diverſorum colorum, Serpentes, Coluberi, Yvana ſerpentis genus, quod aquas frequentat, & arbores aſcendit; avium variæ ſpecies, columbæ Hiſpanicis minores, turtures, hirundines Hiſpanicis majores, accipitres, falcones, aquilæ, ardeæ, ululæ, querquedulæ, pŭetaci, & aliæ ſimiles. Mare verò circumfluens multifarios piſces incolis ſuppeditat, & fluvii ſuos itidem piſces largiuntur. Locorum in litore ſitorum hæc eſt ſeries:

C. del Engano. *Cabo del Engaño* extremus hujus Inſulæ angulus, Orienti Soli adverſus, tam Borealem quàm Auſtrinam oram verſus Occidentem à ſe dimittit. In Auſtrina ab Oriente ad Occidentem progreſſus offendes *Hiquei*, vel *Salvaleon de Yguei* civitatem viginti octo leucis Hiſpanicis à civitate

Xaura. *S. Dominico* diſtantem; *Xauam* Inſulam longam quidem, ſed haud latam, & litori, quod à civitate dicta Orientem verſus tendit, oppoſitam; *S. Catelinam* aliam admodum parvam à latere civitatis nominatæ haud procul remotam; *Zeybo* civitatem; *Andreſa* &

S. Domingo. *Conſolo* duo promontoria; *S. Domingo* metropolin ad fluvii *Ozama* ripam Occidentalem ſitam, cujus *Franciſcus Draco* Anglus ille rei nauticæ peritiſſimus Anno 1586, ſubito impetu potitus eſt, poſtquam menſem totum in ea commoratus fuerat, aliquâ urbis parte incensâ reliquam Hiſpanis viginti quinque millium ducatorum precio redempeam reddidit. Poſt hanc urbem ſequuntur

Punta de Nizao. *Punta de Nizao* promontorium à fluvii ejuſdem nominis oſtio denominatum; *Porto Hermoſo* aliàs *Puerto Eſcondido* portus in oſtio fluminis cujuſ-

Ozama. dam, *Zepezepin*, vel *Zezepin* alius in ſinu maris; *Ozama* vel *Ozama* itidem alius in ſinu priori vicino, quem Angli ſub *Chriſtophoro Newport* Archithalaſſo ſuo An. 1591 occupavere; *Acuna* portus & oppidulum; *Calonga* *Acuna.* promontorium cum *Beata* & *Alto velo* duabus parvis Inſulis ſibi oppoſitis, quæ ſcopulos quoſdam *Freyles* in vicinia habent; *Taguimo* civitas; *Iſla Vaca*, vel *Iſla Baque* *Iſla Vaca.* Inſula ante ſinum maris, ad quem *La Cavana*, vel *Savana* vicus locatus eſt: *Rio Caymon* fluvius, qui hic in mare ſe exonerat. *C. Tiburon* promontorium, prope quod in receſſu quodam navium ſtatio eſt commoda, in qua Angli Hiſpanicas naves ex inſidiis obſervare ſolebant. *C. Rojo*, vel *Roxo*, vel *Donna Maria*. Occidentalis in hac Inſula lateris promontorium Auſtrale, quod cum altero boreali *C. de S. Nicolas* ſinum magnum efficit, in quo *Ceymite*, & *Guanabo* Inſulæ conſpiciuntur: in intimo autem ejus angulo cernuntur *Taguana*, vel *Santa Maria del Puerto* portus & civitas in ſolo cannæ ſitulæ, & ſacchari feraciſſimo; *Xaragua* vicus; *Alcahay*, vel *Alpochaya* locus quidam excellior; *Hatobonico* fluvii exitus; *Puerto de Guanives* portus; & *C. de S. Nicolas* promontorium, à quo latus Septentrionale ad Occidentem vergit, & ſequentia loca oeſtine obtendit; *Puerto de Moſquito* portum: *Tortuga* Inſulam litus Boreale è regione ſpectantem: *Puerto Francoſo* portum: *Puerto Real* portum: *Monte Chriſto* portum & civitatem ad radicem montis excelſi haud procul ab oſtio fluminis *Yaqui*, ubi Sal coquitur. *Puerto de Plato* civitatem cum portu calceo equi ferreo haud abſimili, quæ monti cuidam excelſo vicina eſt: *Cabo Francez*, *C. del Cabron* promontoria duo, cum *Golfo de Samana* ſinu maris, & tandem *C. S. Raphael*, à quo Boreale litus in promontorium ſuum Orientale *C. del Engano* incidit.

INSULA S. JUAN DE PUERTO RICO, ET CARIBES, VEL CANIBALUM INSULÆ

Cum Inſulis La Trinidad & Margarita, & Provinciæ Pariæ litoribus Septentrionalibus.

S. Juan de Puerto Rico. S. IUAN DE PUERTO RICO inter Inſulas majores quartum locum obtinet; Hæc Chriſtophoro Columbo harum terrarum indagatori primo circa annum 1493. innotuit. Quadrangularem figuram obtinet, longam habens in latere Boreali ferè medio metropolim ſuam *S. Juan de Puerto Rico* monſtrat. Civitas inſigni portu decorata ſedem ſuam in parva quadam Inſula nacta, atque ea propter dulci aqua carens pluviam ciſternis colligere cogitur. *Cambrix Comes* Anglicanæ claſſis Præfectus ſemimus, poſtquam naves Hiſpanicas Ulyſſiponæ portu exire prohibuiſſet, anno 1597 ex hac civitate occupatâ odoginta tormenta belli majora cum inſigni præda ſecum in Angliam transvexit. *S. German* altera civitas in occiduo latere aliquoties à Gallis exſpoliata eſt. In Auſtrali margine portus nonnulli naves ſectura ſtatione excipiunt. Orientale latus nil notatu dignum offert. Mille leucas Anglicas aut 750 milliaria Germanica ab Inſulis Canariis eam abeſſe affirmant. Saccharum, Zinziber, Cannam Fiſtulam, & lignum Guajacum mercatoribus ſuppeditat. Montes plures pluribus & denſiſſimis arboribus referti, ac herbis pulchris ac ſalubribus veſtiti totam ferè tegunt, adeò ut pauci campi planicie gaudeant, ſed multæ valles rivulis amœnis irrigatæ reperiantur.

Matinino. *Matinino* excelſa & montibus ſcatens collibus tribus excellentibus in medio inſignita eſt, ac incolas robuſtos, feritateque ſua nobiles nutrit. de latitudine nautæ non conveniunt, cum quidam ipſi 14 gradus & 15 ſcrup. alii verò 13 tantum gradus attribuant.

Dominica. *Dominica* portus quidem nonnullos habet commodos, dam navibus ſtationem præbentes, ſed nautis tamen periculoſos ob incolarum feritatem, qui carnis humanæ avidi in nautas incautos ex inſidiis irruere ſolent. His Galli, & Angli pro Tabaco ſuo cultros, ſecures, & alia inſtrumenta dare conſueverunt.

Marigalante. *Marigalante* arboribus multis, quæ procul aſpicientibus in aquâ ſe mari erectæ ſtare apparent, abundat.

Guadalupe. *Guadalupe* à mari ex Auſtro in Septentrionem tranſeunte in duas partes ſecatur, ità utdux Inſulæ eſſe videantur, cum tamen unâ ſit, & incolæ inter utramque navigiis ſuis tranſire queant. Claſſis Hiſpanica, quæ antehac Sinum novæ Hiſpaniæ petitura in porta *Ozama* ac ſalubribus veſtiti totam ferè tegunt, adeò ut pauci vel *Ozama* Hiſpaniolæ Inſulæ commorati, ac de lignis & aqua dulci ſibi proſpicere ſolebat, jam ſeptuis annis illud in hac Inſula facere in more poſitum habet.

Deſſeada. *Deſſeada* vel *Deſſeada* ſub latitudinis gradu 14 & 30 ſcrup. prima omnium harum Inſularum à Columbo alterum inter in Indiam Occidentalem faciente inventa, quaſi meta eſt, ad quam naves Hiſpanicæ à Canariis Inſulis vela dantes curſum ſuum dirigunt.

Antigua. *Antigua* vel *S. Maria el Antigua* inter Barbadam & Deſſeadam Inſulas quaſi media ſub latitudinis gr. 15, & 30 ſcr.

Barbada. *Barbada* multis locis vadoſis cincta ſub 13 altitudinis gradu, vel ſub 16 gradu, & 13 ſcrup. ut alii referunt.

Montſerrate. *Monſerrate* altitudine ſua inſignis, rotunda & pluribus arboribus conſita ſub 16 latitud. gradu.

Redonda. *Redonda* ejuſdem cum ſequente magnitudinis, rotunda & à præcedente 3. tantum milliaribus diſtans.

Las Nieves. *Las Nieves*, cujus magnitudini quidam 5. Leucas attribuunt, alii verò eam 4. milliaria longam eſſe aſſerunt, ſub 15 gr. & 30 ſcrup. vel ſub 16 gr. 20. ſcrup. ſita, atque ſilvis obducta, aquam dulcem nautis, quia à feris incolis ſibi caveant neceſſe eſt, exhibere ſolet.

S. Chriſtoval. *S. Chriſtoval* ſub 16 gradu 30 ſcrup. 30. leucarum magnitudinem exæquat: alii verò illam ab intermedia inter Auſtrum & Eurum plaga ad intermedium Occidentalem & Septentrionalem ad ſeptem milliaria longitudinem ſuam extendere aſſerunt.

S. Barthelmé. *S. Barthelmé* inter præcedentem & Barbadam interjecta

Parvæ in Hiſpaniæ novæ finu Inſulæ. Inter omnes igitur hujus Sinus magni Inſulas hæ quatuor magnitudine ſuâ excellunt: Cæteræ omnes parvæ ſunt, & bifariam ab Hiſpanis dividuntur. Nonnullæ enim ſemicirculo Lunam imitante à latere Inſulæ *S. Juan de Puerto Rico* Orientali, Auſtrum verſus recedunt, & Sinus hujus introitum Auſtralem ceu ſeptimentum aliquod muniunt, quas *Sotavento* Hiſpanis appellare ſolenne eſt. Aliæ verò Inſularum majorum latus ſeptentrionale ſtipant, ac ingreſſum Septentrionalem cotonâ ſuâ cingunt: Eas omnes nomine *Barlovento* Hiſpani ſignare ſolent. Cunctas ordine recenſebimus.

Inſulæ meridionales. Inſulæ Meridionales *Sotavento* ab Hiſpanis appellatæ aliud etiam nomen habent, & *Caribales* vocantur denominatione ſumptâ ab anthropophagis, quorum carne humanâ veſcentium pluriima has Inſulas incolunt, & *Caribes* audiunt, quod nomen Belgarum nautis antiam præbuit, ut eaſdem Inſulas de Caribiſe vel Caribiſche Eylanden nominaverint.

Granada. *Granada* terræ firmæ, & Sinui de Paria inter Inſulam *de la Trinidad* & terram firmam ſito proxima, ſub elevationis poli gradu 12, & 13 ſcrup. vel 11 gradu & 30 ſcrup. ſilvas habet plurimas, ac feris anthropophagis domicilium præbet. Nautæ in ea dulcem aquam tuvenire & haurire poſſunt.

Belya. *Belya*, *S. Vincente*, & *S. Lucia*, cujus incolæ nudi omnino incedentes longos ac nigros capillos alunt, rubro colore corpus nudum pingunt, ac lineis rubris ab auribus ad oculos ductis faciem exornant, priorem

S. Vincente. *S. Lucia.* ſequuntur.

Barbada. *Barbados*, vel *Barbadas*, alei & exceſſi litoris Inſula Orientem verſus à cæteris remota ſub elevationis poli gradu 13, vel 12 gr. & 13. ſcrup, ſecundum alios.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

tersecta longitudine suâ præcedenti respondet, &c. sub 17 gradu sita est.

S. Martin. *S. Martio* sub 17 gr. & 30 scrup. 16 leucarum magnitudinem habere censetur: hæc pluribus Insulis minoribus ferè circundata est.

Stacio vel *S. Eustatio* Insulam parvam esse dicunt sub 17 latitudinis gradu cum monte rotundo: alii verò 10 leucas Hispanicas magnitudini ejus adscribunt, eamque *sub* 16 gr. locant.

Saba. *Saba* admodum parva circumfluens mare adeò pellucidum habet, ut ubique fundum conspicere liceat.

Santa Cruz. *Santa Cruz* 30 aut 35 leucis ab Insulâ *Porto Rico* dissitanti diversos latitudinis gradus nautæ assignant. Anno 1587 in eâ commorati poma invenerunt, quibus nonnulli cum vescerentur, lingua ipsis adeò intumuit, ut loqui non possent, viginti quatuor tamen horarum spacio tumor evanuit: aquam dulcem investigantes paludem invenerunt, cujus aqua faciem eorum, qui eâ laverant, adeò rumidam reddidit, ut aliquot dierum spacio præ oculorum tumore visu uti nequiverint. Tandem fonte aliquo invento de aqua duci sibi prospexerunt.

Anguila. *Aguila* vel *Anguilla* 10 leucarum Hispanicarum longitudinem habens sub 18 latitudinis gradu sita esse fertur.

Sombrero. *Sombrero* exigua admodum inter Anguillam & Anegadam sub 18 latitud. gr. & 30 scrup. vadoso & non satis profundo mari circundata majores naves aditu prohiber.

Anegada. *Anegada* sub 18. latitud. gr. & 30 scrup. iisdem quibus prior incommoditatibus subjecta navigationem per hæc loca periculosam reddit.

Virgen Gorda. *Virgin Gorda* altitudine & rotunditate suâ conspicua quidem, sed parva, nauris Insulam *Porto Rico* velis petentibus viæ index est.

Las Virgines Insulæ parvæ duæ cum aliis minoribus circumjacentibus, altitudine sua inter cæteras eminentes, arboribus carent.

Ilesteliones. *Ilseos blancos* aliæ quædam parvæ Insulæ, Occidentali, Insulæ *Virgin Corda*, litori oppositæ.

Insulæ Boreales. Insulas Dei la Trinidad, & Margaritam, ut & Provinciæ Patiæ litora septentrionalia quatre in Nova Andalusia, & Cumana.

Insulæ Septentrionales priorum quatuor majorum latus Boreale occupantes, quas *Barlovventoth* Hispanis nominari diximus, *Lucayos* etiam appellari solent. Incolis hoc tempore orbatæ non colunter, siquidem Hispani earum habitatores partim occiderunt, partim in alia loca deduxerunt. A Boreali Hispaniolæ Insulæ ora maritima incipientes ferè instar dimidiatæ Lunæ versus Floridæ Provinciæ tractum maritimum se incurvant.

Alertoyo. *Alertoyo*, vel *Vejo*, vel *los Baxos de Babueca* loca sunt in hoc Oceano sicca, & arenosa, ideoque nautis cavenda.

Anunaxe Yagoana. *Anunaxe*, vel *Amana* & *Yagona* duæ sunt Insulæ inter priorem locum, & Insulas *Cayeri*: illa Septentrionem, hæc verò meridiem spectat.

Cayeri. *Cayeri* nomen est quod diversas Insulas parvas, aut terram maris undis hinc inde perviam designat, ubi locorum fundum Oceani vadosum & arenosis ac ficis nunquam impeditum invenitur.

Yagua. *Hyagua* vel *Yagua* sub 20 altitud. gr. & 30 scrup. 10 leucarum Hispanicarum magnitudinem obtinet, ac Freturn inter Cubæ Insulæ Orientalem, & Hispaniolæ Occidentalem angulum è regione spectat.

Yameto. *Yameto* à priori ad Septentrionem recedit, & sub 13 latitud. gradu ac 30 scrup. sita Tropicum Cancri verticalem habet.

Mequeyuncas. *Atiteparvæ* Insulæ tres parvæ trianguli figurâ conjunctæ inter utramque præcedentem ferè in medio se conspiciendas exhibent.

Mayaguana. *Mayaguana* 20 leucas lata & viginti longa cis Cancri Tropicum sub 23 gr. conspectui patet.

Samana. *Samanan* Insulam triangulo figurâ suâ haud absimilem sub 24 latitudinis gradu trans Cancri Tropicum cernas licet.

Triangula. *Triangula* ob tres angulos Triangulo figuram simulem habenti Insulæ nomen hoc impositum.

Guanahani. *Guanahani* vel *Guanahoni* omnium harum Insularum in Indiæ Occidentalis Oceano prima est, quam Christophorus Columbus in has oras delatus invenit, & *S. Salvador* appellavit. Arboribus, aqua dulci, & Gossipii copia insigni abundat.

Guanima. *Guanima* leucas quindecim longam & decem latam, ac Gossipio tunc temporis affluentem Columbus *Mariam de la Concecion* appellasse videtur.

Yuma. *Yuma* viginti leucas longa, & decem lata vigesimo quarto altitudinis gradu & 30 scrupulis subjecta est.

Curateo. *Curateo* parva admodum Insula sub 36 gradu latitudinis seu altitudinis Occidentale Insulæ *Guanima* litus aspicit.

Cigateo. *Cigateo* ab Occidente in Ortum extensa & 25. leucas magnitudine conficiens litori suo Orientali parvam habet Insulam oppositam, quæ *Guatao* appellatur.

Lucayoneque. *Lucayoneque* ultimam & extremam Lucayoneversus Aquilonem sedem possidet, ab eâque omnium *que.* harum Insularum commune nomen *Lucayos* derivatum esse creditur.

Bahama. *Bahama* Insula Floridam in Terrâ Fiemâ Provinciam è regione oppositam habens celeberrimo *Freto Bahamo* inter has Insulas & Floridam transeunti nominis occasionem dedit. A Meridie versus Boream tanto impetu per Fretum hoc Oceanus fertur, ut naves omnibus velis expansis, etiamsi vento secundo à Boreâ versus Meridiem vela faciunt. Vice versâ vero fluxus ille impetuosus vento adverso frustrà renitente naves à Septentrione versus Meridiem propellit.

Los Baxos de Bimini. *Los Baxos de Bimini* sicca & arenosa in hâc Oceani parte loca navibus majoribus adituin negant: denominationem sumpserunt ab Insula Bimini in eis sita cum aliis nonnullis, *Abacoa*, *Acbacambey*, & quibusdam similibus.

Los Martires. *Los Martires* sunt partim Insulæ admodum parvæ, *Los Mar-* partim etiam scopuli ingentes longâ serie se invicem *tires.* sequentes, & inguli Floridæ tam Meridionale quam Orientale latus cingentes. Eatum figura procul visâ, ab hominibus palis affixis, & ultimo supplicio affectis haud multum abhorret, atque hujus nominis impositioni ansam præbuit. Re ipsâ vero etiam nomen hoc in cautes & scopulos hos periculosos quadrat, cum multis navibus hic pereuntibus homines revera martyres evadant.

Tortugas. *Tortugas* septem aut octo sunt parvæ Insulæ Insula- *Tortugæ.* rum *Los Martyres* latus Occidentale claudentes.

Insularum Bermudez. *Insularum Bermudez*, vel *Garza*, quæ prius nomen *Bermu-* nauclero, cui primo innotuerunt, & alterum navi quâ *dez.* vectus est, acceptum ferunt, situs longo tractu ab his Insulis versus plagam cœli inter Orientem & Septentrionem mediam remotus cernitur; Distantiæ inter ipsas & Londinum Angliæ metropolin 3300 leucæ Anglicæ versus medium inter occasum & meridiem cœli tractum adscribuntur, à *Bermudez* verò in Virginia quingentis milliaribus abesse dicitur. Angli numero satis magno in iis sedem ac domicilium locarunt, & hactenus mercaturæ exercendæ invigilarunt.

BELGIVM NOVVM,
ANGLIA NOVA,
ET
PARS VIRGINIÆ, AC NOVÆ FRANCIÆ,
CUM FLUMINIBUS S. LAURENTII, ET DE CANADA.

DESCRIPTIONE Insularum in Oceano Indiæ Occidentalis situarum absolutâ, pars est, ut ad Terræ Firmæ litora redeamus, & reliquorum explanationem ad finem perducamus.

Ultimam Hispanorum Provinciam *Panuco* appellatam, in cujus limitibus extremis fluvio *Espiritu Santo* finitis, terræ firmæ descriptio præcedens finem invenit, *Florida* regio sequitur, quæ initio facto à fluminis dicti ostio ora sua maritimam versus plagam cœli inter Boream & Eurum intermediam usque ad Sinum *del Spiritu santo*, ad cujus introitum angelus sinister *C. de Cruz* sedet, deducit, indeque ferè rectâ versus solis ortum progressa iterum ad Meridiem inclinat, atque angulum Floridæ Meridionalem *Cabo del Florida* appellatum format. Promontorium hoc longiore tractu in Mari prominens *Los Martires* Insulæ, uti in præcedentibus dictum est, cingunt, ejusque latus Orientale Fretum *Bahama* attingit, cum quo Floridæ litus versus Septentrionem properat, ab eoque ad Orientem quando que parum inclinat. *Florida.*

Anno 1562. Johannes Ribaud Capitaneus Diepensis navibus satis in Floridam vectus Fluminis de May ostio incumbens promontorium Cap François appellavit, & in monimento extructo reliquit Capitaneum Albertum, occisum postea à militibus, qui electo alio in regione tanta fame afflicti sunt, ut tandem conflictuerint sortiendo eum quærere, qui occisus famem ipsorum horrendam sedare posset. Miro autem casu in eum sors occidit, qui seditionis, & cædis, qua Albertus occisus erat, author fuerat. Anno 1564. Capitaneus Laudoniere in ripâ fluminis de May munimentum Carolinum à Rege Carolo IX. denominatum extruxit. A dicto Rege nominatus Ribaud anno 1565. cum aliquot navibus in Floridam remissus, suis dissidentibus, cum eorum suis militibus expeditionem suscepit. Interea Hispani qui quinque navibus advecti fuerant, Gallos in suis munimeneis oppresserunt, & mares, fœminas, ac infantes occiderunt, paucis exceptis, qui apud indigenas se occultarunt. Ribaud naufragio facto, in litus evasit, & se Capitaneo Valemando dedidit, à quo contrà fidem datam pugione transfossus est. Hanc injuriam, de qua Rex apud Hispaniæ Regem hoc facinus negantem conquestus fuerat, Capitaneis Georgius Nobilis Bardiglianus ultorius suis sumptibus tres naves instruxit, & anno 1565. in Floridam venientes, & ab indigenis, cum quibus amicitiam contraxerat, adjutus Hispanos in suis munimentis obeuntes iisdem arboribus laqueis alligavit, de quibus Gallos suspenderant, & munimenta demolitus est. Anno 1568. iter hoc 1200. milliarium 27. dierum spatio emensus, & in Galliam reversus, cum Hispaniæ Regis quærelas ad suum Regem delatas intellexisset, Don Antonio Lusitano Hispanos oppugnaturo, ut Architalassus, operam quidem suam addixit; sed morbo obrutus, & morte præventus est.

Virginia regio proxime excipit, atque omne illud litus complectitur quod à 33 vel 34. usque ad 39 gradum procurrit. Angli Colonias suas in hanc regionem miserunt, atque litus intra 37 & 39 gradum situm occuparunt. *Virginia.*

Eam sequitur Novum Belgium seu **Nieu Nederlandt**, à 39 ad 42 gradum, cui regioni nomen hoc convenit, eò quod Indiæ Occidentalis Societas in Provincias Belgii unitis non solum colonias suas eò miserit, verum etiam quotannis navibus suis eam frequentare soleat. Præter plurima, quæ ex hâc regione in mare fluunt, flumina duo sunt præcipua & grandia, quibus à situ nomina imposita sunt, ut unum Meridionale, **de Tijndt riever**, appelletur à Meridionali hujus regionis tractu, quem percurrit, & alterum Septentrionale, quod Borealem eiusdem partem percurrit. Alii posteriùs *Montagne* fluvium à populis ejus accolis vocant. Belgarum nauris etiam **de groote Riever** / id est, magnum flumen, aliisque nonnullis *Rio de Montagne* dicitur. Regio hæc est pulcherrima, excellentissima, & ubertima, omnis generis fructuum ferax, quæ cum Europæa nostris in Gallia & Germania regionibus miré convenit. Noces & vites insuper ex terra erumpunt, ac sine aliquo cultu fructus suos producunt, quod fertilitatem ac bonitatem terræ arguit. Omnis generis ferarum, avium, aquatilium copia est multiplex. Utpaucis dicam; Opulentissima & ubertima est regio, ac digna, cui cultores serii atque impigri contingant. *Novum Belgium.*

Mira hujus Regionis commoditas, & Uberras Hollandos allexit, ut ejus colendæ & inhabitandæ causa colonos eò mitterint, & in suam potestatem dictum flumen utrumque redegerint; Hinc non solum in utriusque fluminis marginibus fœtalitia extruxerunt, & pulcherrima ædificia & prædia construxerunt, in quibus coloni rudiorem rei operam dantes agris colendis frenuè occupati sunt, sed etiam novam civitatem excitarunt, cui Novi Amsterodami nomen fecêre. Hæc sita est loco commodissimo, fœdemque habet in Insulâ Manhattans, cujus litori sublimiori imposita fluctuum ex mari impetum non reformidat, sed naves onerariæ portu commodo excipit. Occidentalis igitur litus occupans munimentum habet indigenarum perfidorum ferociæ imperui resistens. Templum & cæteræ ædes extra & circa munimentum extructæ incolis habitationem commodam præbent, & à munimento defenduntur. Insula oblonga orificium exeuntis fluminis ita dividit, ut undique aquis munita impetus hostiles neutiquam timeat. Duas alias insulas ante se habet. Una occidentalis parva est; Altera Orientalis longo tractu ab occidente in orientem progressa. **Het langhe Eylandt** / id est, Longa Insula vocatur; Latitudo ejus longè angustioribus finibus contrahitur. Flumen apud Belgas 3. nomina habet: Manhattans, quo nomine & fluvius & insula ab indigenis

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

nominatus: Groote Riviere / id est magnum flumen: Hoode Riviere: id est Septentrionale flumen: Montaigne Riviere: & Maurits Riviere: id est Mauritii fluvius. In dextra fluminis ripa, haud longè ab ejus initio, monumentum Fort Orange / indigenarum circumhabitantium ferociam, & perfidiam coërcet.

Anglia Nova. *Anglos Novæ* priori conterminus litus inter 43 & 44 gradus sinum occupat, & Anglis domicilium præbet, qui Anno 1620 eam iterum colere inceperunt, cum illhoc intra diversis coloniis eò ablegandis successu admodum infelici tentaverint.

Nova Francia. Hæc conjunctam sibi habet *Novam Franciam* seu *Novam Gallian*, quæ Gallorum colonijs & commercio patens, à præcedentis finibus Septentrionalibus usque ad Sinum regionis *Cadie* vel *Arcadie* se extendit. Regio dicta tanquam peninsula undique mari circumdata angusto Istmo terræ firmæ adhæret, ac litus ulteriùs ad Sinum Maris alterum *Golfo de S. Laurens* vel *de S. Lanyi* transmittit, qui Insulam *Ter Neuf*, id est, Terram Novam à Terræ Fiemæ tractu maritimo segregat, ac magni istius fluvii *S. Laurentii* vel *Rio de Canada* nuncupati in Mare se exonerantis undas excipit.

Nova Canada. Fluvius autem hic Novam Canadam Gallicis Colonijs haud paucis affluentem pererrat, & in ripa sua *Quybec* coloniarum præcipuam cum munimento insignì ostendit. *Terre neuf* Insulam in orificio Sinus *S. Laurentij* sedentem piscatio ubertima nobilem reddidit. De inventione autem & progressu Gallorum in his terris sequentia habet Pater Georgius Fournier in hydrographia sua: Anno 1518 Comes de Lery navigationem suscepit in terram de Canadas, ut colonias, Gallicis eò mittendis viam sterneret. Verum nimium diu in mari moratus, & aquæ dulcis penuria laborans irrito conatu reverti coactus fuit, postquam sua armenta, vaccas, & porcos in insula de Sable, & do Templeau depositset, quæ animalia dictis in locis adeò multiplicata sunt, ut 80. circiter annis post Marchionis de la Roche hominibus 5. annos sine omni subsidio ibidem commorantibus & solis piscibus, ac dictorum animalium carne, & lacte viventibus maximo usui & solatio fuerint. Anno 1534. Jacobus Cartier Malovin cùm duabus navibus, quas Philippus Chabot Galliæ Archithalassius dederat, in Canadam missus est. Anno 1540. Franciscus de la Roque, Dominus de Robernal Nobilis ex Picardia oriundus cum dicto Jacobo Cartier in Canadam jussu Regis profectus, Promontorium Cap de Breton munimento firmavit. Anno 1541. idem Robernal cum nauclero Joanne Alphonso ex Santonensi provincia oriundo eandem navigationem repetiit. Anno 1588. Jacobi Cartieri nepotes à Rege Henrico III. negotiationem & navigationem Canadensem obtinuerunt, cujus causa ipsis à Malovensis lis ingens mota est, qui effecerunt, ut libertas à Rege concessa revocaretur. Anno 1591. Dominus de la Court Pré Ravillon cum nave Bona-ventura in Canadam veniens, insulâ Ramée detectâ illas de S. Pierre, Aponas, Ducoron, de Bain, des Coemorins & alias præterlit. Negotiationis Canadensis libertas anno 1609. urbium S. Malo, Bayonnæ & aliarum incolis permissa est. Anno 1620. Dux Montmorantzius Vicerex factus est Novæ Franciæ à Floridâ usque ad Circulum Arcticum. Anno 1632. libris omnibus depositis versus & nova Societas Canadensis reconciliatæ, & ad unam reductæ sunt. Anno 1635. Dux de Vantadour Novæ Franciæ Vicerex factus est. Anno 1637. Societas nova Canadensis à Cardinali Richelieu instituta est. Anno 1629. Angli munimentum Quebec, & alia loca in Canada eripuerunt. Sequenti sex naves bellicæ sub Equite auratо de Montigni, eorum recuperandorum causâ ut in Canadam navigarent, destinatæ sunt; Sed Rex Angliæ jussit, ut omnia loca Gallis restituerentur, quod anno 1632. factum est. A quo tempore Galli hactenus terras illas in possessione sua retinuerunt. Naves ex Gallia in fine Martii aut initio Aprilis mensis solventes 8. aut 9. septimanas navigatione ista consumunt, ac circa mediam Augusti ex Canada discedentes in fine Septembris plerumque domum redeunt.

MAR

MAR D'ETHIOPIA,

SIVE

MAGNUM MARE ÆTHIOPICUM,

Aut Oceani Terrarum Orbem ambientis

SECUNDA PARS.

Maris Æthiopici limites. MAR D'ETHIOPIA, sive Oceanus Æthiopicus, seu Magnum Mare Æthiopicum Oceani universalis totius terrarum Orbis districtus maritimos humectantis, secunda pars est, quæ ab Æquinoctiali circulo totum Globum terrestrem in duo Hemisphæria distribuente ad Terram Australem Polum Antarcticum cingentem, & hactenus incognitam se volutat, ità ut versùs Septentrionem Æquator, versùs Meridiem verò terra Australis incognita limitibus suis illam coërceant. Ab ortivâ plagâ Æthiopiæ in Africâ litoribus Occidentalibus, ac Maris Magni Indiæ Orientalis finibus Occiduis præcinctus est. Undas ejus Occidentales Americæ, seu novi Orbis litus Orientale ab Æquatore ad Polum Antarcticum decurrens flit.

Ejusdem litus Occidentale. Magni Maris Septentrionalis descriptionem præcedentem Promontorio *C. Formosa* in Africæ litoribus sito finivimus; ut inde hanc præsentem exordiamur, ordo postulat. Occidentale in Æthiopiâ litus ab ostio fluvii *Rio Conde* initium sumens ab Aquilonari cardine usque ad medium Solem exspatiatur, & in *C. de Bona Esperança*, sive in Bonæ Spei Promontorium definit. *Beteba Malleba*, *Rio Borro*, *Rio S. Benito* flumina duo, & *C. S. Clara* Promontorium ad Æquatoris latus Boreale sedent. Insulæ *de Fernando*, *de Principe*, & *S. Thomæ* Terræ Firmæ tractui maritimo oppositæ sunt.

Isle de Principe 2. ab Æquatore gradibus ad Borealem cardinem recedens, vel uno saltem & 30 scrupulis, ut nonnullis aliis placet, à Lusitanis exculta & habitata sacchari proventu largo incolas opulentos reddit, & urbecalum, seu oppidulum unicum habet.

Fernando de Po. *Fernando de Pao* Insula octodecim circiter milliariis in longitudinem protensa Lusitanorum Imperio paret, ſi Oliveiræ testimonium fidem meretur. Sunt tamen qui affirment, Lusitanos in illâ domicilium nullum habere, sed incolas antiquos, gentem ferocem & efferam, quæ peregrinos à finibus suis arcet, & fœpenumero regibus subjecta in septem quasi regna divisa est, ejusdem hactenus possessores esse.

S. Thomæ. S. Thomæ Insulæ Æquatore verticalis est; Eam abhinc multis annis Lusitani & possederunt, & incoluerunt, quibus *Panasi*, aut *Peruvium* sexcentis, aut fœpeningentis ædibus constans oppidum, quod portum egregium habet, & dulcis aquæ fluvio intersecatur eorum suum acceptum fert. A Terrâ Fiemâ 60. Leucarum intervallo Insula hæc distans montibus & collibus diversis quidem hinc inde surgit, sacchari tamen cannis ferendis aptissima est, ità ut dulcissimi & optimi sacchari singulis annis copiam insignem cum lucro grandi Lusitanis submittat. Petrus Gonsalvi Conecz scisitz anno 1555. Catholicæ Religionis fundamenta in hac Insula jecit, & Incolas ab Idololatria sed Ethnica ad Christianam fidem convertit. Ob aëream valendini bonæ conterminum peregrinos, qui hæc in loca veniunt, moborum multorum periculo non carentium imperui expensos mors immatura sæpius abripit, cum indigenæ ætris sui inclementiam neſcientes grandævi evadant. Postquam Unitarum Provinciarum Ordines Generales Indiæ Occidentalis Societati privilegio dato omnium Regis Hispaniæ Imperio tàm in Africâ, quàm in Indiâ Occidentali subjectorum locorum commercium armis acquirendum conceſſerant, ab eo tempore Hollandi præcipuè & Zelandi has oras frequentibus excursionibus divexarunt: Idcirco Hispani omnes tractus maritimos fortiores reddere, & majoribus præsidiis firmare, ac firmiore belli apparatu Belgis Unitis resistere coacti sunt. Venturamen ejusdem Societatis classis sub præfecto suo maritimo **Bourbern** Insulam hanc antè aliquot annos in potestatem suam redegit, ac Hispanos ex illâ expulit. Præfectus ipse lethali morbo correptus, postquam aliquandiu graviter decubuiſſet, tandem satis ibi concesſit.

Anobon. Cis Æquatorem caput ex mari exerit Insula *Anobon*, vel *Anobon* uno gradu & 25 scrupulis ab Æquinoctio remota, quam Oliveira 20 leucis à Terra Firmâ, & 600 leucis à Bonæ Spei Promontorio abesse asserit, quamvis recentiores ipsam 40 milliaribus ab Insula *S. Thomæ*, & 50 milliaribus ab Africæ litoribus abesse testentur. Lusitani quidem in eâ oppidulum extruchum possident, non tamen tot incolis refertum, aut ità munitum, ut aliarum gentium naves aquam dulcem & ligna petendi causâ adventantes, prohibere possint, cum 120 tantum ædes in eo numerentur. Statio commoda in Septentrionali litore sita naves excipere solet. Itinerarium classis Nassoviæ, quæ Anno 1621, mensis Septembris initio, aliquot dies in hujus Insulæ litoribus moratus est, sequenti descriptione cum oculis subjicit. Annabon uno gradu & 45 scrup. ab Æquinoctiali linea Australi latere segregata circiter 6 milliaria Germanica magnitudine sua exæquat, & excelsiore solo surgens in Septentrionali orâ pagum habet centum & quinquaginta plus minus Æthiopibus inhabitatum, qui satis grandi & fœminarum & liberorum numero onerati sunt. Ac quamvis duo, vel tres tantum Lusitani inter tot homines versentur, facili tamen negotio ipsos fraudare atque Imperio suo coërcere noverunt, quandoquidem pernæ tolerandæ causâ ii in hanc Insulam ablegantur, qui facinus aliquod commiſere, & supplicii horrendi metu intrà debitæ obedientiæ cancellos continentur. Fructuum sequentium copia reperitur ingens, Bananas nimirum, Ananassas, Coquos, Tamarindorum, & sacchari. Præcipuum verò & maximum est, quod præter aquam dulcem nauta etiam incredibili malorum aurcorum, vel aurantiorum multitudine hâc compotes fieri, & maximo cum fructu ægrorum in usum adhibere queant. Sunt illa sapore inter dulce dumen & acerbitatem intermedi, atque ideo gratissimi, inter quæ tres quartas libræ unius ponderosa reperiuntur. Dictæ Classis naves quatuordecim numero ducenta

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

ejusmodi pomorum millia quatridui spacio sibi comparavêre. Præterea non desunt boves, vaccæ, hirci, & porci, quæ animalia incolæ nauti peregrinis pro sale & aliis mercibus sibi necessariis concedunt. Quà mediam inter Notum & Eurum plagam hæc Insula respicit, locus est, qui nauticum genus aquæ participare reddit. Rivus ex montano tractu emergens per pulcherrimam, amœnissimam, & quamplurimis arboribus ferentibus consitam vallem in mare se præcipitat. Aqua tamen molestia & labore summo comparatur, maris enim fluctus summo impetu scopulos frangentes, & horribili fragore reciprocantes aditum difficilem reddunt. Navium stationem invenias licet in latere ad regionem cœli inter Boream & Eurum intermediam è regione pagi, ubi incolæ commorantur, & loricam ex lapidibus constructam habent: quâ modo aliquo eorum vim retundere possunt, qui contra ipsorum voluntatem in litus se conferre tentant. Verum à peregrinis superati ædes suas ex ligno & stramine constructas relinquunt, ac intra montes in munimenta quædam tutiora se retrahunt. Armis necessariis instructi sunt, atque sclopetis, quibus inter eos nonnullimirà ad sui defensionem peritiâ uti noverunt. Gossipium haud exiguâ copiâ proveniens colligunt, purgant, & in Lusitanian mittunt. Zibethi aliquid nanciscuntur in montibus, quos feri quidam Cati Zibethum generantes pererrant; sed non est magni momenti lucrum. Pauperrimo vestitu utuntur, femininus sexus inprimis, qui capite, pectore, & pedibus nudas incedit; eamque tantum partem, quæ inter mammillas & genu interradit, vili aliquo panno, aut linteo Gossipino involutam tegit.

Terræ Firmæ litus.

Ab Insulis ad Terræ Firmæ litus redeamus, in eo haud procul ab Æquatore cernere est *Obbatto*, & *C. de Lopez Gonsalvez* promontorium, à quo tractus ille ad magni fluvii *Zaire* ostium ingens recedit. Inter utrumque interjacent *C. de Santa Catharina* promontorium, *Rio Sete* fluvius, *Sierra de S. Spirito*, *Mayumba*, *Rio Congo* fluvius, & *Angry*. *Obbatto*, vel *Obbatte* flumen est, quod prope *Cabo Lopez de Gonsalvez* à magi absorbetur: idem contingit alteri fluvio *Rio de Catharina* qui propè *C. de Catharina* promontorium ostium suum habet. Ora maritima hæc ferè tota Lusitanorum Imperio olim paruit; Hoc autem tempore Hollandorum imperium agnoscit.

Zaire fluvius.

Prolixus admodum in Oceanum exitus patet flumini *Zaire*, quod ex maximâ totius Africæ palude *Zaire*, duobus partibus constante, quarum superior *Zaire*, & inferior *Zambre* vocatur, initio ducto per largum alveum aquas suas ex terrâ in mare educere dicitur.

Nilus fluvius.

Eadem palus mater est Nili fluvii celeberrimi, qui Abyssinorum regionem rubissimam, regnumque Ægypti peragrans Mare Mediterraneum undarum suarum compos facit. Plurium etiam aliorum fluminum, quæ regna *Congo* & *Angola* percurrentia in Æthiopicum Mare aquas suas provehunt.

Congo regnum.

Ad utramque dicti fluminis *Zaire*, quod à Belgarum nautis alio nomine *Congo* regni fluvius nuncupatur, fedet regnum *Congo* sub 5, 6, & 7. gradus ab Æquatore versus Austrum, quod, ut Oliveiræ placet, Lusitanorum Imperio regitur. Fallam tamen hanc opinionem esse patet ex eo, quod hoc regnum proprio suo regi pareat, qui cum Lusitanis in regno *Angola* habitantibus bellum gerens Unitarum in Belgio Provinciarum navibus commerciorum libertatem, & ad regni sui litora aditum liberum indulsit. Quatuor milliaria adverso flumine ascendenti occurrit *Soubo* sedes comitis cujusdam, qui nomine regis locum illum tenet. Is, qui loco huic præfuit Anno 1624 Regis regni *Congo* sororem sibi matrimonio junxerat, quo tempore navium Societatis Indiæ Occidentalis præfectus illum cum fratribus duobus & comitiâ centum virginibus aulicis stipatâ, ac Lusitano more vestitâ & catenis aureis exornatâ muneribus quibusdam affecit. Virginum tunicæ ex arborum libris & coeticibus singulari artificio contextæ mammillas & reliquam corporis usque ad genua partem tegebant. Ostii, per quod magno fluvio *Zaire* ex terrâ in Oceanum exitus patet, angulus Australis sextum in ordine harum terrarum ab Æquatore versus Notum recedente gradum tenet.

Hinc litus sensim in Austrum protegens in *Angola* regnum incidit, quod longo abhinc tempore Lusitanorum in potestate fuit, utpote qui non otiam solum maritimam castellorum & munitionum frano coërcuerunt, verum etiam mediterraneam regionem fortionibus castris ad obedientiam præstandam coëgerunt. Verum Indiæ Occidentalis Societas in Belgii Provinciis Unitis hoc regnum in potestatem suam redegit, & antè paucos annos Lusitanorum militem vi armatâ ejecit. Utrumque regnum *Congo* puta, & *Angola* auri & cupri ferax, ac proculdubio non illorum solummodo, verum & aliorum metallorum & minerarium ubertate singulari gaudere indicio sunt partim aurum & cuprum, quæ hactenus Lusitani ex his regnis in Europam navibus suis tranfportarunt, partim plures ac diversi lapides, quos iidem metallis turgentes Hollandorum nautæ in litore & in montibus inventos & in patriâ examini metallico subjectos metallis dictis abundare experti, indeque conjicere ausi sunt, horum regnorum partes interiores & ab Oceano remotiores metallorum copiâ incredibili affluere, si modo in loca illa penetrare liceret, aut hominum rei metallicæ peritorum operâ tanti thesauri eruendi facultas sese offerret. Genus quoddam mercaturæ exercendæ, quo incredibilis mancipiorum nigrorum copia in utroque hoc regno coëmitur, ita qui illa mercatura occupati sunt, haud exiguum lucrum quotannis parere in propatulo est. Solebant enim Lusitani mancipiorum ejusmodi multitudinem insignem singulis annis in his regnis precio sibi comparare, iisque naves onerarias, *Pheranbucum Todos los Santos*, & in aliis Brasiliæ Indiæ Occidentalis regni civitates mittere, quorum magno precio redemptorum operam & laborem Lusitani in iisdem locis habitantes in campis saccharo plantando destinatis, ac in molis eidem parando ordinatis adhibere in more positum habebant, adeò ut commercium hoc Lusitaniæ & postmodum Hispaniarum reges lucro annuo ingenti opulentos reddiderit. Regnorum autem *Congo* & *Angola* distinctus maritimi, ut & cæteri tractus usque ad Bonæ Spei caput pergentes sequentia loca conspicientia offerunt, quæ sunt *Bamba*, *Rio des Ambres* amnis, *Marbumba*, *Rio Danda*, & *Rio Bengo* duo flumina, Insula *Loanda*, & à tergo ipsius *Loanda* di *S. Paulo* civitas, *Punta de Palmerina* apex terræ in Oceanum prominens, *Rio de Coanza* fluvius, & *Cabo Ledo* Promontorium, *Rio de Tongo* fluvius, & *C. S. Brun* Promontorium. Omnes fluvii hactenus memoratos enutur ex stagno quodam satis magno, cui *Apallanda* nomen est. Hoc ortum suum paludi magnæ *Zaire*, quæ aquarum suarum partem per brachium quoddam, seu alveum satis grandem in alterum exonerat, acceptum fert, & undarum suarum onere dictorum fluviorum in mare excusse levatur.

Angola regnum.

Loanda insula.

Insula *Loanda* humili planitie suâ in septem millia riam magnitudinem excurrens nil nisi Monasterium quoddam, & præterea pagum Æthiopibus nonnullis incolis domicilia præbens ostentat, a cujus tergo in conspectum prodit *Loanda di S. Paulo* Lusitanorum labore & sumptibus pulchrè condita, & elegantibus domiciliis exornata civitas, & Regis Gubernatoris sedes ordinaria, ac caput omnium locorum circumjacentium, quæ Regio Hispanorum imperio parens dicti Gubernatoris jurisdictione coërcebatur. Hanc Indiæ Occidentalis Societas nuper cum cæteris in hoc litore castris & munitionibus Hispanis ereptam in ditionem suam redegit, Insulæ *Loanda* angulus Borealis 8. gradibus & 45. scrup. ab Æquatore versus Meridiem seiungitur. *Cabo Ledo* aperum & aridum promontoriam sub 9 grad. 50 scrup. *Cabo de Ero* sequens

Prom.

Prom. sub 10 grad. 30, vel 31 scrup. altitudinis Meridionalis sita sunt. Sequuntur verò *Boya de Cutombe*, & *Boya de Toro*, vel *Longuela* necessus duo Sinuosi, quorum posterior adjunctum sibi habet pagum quendam cum fortalitio quatuor propugnaculis, & Lusitano præsidio munito. *Babia de Vacas*, & *Babia de S. Francisco* duo iterum Sinus maritimi, *Rio Sambrero* fluvius. *Rode Bay*. id est, Ruber Sinus nomen suum à terra rubra mutuatur. Porrò conspicies *Virgen Bay*, seu Muscarum Sinum ab ejusmodi animalculorum copiâ proculdubio ità denominatum: de ture Castren: id est, quatuor Tabulæ, & *C. Negro* promontorium, à quo maritimus Africæ tractus porrò ad Bonæ Spei promontorium tandem in angulum acutum desinit, de quo planius & apertius ut hâc vice differamus, materiæ & certitudinis inopiâ prohibemur. Angli & Galli quidem passim horum litorum loca frequentant, verum de eorum seu nihil adhuc in lucem prodiderunt. Promontorio Bonæ Spei *Isle Blanca* Insula obsacet, ad quam Galli naves suas appellere solent, ut ibi Urforum Marinorum piscarui operam dare queant. Nam ex horum piscium adipe, aut pinguedine oleum excoquunt, atque in Galliæ regno divendunt, liquidem eundem cum oleo ex Balænarum pinguedine cocto usum habet.

Litora Indiæ Occidentalis Æthiopico mari opposita.

Hæc sunt, quæ de Africano litore, quatenus quidemde illo nobis innotuit, in præsentia in medium afferre potuimus: Descriptionis nostræ series nos jam ad Indiæ Occidentalis, sive Americæ litus Orientale revocat, quod ab Austrino Æquatoris latere continuâ lineâ versus Magellanicum Fretum descendens Septentrionalem plagam relinquit, & versus Poli Antarctici circumferentiam, seu Meridionalem plagam se retrahit. In præcedenti litorum Septentrionali Oceano magno objectorum explanatione ab Æquatore initium feciman, & Indiæ Occidentalis litora Marisiti contigua legendo ad Poli Arctici circumferentiam procurrimus. Eandem & hîc nostræ descriptioni ordinem præscribemus, ut ab eadem linea Æquinoctiali incipiamus, & ad Poli Austrini, seu Antarctici circumferentiam decurramus.

Rio de las Amazonas.

Lineam igitur Æquinoctialem vicinam habet celeberrimus & maximus fluvius *Rio de S. Jean de las Amazones*, alias *Tobo*, *Topoi*, *Tapora*, & *Orellana* nominatus, qui tanti fluctuum vehementiâ, ac tam forti undarum impetu in Oceanum Æthiopicum se præcipitem agit, ut non modo Sinum ingentem efficiat, ac latus plusimis in locis perforando, eundem plurimis in Insulis inter & antè utramque ostii angulum sitis replleat, verum etjam cursu suo impetuoso maris undas amœnas retundat, diffindat, ac procul in ipso Oceano fuarum aquarum dulcedinem conservet. Proculdubio etiam uno anni tempore impetuosior est quam alio, ac secundum majorem, vel minorem aquarum ex fluminibus affluentiam majore, vel minore vehementiâ in mare redundat. His enim in locis ob pluviarum frequentiam à Martio usque ad Septembrem mensem flumina incredibili aquarum accursu maxima incrementa sumunt. Sunt qui hujus ostii, per quod flumen hoc tantum in mare erumpit, largitatem 50 aut 60 milliaria Germanica excedere affirment, quam tamen alii ad multò pauciorum milliarium latitudinem restringunt. Verum quoniam uterque hujus ostiici angulus, Borealis puta, vel *Cabo de Nord*, & Australis ipsi oppositus ad eundem Poli altitudinem revocari non possunt, opiniones hæ sibi non adversari, sed facili negotio ità conciliari posse videntur, ut neutra à veritate abhorret, cum una de linea rectâ ab uno ad alterum angulum tracta, altera verò de transversa ipsius ostiici omnino intelligi debeat, atque ideo utraque cum veritate convenire reipsâ appareat. De hujus fluvii prima inventione *Hispani* gloriantur, & *Franciscum de Orellana*, *Gonzale Pizarro* ducis tribunum, seu locumtenentem, ut vocant, in eum anno 1540 delatum esse affirmant: hinc nominis *Orellana* origo patet. Nomen verò *Rio de las Amazonas* à virraginibus quibusdam ejusdem fluvii accolis, quæ nominarum Francicum animosissimè repulsâ finibus suis repulêre originem suam accepit. Antequam Sodalitium illud Indiæ Occidentis in Belgio conflaretur mercatorum institueretur, naviumi boltlandorum, ac inprimis Zelandorum fluvius hic frequentatione crebrâ invisebatur, ipsique Vlissingenses in Zelandiâ mercatores duo in ripâ ejus fortalitia, unum Nassoviæ, alterum Ulianæ nomine, cum quibusdam ædificiis mercaturæ exercendæ commodis, extruenda curaverant. Incolæ feris quidem moribus præditi indolem tamen ferum habere neutiquam videntur, atque in commercio suis cum exteris humanos & æquos præstant. Mari feraciture & fertilitate solum luxuriat, & incolis nec minimum eorum, quæ ad vitæ degendæ necessitatem requiruntur, deesse patitur. Inveniuntur autem varia & mira ligna; omnis generis colores, gummi, gossipium, tabacum, saccharum, multifariæ arbores, fructus, mineralia, & aliæ quam plurimæ merces omnibus mercaturam colentibus & utiles & necessariæ; Præsitem herba ex quâ longè melliores ac fortiores, quàm ex cannabi, fines parantur. Quonquam verò desluvii dicti ortu & progressu nihil adhuc certi constet, illa tamen hactenus apud omnes opinio obtinuit, quod haud longo à Provincia *Quito* intervallo ex montibus quibusdam scaturiens regna & regiones multas incognitas peragret, quamplurimos passim fluvios grandes & parvos absorbeat, ac tandem, ut constat, apud Æquinoctialem lineam per ostium tam largum, ac vehementiâ tanta in Æthiopicum Mare irrumpat. Occidnæ Indiæ Sodalitium Belgicum Anno 1624 Colonîam quandam in ripam hujus fluminis misit, ut ibidem fortunarum suarum sedem locaret: In præcedenti litorum Septentrionali Oceano magno objectorum explanatione ab Æquatore initium feciman, & Indiæ Occidentalis litora Marisiti contigua legendo ad Poli Arctici circumferentiam procurrimus. Eandem & hîc nostræ descriptioni ordinem præscribemus, ut ab eadem linea Æquinoctiali incipiamus, & ad Poli Austrini, seu Antarctici circumferentiam decurramus.

Lineam igitur Æquinoctialem vicinam habet celeberrimus & maximus fluvius *Rio de S. Jean de las Amazones*, alias *Tobo*, *Topoi*, *Tapora*, & *Orellana* nominatus, qui tanti fluctuum vehementiâ, ac tam forti undarum impetu in Oceanum Æthiopicum se præcipitem agit, ut non modo Sinum ingentem efficiat, ac latus plusimis in locis perforando, eundem plurimis in Insulis inter & antè utramque ostii angulum sitis replleat, verum etjam cursu suo impetuoso maris undas amœnas retundat, diffindat, ac procul in ipso Oceano fuarum aquarum dulcedinem conservet. Proculdubio etiam uno anni tempore impetuosior est quam alio, ac secundum majorem, vel minorem aquarum ex fluminibus affluentiam majore, vel minore vehementiâ in mare redundat. His enim in locis ob pluviarum frequentiam à Martio usque ad Septembrem mensem flumina incredibili aquarum accursu maxima incrementa sumunt. Sunt qui hujus ostii, per quod flumen hoc tantum in mare erumpit, largitatem 50 aut 60 milliaria Germanica excedere affirment, quam tamen alii ad multò pauciorum milliarium latitudinem restringunt. Verum quoniam uterque hujus ostiici angulus, Borealis puta, vel *Cabo de Nord*, & Australis ipsi oppositus ad eundem Poli altitudinem revocari non possunt, opiniones hæ sibi non adversari, sed facili negotio ità conciliari posse videntur, ut neutra à veritate abhorret, cum una de linea rectâ ab uno ad alterum angulum tracta, altera verò de transversa ipsius ostiici omnino intelligi debeat, atque ideo utraque cum veritate convenire reipsâ appareat. De hujus fluvii prima inventione *Hispani* gloriantur, & *Franciscum de Orellana*, *Gonzale Pizarro* ducis tribunum, seu locumtenentem, ut vocant, in eum anno 1540 delatum esse affirmant: hinc nominis *Orellana* origo patet. Nomen verò *Rio de las Amazonas* à virraginibus quibusdam ejusdem fluvii accolis, quæ nominarum Francicum animosissimè repulsâ finibus suis repulêre originem suam accepit. Antequam Sodalitium illud Indiæ Occidentis in Belgio conflaretur mercatorum institueretur, naviumi boltlandorum, ac inprimis Zelandorum fluvius hic frequentatione crebrâ invisebatur, ipsique Vlissingenses in Zelandiâ mercatores duo in ripâ ejus fortalitia, unum Nassoviæ, alterum Ulianæ nomine, cum quibusdam ædificiis mercaturæ exercendæ commodis, extruenda curaverant. Incolæ feris quidem moribus præditi indolem tamen ferum habere neutiquam videntur, atque in commercio suis cum exteris humanos & æquos præstant. Mari feraciture & fertilitate solum luxuriat, & incolis nec minimum eorum, quæ ad vitæ degendæ necessitatem requiruntur, deesse patitur. Inveniuntur autem varia & mira ligna; omnis generis colores, gummi, gossipium, tabacum, saccharum, multifariæ arbores, fructus, mineralia, & aliæ quam plurimæ merces omnibus mercaturam colentibus & utiles & necessariæ; Præsitem herba ex quâ longè melliores ac fortiores, quàm ex cannabi, fines parantur. Quonquam verò desluvii dicti ortu & progressu nihil adhuc certi constet, illa tamen hactenus apud omnes opinio obtinuit, quod haud longo à Provincia *Quito* intervallo ex montibus quibusdam scaturiens regna & regiones multas incognitas peragret, quamplurimos passim fluvios grandes & parvos absorbeat, ac tandem, ut constat, apud Æquinoctialem lineam per ostium tam largum, ac vehementiâ tanta in Æthiopicum Mare irrumpat. Occidnæ Indiæ Sodalitium Belgicum Anno 1624 Colonîam quandam in ripam hujus fluminis misit, ut ibidem fortunarum suarum sedem locaret: In præcedenti litorum Septentrionali Oceano magno objectorum explanatione ab Æquatore initium feciman, & Indiæ Occidentalis litora Marisiti contigua legendo ad Poli Arctici circumferentiam procurrimus. Eandem & hîc nostræ descriptioni ordinem præscribemus, ut ab eadem linea Æquinoctiali incipiamus, & ad Poli Austrini, seu Antarctici circumferentiam decurramus.

Lineam igitur Æquinoctialem vicinam habet celeberrimus & maximus fluvius *Rio de S. Jean de las Amazones*, alias *Tobo*, *Topoi*, *Tapora*, & *Orellana* nominatus, qui tanti fluctuum vehementiâ, ac tam forti undarum impetu in Oceanum Æthiopicum se præcipitem agit, ut non modo Sinum ingentem efficiat, ac latus plusimis in locis perforando, eundem plurimis in Insulis inter & antè utramque ostii angulum sitis replleat, verum etjam cursu suo impetuoso maris undas amœnas retundat, diffindat, ac procul in ipso Oceano fuarum aquarum dulcedinem conservet. Proculdubio etiam uno anni tempore impetuosior est quam alio, ac secundum majorem, vel minorem aquarum ex fluminibus affluentiam majore, vel minore vehementiâ in mare redundat. His enim in locis ob pluviarum frequentiam à Martio usque ad Septembrem mensem flumina incredibili aquarum accursu maxima incrementa sumunt. Sunt qui hujus ostii, per quod flumen hoc tantum in mare erumpit, largitatem 50 aut 60 milliaria Germanica excedere affirment, quam tamen alii ad multò pauciorum milliarium latitudinem restringunt. Verum quoniam uterque hujus ostiici angulus, Borealis puta, vel *Cabo de Nord*, & Australis ipsi oppositus ad eundem Poli altitudinem revocari non possunt, opiniones hæ sibi non adversari, sed facili negotio ità conciliari posse videntur, ut neutra à veritate abhorret, cum una de linea rectâ ab uno ad alterum angulum tracta, altera verò de transversa ipsius ostiici omnino intelligi debeat, atque ideo utraque cum veritate convenire reipsâ appareat. De hujus fluvii prima inventione *Hispani* gloriantur, & *Franciscum de Orellana*, *Gonzale Pizarro* ducis tribunum, seu locumtenentem, ut vocant, in eum anno 1540 delatum esse affirmant: hinc nominis *Orellana* origo patet. Nomen verò *Rio de las*

nitarum

Biblioteca Museo Franz Mayer

narum à dicto authore dissideant. Ex Oliveirâ tamen nomina accipe: *Para, Maranhaum, Siara, Rio grande, Paraybà, Tamaraca, Phernambuco, Seregipe, Bahia, Ilheos, Porto Seguro, Rio de Janeire, & S. Vincente*, quarum sex peculiares suos dominos agnoscunt, utpote eorum armis & sumptibus acquisitæ, & tamen Regio imperio subjectæ sunt, reliquæ verò omnes ad regem ipsum immediatè pertinent. Inter cunctas tamen duæ maximè excellunt, *Bahia de Todos los Santos* nempe, & *Phernambuco*, quæ cæteris semper & dignitate & utilitate præviverunt. Sequentibus longitudinum distantias discerni solent. Distant itaque *Para* & *Maranhaum* 160. *Maranhaum* & *Siara* 125, *Siara* & *Rio Grande* 100, *Rio Grande* & *Paraybà* 45, *Paraybà* & *Tamaraca*, 25, *Tamaraca* & *Phernambuco* 6, *Phernambuco* & *Seregipe* 70, *Seregipe* & *Bahia de Todos los Santos* 25, *Bahia de Todos los Santos* & *Ilheos* 30, *Ilheos* & *Porto Seguro* 50, *Porto Seguro* & *Spirito Santo* 65, *Spirito Santo* & *Rio Janeiro* 75, *Rio Janeiro* & *S. Vincente* 60, leucis Hispanicis. à postremo verò loco 220 leucæ Hispanicæ usque ad fluminis *Rio de la plata* ostium numerantur.

Brasiliæ commercia.

Commerciorum omnium in toto Brasiliæ regno caput est saccharum, cujus incredibilis copia singulis annis in districtibus superius nominatis sumptibus & laboribus haud paucis paratur, & in Europam navibus transportatur. Arundinibus sacchari seracibus innumeri ubique locorum campi conseruntur, & ex cannis ejusmodi dulcibus dulcis succus in molis elicitur, & coquendo condensatur. Molas ejusmodi Lusitano idiomate *Ingenios* vocatas Lusitani passim in fluminum ripis magnifico apparatu extruxerunt, ut eò commodius saccharum navibus imponere, & alò transferre possent. Magnificas profectò arces & ducum, ac principum palatia esse ingentia diceres, si illas videres. Quantâ verò copiâ, & quàm ingenti multitudine succhari arundines serantur, & saccharum conficiatur, inde facile conjecturam sumes, quod viginti sex millia cistarum saccharo plenarum Ulyssiponam in Lusitaniam delata sint ab eo tempore, quo Lusitani in Brasiliâ rerum potiti sine. Sed quatuor illis Capitaniis, *Phernambuco* scilicet, *Tamaraca*, *Paraybà* & *Rio Grande* ab Indiæ Occiduæ Sodalitio, quod in Belgii Provinciis Unitis est, spoliati & exuti magnam sui sacchari jacturam fecere, nec tanti lucri participes fieri potuere. Præter saccharum, & aliæ plures inveniuntur merces, quas Indiæ Occidentalis hæc pars Europæis populis submittat, & navibus in Europam transferendas largitur, zinziber videlicet, ambeam grysteam, balsama pretiosa, lignum Brasilianum, tabacum, & alias ejusmodi lucro insigni distantes merces.

BRASILIÆ REGNI
CAPITANIÆ QUATUOR,
Nimirum
DE RIO GRANDE.
DE PARAIBA.
DE ITAMARACA.
DE PHERNAMBUCA.

ASinu Maris *Maranhaum*, vel *Maranhaum*, orâ maritimæ loca, notatu digna, vel etiam cognita sequenti ordine progrediuntur. *Rio Perria*, *Rio Paracussu*, vel *Rio de Para*, *Rio Loara*, *Rio S. Francisco*, *Rio Maran*, *Rio Diabbes*, & *Rio Siara*, qui fluvii omnes in hoc litore ordine suo se invicem sequentes undas suas præcipitibus in mare properant. Omnium postremo adjacet Lusitanorum pagus quidam cum munimento satis forti, ipsoque fluvius trium tantum graduum intervallo ab Æquatore versus Australem Polum sejunctus est. Hunc sequuntur *Rio Cujou* flumen, *Portu de Pena* navium statio, dic *Saltzijsonne*, id est, Salinæ ubi sal invenitur, *Rio Sidra*, *Rio Jaluna* flumen, *Jalunæ grandis*, *Rio Carmino* fluvius, *Baya Martin* maris sinus, & *Rio Grande* sub 5 gradu & 42 scrupulis. Fluvii hujus ostium magnitudinem ostii fluvii Mosæ in Hollandia fermè exæquat, & tamen ultra 4. milliaria si terram ingressus fueris, ipsius finem invenies, quod admiratione non caret, imprimis cum *Rio Grande*, id est, magnus fluvius appelletur, & quis non sine causâ mirari queat, unde ipsi hoc nomen extiterit? Constat enim, incolas ipsum alio nomine *Rio Potetengi* appellare & hoc de eo commemorare, se certum & exploratum habere, ipsum amehac longè majorem fuisse, & per quandam siccam æque profundam vallem, quam monstrant, tanquam alveum aquas suas devolvisse, sed se penitus nescire, quænam ipsi mutatio contigerit, aut quonam se verterit. In dextro ostii angulo extremo munimentum *de tres Reyes*, id est, trium Regum sedebat, & paulo superius in fluminis ripâ pagus, Lusitanorum domicilium, cernebatur. Ab hujus fluminis ostio milliare unum si progressus fueris *Punta Morisco* apicem terræ in Oceanum promincentem offendes, & porrò duobus inde milliaribus distantem alium *Punta Negra* appellatum. Anno 1631. Societatis Indiæ Occiduæ classis undecim navibus constans, & 10. militum vexilla præter nauticam turbam vehens ductu & auspicio consiliarii politici *Carpentier* vocati munimentum illud Lusitanorum occupare frustra tentavit, quod in fine mensis Decembris præcedentis Anni factum est; irrito autem conatu 4 Januarii 1631. receptui cecinit. Anno verò 1633. 11. navium quibus 8. vexilla 208. præter nautas constanti impositurant, classe ad munimentum illud occupandum Hollandi redierunt. Unus ex præfectis Societatis Generalibus, cui *Matthia von Crulen* nomen erat, totam expeditionem hanc bellicam imperio suo regebat, & sibi adjunctos habebat *Segecenum* locum tenentem *Reymum*, *Servatium Carpentier* ex consiliariis politicis unum, & *Johannem Cornelium Lichebart* litorum Brasilianorum præfectum, cum quibus munimentum dictum aggressus, ejusque aliquot dierum spacio potitus est; ipsos verò Lusitanos 80. numero, postione subl. egressos ad suos dimisit. Capitales his in locis hostes habuerunt Lusitani *Tapuyas* gentem animosam & fortem, quæ ipsis impedimento fuit, quò minus interiorum regionum possessione gaudere potuerint. Latè per totam regionem diffusa gens illa, & nihilominus unius præfecti summi, quem *Jandovi* appellabant, imperio subjecta, tunc temporis ab Indiæ Occiduæ Societatis partibus stans, quibuscunque incommodis & damnis poterat, Lusitanos afficiebat. Insigni fortitudine prædita nulli certo domicilio aut habitaculo adhæret, sed inter fluvium *Rio Grande* & *Para* regiones fitas, imo altius adhuc ascendentes, continuis errationibus peryagans subinde domiciliorum suorum mansiones commutat, & ex uno loco in alium commigrat. Uxores suas *Hamacken*, id est rectibus, in quibus de arboribus suspensis dormire solent, onerates, & se sequentes *Tapuyas* alii, ut & cæteri Brasiliæ incolæ naturales, *Tararuck* appellant. Regionem, quam in possessione sui habent, magnis limitibus circumscriptam quinque magnorum fluminum finibus definiunt. Eorum 1. *Tapuyas Oguassu*, cæteri verò Brasiliani *Tararugi* nuncupant, 2. ab utraque naticorum *Quanangub*, 3. *Ogiare*, 4. *Pjanema*, & 5. *Norrigub* nomine insignitur. Hac ratione omnis ipsorum possessio, quam sibi attribuunt & ad se etiam pertinere affirmant, ultra *Siaram* extenditur. Sunt etiam aliæ nonnullæ nationes, quarum eodem nomine *Tapuyas* notatarum quædam Lusitanorum partes sequuntur. Tales sunt, quas Brasiliani *Arieroma*, & *Tapuyas Acus* appellant: item *Iockeryou* cum rege suo *Maraboan*; Rex *Nouba* cum *Kerreryou* Brasilianis & *Oviouecken Tapuyas* dictis; *Payoke* cum rege *Kidos*; *Apeaueryou* cum rege *Iacopa*, *Eambis* gens cum rege suo *Rischonou* procul ad interiores regionis partes recessit, nec illam cum Christianis commerciorum, aut alius alcujus rei commonionem habet; *Aropana* cum rege *Maracapa Rossa*, *Caryry* cum rege *Kinsinambejou* qui in loco procul ab *Aropal* & *Phernambuco* urbe remoto sedem habent, & cum Lusitanis amicitiam colunt, *Caryry Pussu* cum rege *Caropo* præcedentium vicini. Tres ultimæ nationes Lusitanis contra Belgas inservierunt, illique auxilio fuerunt.

Rio Grande.

Capitania de Rio Grande.

Cætera loca, quæ post fluvium *Rio Grande* in litore recensentur sunt *Punta Negra* apex & terra in mare prominens & 5 gradus cum 30 scrupulis altitudinis Austrinæ tenens; media sinus pars, cui *Bahia Forte* nomen est, & 6 graduum ac 25 scrupulorum altitudo assignatur; *Bahia de Trajericum* sub 6 gr. 28 scrupulo. *Rio Paraybà* fluvius & civitas ejusdem nominis, à quo hæc Capitania nomen suum deduxit, sub 6 gr. & 44 scrupulo; *Cabo Blanco* sub 7 gradu; & media Insulæ *Tamaricæ* pars sub 7 gr. & 35 scrupulo.

Capitaniæ *Paraybæ* à fluvio præterfluente, uti modo dictum est, denominatæ caput esse dicitur civitas *Nova* quædam à litore Maris aliquanto longius distans, & ad fluvium *Paribæ* sedens, quam Lusitani *Filippiopolim* appel-

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

appellare soliti erant. Hollandi eius potiti nomen mutarunt, eumque *Friderich Stadt*, id est Fridericopolin, vel Friderici urbem nuncuparunt. Vicus potius est, quam oppidum, cum nullis muris cinctus, aut circumdatus nullum etiam imperam hostilem excipere possit. Ostii, per quod fluvius in Mare exit, rotundi extremitas mare tangens duobus angulis inclusa est, quorum illi, qui in dextra fluminis ripa situs est, *Cabedello*, vel *S. Catharinæ* suis munitum nomine *Capedelo*, vel *S. Catharinæ*, alteri vero in sinistro latere priori opposito alterum munimentum nomine *S. Antonio*, vel castrum Borreale insidet. Utrumque alterum sibi in recta linea obiectum spectans, ac unum in sinistra parte Arctico Polo recta obvertum, alterum vero, in dextra Antarctico oppositum introitui in flumen atq; exitui ex eodem de lecuritate prospicient. A tergo exteremitatis, qui ostium mare contingit, medium flumen insula secat. Anno 1631. Societatis Indiæ Occidentalis nomine **Sten Callenfels** militum præfectus ac duo consiliarii Politici *Carpentier* & **van der Haghen** 13 militum vexillis & 16. navibus 1600. circiter homines vehentibus primâ navali expeditione Capitaniam *Paraybæ* adorti sunt, ac munimentum Australe 5. Decembris obsidione cinxerunt. Veruntamen Lusitani illud grandi militum numero virtiuet defendentibus, ac Belgicum imperus animoso ausu retundentibus, 10. ejusdem mensis die Societatis Indiæ Occidue ministri obsidionem solvere coacti, receptu ac ordine laudabili naves suas repetierunt, & 24 Decembris in urbem *Phernambuco* reversi sunt. Anno 1634 mense Novembri in urbe *Phernambuco* à Societatis Indiæ Occidue directoribus iterato decretum est, ut altero conamine munimentorum fluvii *Paraiba* ostium claudentium occupatio tentaretur. Expeditionis dirigendæ provincia commissa est duobus militum præfectis, aut Colonellis *Sigismundo à Schoppen*, & *Christophoro Artischofski* viris & militibus strenuis, ac militaris rei admodum peritis. Adjunctis ipsis sunt ex politico consilio duo Senatores politici *Servatii Carpentier*, & *Iacobus Stachouwer*. Classis 29 navibus constans & 22 vexilla, cum 2354 hominibus tam militibus, quàm nautis vehens *Johannis Cornelii Lichehart* Architabilo imperio concredita, pridie Nonas Decembeis ante fluvii *Paraiba* ostium ancboras jecit. Magna militum & impedimentorum militarium parti eodem die in litus exposita, quam reliquæ altero die sequutæ sunt. Lusitanos pro virili resistentes, & aditum ad locus conatu fervido prohibentes Belgæ in munimenta sua recedere coëgerunt. Ils repulsis castrum *Cabo Delo*, vel *S. Catharina*, quod Meridionali fluvii *Paraiba* apici insidet, obsidione cinctum, & cum altero Septentrionali è regione opposito 14 dierum intervallo à Belgis in potestatem redactum est.

Belgarum primus in Capitaniam *Paraybæ* expeditio navalis.

Abera expeditio.

Capitania *Paraybæ* delicipio.

Capitania hanc Paribam *Servatius Carpentier* unus ex Politici Senatus assessoribus compendiosè sequentibus verbis describit: Capitaniarum quartus Boreali-umtertia est Capitania *Paraiba* fertilissimo solo gaudens, fluminibus diversis irrigua, & à fluvio *Paraiba* in duas ferè partes æquales divisa. Iacet 7 & 6 altitudinis Australe gradum sita versus Austrum Capitaniam *Tamaraca* attingit, & ab ejus latere Boreali rivulo *Taberaba* secernitur: porrò ejusdem latus Occiduum in Mediterraneis totum cingit, & ad Capitaniam *Phernambuco* properat, ita ut maximam ejus territorii, cui *Grand Matta de Brasil* nomen est, partem complectatur, & margine suo Occidentali in Mediterraneis ibi finem inveniat, ubi Lusitani à populis adversarijs impediti, imperii sui propagatione ulteriore supersedere coguntur. Fluvii *Camaratuba* fines ejus Septentrionales à latere Capitaniæ *Rio Grande* Meridionali segregantur. Præter plures minoris notæ fluvios duos habet grandiores, *Pariba* nempe & *Mongoya*. Incolarum maxima pars agriculturæ dedita propriis suis gaudet præditis, & *Ingenios*. *Ingenios* possidet ditiores & splendidiores. Molæ sunt molendis saccharo cannis inservientes, quibus movendis cum aquâ opus sit, plaræque cum campis, aut arundinetis saccharo consitis, & silvis ligno, quod ad saccharum coquendum necessario requiritur, repletis, ac plurimis arboribus refertis hinc inde dispersæ fluminibus adjacent, & pagorum, quos alibi in hisce dimittus adjacent, & pagorum, quos alibi in hisce diminitus adjacent, & pagorum, quos alibi in hisce diflictibus haud videas, vice fungantur, cum sæpe 70, 80, imo etiam centum tam albi, quàm nigri homines in equinodi loco molæ tali destinato cohabitent, & revera pagum aliquem conficiant. *Nostra Senhora del Nievar*, quam Lusitani Phillippeam quoque cognominant, hujus Capitaniæ Metropolis in *Pariba* fluvii ripâ Urbs Phinaud longè à litore maris sedem habet, & jam utì fas lippea. perius dictum est, *Friderichstat*, seu Friderico-polis ab eo cognominata est, Hispanorum tempore Juris Regis administratores, cum Clero, mercatoribus, & ogii administratores, cum Clero, mercatoribus, & ogii manis generis opificibus in eâ morari solebant, ita ut pro loci ratione satis culta esse, atque magnitudine sua Purmerendæ, aut Gertruydenbergæ in Hollandia urbibus comparari posse videretur. Tota Regio est. Regionis vosa & montibus referta pulchras convalles ubique proprie-oftentat, ac flumina sua per planicies, & campos deductit, qui pingui ac fertili solo prædicti arundinibus saccharo alendis aptissimi sunt. Valles autem montibus conclusæ quamvis ferendo saccharo non sint idoneæ, ipsique montes etiam arundinibus illis nutrimentum denegent, Negotiantam tamen herbam, *Mandiocam* radicem, & omnifarios tam terrestres, quam arboreos fructus producunt. Montium ac convallium fertilita- Fertilitas tem miram, & indignem illud arguit, quod earum terra inculta dumetis, virgultis & arboribus adeò densis, ut vix penetrari & permeari queant, se ipsam (pone vestiat, unde proverbium Lusitanis commune natum: *Terra que ben se cobre a ſi ben ne coberturam*, cujus hic est sensus. Terra quæ sepsum bene tegit, me quoque tegere potezit. Ideò studiti agricolatis hujus in eligendo & inquirendo ad agriculturam apto solo maximam ratiocem habere solent. Illud enim, quod omnibus ejusmodi arbortis, & virgultis denudatum aëri nudo expositum jacet infructuosum planè & sterile nulli commodo inservit. Tales campi in Austrina parte 6, aut 7. milliarium intervallo progredientur, & plures in Boreali conspicuntur, qui duro tantum eoque paucogramine tecti nulli usui sunt, tantum abest, ut ad pecudes alendas aliquid utilitatis conferant. Solum agricolæ hujus regionis sterile nullius planè est usus, sterile contra tam copiosum & abundans, ut centuplum reddat. Imò affirmare ausim, si ad fertilitatem tantam diligentior & magis solicita cura accessiva esset, longè majores in diligentem & labori improbo studentem agricolam fructus redundaturos esse.

Fructus ex ubertate dicta emergentes bifariam di- Fructus. vidimus: quidam vitæ sustentandæ usui adhibentur, alii in regiones exteras navibus transmissi lucrum ingens pariunt. Alimentum vitæ necessarium suppeditant fructus sequentes; *Mandioca* radix farinam subministrat, ex quâ *Farinha de Pao* appellata incolæ panes suos pinsunt. *Rosso* campos appellant Lusitani quos *Labradores de Rosso*, id est, camporũ ejusmodi cultores rustici radicibus ejusmodi conserunt. Communis hic est incolarum victus, ut pane tali se sustentent. Lauriis vero conditionis hominibus ex Hispaniâ, Lusitaniâ, & Capitaniis *Rio Janero*, & *S. Vincente* triticum, aut farina triticea advehitur. Frumentum, Saracenicum, aut Turcicum alias *Maiz*, vel *Milie* turcicum tum contusum, aut molâ fractum non nunquam priotis radicis farinæ commiscetur, plurunque tamen gallinis, gallis Indicis, equis, ac similibus animalibus nutriendis adhibetur. Fructuum ex ipsâ terrâ nascentium insignis est copia; invenitur enim *Patates*, melones ficciores, & humidiores, cucurbitæ, brassica non clausa cucumeres, tatiores tamen, & *Ananassen*. Fructuum ex arboribus prodeuntium mira est varietas & proventus uberrimus. Offerunt enim se mala aurea dulci, vel acido succo distenta, *Pananas*, *Pacovas*, duplicis generis

generis *Guajavas*, *Mangovas*, triplices *Ateichas*, triplices *Maroenia*, *Cocos* nuces, & *Cajous* fructus quidam gratioris saporis quàm castaneæ nostræ, qui instar amygdalarum saccharo condiri & tegi solet. Ex eo Brasiliani vinum, aut potum vini instar conficere norunt, qui vehementer inebriat. Tanta vero affluentia fœcundis annis ubique locorum in fruticeris & sylvis prodire solet, ut omnes necin usum veniet, nec consumi queant. *Aracha* alius fructus est acidi & astringentis saporis, ex quo electuarium admodum gratum, & haud multum à Cydoniorum pomorum carne facchato condità abludens, paratur, ut & plærique nominatorum fructuum vel ipsi conduntur, vel alii conditionemeis adjunguntur; idem fit cum ginzibere, cujus satis magnum copiam hoc *Paribæ* territorium suppeditat.

Cum Lusitani summâ adhuc pace & tranquillitate fruentes in maximâ rerum omnium affluentia vivent, rem pecuariam lautissimam pedisdebant, ac maximo numero boves & vaccas præ cæteris alebant. Illos exdunt, quando agriculturæ & arationem laboribus confecti sunt: has macdunt, quando ad fœtedutem perveneruntur. Bellum cum Hollandis gestum multitudinem harum pecudum insignem vehementer postcadiminuit. Sunt etiam ipsis hirci, caprı, oves paucæ, & porci quamplurimi, quorum educationi præcipuè student, eò quod fallâ carne admodum delectentur.

Res pecuaria.

Feræ. Feræ tum, quæ silvas, & fruticeta incolunt, cervorum puta, cervarum, leporum, cuniculorum diversi generis, & aliarum nostro orbi ignotarum copia grandis est. Equorum item multitudo incredibilis totam regionem complet. Fortes sunt, & laboribus improbis ferendis longè aptiores quàm nostri Europæi, & partim equitando servita sua præstant, partim ad molarum sacchari nostrum ciendum deſi mantur. Sæpè fit ut toto die cibo nullo fatuentur, adeò famis sunt patientes. Gramine vescuntur, cui quandoque aliquid frumenti Sarracenici, aut Turcici. vel etiam extremæ arundinum facchari gemina adjunguntur. Potus syrupo sacchari vilissimo temperari solet. Eodem nutrimenti genere boves in facchariis molendinis sustentari confueverunt. Equis pariter atque bobus alimentum hoc pingue & forte corpus conciliat.

Equi.

Aves. Avium quamplurimæ species maximo certè hanc Provinciam frequentant. Videre enim licet *Araras*, Psittacos triplices, *Perroquittorum* plura & diversa genera, & alias multas, quæ non solùm pennarum suarum pulchritudine apud homines magni sunt, sed etiam sermonem humanum imitando ridiculâ & artificiosâ sua linguâ cuiusvis animum recreant. Psittaci etiam vel capti, vel globis sclopetorum periti, & tranfixi cibum exhibent palato gratum. Tanta vero copiarum est abundantia, ut enecvarium volantes nubibus haud absimiles aërem ferè obscurum reddant. Porrò fe offerunt pet dices, phasiani, turtures, ardeæ ficedulæ, gallinæ aquaticæ, ac plures avium ejusmodi ferarum aliæ. Gallinarum verò cicurum, & meleagridum, seu Indicarum gallinarum multitudinem antehac admirandam Bellonæ fames infatiabilis ad paucas redegit. Anates quamplurimæ anseres nostros magnitudine sua ferè referunt.

Pisces. Mare, ut & flumina piscibus infinitis, quibus scatent, fuppeditandis incolas & alimentis gratis nutriunt, & lucro insigni ditant. Cancrorum genus est bifarium, utpote quorum multi ex mari petantur, multi verò etiam in fluminibus terram pererrantibus inveniantur. Posteriores, quibus non sylvæ solùm & fruticeta rivulis irrigua, verum etiam alia loca plurima fluminibus pervia repleta sunt, incolarum vulgo cum *Farinha*, seu *Mandioca* radicis farinâ potissimum alimentum præbent.

Ædificia. Ad ædificiorum constructionem quæ necessario requiruntur, omnia in hoc territorio reperiuntur, ferro excepto, quod ex aliis regionibus advectandum: maxima tamen vulgarium ædium partillo caret. Domum ædificaturi tot trabes altas primò erigunt, quan-

Biblioteca Museo Franz Mayer

domari queat. Labore diurno Lusitanis inservientes indigenæ pro 25. dierum mercede 5. *Varas* (ulnæ genus est) crassioris linteicis accipere solebant. Qui vestes ei crassioris linteicis accipere solebant. Qui vestes ei crassioris linteicis accipere solebant. Qui vestes ei

sive Reyna Locumtenentes, & *Carpentier* consilii Politici assessore undecim navibus & haud exigua manu militari prioreum constanter repetiit, & 16 Kal. Augusti in Insulam imperium faciens, 24 Kal. ejusdem mensis fortalitio Lusitano *Nostra Sennora de Conception*, & postmodum totâ Insulâ potitus est. Fortalitium occupatum à præfecto summo, *Schappen* cognominatum est: Molendina verò omnia ad fluvium *Goyanam* sita Hollandi depopulati sunt, quædam etiam exusserunt.

Capitania Pernambuci. Ut præcedens Capitania cæteris omnibus ob finium angustias inferior est; ità hæc sequens Capitania *Pernambuco* digna censetur, quæ non incolarum sollicitudine, verum etiam longitudinis ratione inter maximas referatur. Excurrit enim versus Austrum usque ad fluvium *S. Francisco*, qui hujus & sequentis *Bahia de todos los Santos* limites concurrentes dirimit. Fines ejus

Ejus fines. Aquilonares Austrinum *Itamaricæ* Capitaniæ latus tangunt, adeò ut à Boreâ versus Austrum 60 ferè milliarium longitudine se extendat. Possessor ejus erat *Don Duarte d'Albuquerque* Lusitanus, qui ejus regendæ Provinciam fratri suo *Don Matthiæ d'Albuquerque* Anno 1630 tradiderat. Lusitani undecim coloniis præcipuis eam excultam reddiderunt. Omnium prima & præcipua est *Olinda de Pernambuco* civitas collibus in litore maris insidens, & situ perjucundo & amœno oculos pascens, cujus locum maximè excelsum sibi vendicat Collegium & Cœnobium Jesuitarum splendidè ædificatum, & opimis bonis ditatum, utpote ad quod ædificia in civitate multa, pizzaria extra eam, & molendina opulenta plurima cum re pecuariâ uberrimâ pertinebant. Maximam enim Indigenarum partem sub obedientiæ suæ jugum redegerant Jesuitæ, quos cum Lusitanorum turbâ præcipuâ pro lubitu suo regere consueverant. Sunt & Cœnobia alia Cappucinorum puta unum, & Dominicorum alterum in maritimo litore, cum alio eorundem magno & pulchrè ædificato in loco editiore, cui *S. Bento* nomen est, & tandem Virginum sacrarum Cœnobium *Conception de nuestra Senora* nominatum, in quibus omnibus centum & triginta personæ Ecclesiasticæ vitam degunt. Templi præterea sequentibus civitas hæc ornata est; *S. Salvador* templum est Cathedrale splendido & magnifico apparatu extructum: Cætera sunt *S. Pedro*, *S. Misericordia* cum Xenodochio in monte urbis medio, & paulò inferius *Nostra Sennora del Empara*, ac inde aliquanto longius *Nostra Sennora de Guadalupe* sacellum. Templum *Nostra Sennora del Monte* satis alto & urbi vicino monti impositum est. Sacellum verò *S. Amaro* tres, aut quatuor sclopeti ictus à civitate distat. Incolarum numerus, Ecclesiasticis personis exceptis, 2000. hominibus constabat, civesque ipsi defendendæ urbi apti in quatuor signa militaria divisi erant, & 400. numerabantur, quibus præfidium regium 30. vexillorum militarium, quorum quodvis 80. militibus absolvebatur, accedebat. Inter cives 200. ferè reperiebantur, qui insignibus divitiis inter cæteros eminentes re admodum laurâ fruebantur, adeò ut nonnulli 20. alii 30. quidam etiam 50. Crudasforum, vel Cruciatorum aureorum millia possiderent. A civitate versus Meridiem inter fluvium *Tabiribe* & Oceanum excurrit angustus admodum & oblongus terræ tractus, in cujus apice extremo pagus *Recifse* vocatus conspiciebatur. Hoc in loco plurimis etiam incolis referto naves mercibus onerari & exonerari solebant. Medium hujus tractus longitudine sua ferè unum milliare complectentis attingit portus *Paxo*, vel *Pace* nomine, ubi adventantes naves anchoras figunt, eò quod aqua 18. vel 19. pedum altitudine fundum ut plurimum superet. Haud procul ab eo fortalitium parvum S. Georgii cernebatur. E regione oppositus est alius tractus oblongus scopulis & saxis constans, qui hinc inde perforatus, & pluribus transitibus navigiis velis remisque terram penetrabus patens cum litoris Brasiliani longitudine decurrit, & quasi aditum ad illud munit.

Cætera Reliquæ, quas Lusitani in hac Capitania tenent, habitationes hæ sunt. 2. vicus est *Recifse*, cujus modo meminimus; 3. *Garaffu* pagus in terrâ firmâ è regione Insulæ *Itamaricæ* 3. milliaribus ab *Olinda* civitate distans; 4. *Maribeca* modicè terraneus pagus, à quo 4. aut 5. milliaribus abest *Recifse*; 5. *S. Antonio de Cabo* haud procul à promontorio *Cabo S. Augustin* 7. aut 8. milliaribus à pago *Recifse* versus. Austrum remotus; 6. *S. Miguel de Poyuca* 10 milliaria ulteriùs progredientes; 7. *Serinhaim* pagus, qui 13. milliarium itinere à pago *Recifse* recedit; Ab eodem 8. *S. Confalvo de Una* 20; 9. *Povuçon de Porto Calvo* 25; 10. *Alagoa del Nort* 40. circiter, & 11. vel ultima paulò pluribus quam 40. milliaribus sejuncta est. Insigenarum, Brasilianorum puta, vicos, vel Aldeas superius enarravimus. Porrò in hac Capitania *Ingenios*, aut facchari molendina 70. numerantur, quorum nonnulla adeò magna & spaciosa sunt, ut cum ædificiis omnibus ad ea pertinentibus, & incolarum ea incolentium ratione vicis, aut pagis haud similes sint. Sacchari tam ingens vis in hac Capitania excoquendo perficitur, tantaque ligni Brasiliani copia cæditur, ut singulis annis 80. aut 90 naves oneriariæ tam majores, quam minores, quas *Zorques* nautæ nominare solent, his duabus mercibus tantum onerentur, & in Lusitaniam ablegentur. Sunt qui multis annis *Olinda* vitam degerunt, & tethantur, quod uno die 40. naves sacchаro onustæ ex portu *Olindæ* civitatis vela solverint, & pro tot navibus onerandis tantum sacchari in horreis adhuc relictum fuerit, præter illud quod in molendinis restabat. Ad molendinorum usum magnus Æthiopum, quos *Negros* Lusitani vocant, numerus requiritur, câque de causâ ejusmodi hominum turba ingens ex Angolæ regno, aliisque Africæ litoribus Occidentalibus quotannis in Brasiliam navibus transvehitur. Ex supputationum tabulis conflat annis 1620, 21, 22, 23, id est, quatuor annorum spatio 15410. Æthiopes tàm masculinos, quàm feminini sexus ex Angolâ in hanc Capitaniam *Pernambuco* delatos esse.

Solum ferè totum fertili & ubere gleba constat: Montes aliunde missâ modum non excedunt, eâque de causâ valles inter eos jacentes feracis admodum naturæ ferendis sacchari arundinibus apellatæ sunt. Ac licet multa loca montana occurrant, nimirum *Maforepe*, *Meribeque*, *Zebaetan*, *Poyuca*, &c. in jugis tamen ipsorum arundines sacchari æque facilè & feliciter, imò pulchriores & meliores, ac in multis aliis convallibus crescunt. Lignum Brasilianum, quod in hac Capitania cæditur, bonitate ei, quod aliæ suggerunt, præstat, & ubique in sylvis, præcipuè verò ingrandi illo memore, quod à Lusitanis *Elgran Matto de Brasil* appellatur, & 16. circiter milliarium itinere ab urbe *Olinda* abest, uberrimâ copiâ reperitur. *S. Laurenza* pagus, & 12. Lusitanorum habitatio, quam in *Supputatorum* Catalogum referre oblitì sumus, omnium locorum præcipuè hujus ligni negotiationi inservit. Prætis præterea planitiem amœnam ostentantibus, & pascuis opimis, ac graminelæto uberrimis rota hæc Capitania affluit, eorumque pecudibus alimentum gratissimum suppeditantibus beneficio re pecuariâ admodum opulenta incolas suos ditat. Haud immeritò igitur Brasiliani regni Paradysus censetur, ac regni titulo digna esse judicatur.

Lusitanorum in Brasilia habitationes.

Soli præstantia.

Quâ verò ratione in Societatis Indiæ Occidentalis, quemadmodum est apud Belgas Unitos, potestatem devoluta sit, compendiosâ narratione exponendum hîc esse arbitramur. Posteaquam Societas dicta *Petri Petri Heyn* Thalassiarchi sub ductu & auspicio ditissimæ illius classis Hispanicæ Anno 1628 in Sinu Insulæ Cubæ mariemo, cui *Bahia de Matanças* nomen est, compos facta fortunam ulteriùs tentandam consulcum duxisset, Anno sequenti, *qui fuit* 1629, navimo apparatu aliâ & quidem numerosiorem instruxit classem tardiore tamen progressu ob Hispanorum irruptionem, quam Sylvæ ducis obsidione durante ad avertendum Principem Auraicum in Geldriæ Ducatum & Ultrajectinam Provinciam

Quomodo & in Societatis Occidentalis potestatem deducta sit.

ciam fecerant. Eo enim tempore missites ab Indiæ Occidentalis Societate conscripti aliquot mensium spacio Patriæ defensioni, necessitatis apotheosine, ferventes ferias navibus impositi, & in mare missi sunt. Totius classis Imperium committebatur *Henrico Longar* viro foeti & strenuo, qui superiori Anno sub Architalasso *Heyn* Admiralis officio functus fuerat. Admiralii Provincia *Petro Adriani Ita*, & Vice-Admiralii munus *Iodoco à Trappen* commendabatur. Summi militum Præfecti officio præerat *Theodoricus à Verdenbergh* vir nobilitate & firmitate clarus, cui adjungebantur tres Locumtenentes Colonelli, & Tribunus, vel *Sergeant Major*, ut appellare solent. Imperator summus 5 Kal. Quintilis Anni 1629. octo navibus apparatu bellico instructissimis ex Zelandia solvit, ac 10 Kal. Septembr. in classem Hispanicam 40 navibus bellicis fortissimis, & magna militum manu instructam, cui Dominus *Fridericus de Toledo* Princeps Hispanus cum Imperio præerat, cassa insopinato incidit. Quamvis vero undique hostilibus navibus cinctus in extremo periculo versaretur, atque adeò plànè de ipso actum esse videretur, cum navibus tamen suis inter Insulas *Magnam Canariæ*, & *Teneriffam* casu mirabili elapsus Insulam *S. Vincentii* unam ex Viridis Capitis Insulis, quas Belgæ de Sout Oylanden id est, Salsas Insulas vocare solent, petiit, & 4 Nonas Septembris in illam naves suas appulit. In hac ibi tempestates tres menses, & viginti tres dies commoratus interea temporis cæteras classis suæ adventantes naves collegit, quæ postquam omnes congregatæ essent, navibus 52. fecunda Nativitatis Christi festâ Anno 1629 inde discessit. Classis hujus insignis vires 3720 nautis, & 1500 militibus constabant, & in universum 1220 hominibus absolvebantur. Hispaniæ Regis classis, quæ Ducis *Friderici de Toledo* Imperio parebat, 18 Kal. Septembris Anni 1629 regiona fere navibus 7100 tam nautas quàm milites vehentibus ex Hispania discesserat, 10 Kal. Septembris Hollandicas naves, uti jam dictum est, propè Insulas Canarias offendit, & 16 Kal. Octobr. Insulæ *Nievez*, & *S. Christophoro* cum 8 navibus, quas ibi reperit, & 2200 Gallis, Anglis & Hybernis in portestatem suam redegit. Tandem 17 Kal. Novembris in portum Cartagenæ venit. Porro nil amplius potentissimâ hac classe effectum, quàm quod classis Indiæ Occidentalis auro & argento onusta in Hispanium incolumis deducta fuerit. Societatis Belgicæ verò classis 15 Kal. Martii An. 1630 ante *Olindam de Pernambuco* Capitaniæ hujus caput anchoras fixit. Expositi sunt milites duarum circiter horarum itinere ab urbe in Boream ejus litus, qui urbem petentes aliquot in locis Lusitanos defensione periculum à se amoturos reperiverunt, eosque eodem die potiti sunt. 6 Nonas Martii fortalitium S. Georgii occuparunt, cum castello quodam minore in tractu illo terræ angustiore, qui mari est contermitus, & *Ter-renille* vocatur. Pago in tractu altero *Recifse* appellato opposita erat Insula *Antonio de Vaas* flumine ab eo separata, in qua Cœnobium pulchrum erat locatum. Hæc à Lusitanis deserta 5 Nonas Martii etiam in Hollandorum potestatem venit. Quandoquidem verò civitas *Olinda* satis magnum spacium circuitu suo complectens defensionis necessariæ causâ magnam militum manum requirere videbatur, si contra hostilem vim necessariis operibus & munimentis munienda fuisset. Fatius esse Hollandi duxerunt, ut relictâ & destructâ urbe cæteris locis utilioribus de necessariis operibus tutelaribus prospicerentur. Cœnobium itaque in Insula *Antonii Vaas*, necessariis munimentis forte reædificatum, *Recifse* fortalitio quadrato & opere cornuto, ac Luna dimidia munitum est. Mense Octobri vero fortalitium quinque propugnaculis constans cæteris in *Insula Vaas* circa Cœnobium ductis operibus adjunctum. Prædie Idus Septembris Anni 1631 *Pater* Societatis supra nominatæ Archithalassus 26 navibus & celocibus Hispanicam classem Doctini *Autrechi d'Oquendo* Imperio subjectam, quæ repetendi Hispaniam gratiâ ex portu urbis *Bahia de todos los Santos* solverat, circa 14 altitudinis Austrinæ gradum offendit, & Domini *d'Oquendo* naves insignis magnitudinis fuâ & aliâ adhuc nave Hollandicâ adortus est. Verum quoniam navium & militum numero naves hostiles longè superiores erant, ac incendio in duas navi oborto cæteræ naves socias, quas potentiam hostis tantam horrescentes timore jam invaserat, fugâ saluti suæ consulere, quàm de auxilio suis ferendo cogitare maluerant, nave submersâ ipse in aquis periit, & reliqua classis pars ex insecti oloudam redit. 3 Nonas Maii ex Hispania solvens classis Hispanorum 31 navibus 4000 militum vehentibus in portum civitatis *Bahia de todos los Santos* à vento favente delata est, & 13 navibus inde discedens in Oceano insedecim naves Hollandicas, uti modo meminimus, incidit, & earum præfectum tàm misere accepit. Posteaquam igitur Lusitani *Olinda* urbe & omnibus ad eam pertinentibus munimentis & fortalitiis coacti cesserunt, omnibus cæteris, quæ adhuc in potestione suâ habebant, de rebus quibuslibet prospicere, & Promontorium *Cabo S. Augustin* plurimis aliisque defensionis operibus fortius reddere non negligerent. Posteriorisque hujus loci occupandi consilium Societatis Indicæ ministri in *Pernambuco* morantes cum cepissent, pridie Idus Martii Anni 1632. 24 militum signis, & 13 navibus, quibus quinque adhuc aderant præpè promoto. *Fortalitio* illud adjunctum, in monumentum promontorio illo sitâ impetum hostium fecerunt, verum eo pacto à Lusitanis acriter & cum tibus accepti sunt, ut irrito conatu domum reverti fuerint. Porrò Lusitani duarum circiter horarum itinere ab urbe Olinda castra sua locaverant, ex quibus continuis eruptionibus recentes Hollandos jam aperte jam ex insidiis adoriebantur, ipsique militum negotii facessebant. Possidebant item 3 leucis Hispanicis ab urbe Olinda, & trium horarum spatio à munimento Oparem in Insula *Tamarica* oppidulum *Vila de Santo Cosmo de Garaza*, in quod Lusitanorum ditissimi post Olindæ urbis jacturam fugâ se receperant. Quatuor exornatum erat templis, quorum Cathedrale vocabatur *de Invocaçaon de S. Cosmo*; cæteorum nomina sunt *de Misericordia*, *de Heremitage*, *de Santa Cruz*, & *da Invocaçaon de S. Antonio* in fine Cœnobii, quod ad Cappucinos pertinebat. Mense Aprili Anni 1632 Hollandorum milites, Lusitanis Mussæ Sacræ exercitio occupatis, impetu repentino & inopinato illud opprefecerunt, expellerunt, & nonnullis ædibus igne exustis reliquerunt. 300 autem numero in Insula *Tamarica* fortalitium Oparem te construxerunt. Præda, quam adepti fuere, 25 aut 30 millibus cruciatorum aureorum, quorum quisque tres florenos Hollandicos valet, æstimabatur. Eodem anno Societatis sæpius nominatæ miles diventis expeditionibus bellicis terra marique instructis totum Capitaniam *Pernambuco* diversavit, multa sacchari horrea & molendina expilata, & incensa demolitus est, multas naves & saccharo citas plenas Lusitanis eripuit, ac eos ubique locorum insigni clade afficere studuit. Nec Lusitani vice verâ quievere, sed noctu atque interdiu in insidiis ac vigiliis latentes acutissimâ animadversione omnes Hollandis nocendi occasiones aucupati sunt, ità ut ab utraque parte haud exigua sanguinis humani copia profusa quamplurimi mutuis cædibus perierint. Castra Lusitanorum à tergo Olindæ civitatis versus Notum posita à fluvio *Agoadas* tormenti bellici majoris ictu uno aberant. Fortalitium crasso modo & non inarte ficiose constructum in monte excelsiore figuram habebat irregularem, & operibus nihilominus fortalitiis erat munitum, ac tota vicinia circumjacenti imperabat. Fluvius vero aggere firmatus, & multibus munitus adjus prohibebat Hollandos ad præcidium fortalitium, quod *Fort Ural* appellatum pertinebat ad Diœcesin *Fergam* optimum totius Capitaniæ *Pernambuco* tractum, qui tot ferè quot cæteri omnes molendinis superbebat. Martio mense Anni 1633 duo Societatis sæpius præfatæ præfecti *Matthias à Ceulen*, & *Ioannes Gysselingh*, quibus totius regiminis cura tunc

Architalassus Indiæ Occidentalis potestatem deducta fit.

Hollandi Promontorium *C. S. Augustini* *fortalitio* occupare *frustra* conantur.

Castra Lusitanorum posita à fluvio *Agoadas* tormenti bellici majoris ictu uno aberant.

Biblioteca Museo Franz Mayer

temporis incumbebat, numeroso milite eò ablegato Lusitanos ex aggeribus fuis in fluvii ripâ munitis expulerunt, iisdemque occupatis & præsidio necessario firmatis fortalitium quatuor propugnaculis constans, ac unius & dimidii miliaris intervallo à Lusitano munimine distans in ejusdem fluvii margine excreverunt, quò adhuc apertum semper patuerat: *Mense Aprili Anni* 1633 Fortalitium **Real** à Colonello *Artischofski* militiæ Hollandicæ præfecto obsidione cinctum, & 3. menfium spacio elapso 6. Idus Junii in Societatis Indicæ potestatem cum omnibus terris finitimis redactum est. Ex ipso fortalitio præter 250 milites indigenas, exiverunt 500. milites veterani, qui ex conditione pacti navibus Hollandicis ex Brasilia, in *Terteram* unam ex *Antoreo* Insulis, transvecti sunt, quorum ex hoc regno discessu Lusitanorum viribus haud parum decessit.

Fortalitium Real ab Hollandis occupatur.

Postquam Lusitani post urbis Olindæ jacturam factam Promontorium *C. S. Augustin* diversis operibus bellicis contra impetum hostilem stabilivissent, Indicæ in Belgo Unito Societatis ministri nihil prius antiquiusque habuerunt, quam ut ejus loci possessionem, quicunque illud etiam ratione fieri posset, dominis suis acquirerent. Promontorium hoc, monti est excelsus, diversis collibus coheratus, qui circiter quatuor miliaria ultrò sinum partem extra latus in mare properdens Meridionali latere contiguus est sinui maris latiori, qui fluvium *Pernanco*, vel *Poyuca* duplici exitu ex mediterraneis regionibus erumpentem excipit. Inter utrumque exitum sita sunt duæ Insulæ, quarum prioti & maiori ad dextrum fluminis ostium conspicuæ Hollandi Waltherum nomen assignavêre. Sinus præfati latus Orientem obversum saxosa & scopulosa claudit linea, quæ *Recife* appellata, ut aliæ ejusmodi omnes in hoc Brasiliano littore admodum frequentes; angusta est, & à Borea versus Austrum longitudine sua progreditur. Inter extremum hujus apicem Borealem & promontorii *Cabo S. Augustin* latus Meridionale meatus in sinum patet, ut & foramen adhuc aliud minus *Barretta* nomine, minori in sinu Insulæ objectum. Priori meatui, per quem in Sinum transire licebat, defensioni quibusdam congestis ex terra aggeribus Lusitani propexerant, ità ut ingressum in portum, qui post *Recife* ipsi latebat, impedire potuerint. Pagus *Nossa Senhora de Nazareth* in jugo montis situs adjunctum sibi habebat fortalitium, inter quod & finimum aggerem continuum, qui ingressus in portum tutelæ inservirebat, nonnulli aggeres tormentarii & Reductus intercedebant. Promontorii pes curvâ linea ferè usque ad flaminis in duos alveos discessum ascendit, qui locus à minori Insula propemodum sesqui-ictum sclopeti disjunctus alteri fortalitio *Oyantal* à Lusitanis vocato sedem præbuit. Eo in loco naves saccharo differendæ solebant. Cum mense Februario Anni 1624 Societatis Indicæ præfecti Brasiliæ regimini destinati irrito conatu ex Capitania *Paraiba Phernambucum* reversi essent, recto cursu naves suas ad hoc Promontorium directas 4 Nonas Martii ad litus appulerunt, ac milite in terram exposito munimenti *Oyantal* positi sunt; quod postquam necessariis structuris bellicis firmassent, in minori insulâ munitionem novam, cui **Fort Cyttingh** nomen indidêre, hostibus suis opposuerunt. Mense Aprili Anni 1633 Fortalitio *Nazareth* jugo montis insidente obsidione circundando initium est factum, ità ut pedetentim totum milite Hollando circumsedcretur, & mense Junio à Colonello *Artischofski* majori, & fortiori militum manu cingeretur; Quæres tanto Lusitanum præsidium terrore percussit, ut *Sigismundo à Schoppen* summo militiæ Hollandicæ in Brasilia præfecto 5 Nonas Quintilis se dederet, & 700 hominum numerus ex munitione dicta egressus à navibus Hollandicis in Indium Hispaniæ regi immediatè subjectam transferretur. Ejusdem Anni *mense* Martio *Porto Calvo* navium statio vi occupata Societatis Indicæ dominio quoque accessit. Fluminis commoditas, & septem molendinorum numerus huic loco haud exiguam negotiationis famam conciliaverant. *Don Matthias d' Albuquerque*, cui à fratre *Don Duarte d' Albuquerque* hujus capitaniæ cura & tutela commissa erat, aliquanto post impetu subito cum denuo oppressum recuperavit, quamvis tandem animadverteret, ei conservando se parem non esse, eundem deseruerit. Verum postquam ad Colonellii *Artischofski*, qui tum temporis prope *Paripueram* castra sua locaverat, aures pervenissent, quod Lusitani *Porto Calvo* iterum hostili manu adorti essent, mox ad eum locum obsidione liberandum se accinxit. Fluviolus *Paripueira* quinque miliaribus à Promontorio *Punta de Iarogoa* versus Aquilonem recedit, quemadmodum vice versâ duo pagi *Alagoas del Norte*, id est, Alagoas Septentionalis, & *Alagoas del Sur* sive Meridionalis, qui alto quodam angulo, & aliquot parvis Insulis discernuntur, à præfato Promontorio versus Notum secedunt. Paulo ulterius versus meridiem *Porto Francez* portus, & inde aliquanto longius Flumen *Rio S. Miguel* conspectui sese offerunt. Prope *Alagoam del Norte* duo fluvii undarum suarum mare participes reddunt. Alteri eorum *Caraibo* nomine 3. assident sacchari molendina. Inter Promontorium *Punta de Iarogoa* & fluviolum *Paripueira* 5. alii haud magni momenti rivuli aquas suas in mare effundunt. *Paripueira* fluviolus sinuosis anfractibus ex mediterraneis locis in mare profertim multos crocodilos alit, à quibus nemini injuria aliqua oritur, nisi illis, qui eos irritare & lacessere. Colonellus itaque dictus omnibus ad expeditionem paratis itineri se accinxit, & 3. à *Barra Grande* versus meridiem milliaribus cum altero militiæ præfecto *Sigismundo Schuppen* se conjungens militari sua manu *Povaçon de Porto Calvo* rectâ viâ tetendit; nisum tamen vacuum, & opera militaria omnia dejecta offendit. *Albuquerque* enim, cui adventus Hollandorum innotuerat, in turalioca se recipere, quam fruitâ turelâ loco illi patrocinari satius esse ducebat. Uterque militiæ Hollandicæ præfectus aggeribus defensionis, quos hostes demoliti erant, restauratis, & necessario præsidio firmatis, in castra sua ad fluvium *Paraquera* reversi sunt, unde Colonellus *Artischofski Phernambucum* rediit; alter verò dutius ibi moratus omnes circumjacentes munitionet, visitavit, omnimque rerum sedulam curam gessit. Interea temporis in Hispania Classis nova apparatu sedulo constructa, & Lusitanis in Brasiliæ auxilio missa Anno 1625, 6 Kal. Januarii velis 32 ante *Phernambucum* Hollandis in conspectum venit, qui id temporis & à navibus, quarum 12. tantum in porta numerabantur, & à militibus aliis in locis belli negotiis districtis & divisis imparatissimi erant. Nihil tamen tentavit, minus ignorantiâ, an verò studio, incertum. Relictis igitur & haud parvo periculo liberatis *Phernambuci* Hollandis ad promontorium *C. S. Augustin* & *Barra Grande* perrexit, quæ loca etiam aggredi non autâ est. Tandem omni militæ cum apparatu bellico in Promontorio Cabra *Punta Iarogoa* expolito in Boreali vici *Alagoæ* latere Lusitacastra sunt formata. His viribus cum Lusitanis haud parum incrementi & animi accessisset, à tergo *Paripueira* per sylvas, colles, & montes tenticentis & arbustis omnibus excisis novam viam *Povaçon de Porto Calvo* versus aperuerunt, eò quod omni per *Paripueram* aditu interclusi essent. Relictis igitur *Alagoæ* tormentis bellicis, impedimentis militaribus, & mille militibus, qui castris præsidio essent, ter mille militibus per novam viam in *Povaçon de Porto Calvo* repertum impetu se effudêre, ita ut parum abfuerit, quin Colonellus *Schuppe*, qui duobus militum suorum signis & 250. Brasilianis paulò antè in locum illum venerat, in hostium suorum manus incidisset. *Artischofski* alter præfectus ipsis Januarii idibus anni 1636 de hâc subitâ Lusitanorum irruptione demum certior factus 1300. militibus ac duobus tormentis bellicis majoribus itineri se festinâ properatione commisit, & Lusitanis oppositis, qui *Povaçon de Porto Calvo* firmissimo præsidio munito exercitus reliquias satis firmas in eamque coluerant, ut

ut Hollandis obvium irent. Utrinsque gentis copiæ inter 16 & 17 Kal. Januarii tempore nocturno duobus circiter miliaribus à *Povaçon de Porto Calvo* in media inter *Camaragibe* & *Porto Calvo* vià inopinato concursu sibi obviam factæ mortem oppetiit. Postquam rumor in Hispania percrebuit, urbem *S. Salvador* à Classe Societatis Indicæ Occidua subito occupatam esse, Rex Catholicus de eâ recuperandâ admodum sollicitus in eam curam summa diligentia incubuit, ut potentissimâ classe in Brasiliam missa voti sui compotimum compositeret. Hæc summo studio & magnis sumptibus adornata, 35. navibus maximis, quas *Galiones* vocant, & aliis onerariis, unà item *Caravelâ*, 3. *Tartanis*, & 4 *Pinaffis* constans, ex Insula *Calo Atalo* aut ex Gadibus 19 Kal. Januarii Anni 1625 solvit, & 7300 hominibus armatis pridie Non. Aprilis in Sinum omnium Sanctorum seu *Bahia de todos los Santos* advectis, urbis *S. Salvador* obsidionem auspicata est. Hanc cum cæteris ad eam pertinentibus munimentis 2000 militum præter Æthiopes & Lusitanos, qui apud Hollandos in urbe manserant, præsidium tuebatur, ac in ipsa flatione 37. adhuc naves Hollandicæ anchoris retinebantur. Verum quoniam illi qui finitimæ terræ in urbe præerant, virâ fuâ difficultâ & nonnisi maximæ confusioni inter milites ortæ anfam, præbentes defensione debitâ & necessariâ superfederant, & planè rerum fuarum non fatagerant, factum est, ut *Don Frederico* Hispanicæ Classis Imperator pridie Kal. Maii deditione urbem recuperaverit, ex quo duo militum millia discesserunt, & navibus consensis Hollandium reportarunt. Deditio hæc petulans & minimè necessaria, quæ ex nimia præfectorum incuria, negligentiâ & confusione scaturiebat, Lusitanis magno periculo liberatis, Societatem Provinciarum in Belgio fœderatarum Occiduam haud exigua clade affecit. Nulla certè deditionis necessitas ipsos impulerat; cum ab apparatu bellico, qui necessario requirebatur, adhuc probè instructi essent, & 1. aut 4 mensium annona suppeterent, ipsique auxilia, de quibus 14. ante obsidionem dictus à celoce, cui lepus nomen erat, certiores erant redditi, ex partis quotidie expectarentur, utpote quæ 16. post deditionem diebus in finum omnium Sanctorum advenerant. Quanquam vero Occidua Societatis præfecti urbis *S. Salvador* positi facili conjectura assequi poterant, Hispaniarum Regem ejus recipiendæ causa nonnem lapidem moturum, atque idcirco tempestivè admodum insignem classem sub Dominum Henrichum fummo præfecto, duobus Amiralis *Andrea Viron* & *Lam* cognerunt, ut victoriam, cujus potiti fuerant, utiliorem sibi redderent; ipsam tamen venti adversi, qui tunc temporis in Societatis illius cladem quasi conjurasse videbantur, in Texelia Hollandiæ Borealis Insulâ nimis diu remorati sunt, ita ut ipsi præfectus summus 8. tantum navibus Kal. Martii Anni 1625 ex Hollandia discesserit, quas cæteræ tandem consequutæ sunt. Cum in itinere jam 34 naves infirmissimæ versarentur, hoc incommodi ad pelus etiam accessit, quod frequenti maris tranquillitate diversæ septimo Kalend. Junii in Sinus *Bahia de todos los Santos* conspectum tandem prodierint. Ubi cum urbem *S. Salvador* ab Hispanis recuperatam intellexissent, re infectâ discedere, inoris Brasiliani oras legere, & quoniam plures jam ex vectoribus morbo correpti erant. Sinum, qui *Bahia de Thorayaro* vocatur, 6 gradibus ac 20 scopulis ab Æquatoris latere Australi 3. vero miliaribus ab urbe *Parita* versus Borcam recedit, ac uno militari ab Austrino fluvii *Itamgapiguape* latere remotus est, petere cogebantur. In hac navium flatione Classis illa anchoris denisis à 13. Kal. Quintilis usque ad Kal. Augusti incubuit, ac postea inde discedens divisa est. Præfectus summus, postquam septengenros ex ea fuit, qui morbis & aliis casibus adversis perierant, perdidisset, 18. navibus Insulas *Cerdham*, seu eas, quæ *Hispaniolam* & *Cubam* circumjacent, petens irrito conatu, Hispaniolæ vicinam Insulam *Porto Rico* adortus est. Quamvis enim urbem ejus præcipuam

sua

Hollandi Promontorio C. S. Augustini potiuntur.

Sinus Bayæ de todos los Santos.

Urbs S. Salvador.

Capitania de todos los Santos.

Alagoa del Norte. Alagoa del Sur.

Classis Hispanica.

Dominus à Dorth

Hollandi urbem S. Salvador recuperant.

Occidua Societatis Classis.

Porto Calvo.

Cabo S. Augustin.

Fortalitium Real ab Hollandis occupatur.

Lusitani cæsi & fugati.

Paripueram

propè Alagoam.

Hispani urbem S. Salvador recuperant.

fuæ ditionis fecerit, arcis tamen compos fieri non potuit. Tandem prope *Hervenam* Insulæ *Cubæ* portum & urbem Anno 1616. diem obiit, postquam navibus suis omnia ista loca pervagatus esset, & Hispanos haud exigua clade afficeret.

Societatis Indiæ Occidentalis origo.

Societas supius nominata anno 1616. in Indiam Occidentalem cum imperio summo misit *Mauritium Nassovia Comitem*, qui felici successu Lusitanis porrò diversis munimenta eripuit, ità ut Societas jam totum illum tractum à *Rio Grande* fluvio usque ad flumen *Rio S. Francisco* cearum milliaria per currentem in potestate sua habuerit. Anno 1640. mense Januario Lusitani magna classe *Pernambucum* recuperare conantes, magna clade à Societatis navibus affecti sunt. Postea *Mauritius Nassovia Comes* Urbem *Todos los Santos* irrita obsidione cinxit. Idem anno 1644. ex Brasilia discessit, & in Hollandiam rediit. Post ejus abitum Societatis res in Brasilia collabi inceperunt. Boni publici negligebus, & privati commodi studium eas pessundedere. Lusitani jam aperto Marte, jam ficta pace, & ex insidiis Societatis ministros adorti sunt. Proditores domestici & interni, tàm ex iis qui ex Hollandia missi fuerant, quàm ex Lusitanis, qui simulata obedientia Societati se subjecerant, Lusitanorum conatus promoverunt. Ministrorum autem, quibus rectio rerum Societatis commissa erat, partim in curia, partim propriis compodis intenta cura totum Societatis statum ad interitum vexit. Hollandia vero litibus & discordiis intestinis laborans, ac tandem Anglico bello vexata tardiora, & rebus laborantibus insuria auxilia submisitravit. Lusitani igitur sensim amissa munimenta recuperantes tandem anno 1674. *Pernambucum* deditione receperunt, cujus Hollandi jam per viginti quatuor annos possessores fuerant. Origo autem & fatus Societatis supius nominatæ, quæ jam totâ Brasiliâ excidit, sic se habet. Fœderatarum in Belgio Provinciarum consensu unanimi 3. Nonas Junii Anni 1621. ab Ordinibus Generalibus Societas instituta, eique soli in Indiam Occidentalem ex Provinciarum Unitarum stationibus navalibus navigatio concessa, cæteris verò omnibus Belgii Fœderati incolis prohibita est. Privilegium illud 15 Kal. Martii & 4. Idus Junii Anni 1622. Salis transvehendi navigatione, atque aliis nonnullis articulis Ordines Generales auxerunt. Addiderunt & aliud incrementum cum ampliationis testificatione Idibus Februarii Anni 1623. quo illa primæ classis apparatu initium fecit, eámque postea in mare ablegavit. Est autem Societas illa, cujus conventus seu congregatio Generalis, in qua omnia negotia ipsam concernentia tractantur, & decidiuntur, in quinque collegia, seu cameras, ut vocant, divisa, quarum primum in ordine locum obtinet urbs Amsterodamum, ad quam quatuor nonæ partes omnium facultatum Societatis propriarum pertinent, adeò ut ejus nomine octo magistri, seu administratores aut præfecti conventui generali interesse soleant. Eam sequitur Zelandia Provincia, quæ duas ex novem partibus possidet, & quatuor ad generalem congregationem administratores mittit. Tertia est Camera ad Mosam fluvium, quarta Camera Hollandiæ Borealis, & Quinta Urbis *Groningæ* cum *Ommelandio*, id est regionibus circà eam sitis: quarum harum trium postremarum nonam habet partem, & duos ad commune concilium administratores ablegat: ita ut 18 personæ totius Societatis nomine congregationi universali intersint, quibus unus ex Generalibus ordinibus adjungi solet. 19 igitur personæ totam congregationem absolvunt, quæ merito inde à Belgis **de Vergaderingh der Negentienen**, id est, 19. administratorum, seu præfectorum congregatio vocatur.

Litora à flumine *Rio S. Miguel* ultra ad alterum *Rio de la Plata*.

Regni Brasiliani litora hactenus visitata nos ad fluvium *Rio S. Miguel* deduxerunt; restat ut reliqua ab illo fluvio usque ad flumen *Rio de la Plata* persultemus. Reliqua litoris hujus Orientalis ad Indiam Occiduam pertinentia pars, quæ ad Fretum Magellanicum excurrit, in Poli Antarctici descriptione oculis subjicietur.

Rio igitur *S. Miguel* vel *S. Michaelis* fluvio in litore versus Polum Antarcticum properante succedunt *Corripe*, *Rio S. Francisco* fluvius ex Mediterraneis procul remotis emergens, pluribus accolis domicilia præbens, & per regionem omnis generis alimenta vitæ necessaria suggerentem serpens, cui 10 Authinæ altitudinis gradus & 20 scrup. attribuuntur. *Sergippe del Rey* sub 10. gr. & 40. scrup. ejusdem altitudinis fluvius, in cujus ripa Lusitani pagum mediocrem cum sacchari molendino spacioso & pulchrè ædificato incolunt; Terra sacchari, cupressorum, & ligni Brasiliani admodùm ferax, & rei pecuariæ ob valles gramine fertiles, & pascuis repletas satis idonea, quod ex pecudum in ea abundantia liquido patet; *Rio Real* pulchritudine & amœnitate sua nobilis fluvius, qui ex procul dubio loco scaturiens descendit, ac omnis generis pretiosis lignis ad Oceanum devehendis, & in alias regiones navibus deportandis inservit. Sacchari molendinis diversis non destituitur, ac sub 11 gr. & 10 scrup. altitudinis Meridionalis sinus est. Postea sequuntur *Rio Tapicuri*, *Cabo Calum*, *Rio Vermelho*, *Punta Passaria*, *Rio Paraguay*, non magni momenti loca omnia, quæ partim culta sunt, partim inculta jacent. Littus asperum & altitudine suâ insigne, vicini maris piscatio dives & lucri plena nobilitat. Fluminibus secundis ex Mediterraneis locis ligni Brasiliani copia grandis deportatur, & navibus imposita in alios portus importatur. Tandem se offert Sinus *Bahia de todos los Santos* cum urbe *S. Salvador*, cujus descriptionem premisimus. Ab angulo Insulæ *Taperica* vicino anfractu quodam ora maritima versus alterum *Dos Cafsilianos* se incurvat, & sequentia loca ostentat; Ostium fluvii *Timbore* 10 milliarium intercapedine ab urbe *S. Salvador* dissidens; *Morro S. Pablo* angulum mari imminentem; & 3. inde milliaribus, *Rio Seypera* fluvium; & 2. milliaribus ab eo *Dos Cafsilianos* promontorium in mare propendens. His locis subjungantur *Camamo* angulus in mare extensus, *Rio dos Contas* fluvius sub 14 gradu & 20 scrupulo, qui duos montes secans 34 aut 35 pedum altitudinem attingit, cum aqua est maximè depressa, ità ut phaselo aut celoci alicui introire liceat, cum lembis aquam petituris tutela aliqua opus est: medium locum occupat inter angulum *Camamo*, & fluvium *Rio des Ilheos* vel *Ilees*, à quorum utroque tribus milliaribus abest. Fluvius *Rio des Ilees* adjunctum sibi habet pagum, & in Boreali ripâ molendinum magnificè extructum, quod procul in mari navigantium conspectui se offert. Porrò oedinem suum tuentur *Rio Ipoche*, *Rio Paripe*, vel *Paripe* duo flumina, *Peboda* scopuli cum pago vicino Indianis incolis habitato, *Rio Grande* fluvius procul ex interioribus regionibus egrediens, *Rio Bumbuguaspe*, *Rio S. Antonio* duo flumina, *Santa Cruz* cum quibusdam ædibus, & molendinis, *Porto Seguro* statio navium admodum commoda, in quam fluvius quidam se præcipitem agit. 16 gradui & 30 scrupulo latitudinis ab Æquatore versus Austrum declinantis situs ejus adscribitur. Locum hunc cum fluvio, cingens regio saccharum, zinziber, *Patatæ*, *Mandiocæ*, & alios ejus generis fructus producit. Oppidulum portui contiguum Indiani quodam tempore subito impetu expugnarunt, Lusitanis occisis, & templo cum iis, qui in id se fugæ receperunt, exusto. In hujus portus latere meridionali jugum sumum excelsum ostendit mons *Pascual*, quod nomen Lusitani frequentes ei dare solent. *Punta Curubabo* vel *Corobabo* apex ex litore prominens ad 17 gradum & 30 scrupulum latitudinis ab Æquatore versus meridiem se flectentis refertur. Ulteriùs consequuntur *Rio Taroraz*, *Rio dos Frades*, *Rio Jacuru*, *Rio Tanabara*, vel *Tavahara*, & *Rio dos Carvelos*, quorum fluviorum omnium ostia ora hanc maritimam perfringunt. E fluviorum horum regione in Oceano sub 18 gradu in conspectum veniunt *Abrolhos*, seu loca illa ficca, & tractus in mari ingens, qui multas parvas Insulas, saxa, & scopulos partim sub aquis latentes,

Rio S. Francisco.

Sergippe del Rey.

Rio Real.

Bahia de todos los Santos.

Rio dos Contas.

Rio des Ilees.

Porto Seguro.

Abrolhos.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

rentes, partim extra aquam in oculos incurrentes complectitur. Loca sunt profecto admodum periculosa hyberno inprimis tempore, quo horrendæ tempestates, & venti ferocissimi surgentes terribiles procellas excitant, ac præternavigantes naves in ea conjiciant. Testimonio sunt diversæ Hispanorum naves, quæ diversis temporibus in his locis naufragio periêre. Tres per ea transitus aut meatus patent, primus est inter Terram firmam, & *Ilha de Abre* Insulam, alter inter *Ilha de Abre* Insulam & alteram *Ilha de Passaros*; ultimus inter Insulam *Ilha de Passaros*, & *Monti de S. Pedro* & *Ita Ilha Seca* vel *Infusitæ*. Jesuitæ scopuli sunt ita cognominati. Tractus hic *Abrolhos* à Terra Firma & ab occasu per 56. milliaria versus Orientem longitudine sua in Oceanum progreditur. In litore iterum cernuntur *Rio Pernipe*, *Rio Circore*, *Rio Doce* 3. haud magnæ notæ fluvii, *Rio & Cabo dos Reyes Magos*, sub 19. gradu & 10. scrupulo promontorium cum flumine ejusdem nominis, Montes *Pero Caam*, & fluvius cum urbe *S. Spiritu Santo* sub 20 gradu & 10 scrupulo. Fluvius latus admodum & profundus per ostium largum aquas suas in Oceanum vectat, cujus Borealis angulus *Punta Tiburon* appellatur. In ejusdem ripa Aquilonari sedet civitas ipsa, inter quam & *Punta Tiburon* medium tenet locum mons quidam, cui Belgarum natura à figura nomen *Buncherwood* id est, panis sacchari imposuerunt. Inter urbem autem & montem muniendum quoddam parvum tutelæ causa excitatum occurrit. Pagus *Villa Velha* in Austrino latere sedem suam collocavit.

Capitania Spiritus Sancti.

Naves flumine adverso ad urbem usque adscendere possunt. Urbs dicta Capitania *Spiritu Santo*, caput & Metropolis est. 4 Idus Martii Anni 1625 *Petrus Petri Heyn* classis Hollandicæ Amiralius navibus suis fluminе hoc adverso ad urbem advectus eam quidem adortus est, sed repulsam ferens irrito conatu iterum exire coactus est. Mense Majo Anni 1627. idem Amiralius, postquam in Sinu omnium Sanctorum vel *Bahia de todos los Santos* ex Lusitanorum in porta inventis navibus, quas captas & direptas incenderat, opimam prædam nactus esset, & magnifica spolia reportasset, 8 geem navibus onerariis, & octo phaselis seu celocibus ad hunc fluvium reversus toti fixæ classi de malis auxeis, & citriis, atque aquâ dulci prospexit, oppidalo autem nullum omninò damnum intulit, ac 4. Kal. Junii inde iterum discessit.

Fluvium *Rio e Spiritu Santo* excipiunt *Incui*, *Sierra*, & *Rio Guarigari* flumen, *Punta de Eritiba* Promontorium; & *Ilha de Francesco* sub 21 gradu Insula haud procul à Terra Firma frutibus & gossipio abundans, quam Galli, à quibus etiam nomen invenit, olim tenuerunt; Sinus *Baya Hermosa*, sub 21 gradu & 30 scrupulo: margo meridiem spectans ab Hispanis sacharum ibi colligentibus incolitur. *Cabo S. Thome* Promontorium sub 22 gradu & 20 scrup. à quo *Ilha de S. Anna* ligni Brasiliani, malorum aureorum, citriorum, limonum & aliorum fructuum Insula feracissima tribus tantum milliaribus abest. Ipsa abundat etiam multis & pulchris piscibus, avibus, & gratissimi saporis aqua dulci, sed incolis planè destituitur, nec eò nisi ex Terra firmâ incolæ suis lembis & navigiolis, quæ *Prawen* & *Canoen* vocant, adnavigant. *S. Salvador* finis est maris, in litore suo conspectui exhibens *Casa de Pedro* miræ altitudinis scopulos, qui procul in mari navigantibus in oculos incurrunt. *C. Frio* promontorium 22 gradibus & 40 scrup. ab Æquatore versus Austrum recedit, quod sequuntur *Puntes Sacaremna* vel *Sacaremna* promontorium, Insulæ *Maricari* tribus à fluvio *Janeiro* milliaribus distat. A promontorio *C. Frio* usque ad ostium fluvii *Rio Genero*, vel *Janeiro*, 22 gradibus & 30 scrupulis ab Æquatore declinantis, 30 milliar. numerantur. Fluvius ille grandis & latus ripis includitur montosis, ac ferè è medio ostii affurgentes ostendit cautes & scopulos, in Boreali verò ripâ Castellum introitui & exitui defentione sua patrocinans, in dextro vel Austrino latere proximè ripam insulam parvam, cum excelso scopulo in eius fronte simili panis sacchari effigiem referente, & castello quodam in fine, tandem 2. à litore milliaribus in sinu quodam civitatem *S. Sebastien* hujus Capitaniæ *Genero* *S. Sebastien* Metropolin. Ante sinum, cui civitas adsidet, alia parva *sum.* Insula *Atanger*, in qua castellum etiam locarum est, cernitur. De sacchari copiâ insigni non est quod hæc capitania multum glorietur; sed de gossipii, ligni Brasiliani, & annonæ inprimis affluentia meritò se jactare potest, utpote quæ piscatu & venatu opimis & frequentibus, piscium ac ferinæ indigenæ sibi copiam compararе potest. Galli annis 1555, 56, & 57. incolæ & accolæ hujus loci possessores quidem fuêre, quos Lusitani postea vi armata sedibus illis expulerunt. Anno 1581 Galli eadem clade suâ adorti irrito conatu recuperare tentabunt. Indigenæ *Tevupinambury* nominantur.

Prope fluvium *Rio Genero* cernes *Garatuba*, *Rio Tayoqua*, Insulam *Morehay*, duos parvas Insulas *de Zamnoes*, & *Catie*. *Angra des Reys* Sinus maris 2 ædibus exor- *Angra des* natus, & habitatus ad montesim regionem plurimis *Reys.* vallibus sacchari & variorum fructuum palato gratissimorum ferocibus sedens. *Ilha Grande* sub 23 gradu & 20 scrup. Insula, cui arbores pluriuæ pulchritudinem & amœnitatem insignem conciliant. Ea proximè sibi adjunctas habet duas alias minores, *Typya*, & *Jorgogoge*, & haud procul à Borali suo latere spectat scopulum in gentem tantâ excrementorum, quæ avium incredibilis frequentia ibi quotidie deponit, copiâ refertum, ut propter albedinem maximo splendore circesecat. Insula *de Porcos* à porcis sibi nomen adscivit, Insula de quorum insignem multitudinem alere solet. Alta, & Porcos. montibus, quorum tres vel quatuor sibi mutuo insident, dumosum circiter milliare à Terra Firma in mare recedit, & sinus *Phaulo* nomine litus suum excavari sentit. Quinque ab eo loco milliaribus sub 24. gradu videre licet Insulam *S. Sebien* cum porta in Boreali latere, cui *Porto dos Caſtelhanos* nomen est. Porrò litus transit ad Sinum *Garamunes*, duas Insulas parvas, *de la Victoria*, & *de Buyos*, scopulos *los Alcatraves*, parvam Insulam *Monte de Trigo*, Insulam *S. Marco*, urbes *Santos*, & *S. Vincente*, 24. circiter gradus ab Æquatore versus Austrum discedentes, quibus se opponunt tres Insulæ *de Quymades* 10. ferè milliaribus ab ipsis in mare progressæ, ex quibus multi fructus & pisces lembis & navigiolis petuntur, atque duabus dictis urbibus *Santos* & *Vincente* suppeditantur. *Santos* civitas 40 leu- *Santos.* cis Hispanicis ab ostio flaminis *Rio Janeiro* remota, & 3. aut 4. milliarium spacio à mari in terram recedens, 70 aut 80 circiter ædificiis conflat, & fluvium satis largum præterfluentem habet, cujus beneficio docentorum doliorum onus vehentes naves eum accedere possunt. Regio circumjacens plurimis arboribus & silvis vestita convallium fertilium beneficio omnis generis fructus, & alimenta corpori necessaria abundanter producit. *Georgius Spilbergben* Hollandus Anno 1614. Suburbium cum molendinis exussit. *S. Vincente* *S. Vin-* ad ostium seu fluminis cujusdam, qui onerarias naves *cente.* admittit, ripam occupat, & tribus aut quatuor milliaribus ab urbe *Santos* distat. Anno 1591 *Thomas Candish* Anglorum Archithalassius eam occuparam incendit, atque in cineres redegit. Porrò pergenti se offerunt *Capivary* leucis 2. à *S. Vincente* urbe fluviolus, *Rio Tanhaen*, & *Rio Vbabug* 2. flumina, *Rio Iguas* sub 25. gradu flumen ingens, Sinus *Cananea*, qui fluvios *Araraqua*, & *Itacuatiara* excipit. E regione hîc est Insula *la Cananea*, cui 25 gradus, & 20 scrup. altitudinis Austrinæ attribuitur. Ulterius conspiciuntur *Barra d'Iacuvaru*, *Acaranca*, *Pernagua* Sines se in terram incurvans & Insulam sibi oppositam habens, ac navibus contra periculosissimos & admodum horrendos ventos & tempestates, quæ sæpissimè his in locis oboriuntur, tutandis aptissimus. *Barra de Iho pendo*, *Rio S. Francisco* sub 26 gradu & 30 scrup. *Tapoca*, *Tayahagb* 2. flumina navibus haud multum frequentata. Insulæ *del Gallo* 3 mil-

Rio Genero vel Janeiro.

Insula S. Anna.

Biblioteca Museo Franz Mayer

liarium intercapedine à fluvio *Tayahugh* ulterius protenta ; & ante angulum Sinus *La negada de Garempar* sub 28 gradu locata. Insula *S. Catharina* ante finum illam sub 28 gr. & 30 scrup. sedens, & longitudine sua fesquimiliare conficiens. *Arborea* Insula parva ; *Rio Patos*, *Rio Opada* 2. flumina ; *Rio Largoa* aliis *Rasfa* fluvius sub 29 gradu, cum Insula *Reparo*. *Rio Arango*, *Rio Bergerinho*, & *Taramandaba* tres fluvii parvi, qui à Sinu *Tarandaba* eiusdem cum postremo cognominis absorbentur. *Rio Grande* ab aliis *Rio de S. Pedro* cognominatus fluvius sub 32 gradu & 30 scrup. altitudinis Australis angulis admodum sanctibus natibus introitum largitur, intus vero adeò latus & spaciosus est, ut Lusitanis primo aspectu se offerentem fretum aliquod latum, & in mare pacificum transiens visum fuerit. Tandem verò compertum est, latè se extendens esse stagnum, quod plures fluviolos recipit : Inter id & Oceanum longo tractu montes excelsi intercedunt, qui ab Hispanis *Sierra alta* nominantur. Huius paludis accolæ homines feri & immanes *Patoes* dicti toti regioni circumiacenti nomen *Terra des Patoes*, vel *Patoas* dederunt. Tandem hoc litus claudunt *Rio de S. Martin* fluvius ; *Ilha de Castillos* sub 34 gr. 40 scrup. quæ Insula parva & montosa 35 milliarium intervallo promontorium *Cabo S. Maria* post se habet, & ostium celeberrimi fluvii *Rio de la Plata*, cujus dexter sive Borealis angulus *Cabo de S. Maria* 35 gradum, & Australinus 37. altitudinis ab æquatore versus meridiem gradum obtinet, ita ut utrisque intervallo 40 milliarium longitudo adscribatur, eò quod aquilonaris apex aliquanto longius in mare promineat. *Iuan de Solis* familiam duxit inter Europæos, quibus hic fluvius innotuit, unde etiam *Rio de Solis* appellatione ab inventore primo deducta audivit, donec nomen illud postea mutatum fuerit. Litoris ergò hujus hoc flumine descriptionem fusimus, cujusque reliquam partem in Poli Antarctici elucidationem reiecimus.

Rio Grande.

Patoes populi.

Præcipuæ & magis notæ Insulæ, quæ in hoc Oceano sedem habentes descriptione reliqua apericendæ sunt, sequentibus nominibus à nautis appellantur.

Fernand de Noronha, vel *Loronho*, à Gallis *Fernand de la Roigne* appellata Insula 3 gradum, & 45 scrupulum *de* Nobilatitudinis ab Æquatore versus Notum declinantis tenet, & 3. vel 6. milliarium circuitu absolvitur. Fertilitate, & amœnitate nobilissimæ indignem fortitudinem natura concessit, fertilitatemque ejus testantur pulchri, & optimi saporis fructus, meliones, *Ignames*, *patates*, pisa, fabæ, frumentum Turcicum, gossipium, & plures alii, quæ in humani corporis usum adhiberi possunt. Nutrit etiam boves, capras silvestres, gallinas Europæis multò majores, & incredibilem avium copiam, quæ facili negotio capi, aut manibus ex nidis eximi solent.

Fernand de Noronha, la Roigne

Litori Brasiliano ulterius opponuntur Insulæ sequentes : *Ilha de Atemça*, *Ilha de Trinidade*, *S. Maria d'Agosta*, Insulæ *Martin Vaz*, *Ilha dos Picos*, & ex Africani litoris regione *Ilha de Ascension*, & Insula *S. Helena*, quæ montibus plurimis assurgens nullis incolis frequentatur. Omnes naves, quæ ex India Orientali in Europam revertuntur, sive Hispaniæ, sive Galliæ, Angliæ, aut Belgiæ fuerint, in stationc hujus Insulæ adeòdum commodè ancherari demittere, & aquam ex rivo ex montibus decurrente haurire in more positum habent. Capiuntur etiam in ea hirci, capræ silvestres, & porci aut apri, quorum animalium multitudo haud exigua illam complevit. In valle, quam rivus ex montibus procumpens permeat, malorum aureorum insignis copia colligitur. Bonæ Spei promontorio obiectæ sunt adhuc duæ Insulæ, *Ilha de Tristan de Cunha*, & *Ilha de Gonçalo Alvarez*.

Ilha de Atemça, Ilha de Trinidade, S. Maria d'Agosta, Insulæ Martin Vaz, Ilha dos Picos, & ex Africani litoris regione Ilha de Ascension, & Insula S. Helena

Latus maris hujus Australis Terræ Australi incognitæ finitimum est, de cujus conditione, situ, & ortu maritimis hâc vice nil certi adhuc promere possumus, adeò ut jam indicare nequeamus, an Terra firma sit, an verò multis Insulis obsideatur, aut contrà Oceanus ubique domaretur.

MAR DI INDIA,

SIVE

MAGNUM MARE INDICUM,

Aut Oceani totum Terrarum Orbem ambientis,

TERTIA PARS.

MAR DINDIA.

MAR D'INDIA, seu Mare Indicum, aut Indiæ Orientalis Oceanus tertia pars est Oceani Magni totum terræ Orbem ambitu suo circumvectis, quæ cum omnibus oris suis maritimis & Insulis præsenti hâc charrâ Hydrographicâ oculis subjicitur. Fines ejus Solis occasum spectantes Æthiopicum Mare, & oras Africæ Orienti Soli oppositas tanguit, Boreæ obversi cum Asiæ litoribus communionem habent, ad Auroram recedentes Mari Pacifico contigui sunt, & medium Solem versus Terræ Australis incognitæ districtu maritimo coërcentur. Verum quoniam charta hæc prolixitate suâ ingentem orarum maritimarum copiam complectitur, præcipuorum locorum mentionem hîc faciendam censemus præterea cæteris, quæ hac vice operis hujus nostri modum nimio augmento onerare possent.

Finet.

ORIENTALIS AFRICÆ litora præcipuè nota sunt hæc, Bonæ Spei Promontorio, quod extremum Africæ apex est longissimè in Oceanum prominens Africanum litus pedetentim ad Æquatorem adscendit, eoque superato, ulterius usque ad Maris Rubri exitum procurrit. Propè Bonæ Spei Promontorium *Trombas* quamplurimæ mari innatantes, ut & Luporum marinorum haud pauci conspiciuntur. Signum hoc nautæ observant, & ex eo colligunt, naves terræ appropinquare, & à litore haud longè abesse. Lupi illi marini, aut potius Ursi marini (ab Ursorum enim terrestrium figuri haud multum abludunt) capite & colore suo Ursis respondent, & cum iis tam actionibus, quàm gestibus apprimè conveniunt. Rostrum tamen habent acutius, & fortes admodum vehementibus morsibus hostes suos animosè excipiunt. Posteriores pedes caninis haud absimiles, & ob debilitatem aliquantum claudos trahunt ; in currendo tamen celeres, viro alicui, etiam ex fortioribus, satis multum negotii facere solent. Solum Bonæ Spei Caput occupans sano & temperato aëre fruitur, ac habitationi aptum satis & idoneum est. Montibus hinc inde assurgens valles efficit amœnas & fertiles, quæ fragrantibus floribus & herbis consperse & tectæ gratissimum odorem spirant. Virides silvas & nemora frondosa totam regionem vestientia cervi gregatim frequentantes gratissimo graminis luxuriantis alimento pascuntur. Flumina & rivi quamplurimi aquas ex montibus & collibus emanantes per alveos suos in mare vehunt, & piscium saporis gratissimi copiam ingentem alunt. Litoris, & locorum mediterrancorum incolæ, homines effeti & humanitatis experte, mediocrem hominum staturam attingunt, & deformis admodum facici cute aliquantenus ad luteum, aut lividam colorem accedente tinguntur, corporeque ipso valde macilenti. pedum velocitate & currendo miram in modum gaudent. Mirâ pronunciatione verba sua protrudunt. ac Gallorum Indicorum instar loquendo glocitant. Corpori vestiendo pelles cervinas aliorumque animalium non paratas adhibent, ac ceu pallia humeris suis imponunt. *Trombas*, quas mari Caput Bonæ Spei assidenti innatare modo diximus, sunt arundinum quoddam genus, quæ mangam non ita hujus Promontorii vicinâ marinis fluctibus jactari cernuntur, ut & avium quædam species, quæ semper in iisdem undis natando indefessa ea de causa Carpvogels id est, Capitis aves nominari solent. Litori à Bonæ Spei capite, usque ad *Medagez de ouro*, vel *Os medos d'ouro* procurrenti *Cafraria* nomen est, ipsiusque habitatores indigenæ *Cafares* communi appellatione nominis confoederunt. *Rio dos Christoens* regentis magnitudinis flumen duobus ostiis, per quæ ipsius Oceanum exitus patet, hoc litus fecat. *Terra de Natal* mirâ amœnitatis tractus terrestris viriditate & laudo. planicie suâ oculos pascens, quem collibus arenosis litus à fluctibus maris defendit ; litus ingnam pluribus rivulis pervium, quorum quisque unum milliare, aut quandoque sesquimilliare ab altero sejunctus frequentibus per lapidos undis in Oceanum festinat. Cursus maris in hîce tractibus ex plagâ inter Boream & Orientem medià versus eam, quæ inter Austrum & Zephyrum medium locum occupat, tanto impetu, ac virium velocitate fertur, ut nulla navis, vento etiam secundo fortissimo uteris, & velis plenissimis navigans eum superare queat, ita ut naves aut retineantur, aut ab undis adversis planè repellantur. Hinc fit, ut venti etiam leniter spirantibus celerrime, & brevissimo intervallo se consequentes unde subitò motu exciencur, & navigationem admodum periculosam reddant. A loco in litore, qui *Os Medos d'ouro* appellatur, & 28. altitudinis Australis gradui subjicitur, magnum *Monomotapa* Regnum exordium capit. Situm illud est, si *Iohannis de Santos* enarratio historica fidem mereatur, tota terrarum *Mocaranga* Regno maximo quod olim ad unum regem solum pertinuit, biodierno verò tempore in quatuor regna dispertitum quatuor membra sequentia comprehendit, *Monomotapam* nimirum, *Quiteuam*, *Sedandam*, & *Chicangam*. Fuit olim Rex potentissimus quatuor filiorum pater, qui regnum illud *Mocarangæ*, quod possedit, inter filios suos totum divisit, & maximo natu *Monomotapæ* regnum concessit ; alter ex divisione illâ *Quiteui* regni, quod regiones magno flumine Sofala humectatas comprehendit, possessor evasit. Tertius in *Sedandæ*, regionis *Sabia* fluvio irrigatæ, possessionem venit. Minimus natu *Chicangæ* regni dominus factus est. Post patris obitum inter filios magnum dissidium est ortum, dum tres natu minores majori obedientiam præstare recusarent, unde bella vehementia enata regnum tantum in plures partes dilaceraverunt. In *Cofsale*, vel *Sofsala* regionis litore, quod præternavigantibus sæpè gratissimum spirando odorem offert, antequam in conspectum veniat, & jucundissimo ex terræ & arborum floribus, ac fructibus prodeunte fragore sæpissimè prodit, Lusitani foralitatem 20. gradibus & 30. scrupulis ab Æquinoctiali linea

Monomotapa, Quiteua, Sedanda, Chicanga.

Sofala.

Lusitanorum Castella.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

linea versus Notum recedens possident, quod prosinè maris litus sedem occupat in ripâ fluminis, quod centum leucis à mari remotam ex mediterraneis locis originem trahens, ac *Quiteve* regni sedem regiam *Zimbaon* præterfluens apud dictum Lusitanorum fortalitium ostio leucam unam Hispanicam ferè lato undas suas in Oceanum profundit. Anno 1505. *Petrus de Nhaya* regis *Zafi*, qui Mahumetanæ fœdæ addictus vitæ cæcebat, permisit Castelli illius fundamenta jacivit, cujus rei regem postea validè pœnituit, adeò ut etiam de Lusitanis iodæ iterum frigentis conflium caperet, qui posquam illud edificillent, regem fabrito & inopinato impetu obtruncarunt. Est præterea Lusitanis in hoc tractu locus alius bellicis operibus munitus, ad quem *Teta* Provinciæ Incolas auri & aliorum bonorum vendendorum gratiâ confluere ferunt. Ei Capitaneus aut præfectus à Gubernatore urbis *Mosambiquæ* præfici solet. Tertium sexaginta leucis Hispanicis à priori distidens, in regno *Intrabane* sub regis *Monomotapæ* imperio sedem tenet. Regnum illud solo fertili gaudet, & Lusitanorum merces ab ejus Incolis plurimi fiunt, & lucro magno possessores ditant. *Mossapa*, *Luanze*, & *Manezeve* ex locis, quæ Lusitani mercaturæ exercendæ causâ frequentant, præcipua sunt, atque inter ea excellit *Mossapa*, ubi Lusitanorum nomine præsecto, aut Legato alicui negotia gentem suam concernentia procurandi causa habitare per Regem licet. *Sofala* regio sive regnum *Manice* & *Sinoe*, quæ duo flumina iunt grandia, interpositam metropolin habet *Sofalam* in fluvii *Manice* Insulâ quadam sitam, & Castellum Lusitanorum optimè munitum, quod *Syame* fluvii ripam occupans præcipuus locus est, qui totius hujus litoris commercia adsè trahit. In exteris hujus Regni partibus negotiorum quidam procuratores Lusitani versantur, qui commerciorum à gente ea cum Incolis exercendorum rationem habent. Tota Regio humilis & depressa, nec montibus, nec collibus ullis surgit, sed ubique silvis & nemoribus referta est, ex quibus fragrantissimus odor exhalans septem milliarium intervallo in mari à navigantibus animadverti potest. Incolæ nigri coloris, robusti, ac fortis corporis, & longæ staturæ homines, arcubus, sagittis, & ejusdi se defendunt, eorumque pars maxima Lusitanorum dominio paret. *Quama* fluvius, quemadmodum *Iohannes Hugo à Linschoten* docet, ex magno lacu *Zaire*, ex quo Nilus fluvius etiam eorum suum ducit, emergens navigandi commoditate insignis commercii occasionem largitur. Aurum, ebur, ambram & alias ejusmodi merces pretiosas Incolæ, qui Mahometis doctrinam amplexantur, cum exteris pro linteo, fertico, gossipio, & aliis bonis commutant. Inter prædictos duos fluvios *Manicen* & *Quamam* locatum est quoque regnum *Monomotapa*, ex quo secundum quorundam Scriptorum opinionem Salomo Rex ebur & aurum petenda curavit. *Mozambique* Castellum forte admodum Lusitanis comitatibus originem suam acceptam fert, atque paræ Insulæ continenti terræ admodum propinquæ, & sub 15. grad. ab Æquinoctiali sitæ indefensi portum habet commodissimum, qui naves Lusitanas ex Indiâ Orientali per Oceanum in Europam revertentes, & à tempestatibus ac procellis horrendis impeditas, quò minùs Bonæ Spei Caput superare queant, excipit. Solent enim naves illæ plurimque ad hunc portum perfugium capere, & in eo commodiorem aëris tempestatem expectare. *Quiloa* novem ab Æquatore gradibus distitum Lusitanorum quoque est castellum, omnibus rebus advim repellendam instructum. *Dom Pafco de Gama*, *Abrahamum* hujus loci regem Lusitanicæ Imperio subjecit, & vectigalem fecit. *Prasiosum* verò *Almeida* Anno 1505. in eius expulsi locum Anconium Mahometistam quendam sufficit, atque prædicti Castelli extructione Regis sui Imperium stabilivit. *Mombaza* urbs in Insulâ quidam parvâ portum commodum efficiunt sedens, & 4. gradibus ab Æquinoctiali linea separata Anno 1505. ab eodem occupata, spoliata, & exusta est. *Melinde* Castellum forte suum habet sub 3. gradu, & 30. scrupulo Meridionali latitudinis. Totus hic inter *Melinde* & *Mosambique* intercedens tractus multis, ac diversis Regulis paret, quorum quidam vectigalia solvendo Lusitanorum Regem superiorem agnoscunt, omnes verò cum Lusitanis mercaturæ exercitio vacant. Idem faciunt omnes isti populi, quicunctas regiones à *Melinde* ad Promontorium *Cabo Cardoſo*, vel *Corſar* Maris Rubri ostio indefenso progredias incolunt, eorumque exemplum imitantur. *Socotora* sub 12. gr. 15. scrupulo ante Maris Rubri exitum sitæ Insulæ habitatores Christianæ fidei quidem dogmata amplexi sunt, sed Lusitanorum Imperium hactenus à se amoliuntur. Ex hâc Insulâ petitur Aloë omnium optima, quæ Succotrina peculiari nomine appellata à exteris ejus generis distinguitur. Septuaginta leucarum Hispanicarum ab Africæ continente intervallo obtinditur magna & celeberis Insula *Madagaſcar*, S. Laurentii Insula alio nomine appellata, quæ in maximarum *Madagaſcar*. totius terrarum Orbis Insularum numerum referri potest. à 26. latitudinis Australis gradu initio sumpto, cum 12. gradu desinit, & longitudine sua 14. gradus complet, qui 280. leucas Hispanicas, vel 220. milliaria Germanica, quorum 15. uni gradui attribuuntur, conficiunt. Plurium Sinuum anfractibus litus incurvatum optimas usque stationes exhibens navibus Indiam Orientalem petentibus, aut ex eâ remeantibus perfugium commodum præbet. Non solum enim aquam dulcem, & ligna navibus largitur, verum etiam fructuum feracissima omnia generis alimenta vitæ sustentandæ necessaria iis subministrat. Maximæ ejusdem latitudini 90. leucæ vel 67. milliaria Germanica adscribuntur. Incolas habet Æthiopes, qui diversorum regum Imperio reguntur; hotum nonnulli Lusitani sobediunt. Superioribus annis in more positum habebane naves Societatis Indiæ Orientalis, quæ ex unitis Belgii Provinciis in Indiam Eoam tendere consueverunt, ut in hujus Insulæ stationes ex itinere diverterent, sed hoc tempore eum præterevehere recto cursu à Bonæ Spei Promontorio Batoviam in Java majore urbem tendunt, vel in reditu Batavia recto tramite versus Bonæ Spei Promontorium cursum. Inter *Madagaſcar* Insulam, & *Sofalæ* in continente terrâ litus locum obtinet *Baxos de India* tractus in mari, qui multis scopulis & caunibus partim sub undis latitantibus, partim apices supra Nepturi superficiem elevantibus abundans, navigationis per has oras cursum plurimis periculis subjicit. Hunc in pestem navibus creando focium se adjungit Scamnum, seu Pulvinus Insulæ *Madagaſcar*, Insula *Iuan de Nova* sola proximus, locus profecto tanto discrimini subjectus, ut in toto Oceano terram ambiente vix inveniatur alius, qui majoribus periculis naves soliciter. Raro enim navis in hunc locum incidens elucitatur, quod testimonio suo comprobant, tot Lusitanorum naves, quas hæc insatiabilis vorago absorpsit. *Georgius Spilbergen* celeberrimus rei nauticæ magister itineris sui primi, quod in Orientalem Indiam instituerat, tempore, Anno nimirum 1602. 7. 6. 5. & 4. Idus Februarii tàm horrendâ tempestate, & procellis tàm vehementibus in hoc mari isctatus est, cum spatium inter Africam, & *Baxos de India* interjectum transiret, ut præter *Baxos d'India* versus Scamnum illud Insulæ *Madagaſcar* à ventis conjectus navis & vitæ jacturam fecisset, ni 3. Idus ejusdem mensis ventorum rabies mitior facta fuisset. Erant inter eos, qui unâ vehebantur, diversi testimonio suo asserentes, se 20. 25. imò plures annos in mari versatos esse, imò navigando consenuisse, sed nunquam memoriale, quod toto vitæ suæ spacio unquam adeò horribilem & tremendam maris intemperiem, ventorumque collisionem aut viderint, aut audiverint. Non enim ventorum rabies stupenda & incredibilis sufficiebat, sed eam comitabatur procella

cella & imber tàm horrificus & fortis, ut tres dies continuos durans pluvia nautarum faciem, tibias, & manus haud aliter ferieret, ac ejusmodi membris illis dolores inferret, ac si virgis, aut lotis cæsi fuissent. Præterea venti rabioso suo impetu tantos tumultus & ejulatus excitabant, ut aliter alterius proximè assistentis vocem, petinde ac si furditate aures laborarent, nec audire nec percipere potuerie. Sine intermissione etjam fulctus instar montium in navem impetuosissimo casu delapsi totam operiebunt, & nautas improbissimo noctes & dies exhaurienti, & sollicitudinis exantlandi æquam labore, submersionis periculum avertere cogebant. Miserrimam rerum facicm augebat poppis pars extrema, speculum à nautis appellata, quæ ferè concussa & confracta haud multum aberat, quin in navim deturbaretur. Non solùm autem hic casus periculosus indicio est, quanræ tempestates his in tractibus maris exoriri soleant, verùm eadem etiam arguunt quamplurimæ naves, quæ miserabili naufragio ibidem in locis subenerse fundum petierunt. Spatium, quod inter extremum insulæ *Madagaſcar* spicem & Africæ continentem intercedit, Insulis, quibus *Comoris* vel *Comoaris* nomen est, fecatur. Quatuor sunt, quarum prima est *Mayotte*, altera *Combazas* tertia *Angevian* vel *Anſoüany*, & ultima *Gofiafa*. *Anſoüany* insula 11. gradum & 30. scrup. altitudinis meridionalis continens, mediocri navium stationc in finis borealis sinu sitâ exornatur. Sinum navi ingressurus perexiguo terram usque ad urbem *Sammode* accedat necesse est, ita ut urbs meridionali versus ortum plagâ à navi distet. Latus insulæ Orientalis sedes est urbis *Demaye*, quam Anno 1614, inhabitavit *Mollana Allachurro* Regina, cujus maritus omnibus his insulis imperitavit. Sunt autem in hâc Insulâ quatuor urbes muris cinctæ, & 14 pagi, incolis satis multis, qui Mahometis dogmata sequentes, Arabas doctores habent, domicilia præbentes, & ubique locorum templis, quæ *Muſquiten* vocant, referti. Fœminæ in domibus conclusæ raro in publicum prodeunt, nec frequenter conspiciuntur. Laborum tàm domi, quàm foris & ruri expediendorum provincia demandatur mancipiis nigris tàm mauribus quam fœmellis, quæ ex Abyssinorum regionibus Æthiopiâ & Insulâ *Madagaſcar* advehuntur, & precio comparantur. Annonam admodum & fertilis Insulam multi ex montibus & collibus prorumpentes rivi irrigant, & fructuum multorum feracem reddunt. Avibus mulcis in eâ locus, pavonibus puta, perdicibus, coturnicibus, pfittacis, & aliis ejus generis. Arbores *Cocos* nuces largo proventu dantes mirâ copiâ hic luxuriant & in fluminibus pariter ac in mari piscium insignis numerus capitur. In navibus compingendis ferrooeum clavorum usum incolæ omittunt, sed adferes & latera earum *Cairo*, id est funibus ex *Cocos* arborum corticibus paratis & complicatis connectunt. His navigiis omnium ferreorum clavorum connexione carentibus, & solis funibus compactis Oryzæ, Milii, *Ambræ* & *Mangiorum* petendorum causâ in Insulam *Madagaſcar* proficiscuntur, quas merces postmodum illidem in Arabiam & mare rubeum transpor- *Ambra*. tant, *Iisque* commutatis vestes Indicas, Gossipium, & *Amſuam* sive Opium sibi comparant. *Gofiafa* Insula 12. ferè milliaribus à præcedenti distans, aquæ dulcis inopiâ ut plurimum laborat, eò quod aquâ ejus aliquam fullcitatem à mari contraxit, quâ incolæ fitim sedare, & exteri ex primatis aquâ ex *Cocos* arboris nucibus prosluente, quæ aliquo tamen etiam sapore falso prædita est, uti cogantur. Matutino & Vespertino tempore peculdes gregarim ad litus maris se conferentes sitis extinguendæ causâ saltim aquam bibunt, quæ aliis peculibus ejusmodi potui non adhiberis admodum noxia foret. Ex malitiâ & infidelitate compositus populus, & decem Regulis subjectus discordiâ mutuâ, & bellis continuis dislaceratur. *Ruyef* Generalis præfectus classis, quam Societas Indiæ Orientalis Anno 1612. in Indiam Orientalem ablegavit. 8. Nonas Iunii in Insulam *Anſoüany* naves suas appulit, & à Rege ex Arabiâ oriundo tubis ac tympanis, salutatus & humaniter admodum exceptus est, & ab eo 13 boves, 10 oves, 20 gallinas, & fructus varios humanitatis ac benevolentiæ signum dono accepit. Pro mercibus autem aliis Rex ipse dedit 203 boves, 30 oves, 10 admodum pingues hircos, 600 gallinas, Oryzam, *Milio*, fabas, & plures fructus ac fruges, quibus ad classem refocillandam opus habebat. Unus Bos constabat duobus imperialibus, aut peculo vulgari uno, qualia Norimbergæ confici solent, & tres boves baculo ferri longo uno redimebantur. Dabat tex etiam pulchrum & optimum borcum, qui in Hollandiâ quidem 15 libris Flandricis aut 90 florenis Hollandicis emtus fuisset, pro uno chartæ scriptoriæ albæ scapo aut libro viginti quinque ductuionibus constante. Boum horum tergo insignis magnitudinis gibbus insidebat. Alterum Insulæ *Madagaſcar* latus multis adhuc insulis obsessum est. Ex iunt *S. Apollonia*, *De Altar Carenuan*, *De Circe à Martirium*, *Diego Rodrigez*, *S. Brandaon*, *Gergadet*, *Garaioz*, &c.

Insula *De Circe*, vel Mauritii Insula ab Hollandis appellata, & sub 21, latitudinis Australis situm suum fortitia. Insula De Circe vel Mauritii

Biblioteca Museo Franz Mayer

habent indar sartoriæ forficis, unde etiam denominatio ipsorum originem traxit; obinsignem multitudinem, & manifestudinem capta sunt facilè. utpote qui & manibus prehenduntur, aut fustibus occidantur. Omnis generis piscium frequentia fere omnem fidem superat. Testudines ad eam magnitudinem, & fœcunditatem crescendo perveniunt, ut cum viro sciuro suo insidenti facili negotio progredi possint. Sinus maris, qui litus meridiei objectum in anfractum ducit, commodam stationem efficit, navesque à ventorum impetu tuetur. Latus dextrum introitus partem tegens & sex insulis obsessum, vadosum ostendit tractum, qui quandoque aquis privatus planè siccus evadit. Sinistra item pars etiam plana & non satis profunda navibus recipiendis inutilis est, inter utrumque latus vadis replerum portus est commodus & satis idoneus, ac navibus 50. quidem rotundis facilè par. 14. Kalend. Octobris anno 1598, quinque nayes ex classe Amiralii Jacobi Cornelii Neck cum Legato ejus vel Vice Amiralio Wybrando à Warwyck in Insulam hanc delatæ in simo modò descripto anchoras jecerunt, & 6. Non. Octobris, postquam nautæ tamdiu in terrâ morati egregiè refocillati essent, velis expansis inde discesserunt. Indiæ Eoæ Societas in Provinciis Belgii confœderatis hujus Insulæ possessione jam gaudet, & quotannis navibus suis in eam transmittit lignum Ebenum petere solet.

Portò præter nominatas aliarum adhuc insularum frequentia haud exigua inter Insulam grandem *Madagascar*, & extremum regni *Cabensi* spacium, cui *Cabo Commorin* nomen est, occurrit, quarum omnium mentionem facere præsenti hujus nostri instituti brevitas non permittit. *Maldivarum* tamen paucis meminisse sufficiet. Hæ Insulæ à Phœnicis vel Gangetici venti regione ad Circii Gallici plagam longitudinis suæ tractum expectigunt, initio facto 24 gradu altitudinis Austrinæ, à quo usque ad 8 gradum Borealis altitudinis excurrere, & à Continente 250 circiter leucis Hispanicis sejunctæ esse dicuntur. Ipsarum igitur longitudo ducenterum leucarum Hispanicarum numerum explet, latitudo verò vix 30, aut 35 lencas conficit. De hisce insulis multæ miræ narrationes in vulgus spargantur, aut inter nauticum vulgus narrando obtentant, quod videlicet multæ, & quasi infinitæ, aut ut quidem referunt, 12000 numero plurimis fretis & transitibus angustis sejunctæ in tredecim provincias divisæ sint. Scopulis admodum declivibus, ut fama est, tanquam muris munitæ accessu difficillimo omnem imperum hostilem facilimè arcent. Plantes omnis generis alimentis ad vitam sustentandam necessariis copiosè abundant, & fructus sine humanâ culturâ fertilitate sponteneâ proferunt, eâque de causâ frequentibus incolis inhabitantur: aliæ verò steriles & infructuoso solo stratæ homines incolas nesciunt, & solis avibus nidos concedunt. Hæc autem inter ipsas est differentia, ut ex, *quæ* Septentrionali propiores sunt, ubertate ac fertilitate cæteris omnibus longè præcedant, & illæ contra ob sterilitatem omnis culturæ humanæ sint expertes, quæ ad Austrum propius accedunt. In eas homines ultimo fuppliciò afficiendi pœnæ causâ plerumque relegantur. In fertilibus Insulis aër eo pacto temperatus est, solumque ipsum tantæ bonitatis atque ubertatis, ut non ea solum, quæ ad vitæ humanæ usum necessario requirantur, sed omnia etiam quæ ad voluptatem & delectamentum spectant, abunde suppeditent, quamvis Europæi fructus & plantæ ibi admodum rarè & infrequentes sint. In harum Insularum litus nonnunquam Nucis quoddam genus à maris fluctibus ejicitur, quæ magnitudine suâ *Cocos* arboris nucem exæquant, quamdoque etiam excedens, cortice nigricante operta est, ac singularium & mirarum fœtum victuum, quas in morbis quamplurimis debellandis experientiâ teste exhibet, causâ per totam Indiam Orientalem maximi fit, & pro Regio quodam Thesauro æstimatur. Eapropter etiam qui ejusmodi nucem Maldivicam in litore casu invenit, eam Regi eradere lege tenetur, aut si inventam abscondere velit, in extremum vitæ periculum deprehendes incurrit. Unde autem hæc nux oriatur, in quâ arbore nascatur, quo pacto in hæc litora devolvatur, & num in aliis etiam locis reperiatur, nemo adhuc compertum & exploratum habet. Incolæ ejus sunt opinione imbuti, nasci eas in arboribus sub aquâ absconditis, aut in Insulâ quadam à mari absorptâ & aquis inundatâ ex arboribus latentibus prodeuntes, in tractus harum insularum maritimos compelli. Alii referunt, Insulæ cuidam nomen esse *Palloys*, quæ hunc fructum producat. Arboris enim quoddam genus esse ajunt in Insulâ ei frequens, quod nuces has ferat: de iis autem, quæ in litore maris crescunt, nuces decidentes maris fluctibus excipi, & hinc inde jactatas atque abundis propulsatas in Maldivarum Insularum priori proximarum oras marinimas deferri. Maris autem descriptionibus Insula illa designatur, & vulgari rumore admirandas proprietates habere dicitur, utpote quæ iis sæpè in oculos incurrat, qui nullo ejus quærendæ studio flagrantes casu in eam incidunt: Verum contrà ab iis nullo pacto invenirí queat, qui de industriâ illi investigandæ operam navant. Est verò, ut Maldivarum Incolæ docent, felicissima totius terrarum orbis Insula & omnium rerum, quæ excogitari possunt copiâ ineffabili abundans; sed Diaboli humano generi omnem felicitatem invidentis artibus & technis ità absconditur, ut nunquam invenirí queat, quamvis quandoque in nautarum conspectum veniat. *Maldivarum* reges investigationi ejus frequenti multum negotii sibi facessere, sed voti nullo unquam tempore compotes facti sunt, ut *Pirardus de Laval* testatur. Naves enim eò loci adventantes, ut insulæ situm explorent, horrendis admodum tempestatibus diversæ, ac homines ipsi à visibilibus Diabolis exerciuari creduntur. Nocem ipsam tot virtutibus medicamentosis præditam esse, & in morborum cruciatibus leniendis, morbisque ipsis depellendis tantis viribus pollere non modò per totam Indiam Eoam terrum exploratumque habetur, adeò ut proverbium etiam inde natum sit, quòd eo, cui præter omnem spem & exspectationem incredibiles divitiæ obtigerunt, dicitur, quod *Tarvuere* invenerit: hoc enim nomine nux hæc Indica appellari solet) verum etiam vires ipsi adscripta *in* Hollandia manifestatæ sunt, ut ex libello Augerii Clusii Med. Doct. de Nuce medicâ Maldivensi Anno 1634. Amstelodami Latinâ linguâ in lucem edito apparet; qui tractatus nucis hujus formam aut figuram cum omnibus ejus proprietatibus describit, ac vires medicas, quibus morbi & ægritudines corporis diversæ, tàm acutæ quàm chronicæ, penitus sublatæ fuerunt, exemplis & historiis veritatis demonstrat. *Amiralio vicefactore Hermanni*, qui Kalendis Januarii Anno 1602, 5. navibus Hollandicis Lusitanorum classem *Bantam* Insulæ *Javæ* urbem obsidione cingentem in fugam conjecerat, & incolas obsidione illâ detrimentosâ liberaverat, *Banta* Rex, ut animi grati memoriam debitam testificaretur, ejusmodi nucem Maldivensem dono dedit. Eam ab Amiralio in Hollandiam delatam ejusdem affinis *Godefridus à Clermont*, Harlemi his temporibus habitans adhuc penes se habet, & videndi cupidis monstrare solet. Quamvis verò Rudolph II I. Imperator 4000. florenis Germanicis eam licitatus sit, ejus tamen inopiâ hæredes laborare noluerunt.

Sed tempus est, ut à Maldivis Insulis discedamus, & ad continentem redeuntes Asiæ litora maritima insequamur.

ASIÆ litora Austro objecta huic Oceano Indi- ASIÆ co conterminata sunt, & per Maris Rubri ostium ab litora Africæ litoribus Orientalibus disterminantur. Mare Mare Rubrum Turcis est Mare de *Mecca*, Sinus longo tractu ab Austro versus Boream in terram transiens, & parvo isthmo à Mari Mediterraneo separatus Asiam totam ab Africâ secernit. Mare hoc admirabili potentiâ divinâ

vinâ momenti spatio fluctibus recedentibus exsiccatum pedibus transivit populus Israëliticus eo tempore, quo Moses Prophetæ ipsum ex Ægypto, ex servitutis domo, in terram promissam deduxit, ut Sacra Scriptura nos docet. Negotiationis maximæ, quæ Romanorum temporibus hujus maris beneficio à mercatoribus exercebatur, pluribus in hujus operis introductione mentionem fecimus. Inter hunc Sinum Arabicum, & alterum Persicum sita est celeberrima illa regio Arabia, quæ duplici partitione distinguitur. Una enim Arabia deserta, id est inculta, & ob arenosorum camporum multitudinem omnibus Incolis destituta. Rubro Mari partim contigua est, partim verò Sinum Persicum attingit. Altera verò Arabia Felix à felicissima & latissima agrorum & soli ubertate cognominata litoribus suis Maris Rubri, Oceani Indici, & Sinus Persici fluctibus objicitur. Utriusque Imperium Imperator Turcicus ex unâ, & Arabiæ rex ex alterâ parte administrant. Hic posterior tamen priori vectigalis annuam tributum pendere cogitur. In Arabiæ litoribus notatu digna loca perlustremus. *Chisbri* Arabiæ Felicis civitas altitudinis Austrinæ 14. gr. & 30. scrup. possidens, in arenoso & arido litore, magno cuidam maris sinui assidet, ac circuitu suo locum spaciosum complectitur. ædes enim ex limo constructæ & parietibus ac muris limosis, qui calce illitâ obducti sunt, constantes magno inter vallo inter se dijunguntur, ac proinde urbem in majus spatium dilatant. Castello quatuor angulis ornato munita imperium aliquem inopinatum conspectum veniat. *Meldevarum* reges investigationi ejus frequenti multum negotii sibi facessere, sed voti nullo unquam tempore compotes facti sunt, ut *Pirardus de Laval* testatur. Naves enim eò loci adventantes, ut insulæ situm explorent, horrendis admodum tempestatibus diversæ, ac homines ipsi à visibilibus Diabolis exerciuari creduntur. Nocem ipsam tot virtutibus medicamentosis præditam esse, & in morborum cruciatibus leniendis, morbisque ipsis depellendis tantis viribus pollere non modò per totam Indiam Eoam terrum exploratumque habetur, adeò ut proverbium etiam inde natum sit, quòd eo, cui præter omnem spem & exspectationem incredibiles divitiæ obtigerunt, dicitur, quod *Tarvuere* invenerit: hoc enim nomine nux hæc Indica appellari solet) verum etiam vires ipsi adscripta *in* Hollandia manifestatæ sunt, ut ex libello Augerii Clusii Med. Doct. de Nuce medicâ Maldivensi Anno 1634. Amstelodami Latinâ linguâ in lucem edito apparet; qui tractatus nucis hujus formam aut figuram cum omnibus ejus proprietatibus describit, ac vires medicas, quibus morbi & ægritudines corporis diversæ, tàm acutæ quàm chronicæ, penitus sublatæ fuerunt, exemplis & historiis veritatis demonstrat. *Amiralio vicefactore Hermanni*, qui Kalendis Januarii Anno 1602, 5. navibus Hollandicis Lusitanorum classem *Bantam* Insulæ *Javæ* urbem obsidione cingentem in fugam conjecerat, & incolas obsidione illâ detrimentosâ liberaverat, *Banta* Rex, ut animi grati memoriam debitam testificaretur, ejusmodi nucem Maldivensem dono dedit. Eam ab Amiralio in Hollandiam delatam ejusdem affinis *Godefridus à Clermont*, Harlemi his temporibus habitans adhuc penes se habet, & videndi cupidis monstrare solet. Quamvis verò Rudolph II I. Imperator 4000. florenis Germanicis eam licitatus sit, ejus tamen inopiâ hæredes laborare noluerunt.

Sed tempus est, ut à Maldivis Insulis discedamus, & ad continentem redeuntes Asiæ litora maritima insequamur.

ASIÆ litora Austro objecta huic Oceano Indi- ASIÆ co conterminata sunt, & per Maris Rubri ostium ab litora Africæ litoribus Orientalibus disterminantur. Mare Mare Rubrum Turcis est Mare de *Mecca*, Sinus longo tractu ab Austro versus Boream in terram transiens, & parvo isthmo à Mari Mediterraneo separatus Asiam totam ab Africâ secernit. Mare hoc admirabili potentiâ divinâ

Palloys mira Insula.

Arabiæ litora. *Chisbri.*

Meldevarum reges investigationi ejus frequenti multum negotii sibi facessere, sed voti nullo unquam tempore compotes facti sunt, ut *Pirardus de Laval* testatur. Naves enim eò loci adventantes, ut insulæ situm explorent, horrendis admodum tempestatibus diversæ, ac homines ipsi à visibilibus Diabolis exerciuari creduntur. Nocem ipsam tot virtutibus medicamentosis præditam esse, & in morborum cruciatibus leniendis, morbisque ipsis depellendis tantis viribus pollere non modò per totam Indiam Eoam terrum exploratumque habetur, adeò ut proverbium etiam inde natum sit, quòd eo, cui præter omnem spem & exspectationem incredibiles divitiæ obtigerunt, dicitur, quod *Tarvuere* invenerit: hoc enim nomine nux hæc Indica appellari solet) verum etiam vires ipsi adscripta *in* Hollandia manifestatæ sunt, ut ex libello Augerii Clusii Med. Doct. de Nuce medicâ Maldivensi Anno 1634. Amstelodami Latinâ linguâ in lucem edito apparet; qui tractatus nucis hujus formam aut figuram cum omnibus ejus proprietatibus describit, ac vires medicas, quibus morbi & ægritudines corporis diversæ, tàm acutæ quàm chronicæ, penitus sublatæ fuerunt, exemplis & historiis veritatis demonstrat. *Amiralio vicefactore Hermanni*, qui Kalendis Januarii Anno 1602, 5. navibus Hollandicis Lusitanorum classem *Bantam* Insulæ *Javæ* urbem obsidione cingentem in fugam conjecerat, & incolas obsidione illâ detrimentosâ liberaverat, *Banta* Rex, ut animi grati memoriam debitam testificaretur, ejusmodi nucem Maldivensem dono dedit. Eam ab Amiralio in Hollandiam delatam ejusdem affinis *Godefridus à Clermont*, Harlemi his temporibus habitans adhuc penes se habet, & videndi cupidis monstrare solet. Quamvis verò Rudolph II I. Imperator 4000. florenis Germanicis eam licitatus sit, ejus tamen inopiâ hæredes laborare noluerunt.

Sed tempus est, ut à Maldivis Insulis discedamus, & ad continentem redeuntes Asiæ litora maritima insequamur.

ASIÆ litora Austro objecta huic Oceano Indi- ASIÆ co conterminata sunt, & per Maris Rubri ostium ab litora Africæ litoribus Orientalibus disterminantur. Mare Mare Rubrum Turcis est Mare de *Mecca*, Sinus longo tractu ab Austro versus Boream in terram transiens, & parvo isthmo à Mari Mediterraneo separatus Asiam totam ab Africâ secernit. Mare hoc admirabili potentiâ divinâ

Biblioteca Museo Franz Mayer

conjunctorum undas ex Mesopotamiâ & Chaldæâ descendentes absorbet. *Cabo de Bosfegade*, uti dictum est, Arabici litoris Oriental Indico vicini angulus extremus à *C. de Monçadon*, vel *Monçandeon*, alias *Asabobora* dicto, & Freto *Bosora* adjuncto 70. milliarium intervallo dissidet. Hoc posterius è regione sibi objectam spectat Insulam *Ormuz* 5. circiter milliarium freto à regni Persiæ continente separatam, quæ nullius rei, nisi salis, ferax, montes eo difficiles exhibet, ac quibusdam in locis etiam terræ rubræ speciem largitur, quæ in Indiam transvecta alicujus lucri mercatores participes reddit. Tria circiter milliaria circuitu suo permetiens, scopulis & cautibus horridis omni fertilitate orbatur, ac solis & gramine carens nil, nisi grandia salis saxa, & moles salsas ingentes, obtentat. Ei imponitum est *Ormuz*, emporium illud celebre, cui omnia ad vitam necessaria alimenta ex Arabiâ, & Persiæ regno, copiosè largitate, transmittuntur. Locus est in quem confluunt omnes merces, quæ navibus Mare Mediterraneum permeantes Tripolin in Syriam, & inde Carovanis in urbes *Aleppo*, *Bagedet* & *Bassora*, haud procul ab Euphratis ostio distans emporium transferuntur, cujus itineris ratio in hujus operis Introductione prolixiori descriptione elucidatur. Omnis generis populorum & nationum ex variis Indiæ locis navibus advectantium, & variæ merces Indicas vel dirrendendas, aut aliis commutandas advehentium confluxus hîc est incredibilis. Lusitanorum in potestate aliquandiu versâta, sed postea ipsis erepta ad Persiæ regis dominium reversa est. Ab urbe *Ormuz* Persici litoris tractus per 30. milliaria nos deducit ad promontorium *C. Iasque* olim Carpella appellatum, & sub 25. gradu & 30. scrupulo situm, ac porrò ad urbem *Din*, & Indi fluminis in mare exitum, qui *Cambaja* regnalitas frangit. *Cambaja* Regnum ubertate & fertilitate omnes totius Indiæ Orientalis regiones longo post se intervallo relinquit, utpote quod frumenti, oryzæ, piscorum, butyri & olei feracissimum. Gossipii, ex quo incolæ multos pulchros & tenues pannos contexunt, incredibilem vim profert. Taceo lapides pretiosos, cipinellos nimirum, rubinos, robassos, granados, hiacinthos, amethistos, chrysolithos, & jaspides, multa item Medicinæ simplicia utilissima, opium, camphoram, *Aangue*, sanralum, assumen, saccharum, & indigo preciosum illum colorem. Incolæ Mahometicæ sectæ partim addicti, partim Pythagoreorum opinionem sequentes, subtilis & acuti sunt ingenii, mercaturaque peritissimi. Insula & urbs *Din* olim ad Cambayæ regio dominium pertinuit. Ejus tamen possessionem Lusitani, postquam munimenti alicujus bellici extruendi copiam a rege impetrassent, in potestatem suam perteraxêre, & quovis tempore contra indigenarum eam recuperare studentium, ac duabus vicibus Annis nimirum 1539. & 1546. obsidione vehementi prementium, imperium animosâ defensione tutati sunt. Navium statio admodum commoda ipsi commerciorum frequentiam infigntem conciliat, & situs inter duas Provincias fertilissimas *Sindeu* & *Cambayam* aptissimus facit, ut ob frequentissimas advectiones nullius rei ad vitæ humanæ usum necessariæ inopiâ laboret, sed contrà omnium copiâ affluat. In ipsâ Insulâ invenimus boves, vaccas, porci, oves, gallinæ, butyrum, lac, cepæ, porrum, pisa, fabæ, cafri, arefadi, & sale conspersi pisces. *Cambaya* urbs Indi fluminis ripæ impositaest. Hic cum altero flumine Indiæ maximo Gange ex Caucaso monte scaturiente, ejusque ollium 140. milliaribus à Promontorio *C. de Iasque* abesse dicitur, ac exitu 18. milliaria lato in mare se effundens toti Indiæ Orientali nomen hoc largitum est. Totam regionem *Cambayam* hoc nostro sæculo Magnus *Mogol* Imperii sui habenis moderatur, uno monumento *Din* excepto, quod ad Lusitanos pertinet. Ostio hujus fluvii Indi permagno affidet, quoque *Surrata* emporium illud famâ notissimum, quod Magni Mogolis finibus inclusum omnibus Asiæ & Indiæ populis & mercatoribus, imò ipsis Anglis & Belgis commerciorum libertatem indulget. Nam Societatis Indiæ Orientalis præfecti in eâ urbe suos habent negotiorum procuratores, qui negotiationis causâ ibi commorantur. Eidem ostio incumbit Lusitanorum urbs *Damen* vel *Demaon* cum Castello suis propugnaculis munito, quam in litore sequuntur *Tarampor*, *Varlete*, & *Caiel*, quæ loca Lusitanorum in potestate versantur, *Bazaim* vel *Bazaim* urbs ad 19. gradum, & 30. altitudinis Borealis scrupulum refertur. Porro conspectui patent *Tana* urbs, *Chaboe* civitas cum fortalitio, quæ 19. Borealis ab Æquatore declinationis gradui subjacent ambæ & Lusitanos Incolas habent, & aptis stationibus navium commodo inserviunt. *Dabul* civitatem à Linschoten ad 18. altitudinis Borealis gradum relatam, secundum Nauclerorum Belgarum verò observationem 17. grad. & 45. scrupulo adscriptam Lusitani quidem dominio suo adjecerant, sed postea eâdem excidêrunt. Vetustatis famâ celebris civitas olim negotiationis frequentiâ nobilissimi emporii titulo gaudebat, sed jam ædium in terram collapsarum ruderibus planè antiqui splendoris ornamento destituitur. *Hiele-vacho* fluvius ex montibus *Ballagate* origine ductâ illam in ripâ sua longâ ædium serie extensam præterlabitur, & sub eâ cum Oceano undas commiscet. Incolæ Ethnici & Æthiopes præcipuo suo lucro salis negotiatione confulunt, atque pipe ris, quorum ille ex urbe *Oranhammara* Meridionali Urbis *Bassa* lateri adjacente, hoc verò ex regione *Ballagate* petunt. Urbis Præfectus Mahometicæ sectæ affecta, hunc præfecturæ à Rege, qui harum regionum Imperium moderatur, præmi solet. Plures olim naves ex urbe *Dabul* in Persiam, *Mocham* Arabiæ, & alia loca mercaturæ exercendæ gratiâ commeare solitæ ad numerum tàm exiguum redactæ sunt, ut nostrâ ætate vix duæ aut tres ibi repertarentur, quæ pipere & variis mercibus onustæ uno annuo itinere *Gamoron* proficiscuntur, & navigationis finmere fungunturr. Omnes naves peregrinæ portum urbis *Dabul* ingredientes pro mercibus suis tres & dimidium florenum ex centum, vectigalis loco solvunt, Anglis exceptis, qui rem eò deduxerunt, ut jam quarram tantùm partem ejus vectigalis pendant. Urbs ipsa omni munorum defensione denudata est, sed Isarris Asiatini tutelæ duorum aggerum Tomenentarorum tribus aut quatuor machinis bellicis ferreis munitorum operâ prospicitur. In vicinorum montium jugis monumentorum quorundam bellicorum & Castelli veteris rudera sine excubiis & machinis bellicis apparent. *Dabul* urbs, & *Zanguicara* nobilissimus sub 17. grad. & 30. scrup. portus commodissimâ statione naves excipiens 4. milliaribus distant. Portus hic 30. circiter milliaribus ab urbe *Goa* abest, ac grandi suo circuitu sinubus diversis commodissimas navium stationes, iisque assidentes pagos amœnos, quos *Decanenses*, & *Bramenes* inter illos præcipuæ auctoritatis, inhabitant, comprehendens in Regni Decanensis jus ditionemque concessit. Inter *Zanguicaram*, & *Cristapour* itineris intervallum 12. milliarium longitudine absolvitur. Posterior locus 17. gradibus & 20. scrupulis ab Æquatore versus Boream dissedens, & à Goâ urbe 20. milliaribus dissidens aptissimo portu naves à fluctuum & tempestatum impetu defendit. Statio ipsa post Insulam sita introitu paterres Oegyas profundo, cum aqua depressior est ipsâ æstate, ad 6. vel 7. Orgyarum altitudinem ad-fecendit. *Rafapour* una ex præcipuis Regni *Canara* vel *Rafapour*. *Visapour* civitatibus maritimis tribus ab Insulâ & flatione *Cristapour* milliaribus alteram fluminis præterlabentis ripam occupat. *Ilhas Quinadas*, id est Insulæ *Ilhas Quinadas*. 2. circiter milliarium intervallo ab urbe *Goa* dissedentes sub aquâ in longitudinem & latitudinem versus continentem multarum cautium & scopulorum series diversas extendunt, iisque prohibent, quominus navibus inter ipsas & firmam terram transitus patet. Ab illis insulis tria numerantur milliaria ad

Situm

Vingurla. Situm *vingurla* 15. grad. & 7. scrup. Borealis latitudinis possidentem, cujus accolæ *Ienaveri* & Ethnici agrorum cultura, acre pecuariâ partim, partim verò navigationum crebrarum usu de victu & amictu sibi prospiciunt. *Goa.* *Goa* Regia sedes, & Proregis Lusitani, cujus nutu & arbitrio omnes Lusitanis in Indiâ Eoâ subjectæ regiones & urbes parent, domicilium, Insulam parvam possidet, quæ 16. gradus ab Æquinoctiali linea versus Aquilonem dirgreditur. Proregis inquam sedes, & Archiepiscopi, cui omnes cæteri totius Indiæ Orientalis Episcopi & Ecclesiastici obediunt. Urbe hâc duabus vicibus regem *Hidalcum* Lusitani orbaverunt, & alterâ vice occupatam splendidis & magnificis ædificiis exornarunt, ità ut nobilemo tempore ampla & spatiosa monubus & collibus Ulyssiponæ urbis more partim incumbat, partim amœnissimarum vallium situ gaudeat. Parvam olim murus cingebat, & fossi sicca; quem locum ædificiis vereribus ferarum spatiosio admodum circuitu, qui duplâ magnitudine antiquam urbem superat, urbs externa & nova circundat. Hæc ingenti ædium splendidarum numero oppleta quidem est, sed aperta undique muris destituitur, nec follis munitur. Lusitani Incolæ maximâ negotiatione maritimâ occupati, naves suas *Bengalam*, *Pegu*, *Malaccam*, *Cambayam*, *ao Chinam* & plurimas alia Indiæ Orientalis loca ablegant. Tantamen, quam fœminæ ex Lusitaniâ partim ortum trahunt, partim verò etiam indigenæ sunt. Lusitanorum liberi & posteri, parente scilicet utroque Lusitano nati Casiços, & qui parenrem Lusitanum, matrem autem indigenam habent Mestiços, id est, mixti generis nati appellantur & plarunque corpus lividi coloris cute obductum habent. Prægrandes illæ naves, quæ *Carraque*, aut *Crakus* nominantur, & ex Lusitaniâ in Indiam Orientalem proficiuntur, aut inde in Lusitaniam remeant, plerumque in portum urbis *Goa* fe conferunt, & in Lusitaniam redituræ ex eodem, aut urbis *Cochin* altero, solvunt. Præter Lusitanos *Goam* urbem etiam incolunt nationes variæ, Indi scilicet, Ethnici, Æthiopes, Judæi, Armenii, Guiaratæ, Banjanenses, Bramenes, & plures alii populi, qui lucro intenti mercaturæ & negotiationi curam & studium impendunt, & religionis causâ nulla molestiâ afficiuntur. In urbe tamen & Insulâ totâ ipsis uti non licet iis ceremoniis quæ superstitionem & Idololatriam Diabolicam sapiunt. Nemini enim mortuos suos igne exurere, nec vivis in rogum ad mortuos, ut flammâ cum iis, quos charissimos in vitâ habuerunt, (solenne hoc est fœminis, aut uxoribus illis, quæ maritorum viventium amore cæteras superant) comburantur, desilire integrum est. Quantum verò ad civilem vitam & commercia, ac justitiam politicam attinet, Juris Lusitani decisionibus subjiciuntur. Quicunque ex populis illis exteris Catholicam fidem amplexus, & postea ad Ethnicas suas superstitiones, & Diabolicas illas Cæremonias iterum declinaverit, Inquisitionis potestati traditur, & igne exustus crimen vitæ interitu luit. Insula urbis sedes montibus & scopulis fera, ac horrida sterilitatem magnam non jactat, annonam & omnia alia vitæ sustenandæ alimenta necessaria *Cambaya*, & cæteræ regiones finitimæ copiâ sufficiente submini-strant. Accedit & aquæ penuria, quâ solum hoc sterile vexatur, utpote quod unum tantum fontem quatuor milliaris partem ab urbe dissidentem habet, ex quo dulcem aquam quotidie amphoris peritam mancipia per totam urbem circumportant, dirrendunt, atque eo pacto aquæ inopiæ remedium inveniunt.

Malabaricum litus. *Malabaricum* litus promontorium *C. de Ramos*, vel *Daraime* 10. milliaribus ab urbe *Goa* dissidens oritur, & ab Aquilone versus Austrum progrediens extremus harum regionum apex, cui *Cabo Camorin* nomen est, terminat, ità ut longitudine sua inter utrumque promontorium extensâ 107, vel 108. milliaria complectatur. *A Cabo Daraima* igitur digressum 20. milliaria cucurrit usque ad Lusitanum Fortalitium *Onor*, ab Æquatore versus Septentrionalem tertæ plagam 14. gradus declinans, ubi piper nascitur bonitate sua omne aliud, quod in exteris Malabarici litoris regionibus nascitur, longè præstat. Ejus quotannis Lusitani in hac orâ septem, aut octo mille quintales (ut appellant) negotiando cogere solent. Mari vicinus harum regionum districtus ad Regiram pertinet, quæ Regina *Batticole*, vel *Batecolæ*, cognominata, in civitate quadam mediterranea ejusdem nominis aulam suam habet, & cui sex mensibus antè quàm piper traderetur, Lusitani precium, aut pecuniam solvere solebant. Piperis uberrimi accedit etiam oryzæ vis ingens, quæ ex terræ hujus fertilitate annis singulis proficiscitur. Quindecim milliaribus à præfato loco ad Austrum progressus offendes *Barcelor* aliud Lusitanorum propugnaculum bellicum, insignem etiam piperis & oryzæ copiam in circumjacenti solo alens. *Mangelor* sub 12. grad. & 30. scrup. altitudinis Aquilonaris tantundem oryzæ & piperis suggerens, 9. milliaribus à priori loco segregatur. *Cananor* piperis multitudine insigni abundans fortioribus munimentis, quæ Lusitani in hoc tractu maritimo extruxerunt, annumeratur. ac ab urbe *Mangelor* 15. milliaribus distans, 11. gradui ac 30. scrup. latitudinis Aquilonaris subjacitur. Extra fortalitium hoc à Lusitanis operibus bellicis munitum, *Malabari* vicum quendam, aut aream spatiosam plurimis ædificiis more populari extructis cinctam possident. Eorum est, in quo omnis generis merces & alimenta quotidie venalia prostant, gallinæ videlicet, ova, butyrum, mel, Indicum oleum, ficus Indicæ, & alia ejusmodi, inprimis verò longæ, & teretes arbores, ex quibus mali pro navibus conficiuntur. Totam hujus litoris vicinam viriditas amœnissima, ex pulcherrimis arboribus procreritate sua eminentibus orta, vestit, ac fertilitas tanta obsidet, ut inter omnes Malabarici litoris regiones, naturâ sua ubique fertiles, primas ferè tenere credatur. Indigenæ Æthiopes, qui regionem *Cananor* incolunt, externâ quidem specie cum Lusitanis amicitiam colunt, eo quod munimento regioni suæ insidenti coërcentur, clandestinâ tamen & occultâ inimicitiâ ipsos prosequuntur, atque abditis technis damnum, quodcunq; possint, illis moliuntur. Intervallo litoreis inter urbes *Cananor*, & *Cocolam* sub 11. gradu 8. milliaria nautæ affignant. Posterior Metropolis quondam erat totius hujus oræ maritimæ, ac sedes *Samorini*, seu Cæsaris totî Malabaricæ imperantis, cujus potentiam Lusitani, multis ac periculosis bellis cum eo gestis, tandem fregerunt, ac debilitarunt. Sapius enim ab his Cæsaribus fidem frangentibus decepti, urbis & regionis *Cochin* reges, priscoribus vectigales, sibi conciliarunt, ac pedetentim & cautè Imperii inprimis maritimi compoees fadti, temporis progressu potentiam suam eo pacto promoverunt, ut urbs ista omnî fuâ negotiatione & splendore exueretur, ac ad tantam vilitatem redigeretur, ut jam in vilissimorum totius litoris Malabarici oppidorum numerum referatur. Regis *Cochin* verò, qui Calecutensi Cæsari annuum tributum pendebat, hoc vero tempore Lusitanis fœdere junctus est, fortuna cum rebus amicorum secundis surrexit, ita ut Calecuti Imperatorem jam fusque deque habeat. Ab urbe *Calecut* usque ad *Cranganor* Lusitanorum munimentum *Cranganor*. bellicis operibus munitum, quod 10. graduum & 30. scrup. altitudinem Borealem habet, 10. milliarium iter conficiendum, de eâdem itineris longitudine inde ad urbem *Cochin* vix 10 gradum attingentem pergen- *Cochin*. dum est. *Cochin* civitas & populosa, & magnificis ac sumptuosis ædibus, templis, & cœnobiis caput efferens indigenis Malabaris & Indis, qui ad Catholicum fidem se converterunt, & Lusitanis fœdere, ac domicilium præbet, & magnitudine, ac circuitu suo *Goam* urbem ferè exæquat. In fluminis pulchri & amœni margine sita commodo portu, in quem per introitum admodum aprum ingredi licet, fruitur. Parvo extra urbem spacio tyrus est, aut flaviolus portus, cujus alveus

Onor.

Biblioteca Museo Franz Mayer

nonnunquam siccis pedibus transiri potest. Regio in ulteriore ejus ripâ *Cochin Daryna*, id est, *superior Cochin* appellatur. Regis jurisdictioni subjecta Malabaros Incolas habet, qui religionis antiquæ libertatem servant. Ibidem Rex aulico suo statu moratur in loco omnibus rebus affluente, & cædibus Indico more constructis strato. ubi singulis diebus in foro varia venum exponuntur, perinde ac in urbe *Cananor*, sed majori mercium, & mercatorum affluxu, atque uberiore lucro. Regio *Cochin* tota Insula est, ferè ubique rivulis & fluviolis pervia & circumdata, eique vertias Aquilonem opponitur alia Insula *Pappin* nuncupata, quæ æquè ac fortalitium *Cranganor* aquis circundatur. Omnes hi tractus maritimi humiles sunt, & depressi, instar Hollandiæ, sed collibus arenosis & aggeribus, maris impetum in illâ regione excipientibus, caret. Viriditas amœnissima eos commendat, & sylvæ arboribus pulchris & proceris refertæ, nemora item Cinnamomum largientibus arboribus plena, quod Cinnamomum *Canela de Mate* nuncupatum illi, quod in Insula *Ceylon* nascitur, bonitate non respondet, eâque de causâ tanto precio non venditur, sed 25, vel 30. *Pardaawen* (moneta est indigenarum) valet, cum alterius Centenarius centum emi soleat. Ac quamvis Hispaniarum Rex edicto publico caverit, ne ejusmodi cinnamomum Cochinense in Lusitaniam transmitteatur, ejus tamen copia haud exigua, quotannis navibus imposita, transportatur, & Ceylonensis loco divenditur. Porro piperis in regione *Cochin* tantum singulis annis nascitur, ut eodem duæ naves onerariæ distentæ quotannis in Lusitaniam redeant. Extra urbem *Cochin* multi habitant Æthiopes, Mahometicæ opinionis in Religionis negotio affectæ, qui in templis suis libero sui cultus divini exercitio fruuntur. Eâdem libertate utuntur etiam Judæi, qui maximis divitiis abundant. *Bramenes*, Malabarorum Sacerdotes sine impedimento in templis suis, quæ *Pagoden* vocantur, cultui & superstitioni suæ diabolicæ operam dant. Trium harum nationum quæ vis Idolatriæ suæ liberum servat exercitium, nec de ceremoniis suis mutuâ altercatione digladiatur. Ac quamvis in Idololatriâ suâ opinionibus dissideant, quoad Politicum tamen regimen mirè conveniunt, & mutuum concordiam colentes, à simultatibus & dissidiis abhorrent. Rex, ordine & harmoniâ regni sui debitè conservatâ, legibus omnes coërcet, & in rebus magni momenti tractandis, quando consilio ipsi opus est, *Nairos*, qui regni sui nobilitatem constituunt, & præcipuos ex *Malabaris*, & *Bramenibus* convocatos consulit. & tandem, quid factu opus sit, decernit. Inter *Cochin* & *Goulon*, vel *Goulan* Lusitanorum fortalitium 9. gr. occupans, 12. milliarium spatium interest, à quo loco litus ad extremum apicem suum *Cabo Commorin* cognominatum, & sub 7. gr. 10. strup. situm, per 30. milliaria excurrit. Tota *Malabaria* Regio servilitate mira luxurians, viriditate & amœnitate sua jucunditatem & delectationem oculis summam affert, sed advenis ægri haud adsuetis molestiam parit. Piperis ubertas maxima incolis negotiationem lucrosam affert. *Malabari* indigenæ rei militaris periti, milites sunt strenui, & animosè hostibus obviam eunt. Tàm mares, quàm fœminæ vestibus non utuntur, sed sola pudenda tegunt. Qui Lusitanis fœdere non sunt juncti, aut eorum Imperio non subjecti, capitali ab iis odio dissident, eosque quacunque ratione possunt, damno afficiunt, nullâ habitâ ratione tot fœderatorum, passim litus occupantium, ac pacis ipsius, quæ *Samorino*, vel Cæsuri Calecutensi cum Lusitanis intercedit, & ex arbitrio ejus pendet, utpote qui pactis stat, quamdiu ipsi visum fuerit, & vel minimâ occasione oblatâ pacem constitutam frangit. Accedit, quod Malabari passim portus & latibula sua habent, nimirum *Chale*, *Calecut*, *Cunbale*, *Panane*, & ejusmodi plures recessus, ex quibus quotidie prorepentes, navigiis suis mare pervagantur, Lusitanos aloriuntur, & naves Lusitanorum portus frequentantes diripiunt. Quod autem *Samorin*, vel Calecutensis ille Cæsar toties fidem frangat, Mahometicarum impulsu fit, qui capitales Lusitanorum hostes Samorinum indefinenter instigant. Malabari ergo litoris hujus frequentationem periculosam reddunt. Idem quoque hâc nostrâ ætate fecerunt Societatis Indiæ Orientalis in Unitis Belgii Provinciis constitutæ naves, quæ abhinc pluribus annis oras has maritimas infestarunt, portum urbis Goæ obsiderunt, & diversis vicibus Lusitanos profligatos haud exiguo damno affecerunt. Sed postquam Lusitaniæ regnum anno 1641. à Rego Hispaniæ defecit, novus rex electus, & regni proceres cum Unitarum Provinciarum Ordinibus Generalibus pacem iniverunt, quæ sequenti anno in Indiâ Orientali proclamata est, quamvis Lusitani eam postea non servaverint, & diversis vicibus hostili manu Belgas Unitos aggressi sint.

Silvestre Cinnamomum.

INSULA ZEILAN, *OLIM* TAPROBANA, *NUNC INCOLIS* TENARISIM.

MALABARICUM litus in æquinoctium Austro opponitum desinit, quod *Cabo Commorin* vocatum oram maritimam, quam ab Aquilone ad Austrum proficiscentem terminat, ab altera parte à Noto Oriente ad Boream dimittit. Quadraginta milliarium spatio ab apice illo remota est celeberrimi nominis Insula *Scilon*, vel *Zeylon*, quæ fertilitate & pulchritudine excellentissima Paradysi alicujus terrestris titulum meretur, quamvis hinc inde montibus asperior videatur, & inter eos unum tantæ altitudinis habeat, ut nullus alius in totâ Indiâ Orientali ad eandem excelsitatem surgere credatur. *Pico de Adam* vocatus indigenis fabulandi ansam præbet, qui Paradysum in eo fuisse, & Adamum ibi creatum esse augurantur. Tota Insula omnis generis fructibus & frugibus referta plures feras alit, cervos scilicet, cervas, apros, lepores, cuniculos, & similes, aves item varias, pavones, gallinas, columbas, &c. Optimi mali citrea, aurea, limones, & arboris Cocos nuces in eâ inveniuntur, Cinnamomum item optimum, & præstantissimum, quod arboris cujusdam cortex est odoris gratissimi. Arboribus ejusmodi cinnamomiferis ingentes silvæ scatent, quarum plurimæ per totam Insulam reperiuntur. Ea nec gemmis pretiosis caret, saphiris puta, rubinis, topasiis, spinellis, granatis, &c: sed adamantes nulli se conspiciendos offerunt. Indigenæ, qui Insulam inhabitant, *Cingalos* vel *Singales* vulgari nomine appellantur, ac venustâ facie, & corpore membrorum proportionem concinnam possidente insignes sunt. Præter hos in eâ etiam habitant Æthiopes, Turcæ, seu Mahometistæ affectæ, & alii populi Ethnicâ fide imbuti, inter quos eminent *Bramos*, vel *Bramenes*, Ethnici Sacerdotes, cum cœtu ipsis addicto. Homines ex superstitione & ceremoniis Diabolicis toti quasi compositi ab animalium esu, eo quod vitam sentientem habeant, penitus abhinent, & toto die illi animali honorem divinum exhibent, illudque adoratione suâ colunt, quod primum conspexerunt. Maribus tot uxores ducere licet, quod facultatibus suis alere possunt. Vix decimum annum agunt puellæ, cum nuptum locantur, & munere uxorio, mares patiendo, fungantur. Mortuorum amicos urendo in cineres redigunt. Lusitani fortalitii *Colombo*, quod in hâc Insulâ extruxerunt, operâ regibus eam Insulam antiquitus vectigal imperante, unico rege *Candy* excepto, qui nec vectigal ullum pendit, nec fœdere aliquo ipsis junctus est, utpote quos capitali odio prosequitur; de cujus ortu & progressu paucis hîc historiam sequentem contexere placuit. *Mora Rago* in Insulâ *Ceylon* rex erat genuerat filios legitimos, & unum spurium *Darma* nomine, quem *Setavaca* in urbe quadam hujus Insulæ ipsi peperit quædam *Baillerdrofe*, id est *pilatria*, vel *sellatria*, quales amiceas in fascindo pernitiæ causâ reges alere solent. Hîc in bello educatus, ac artibus bellicis optimè imbutus acutissimi ingenii, & insignis strenuitatis miles evasit. Pullus verè Martius patrem de medio sustulit, fratres tres virâ privavit, *Setavacam* urbem cum patris Regno in jus ditionemque suam redegit, ac Lusitanos continuis bellis divexavit. Verùm quoniam indigenas, *Singales* nempè, Tyrannico regimine nimium deseruisse, ac pessimè tractasse, maximum sibi illius gentis odium conciliavit, ejus verò *legitimis*, quæ Regnum *Candy* incolens, *Setavacæ* Regum Imperio nunquam subdita fuit. *Darma* oppositorum se igitur Regni *Candy* incolæ, & Lusitanos in auxilium adscivêrunt, qui occasionem data exoptatam, & ultrò se offerentem ambabus, quod ajunt, arripientes, hoc pacto in insulâ hâc pedem posuerunt, regesque sibi vectigales fecerunt. Tandem machinationibus suis *Singales* eò rem deduxerunt, ut veneno propinato *Darma* latis concederet. Rex *Candy* postea quoque mortem oppetens Regnum Rege vacuum reliquit. Proximus à Rege tunc temporis erat Magnus *Modeliar* seu princeps *Fimala Darma Suria Ada*, cujus pater etiam magnus *Modeliar*, id est, summus hujus Regni Capitaneus fuerat: Cum adhuc in juvenilibus annis versaretur, à patre ad Lusitanos in fortalitium *Colombo* missus, & Religionis Catholicæ fundamentis imbutus est. Rapeizatus & à Regis Philippi filio, Domino Johanne de Austria cognominatus, *Quem sc.* consilii, ibique in Proregis aula sub Lusitanorum educatione prudens & strenuus vir evasit, ità ut Lusitanorum operâ tandem patris sui manus consequeretur, & Regni Capitaneus summus, eoque pacto à rege proximus salutaretur. Post regis obitum cum omnes *Singales* cum totâ regni milicia sibi tanquam primo, & ex præcipuâ & nobilissimâ omnium Singalium progenie oriundo, additissimos haberet, seditione contrà Lusitanos motâ omnes, qui in Regno *Candy* domicilia habebant, partim trucidavit, partim verò ex regni finibus ejecit, quo facto totum *Candy* regnum Lusitanis liberatum est. Regi defuncto filia erat, & regni hæres unica, cui in *Manaar* urbem deductæ & baptizatæ Lusitanæ Dominæ Catharinæ nomen imposuerunt. Ut igitur de consumelia sibi illatâ Lusitani vindictam sumerent, ac regni *Candy* potestatem amissam recuperarent, Domino *Petro Lopez de Sosa*, Malaccæ Gubernatori Dominam Catharinam regiam filiam despondêre, eâque de causâ exercitum in Insulam, & minum militatem haud exiguam cum *Ipotão* & *Sponsâ* in regnum *Candy* abiegavêre, ut dein regnum suâm regiam restitueret, & regno recepto eo ipso Lusitanum matrimonio sibi jungeret, eoq; pacto regio tam ampla ad Lusitanorum imperium rediret. Conatui huic fortuna eodem, quo favor hominum inclinans, secundo eventu aspirare noluit, quandoquidem non ipse solum Lusitanus *Don Johannes* prœlio infelici cum *Singalibus* conflixit, verùm etiam in acie interiit, & *Donna Catharina* novem, aut decem annorum puella in patrium regnum captiva reversa est. Hanc *Don Jean* uxorem duxit, eoque modo regnum suum recens occupatum stabilivit. Salutavit eum anno 1602, *Georgius à Spilbergen*

Zeylon Insula.

Cinnamomum.

Cingales Incolæ.

Historia de regibus Candy.

Fimala Darma Suria Ada &c.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

Iorgen navium à Societate Jhdiæ Eoæ millarium Archithalassus in metropoli totius Regni *Candy* ad fluvium *Trimpemale* sitâ, cujus ad ripam utramque Regentium hoc *Candy* locatum est, Ordinum Generalium in Belgi *Unitis Provinciis*, & Mauritii Auraici Principis nomine hoc factum est. Victoria prædicta, quâ Lusitani profligati sunt Regis præfati prudentiæ singulari, sapientiæ mirabili, & experientiæ excellenti, non autem *singulorum* incolarum fortitudini accepta est ferenda. In militia sui constituendâ princeps providus cuiq; prudenti de exteris nationibus, belli famâ claris, sibi prospicit, & incolarum defectione fidâ non nititur. *Singulos* egregios, & bellicâ fortitudine præditos viros externa specie referunt, sed quietam & voluptuebus plenam vitam magni facientes, nimium otio indulgent, voluptates sectantur, labores dedecoti decunt, usque ferendis pares non sunt. Magnis divitiis & possessionibus opimis gaudentes, delicatis & optimè conditis ac coctis cibis delectantur. Rex eorum Johannes à Lusitanis quidem baptizatus, utpote qui Catholicam Religionem profecisse fuerat, ut tamen incolis Ecclesiis placeret, ad Idololatriam Ethnicam iterum animum suum deflexit, & diversa templa, quæ *Pagoden* indigenæ vocant, erigendo se mutatum testatus est. Uxor verò ejus *Donna Catharina* fidei Catholicæ, quam amplexa est, penitus adhærens, cum Idololatria ejusmodi nullum commercium habet. Insula *Ceylon*, ut ajunt, olim magna & spaciosa fuit, & quadringenta millaria circuitu suo complexa est. Verum quoniam Oceani impetus furiosus lateri plagam coeli inter Aquilonem & Zephyrum mediam spectanti 40. circiter millaria ademit, circuitus ad trecenta millaria redactus est. Multis navium stationibus & portubus amplis & commodis commerciorum exercitia frequentia invitat; Inter omnes maximè præcipuus est, qui promontorium *Punta de Gallo* obsidet. Ab hinc annis aliquot Hollandi Lusitanis in eâ arcem munitam eripuerunt, ità ut jam æquè huic nationi, quàm illis negotiatio patear, & Cinnamomi commercium exercere liceat. *Punta de Gallo* Austrinus hujus Insulæ angulus est, qui Ieus à Meridie ad Septentrionem provehit, & ad apicem Borealem juxtà *Infanatapan* promovet. Totus Insulæ tractus in diversas dictiones divisus, diversorum regum Imperio coërcetur, quos sibi omnes Lusitani vectigales fecêre, præter unicum regem *Candy* regni clavum tenentem, qui cum Lusitanis bellum gerit. Ex exteris Lusitanorum vectigalibus quidam Hollandorum jam partibus addicti fuêre.

A promontorio *Cabo Comorin* versus plagam coeli inter Eurum & Boream sitam, litus se retrahit usque ad angulum urbi *Negapatan* sub 11. gradu vicinum, & inde continuato cursu Aquilonem petens, 90. millaria percurrit, donec 16. gradum, & 30. scrup. elevationis coëli Borealis, ubi *Masulipatan* urbs occurrit, attingat. Proram ab eo loco cursum versus plagam inter Eurum & Boream sitam repetens à Gange fluvii ostio terminatur. Litus *Choromandel*, vel *Cormandel* inter urbes *Negapatan* & *Masulipatan* situm commercium nomine maximam famæ celebritatem sibi acquisivit, ac Lusitanis solis olim hujus navigationis in has oras maritimas possessoribus annuum lucrum ingens attulit. Vetum hâc nostrâ ætate Belgarum Unitorum incolis, qui sub Societatis Eoæ privilegio hâc navigatione utuntur, etiam patet. Ubique enim domus eas mercatorias, in usque habitantes negotiorum procuratores habent. In urbibus *Negapatan*, & *S. Thomæ* Lusitani fortunarum suarum sedem fixêre. Posterior 13. gradu, & 30. scrup. supposita, & olim *Meliapor* no. mine cognita emporium erat commerciorum famâ celebratum in Regno *Narsinga*, hodie *Bisnagar* vocato, ubi Regis Palatium & aula morabatur. Nomen urbi communicatum ab Apostolo Thomæ, qui, ut Indi referunt, in eâ S. Evangelii præconium. Temporis progressu diminuta, & in ruinas concidens tandem à Lusitanis in has oras delatis parvo oppidô renovata, nomenque S. Thomæ impositum, ad memoriam Apostoli illius, cujus in eo loco sepulti monumentum adhuc hodiè ostendi dicitur. Litus *Talicatte*, in quo Indiæ Orientalis Societas Belgica arcem munitam, cui *Geldria* nomen est, erexit, usque ad *Mesopatan* urbem & ulteriùs pergens *Golconda* regno obtenditur, in cujus metropoli *Ragonga* urbe amplâ, latâ, & multis regnum pulchris ædificiis & templis exornatâ Rex cum aulicis suis commoratur. Anno 1618. Regis mentor fungebatur Juvenis 23. ætatis annum agens, pulchrâ facie, & albo colore insignis, cui *Soltem Mahomet Catabassa* nomen erat. Ipsius, tanquam minorennis nomine, tunc temporis Imperii onera incumbebant *Mir Mahomet Memmien*, vir gravi & senectute spectabili. Totius regni reditus annui, præcipuè ex vectigale salis, qui bubus per totam Indiam Orientalem venalis portatur, oriundi millenamillia & octingenta millia *pagodarum* (moneta est quatuor florenos Hollandicos valens) id est 72. tonnas Hollandicorum florenorum conficiunt, de qua summa quadringenta millia *pagodarum* singulis annis Magno *Mogoli*, cui hoc regnum vectigale est, pendenda sunt. Proventus hos regios auxit adamantum fodina in hoc regno detecta, cujus usum rex solus sibi servat. Regia enim lege in capitis periculum incurrit, qui adamantem 1. caratos, ut vocant, superantem vendit, ità ut unusquisque eiusmodi adamantem nactus eum Regis ministris, quibus hujus negotii procurandi Provincia demandata est, cum tradere cogatur.

Litus Choromandel.

Litus Coromandel.

Tom. 3.

Golconda

SINUS GANGETICVS, VULGO GOLFO DE BENGALA,

Cum adjacentium Regnorum & Regionum litoribus.

Magni *Mogolis* regnum.

POST *Masulipatan* urbem tractus maritimi, qui occurrunt, regni magni *Mogolis* fines sunt maritimi, qui *Gangis* fluvii ostio, & *Bengala* regni limitibus terminantur. Sinus hic magnus olim Gangeticus à Gange fluvio cognominatus, hodiè *Golfo de Bengala* nuncupatur. *Mogolis* magni regnum, amplissimi spacii regio omnem cis Gangem fluvium Indiam, quæ *Indostan* hodiè appellari solet, compochendit, & ad Perliæ regni fines excurrit. Magnus *Mogol* potentissimus Rex est, ac multas terras habitatoribus affluentes possidens innumerabilem militum numerum in aciem deducere potest, quibus frerus, non cum Persis solum, verum & cum aliis regibus & populis, regno suo conterminis, magna & gravia bella gerit. *Ganges* adeò magnum est flumen, ut in Maximorum totius Orbis fluviorum numerum jure referatur, de cujus orea nil certi & firmi in præsentia indicare possumus. Inflat Nili in Ægypto Crocodilos alit. Ostium ejus sub 22 ab Æquatore versus Boream gradu situm est. Ab eo recedit ora maritima tractu suo pedetentim ab Oriente versus Austrum usque ad regnum *Aracan* per 78. millaria. 50. milliaribus à fluvio *Gange*, quà Orientem regio spectat, sita est *Chatigan* regni *Bengala* metropolis; Emporium vero *Bengala* ad fluminis alicujus exitum, ubi litus Septentrionem relinquens ad Meridiem se convertit. Bengalensis tractus maritimus multis Insulis parvis, ac siccis & vadosis in mari locis, ac finibus obsessus, haud planus, sed admodum inæqualis est. Regnum hoc *Bengala* admiranda comporum fertilitas mirum in modum commendat, & nobilitat affluentia incredibilis orgazii, facchari, boum, vaccarum, ovium, gallinarum, butyri, & preciosi gossipii, ex quo pulcherrimi & admodum subtiles panni texuntur, & partim sine colore, partim verò coloribus diversis imbuti in varia Indiæ loca distrahuntur. Indigenæ astuti & versipellis ingenii homines ad furta & scortationes mirum in modum sunt proclives, unde fit, ut Bengalensia mancipia, in hoc regno nimirum nata, præviatæ ingenita omnes totius Indiæ populos longe antecellant. In ejusdem regni locis silvestribus etiam frequentes occurrunt Rhinoceroles, animalia, quorum naso cornu infidet, cornu ipsum autem, dentes, caro, sanguis, ungulæ, imo totum corpus remedium veneno fugando præsentissimum creditur, eaque de causa per totam Indiam in maximo precio habetur. Regnorum *Aracan* & *Pegu* litora inter *Bengalam* & *Martavan* interjacent. Urbs *Aracan* appolita est ostio fluminis cujusdam, quod aquas suas in magnum quendam sinum profundit. *Cosmin* fluvio nomen est, qui supra *Bengalam* in duas partes se distrahens, uno alveo apud *Bengalam* aquas suas in Oceanum deducit, altero verò juxta urbem *Aracan* undas suas Neptuno communicat. Ostium *Martaban*, vel *Martavan* incumbit civitas *Pegu*, apud quam plures exitus fluminis ifti in mare exeuntis patent. Omnes hos fluvios, cum alio *Menam* vocato, qui regno *Siam* peragrato in mare prolabitur, magna quædam palus *Chiama* nomine, quæ in regione *Bramas* locata est, promodere dicitur. Utrumque regnum modo nominatum de divitiis & fertilitate sui mirum in modum gloriantur. Auro, lapidibus pretiosis, & maximè elephantorum copiâ abundant. Cera Hispanica, quæ in literarum obsignandarum usum adhibita, Lacca appellari solet, in pluribus horum regnorum locis conficitur. *Pegu* regni habitatores Sodomitico peccato dentem in modum se polluunt. Virium est gentis abominandum, cujus vitandi causâ mares inter cutem & carnem priapi unam aut duas parvas nolas, magnitudine nucem æquantes, gerunt. Edicto regio id facere tenentur, ut aliqua ratione à detestando hoc scelere abducantur. Eidem de causâ feminæ planè nudæ incedunt, verendis parvo linteolo tectis, quæ tamen inter eundum ità deteguntur, ut vel tota sæpè in conspectum cadunt. Hoc remedio mares à scelere tàm fœdo abducere, & ad sui amorem pertexhere fœminineus sexus molitur. Nonnulli homines etiam in hoc regno reperiuntur, qui filiarum suarum decem natarum verenda confuendo claudunt, parvo tantum foramine relicto, per quod urinâ reddi potest. Quando autem ejusmodi filia, verenda eo pacto clausa habens, nuptum collocatur, & sponsa est, mariius verenda consuta iterum aperienda, & aperta cujusdam unguenti illitu brevi temporis spacio sanânda curat. Peregrino alicui adventanti diversæ filiæ, aut puellæ exhibentur, ex quibus ille unam sibi eligit, de usu ejus cum parentibus certo precio convenit necesse est. Ea toto tempore, quo ibi moratur, pro uxore sua utitur; sed impiimis sibi cavere debet, ne alienas mulieres frequentando vitam suam periculo exponat. Inde discedens filiam cum precio promisso parentibus, aut cognatis, vel amicis restituit. Reversus, fœminam interea temporis alii matrimonio junctam repetere, & quamdiu in loco commoratur, ad usum suum penes se servare potest. Post ejus discessus maritus eam recipit, nec illud ipsi dedecori, sed honori ducitur. Nobilitate, authoritate, & gravitate eminentes homines cum virgines uxores ducunt, in virginitate ipsis adimendâ peregrinorum ad eum finem requisitorum operâ utuntur, eosque muneribus afficiendo gratum suum animum testantur.

Sinus *Gangetic.*

Ganges.

Bengala regnum.

Regna *Aracan* & *Pegu.*

Urbs *Pegu.*

Quâ *Martaban* fluvius in mare se precipitat, finis est Regni *Pegu*: Proximè incipiunt regni *Siam* littora, quæ à fluvio dicto usque ad metropolim totius regni *Siam*, 70 millaria itinere terrestri percurrunt. Sed ab ostio fluvii *Martaban* regio hæc tractu suo maritimo se inflectit usque ad acumen ultimum *Singapora*, vel *Cincapur* nuncupatum, & Æquatori vicinum, unde ad civitatem *Siam* regreditur, ità ut longo & angulo quasi brachio in mare se exporrigat, & vix 50. quibusdam verò etiam in locis, præcipuè apud urbem *Tanaserim*, 10. tantum milliarum latitudine se efferat. Omnes hæ regiones Regis *Siam* imperio olim subjectæ fuerunt, Regnum donec regni *Pegu* rex Anno 1565 maximo prælio re- *Siam.* gem *Siami* superatum sibi tributarium fecit. Regni *Siam* Indigenæ ab iis, qui regnum *Pegu* incolunt morti-

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

bus & naturâ haud multum abludunt. Regio gummi odoriferum, quod *Benjoin* vocatur, copiosè suppeditat. Apud urbem *Tanasserim* Occanus terras amplioris fini occupans, terræ latitudinem ad 10 milliaria restringit. Urbes sub 12 gradu sita mercimoniorum frequentiâ maximè florent, & Lusitanorum navibus frequentissimè visitantur. Ex arboris *cocos* nucibus melioris notæ vinum ardens ab incolis distillando paratur, quod Indicæ mulieres magni faciunt. Regnum *Tanasserim* ab urbe sibi nomen coopta, & libertate propriâ fruens nullius dominio subest, quemadmodum *Quedà* regnum huic vicinum, cujus metropolis eodem nomine indigneta 6 gradibus & 30 scrupulis ab Æquatore versus Aquilonem separatur. Sub 9 gradu & 10 scrup. urbs *Pera* se conspiciendam præbet, in qua *Calaym* metalli, stanno similis, copia haud exigua divenditur.

Malacca civitas, longitudine sui unum circiter milliare conficere fertur. Medium fecat fluvius ponte stratus. Locus, in quo hæc ætate urbs fedet, ab hinc centum annis, & quod excurrit, campus fuit desertus & incultus, ipsoque in litore septem, vel octo tantum casæ extructæ piscitoribus domicilia erant. Temporis decursu his pedetentim se aggregarunt Peguani, Siammenses, & Bengalenses piscatores, qui aliorum hominum confluxu, & numero aucti, non urbem novam solum condiderunt, verum etiam novam sibi linguam finxerunt, ut omninò nihil cum vicinis commune haberent. Urbi *Malacca* nomen imposuêre. Hæc brevi temporis intervallo incolarum numero mirum in modum aucta, ædium multitudine surrexit, & in tantam potentiam excrevit, ut novi regni caput evaderet, quamvis tributum annuum Regi *Siam* solvere coacta fuerit. Potest *Menades* Arabs quidam abutis technis è Regis *Siam* manibus eam cum regno eripuit, & libertati pristinæ restituit. Hujus regionis terra est humida, lutosa, fœtida, ac frumenti quidem, & delicatorum fructuum, sed tamen non copiosè, ferax, variorumque animalium altrix. Portus adest urbi ad negotiandum perquam commodè sitos. Aër salutari parum condescendit incolis æquè ac peregrinis adversatur, quâ de causâ ager urbem cingens maximâ ex parte culturæ debita destituitur, urbique de alimentis & annonâ aliunde prospiciendum. Incolæ, qui urbem & regionem circumjacentem inhabitant, vulgari vocabulo *Malayi* nuncupantur. Gens colore cinericio cutem picta, comam prolixam alit, & ad libidinem mirè proclivis prudentiæ & ingenii acuti titulo mirè sibi placet, utpote quæ philautiæ studiosa, ingenii acumine se aliquid præstare posse probè novit. Ad Poësin prona cantiunculis amatoriis, ac comœdiis componendis, ædificendis, & canendis, aut recitandis tempus terit. Lingua, qui utuntur, optima, & maximè significantia, ac ex omnibus in India Orientali linguis usitatis conquisita vocabula complectens, lepore & ornatu omnibus totius Orientis linguis, multorum judicio, antefferenda censetur, adeò ut *Malacca* lingua per totam Indiam Orientalem fere sit familiaris, nec ille æstimetur, quem ejus cognitio fugit. Lusitani post multos labores exantlatos, tandem hujus civitatis *Malaccæ* potiti eam à Regis sui *Emmanuelis* temporibus in possessione habuerunt, quamvis ob gravem & valetudini incommodum ægrem pauci eorum, & vix centum alicujus notæ domicilia sua in illa civitate habeant. Sed ut securiore & certiore ejus possessione gaudere possent, arcem admodum munitam, & præsidio militari firmatam urbi adjunxerunt. Post *Ormuz* & *Mosambiquæ* locus hic omnium utilissimus est Lusitanis Capitaneis, (hoc titulo peculiarium locorum Gubernatores honorantur) & gubernatoribus suis maximos fructus parit. Emporium enim nobilissimum & celeberrimum sedes est omnium bonorum, & mercium, quæ ex *China* regno, *Molucris* Insulis, & cæteris Indiæ Orientalis regionibus in eam maximâ copia confluunt, & à Lusitanis advehe. & avectæ negotiando distrahuntur, ac divenduntur, adeò ut navis in hac civitate mercibus modò onerentur, modò exonerentur, eâque de causâ frequentissimis itineribus hæc illæc commeando hunc portum frequentent; sive *Malacca* solventes *Patanem*, *Siam*, *Pegu*, Insulas *Molucras*, *Chinam*, aut alia loca petant, sive ex locis istiusmodi discedentes *Malaccam* proficiscantur, ut vel annonam necessariam comparent, vel etiam *Monsson*, id est, ventorum certo tempore sine intermissione spirantium adventum aliquandiu commorando expectent. Quotannis ex Lusitania Navis onerata uno mense citius, quàm cæteræ naves discedere *solent*, egressa, recto cursu *Malaccam* petit, nec in itinere ullo in loco ancoram dimittit, nisi fortàn necessitate aliquâ impellatur, aut tempestatis ingruentis vi portum quærere, aut *Mosambiquem* se conferre cogatur. Hæc plurimque onere pretioso & diviriis, quas *Malacca* in Lusitaniam transferendas suscipit, cæteras Lusitanorum naves, quæ in aliis Indiæ Orientalis locis onerantur in Europam revertuntur, longo intervallo post se relinquit. Quamvis verò hujus loci diuturni possessores Lusitani fuerint, eum tamen antè paucos annos amiserunt. Societas enim Indiæ Orientalis quæ est apud Belgas Unitos, posteaquam potentiæ suæ incrementa maxima sumpsit, Generalis sui præfecti Domini *à Diemen* auspicio ante annos aliquot potentem classem eò ablegavit, quæ *Malaccam* obsidione gravi adorta tandem Lusitanis emporium tàm celebre ex manibus extorsit.

Apex extremus, in quem hæc regio versus Austrum definit, latus est, & à Zephyro ad Eurum exporrectus Orientali angulo urbem insidentem obtentat, à qua *Sincapura* nomine, promontorium hoc, *Cabo Sincapura*, appellationem suam derivat. In eodem etiam cernitur *Iohor*, civitas regni *Iohor*, quod hunc tractum occupat, cujus Regi sedes est, cujus rex Lusitanis multarum negotii quandoque facessere solet. Quidam ex his regibus Regis *Atjhen* in Insula *Sumatra* filiam uxorem duxerat. Hanc à parte nave transinissam cum machina bellica æneis ingentis magnitudinis & longitudinis, quam dotis loco cum aliis rebus acceperat, Lusitanis rapuerunt, ac *Malaccam* deduxerunt, unde machina illa navi in Lusitaniam ablegata est, sed in Insulæ Tercenæ portu, cum navis tempestate submergeretur, conservata ibidem remansit. Odii inter reges dictos & Lusitanos, quod aliquandiu viguerat, haud exiguum raptus hic augmentum fuit, adeò ut illi conjunctis viribus hos adorirentur, & nonnunquam haud parvâ clade afficerent.

Regno *Iohor* proximum est *Patane* regnum latè diffusum, & admodum populosum, de quo Victor *Sprincket*, qui Societatis Indiæ Orientalis nomine negotium procurator anno 1616 in urbe *Patane* commoratus est, testimonio suo perhibet, quod centum & octoginta millia militum tunc temporis ex incolis in aciem producti potuerint, quamvis imbelles homines rei militari planè inepti sint, nec arma tractare sciant. In ipsa urbe *Patane* habitant ultra sexdecim millia virorum bello aptorum, quorum nonnulli sunt *Malayi*, vel Æthiopes, quidam *Chinenses* cum suis *Mestizis*, & alii Siammenses. *Siammensium* pars in urbe habitat, pluriini verò extra urbem agris immorantur, & agriculturæ operam navant. Regio magis idonea est navigationi, quàm *Bantam*, *Iohor*, *Pahan*, & aliæ similes, eò quod magni & profundi fluvii naves admittant, unde fit, ut incolæ navigationis sint peritiores, & omnes vias penè noverint, Siammenses inprimis, & Chinenses, qui summo in hanc artem studio incumbunt. Indigenæ *Malayi* nempè ad otium naturâ proclives pigritiæ admodum sunt dediti, & agriculturæ obiter studentes, aut piscationi operam navantes, aquam bibendo, & omnis generis potus fortes & inebriantes fugiendo, parcè ac temperatè vivunt, sed valde libidinosi luxuriosi voluptates sectantur, & præter tres, aut plures uxores, quas legitimo matrimonio sibi jungunt, tot adhuc concubinas, ac pellices alunt, quot ipsis alere facultatum ratio permittit. Divitiæ ipsorum maxima ex parte ex agricul-

agricultura & mancipiis, qui oryzæ exiguâ copiâ, & piscibus singulis mensibus vivunt, æstimantur. Omnis generis negotia alia, commercia, & opificia ut plurimum à Chinensibus, & eorum *Mestizis* exercentur, qui terra marique in sequentia loca, & regiones, *Siam*, *Bordelon*, *Lugor*, *Cambodiam*, *Camchinchinam*, *Macassar*, *Groot*, *Pahan*, *Iohor*, *Iambi*, *Bantam*, *Bandarmassin*, *Succadanam*, atque alias plures negotiandi causâ frequentes excurrunt, ac varias merces transportant, porcelainas puta, ollas, lebetes, variam culinariam & domesticam supellectilem, instrumenta ex ferro confecta, carnes fumo induratas, vel siccatas, pisces sale conspersos, & vento siccos redditos, ac omnis generis linteos pannos, quos ab aliis Chinensibus, vel etiam Belgis precio redimunt. *Patanen* contrà apportant ligna ædibus construendis apta, *Rottang*, vel funes ex Cocos arboris cortice, seu libro tortos, Oryzam, parva pisi viridia, oleum ex Cocos nucibus expressum, multitudinem fructus, omnigenas pelles, bubulorum præcipuè, bouin, vaccarum, hircorum, cuniculorum, & leporum coria, quæ rustici colligunt, ac paramenta partim, partim verò imparata adventantibus mercatoribus vendunt. Piper optimæ notæ in hac & vicinis quibusdam regionibus nascens coëmtum *Patanem* etiam advehunt, cæteris hîc emitur, quàm in urbe *Bantam*, aut cæteris Javæ majoris locis, eò quod nobiliorem. Est adhuc aliud mercium genus *Sarey Boura* nominatum, quod Chinenses haud exiguo precio redimunt. Hirundinum nidi sunt, quos rustici in maris litore inter scopulorum & rupium cavernas conquisitos venum exponunt. In maximarum delicium numero apud Indæ reges, principes & magnates habentur, & cibus saporis gratissimi ad tantum precium adscendit, ut in Chinæ regno plurimoque libra ejus tribus, quatuor, aut pluribus imperialibus vendatur. Singulari studio à Chinensibus ubique coëmuntur, nec insificienti tamen copiâ ipsis suppetunt. Regnum *Patane* præterea nobilitat solum fertilissimum, quod omnis generis fructus abunde producit. In eo invenniuntur Oryza optima, boves, qui pinguedine & magnitudine sui tamen nostratibus in Europa non respondent, hirci, anseres, anates, gallinæ, pavones, quorum caudis cibi magnarum mensis imposîti exornantur, omnifariæ feræ, ut cervi, lepores, cuniculi, qui carnis sapore delicato nostris Europæis longè præeunt, omnis generis aves cicures, & sylvestres, & fructuum delicatorum infinitus numerus, qui partim in Europa etiam nascuntur, partim verò Europæis incogniti sunt; illos Latinis suis, hos propriis Barbaris nominibus recensebimus. Ex iis præcipui sunt *Durioni*, *Mangostani*, *Ananas*, *Lansiati*, *Rambutanes*, *Pisangi*, Grataru, Limones, mala aurea, *Limoni Gibel* malorum aurorum quo ddam genus, quod ex Chinæ regno infigni copia advehitur, *Mamplemi*, *Batieni*, & *Cocculi*. *Nati*, quorum haud parvus numerus hoc regnum pervagatur, oryzam in campis crescentem insigni damno afficere solent, adeò ut eâ de causâ nocturno tempore ubique in agris excubiæ sint agendæ, & damnum vexationes prævertendum. Capra hæc animalia & interfecta incolæ terrâ tegunt, & sepelunt. Patanenses enim & Malayi Mahometicæ fectæ addicti carne aprugna nec vescuntur, nec permittunt, ut peregrini eadem cibi loco utantur. Ideo Belgis mercatoribus in urbe *Patane* commorantibus aprum mactare non licet, nisi illud clàm, & cum periculo facere velint. Nam si vel minimum de ciusmodi facto incolis subolerent, non solum Belgas tanquam pestem fugerent, sed etiam domum ipsorum mercatorium non ingrederentur, ac omnem cum ipsis negotiationem vitarent. Lusitani eo tempore, quo Sprinckelius *supra* dictus in urbe *Patane* moram traxit, duabus vicibus boves, singulis vicibus 1600, coëmptos inde Malaccam miserunt, pro unoquoque autem regiæ quæ tunc temporis huic regno præfuit, *Compan* unum, (moneta hæc est, valore suo novem assibus aut stuferis Hollandicis respondens) vectigalis ordinarii causâ solvere cogebantur. Urbis *Patane* faiburbium Amsterodamum Hollandiæ emporium nobilissimum longitudine quidem sed non latitudine exæquat. Urbs etiam ipsâ in longitudinem magnam extensâ latitudinem parem non complectitur. Latus terram respiciens paludibus cingitur, totaque civitas trabibus quadratis, quæ admodum fortes & crassæ conjugâ serie solo infixæ sunt, circumcincta munitur. Ejusmodi muris urbes circundare in hisce regnis mos est. Sex gradibus & 26. scrupulis ab Æquatore versus Boream recedens pulchra & eleganti structurâ, ut mos Indicus fert, superbit. Mahometistæ inter alia templum in urbe habent magnifica structura superbum, & intus deauratum, columnisque auro pictis exornatum. Medio muro adhæret fedes deaurata quatuor gradibus artificio summo paratis aditum ascendentibus præbens, quam nonnisi sacerdotibus solis confcendere licet. Hi magnæ authoritatis homines per totum regnum maximo in honore habentur. Septimo Idus Novembris Anni 1601, Belgarum Amiralius *Iacobus à Neck* navem fuam, cui Amsterodamo nomen erat, & celocem in portum urbis *Patane* appulit, ibique cum incolis negotiationem exercens, piperis *Bahar* unum, quod ponderis genus 180 libras Hollandicas comprehendit, 30 ficalen han achtren / id est, imperialium precio fibi comparavit. Eo tempore Regni clavum tenebat vidua regia, quæ Regis, vel magni imperatoris Siammensis tributaria annui tributi loco aureum florem cum aliquot preciosis vestibus ex fcrico & panno, cocco tinctis confectis pendebat. Hollandis negotiatoribus admodum addicta diversis vicibus haud exiguam pecuniæ summam sine ulla usura mutuo dedit. Modestiæ admodum studens maximam temporis partem in aula fua inter virgines virendo consumebat. Virginum illarum, quæ ipsi ministrabant grandem penes le numerum habuit. His matrimonium cum maribus inire non licebat, sed datâ occasione amori operam dare integrum erat. Regina recreationis gratiâ in publicum prodiens, quod tamen infrequenter facere solebat, plurimque regni proceribus & quater mille dominorum & nobilium comitatu stipabatur, ingentique Elephantorum numero utebatur. In loco recreationi destinato totum suum comitatum magnifico caborum apparatu, ac omnis generis potu delicato excipiebat, & pofita elephanti suo pretioso ornatu superbienti insidens eodem ordine, quo exierat, domum repetens in aulam fuam pompa magnifica revertebatur. Cum Hollandorum Amiralius ex porta Patanensi navibus fuis discessuus regine huic valedicerent, atque Societatis Indicæ ministros negotiorum procurationi destinatos, quibus in urbe *Patane* remanendum erat, commendaret, ipsa respondit, se ipsorum tutelam susceperam, ipsosque in omnibus casibus iustis & æquis defensuram, eâ tamen conditione, ut se honestè gererent, & fœdissimo ebriertatis vitio non polluerent. Excusationem etiam se purgabat, quod Hollandos quotidie non invitasset, & regio more non trastasset. Hoc enim sibi tanquam fœminæ minus conveniße. Urbs *Patane* regia sedes latus maris longitudine fua occupat, & dimidii milliarii spatio extenditur ædibus ex ligno & arundinibus artificiosè admodum constructis constans. Portus ab urbe dimidio milliari abest. Regia aula, & magnarum habitacula vallo ex palis artè conjunctis constante munitur. Templum verò Mahometicum ex lateribus feu lapidibus coctis constructum est. Cinericii coloris Indigenæ, proportionis fcitæ & elegantis corpus habent, & clari animi homines mirè sibi placent. Teftis est incolæ superbus ipsorum incessus, eorum præsertim, qui præ cæteris divitiarum cumulo eminentes, maximo ministrorum, & mancipiorum numero comitari, in publicum prodeunt. Comitatis tamen ac humanitatis studiosi in conversatione cum fuis & peregrinis civilitatis *fuæ* maximum indicium faciunt. In vestitu

Biblioteca Museo Franz Mayer

ad certum & elegantiam non adspirant. Mares ad feminarum amorem admodum proni *Zelotypiâ* adeò laborant, ut propriis suis amicis & cognatis fidem non habeant, eâque de causâ nemini uxores, aut filias suas monstrent. Chinensium tanta in urbe *Patane* multitudo habitat, ut indigenarum numerum suspicent, & apud magistratum pluris fiant, authoritateque suâ magis valeant. In urbe dicta quatuor linguæ usu receptæ sunt, Malaica nimirum, Siammensis, Chinensis, & Patanensis. Malai in scribendo & legendo cum caeteris Indianis à dextra incipiunt, & ad sinistram pergunt. Siammenses ordine inverso Europæos populos imitantur, & lectionem, ac scripturam suam à sinistrâ orsum ad dextram deducunt. Literæ ipsorum à Latinis haud multum abludunt. Adulterium supplicio gravi punitur, præcipuè verò illud quod à nobilium, & magnatum, aut regni procerum aliquo admissum est. Adulterò, vel adulterâ integrum est mortis genus aliquod eligere; supplicium eo mortis genere vel pater, vel ex consanguineis aliquis de personâ ei sumit, quæ hoc scelere se adstrinxit, ac mortem eam sceleris sui pœnam elegit. Pœna tamen hæc tam gravis tantarum non est virium, ut mulieres ad libidinem admodum pronas ab hoc vitio abterrere queat. Inter cutem & carnem pelagi mares duos, aut tres globulos argenteos gestant, quo remedio ad libidinis prurigo coercendum utuntur. Duabus personis extra matrimonium viventibus Veneris huius vitio non vertitur. Aëre temperato & sano regnum *Patane* fruitur, quamvis Æquinoctiali propius, calorem Solis immoderatiorem sentiat. Æstatem Februarius mensis orditur, & per novem mensium seriem continuum usq; ad Octobris finem promovet. November, December, & Januarius menses hybernum tempus excipiunt, & nonnisi pluvias, & ventos ex plagâ inter Aquilonem, & Eurum intermedii producuntes emittunt. Æstivo tempore unus etiam ventus tantum frequens cæteros non admittit. Solum bubalis & bobus aratum oryza, quæ proventu largissimo prodire solet, conserunt. Quisque mensis peculiarium fructuum maturitatem & messem adducit, ità ut fructuum, ac frugum & bonitate & ubertate quasi certamen aliquod omnes per totius anni decursum instituisse videantur. Anatum ac anserum fecunditatem miram binus singulis diebus ovorum partus arguit. Numero item haud exiguo occurrunt etiam gallinæ silvestres, ardeæ albæ, & admirabilis pulchritudinis turtures, quorum nonnulli pennas habent adeò pulchras, ut à pfitiscorum pennis dignosci nequeant. Tigrides & Cercopitheci animalia sunt in hoc regno maximè noxia, quæ frugibus magnum damnum inferunt. In sylvis & nemoribus Elephantorum quam plurimi offenduntur, quorum sequenti venationis genere compotes redduntur. Magno aliquo & forti Elephante, qui cæteri est, in silvam progrediuntur. Cum hoc conspecto ferus mox certamen init, ita ut uterque certans alterum probosc̃ide suâ arripiat, & firmiter retentum profiterere conetur. interea quidam à tergo accedentes feri Elephanti utrumque pedem posteriorem sine arcto constringunt, qui veritus, ne concidat, pedes movere non audet, atque ita conflictus maximâ fame desinunt.

Regnum *Siam*, vel *Chiam*, cujus suprà paucis meminimus, initio ab urbe *Xeuthyan* sumpto, per 500 leucas Hispanicas usque ad civitatem *Tavayam* procedens ibidem finem invenit. Olim adeo potens fuit, ut Rex Cæsaris titulum sibi adciverit: Anno verò 1568 maximâ clade acceptâ valde diminutum est. Historiam ejus paucis accipe: Siammenses regi duo erant albi coloris Elephantes; hâc de re Peguenses certiores redditi eorum acquirendorum summo desiderio inflammantur, eò quod animalia hæc sancta censerent summo honore afficere solent. Miserunt itaque ad regem Siammensem legatos, qui Elephantos peterent, & regi pro iis offerrent, quicquid postularet. Sed repulsam ferentes, quonam Siammensis rex sibi suos Elephantos retinere, quàm illorum petitioni satisfacere maluit, tanto furore percitî sunt, ut Siammensibus bellum inferent. Peguensium itaque Rex militum innumerabili copiâ in regnum Siammense impetum fecit, & urbem *Siam* post biennii obsidionem gravissimam, postquam quingentorum millium militum iactum passus esset, in suam potestatem redegit. Elephantis illis duobus abreptis nobilitas Siammensis partim cæsa, partim in captivitatem redacta & abducta, regnumque totum à Peguentibus occupatum est. Rex ipse *Siam* Metropolis fuit jactură intellectâ veneno epoto sponte sua sibi mortem conscivit. Regni solum partim planum, partim montibus affurgens gramine refertum est, ac nitore & amœnitate gratissimâ oculos pascens pingvedine & opulentiâ fertilitate nulli alii quicquam concedit; Oryzâ & pipere optimo luxuriat; Montes auro, argento, stanno, aliisque aliis metallis opulenti. Terra multis Elephantis & equis nutrimentum præbet. Indigenæ voluptatum allectæ pretiosis vestibus se amiciunt, ac de nobilitate sua multum gloriantur. Artis musicæ sunt studiosissimi, ab opificiorum exercitio abhorrent, utpote qui in iis exercendis mancipiorum suorum operâ utuntur. In scholis leges & religionis articuli vernaculâ linguâ docentur. Idolorum, quibus inserviunt, numerum grandem habent, inter quæ familiam ducunt elementa quatuor, quorum quilibet illâd sibi sepultorum eligit, cui in vita sua divinum honorem exhibuit. Qui terram colerunt, eâdem sepelliuntur. Qui aquæ cultu divino inserviverunt, mortui in eam conjiciuntur. Igne comburuntur, qui illum tanquam Deum adorâverè. Suspendio aëri commendantur, ut avibus esca fiant, qui divino honore aërem afficerunt. *Siam* regni caput *matris* cincta est, qui multis in locis quidem corruerunt, sed tamen splendorem, & potentiam antiquam satis arguunt. Mercaturæ excercendæ maximè est idonea, utpote quæ fluvio magno *Menan* affluens portu commodissimo naves adventantes excipit, & admodum populosa est. Flumen illud ex palude *Chiam* in regione *Iranas* emergens grande est, ut & reliqua, quæ ex eodem scaturientia per regna *Pegu* & *Bengala* magnis alveis in mare decurrunt. *Fernan Mendez Pinto* Lusitanus, qui has, & plures alias Indiæ Orientalis regiones perlustravit, frequenti descriptione regnum hoc illustrit. Imperii *Siamen* plurimique alio nomine *Siam* appellati Metropolis est *Odina* sedes regia, quam anno 1540, & sequentibus Rex Siammensis incoluit. Totum Imperium quâ longissimè excurrit, 700, & quà latissimè extenditur 160 milliaria Hispanica complectitur. Solum maxima ex parte campo plano constratum agris optimè cultis abundat, multis flumînibus irrigatur, & mirâ ubertate omnia ea effundit, quæ ad humani corporis sustentationem ipsâ vivendi necessitas postulat. Montes passim extrà terram prorumpunt densæ silvæ, & arbores maximæ vellunt, quarum copiâ insignis quamplurimis navibus onerariis ædificandis sufficeret. Opulentia regni est ex auro, argento, chalybe, plumbo, stanno, sale petræ, sulphure, fetico quamplurimo, *Palo d'Aquila* vel aquilæ ligno, quod ad cadavera hominum à putredine conservanda adhibetur, benjoino, lacca, amylo, gossipio, rubinis, sapphyris, ligno Brasiliano, quod in maris littore crescens reperitur, & illi, quod in Brasilia nascitur, similimum est, & alio quodam ligno nigro, quo centum quidem naves Chinenses, quæ *Iouchen* vocantur, singulis annis onerata in *Chiam*, *Aniou*, *Cambodiam* & alia loca excurrunt. Mellis etiam, ceræ & facchari proventus est ubertimus. Regis reditus annui duodecim milliones ducatorum, id est, trecentas & sex agnatis tonnas auri, quarum quavis centum millia florenorum Hollandicorum valent, confecte dicebantur. Accedebant pensiones & vectigalia, quæ regni procerè & magnates, atque alii tributarii quotannis pendere cogebantur. Horum summa etiam ingens erat. Totius Imperii circuitus numerabat duo millia & sexcenta loca *Prodam* cognominata, quæ cum nostris civitatibus, & oppidis, vel

vel etiam maximis pagis magnitudine conveniebant. His parvi pagi & vici exigui non annumerabantur. Magna horum locorum pars aperta jacens defensione bellicâ debitâ caret, & nonnisi sepris ligneis defenditur. Cum habitatoribus loca illa conveniunt; imbellis enim & effœminata gens fortitudinis & virilitatis est nescia. *Odiam*, vel *Odinam* regni caput mari cingunt. Hanc quadringentis ædium, aut habitaculorum, seu focorum millibus repletam esse, & profundè incredibilem. Incolarum multitudinem continere dicitur, quorum quarta pars ex peregrinis constat, qui ex variis regionibus in hanc urbem confluentes in ea sedem ac domicilium sunum collocaverunt. Est autem regnum hoc per se amplissimum & opulentissimum, quod commodissimi sui situs occasione totius Indiæ Orientalis negotiationem ad se allicit; unde fit, ut quovis anno mille circiter naves onerariæ, quæ *Iunken* vulgari appellatione cognominantur, huius regni portus frequentent, de mirabilibus navigiis, quibus omnes navium stationes complentur, nihil dicimus. *Prochus Zelen*, id est membrum Dei sanctum, titulus est, quo rex communiter uti solet. Duabus quovis anno vicibus in subditorum suorum conspectum prodiens majestatem & magnificentiam suam ostentat. Quamvis autem tanti nominis rex sit, potentissimo tamen & maximo Chinæ regi tributarius animum pensionem solvit, idque eâ de causâ, ut *Iunken*, aut naves suas in portum *Cumbay* mittere ipsi liceat. Præter merces suprà enumeratas, aliæ plures in hoc regno mercatoribus se offerunt, piper nempè, zinziber, cinnamomum, camphora, canna fistula, tamarindi, & cardamomum. Ex omnibus hactenus enumeratis mercibus & bonis, quibus hoc regnum locupletatur, apertè patet, regnum hoc in opeinorum & locupletissimorum totius Muntdi numerum jure referri posse. *Sprinckelius*, cujus in præcedentibus mentio facta est, sequentia de hoc regno refert. Rex *Siam*, vel *Chiam*, ut incolæ scribunt, totam *Cambodiam*, *Iangomam*, ac totum tractum regionis *Patane*, seu Orientale illud latus usque ad *Malam* propè urbem *Malaccam* excurrens Imperio suo coërcet, cui omnium aliorum regnorum reges tributarii annua tributa & dona obedientiæ & fidelitatis debitæ signa pendere solent. Obsides autem fidelitatis & subjectionis præstandæ penes se habet Rex Siammensis unum, aut plures ex liberis eorum, quos in aula sua honestè & regio more alendos curat. Eo tempore, quo *Sprinckelium* Societatis Indiæ Orientalis negotiator in urbe *Patane* habitavit, *Raighapi* Siammensis rex unam ex concubinis suis Regis *Bordelon* tributarii sui filio nuptum collocavit, eamque in urbem *Bordelon* quatuordecim millia hominum comitatu & nongentis elephantis, ex quibus aliquot cum mancipiis multis sponte dono dati sunt, transmisit. Idem *Raighapi*, vel *Rayahapi*, ut rumor tunc percrebuerat, integrum regnum *Pegu* sibi subjecerat, ipsâmque urbem *Aracam* incredibili exercitu obsidione cinxerat. Juramento enim affirmaverat, se prius domum non reversurum, quàm ipsius urbis potirus esset; verum voti compos non est factus, utpote qui in castris suis ante urbem illam locatis fato concessit. Tyrannidis vitio crudeli & fœdo vitam suam polluit, cujus unum tantum exemplum in medium afferemus. Cum aliquando morbo quodam afflictus decumberet, ac cachinnos quosdam in camera vicina edi audiret; ex iis, quos interrogaverat, intelligens quinam adeò effusè risissent, mox personas illas, quamvis duæ ex præcipuis concubinis essent, abduci cendas, & medias dissecandas curavit. Sibi enim persuasum habebat, quod ob ejus morbum lætitiâ exultarent, & eâ de causâ adeò effusè riderent, quod morti proximus esset. Modus dissecandi homines medios talis est. Capitis damnatus in genua procumbens utramque manum brachiis incurvatis genibus imponit: carnifex tum illa supra extendicens petens corpus in duas partes æquales dissecat. In huius *Raighapi* aula versabatur vir authoritatis summæ, & ferè proximus à rege ipso, qui *Oshi Cranrbi* appellatur, (*Oshi* dignitatis titulus est, & comitem, vel dominum significat) Belgarum nationi, ac iis præsertim, qui ex urbe *Bazan* negotiorum procurandorum gratia in urbem *Siam* ablegati erant, maximè favebat. Hic vivente adhuc *Raighapi* 500. milites ex Japonia vocavit, & mercatorum vestium amicos clàm in regnum adduxit, eo fine, ut rege obtruncato regno potiretur. Nunquam tamen, quamdiu rex vixit, consilium hoc effectui datum est. Post cius autem obitum *Chrourvo* scipsium regem constituit, & coronâ impositâ regnum vendicavit, quamvis potissima urbis pars regis defuncti filio natu majori addicta regem proclamarit. Hic interfectus fratri suo, qui regis filius natu minor erat, regnum reliquit; Regnum tamen ipsum hoc casu plenam tranquillitatem non est nactum.

Cambodia regno præcedenti vicino *Cambodia* Metropolis & regia sedes nomen communicat. Hæc in mediterranea loca recedens magno flavio alluitur, qui ex regno China ortum ducens, ac in itinere multa alia flumina ingentia absorbens duobus alveis ingentibus & profundis, quorum beneficio *Iunckes*, & celocibus alius in terram ascendere, & mercibus importandis & exportandis vacare licet, in Indicum Oceanum se exonerat. Flavio huic nomen est *Macom*, vel *Mecron*, ut *Iouanes Hugo à Linschoten* tradit, quo nomine Indi- vel *Mecgan* genæ significant, ipsum esse omnium fluviorum Principem, aut Ducem, Grandis enim est, & multis aquis vivus, exundans æstivo tempore totam regionem, quemadmodum Nilus Ægyptum, irrigat, & humectat. Indigenæ Ethnicâ Mololatriâ imbuti militaris disciplinæ, ac & navigationis peritissimi sunt. Bestiarum more vitam degentes ea opinio invasit, homines & bestias natura, ac proprietatibus convenire. Ut uxores cum cadaveribus maritorum vivæ comburantur, & rege mortuo, ac rogo impolito, non solum uxores ejus, sed multi ex nobilibus voluntario motu in ignem desiliunt, ut cum rege suo vitam finiant. *Champa* hujus regni civitas est maritima, ex qua optimum lignum Aloës, quod ab Indianis argento contrà æstimatur, peti solet. Ab ea urbe etiam maritima hujus regni ora litus *Champay* cognominatur. Lignum illud Aloës ex ea urbe in omnia Indiæ Orientalis loca transportatur, & cadaveribus magnatum comburendis adhibetur. Inter regna Cambodiense, & Siammense, cujus litus Malaccam urbem versus procurrit, ingens maris sinus anfractu suo terram incurvat, & naves in portum Siammensem in intimo recessu situm deducit. Urbs Cambodia sub 10. altitudinis Borealis gradu locata est. Inter magna illa Fluvii fluvii *Mecom* odia duo alia minora interjacent, quæ *Mecom* alveis minoribus ex utroque majore derivatis ad mare effis. exitum præbent. Alterum ex majoribus alveis, qui per dextrum ostium erumpit, Belgarum nuncupatur de **Visser van Cambodia**/id est, Cambodiæ flumen appellant; alterum verò, qui per sinistrum ostium in mare exscurrit, illdem de **Japansche Vaerre**/id est, Japonicum flumen cognominant. Indiæ Orientalis Societas supra divisionem hujus fluvii regis permissu mercatoriam domum construxerat, ut ibidem merces missas & compras reponeret. Eam Cambodiæ rex occupavit, mercesque sibi retinuit, & mercatores captos miserè tractavit. Societatis Indiæ Orientalis præfectus summus Dominus à *Dimen* nefario hoc facinore intellecto, Anno 1644 quatuor celoces omni bellico apparatu instructissimas & militibus ac nautis munitissimas eò ablegavit, ut regem interrogarent, quâ de causâ pactis & promissis suis non stetisset, ac rupto fœdere merces sibi retinuisset, Societatisque ministros malè tractasset. Naves hæ flumine adverso ascenderunt, ut mandato sibi numere fungerentur. Interea rex omnibus suis viribus convocatis & collectis transitum, per quem navibus redeundum erat, aggeribus duobus fortissimis, quæ arundinibus confectis impositi erant, duobus in locis adeò arctè conclusit, ut nulli navi transire liceret. Uterunque autem litus non

Linguæ in urbe *Patane* usitatæ.

Adulterii pœna.

Aër.

Siam Regnum.

Elephantorum venatio.

Tyrannus.

Modus dissecandi homines medios.

Siam Metropolis.

Sprinckelii de Regno *Siam* relatio.

Regihapi Siammensis Rex.

Fernan Mendez Pinto Admiratio.

Pinto Rex illustrit.

Siam quo dicitur.

Ejus fertilitas.

Indigenæ.

Cambodia

Regnum.

Macom, ut *Iouanes Hugo à Linschoten* tradit,

Indigenæ Ethnicâ Mololatriâ imbuti militaris disciplinæ, ac

Champa hujus regni civitas

Biblioteca Museo Franz Mayer

machinis solum tormentariis pluribus, verum etiam militibus plurimis moniverat, qui xquè in litore atquè in navicullis felicis sua transitionis jaculari poterant. Castra interea regis eum ingenti militum copiâ in altera ripa locata erant. Negotium totum ob spectabat. ut Rex tanta multitudine & viribus maximis Belgis superior naves eum omnibus hominibus in suam potestatem redigeret. Hollandi vero furiosorum hostium instar expansis velis omnibus aggressi petere, milites Cambodienses ex ea deturbare, priorem cadendo perrumpere, posteriorem eâdem audaciâ perfringere, & centum hominum jactura ex peiculosissimo loco summa felicitate evadere, quamvis ex machinis illis majoribus in utroque litore constitutis & sclopetis globorum majorum & globulorum quali imber indefinens in ipsos ederet.

Cauchichina Regio.

Cambodiæ regni finitibus succedit regionis *Cauchinchina* ora maritima, quæ in aliquot regna dispertita Chinensis regi pago se subjudicat, jam verò pago excusso libertate fruitur. In regione hac tractus maritimus amplectu grandi recedens sinu maris grandi locum dedit, & flurio magno, cujus ripæ nobis *Cauchinchina* infidet, eximum aperit, ut in sinum illum decurrat. Indigenæ corporis statura, proportione & formâ, ut & moribus, ac ritibus suis, vicinisque modis Chinensibus plane similes. Terra fertilitate summâ gaudens varios fructus, & metces diversas suppeditat, atque inter alias lignum *Palo d'aquilla*, & aliud *Calambo* odoris admodum fragrantis, fericum item, & alia multa bona, quorum Chinenses regnum quoque abundat. Tractus hujus regni maritimus simul præcidio coercitque, & Terra alta ab alterutro cognominatus à dicto sinu in tuto sumpto occasum Solis relinquit, & ad orientem continuo curfu pergit, eoque invento iterum à plaga inter Austrum & Eurum intermedii ad alterum sini oppositum, qui inter Aquilonem & Eurum eminent sedem obtinet, propetare cernitur. Decem circiter miliarium interstitio à litore disjuncta est Insula *Aynay*, quæ à litotin angulo eundem fumens eidem cum litore linea in longitudinem haud exiguam progressa Chinensi regni membrum est. Frumo inter continentem, & insulam Margaritarum ferax hærenti mercatores negotiatione diræ.

Aynay Insula.

China regnum, amplissima, potentissima, populosissima, ac opulentissima regio, potentiæ maximæ, divinarum opulentissimarum, & animo ingeniosissimarum homi per totum terrarum Orbem notissima & celeberrima, prolixam admodum descriptionem requirerent, quæ cum hujus loci non sit, præcipua tantum & maxime notata digna hic annotabimus. Totum regnum in sexdecim Provincias grandes dispertitum quinque maritimas habet, quæ Oceano conjugæ sunt, *Cantao nimirum*, vel *Canton*, *Chincheo*, *Lamoto*, *Nimpau*, vel *Nankin*, & *Paquem*. Aër ejus moderatus admodum, & temperatus, solum perflat adeò fertile, ut non solum ea omnia copiosè suppetant, quæ ad corporis sustentationem necessaria ratio poscit, verum etiam divitiis copiæ cornu affluat, quæ corporis recreationem, & jucunditatem spectant. Affluit igitur regnum hoc multiugo frumento, oryza optima, lino, gossypio, saccharo, melle, cetis omnis generis herbis salutaribus, radicibus pretiosis, optimi & gratissimi saporis fructibus, Rhaburbaro, multa aurea sacchaum dulcedine superantibus, variis animalibus tam cicuribus, quàm feris, elephantis, leonibus, tygribus, quibuldam animalibus cum catibus magnitudine convenientibus, ex quibus pretiosis moschus paratur, fabulus sibethum generantibus, anseribus, anatibus, gallinis, & aliis similibus. Serici negotiatio regno huic quotannis incredibile lucrum apportat, cum non in ipso solum magna ejus copia consumatur, sed in peregrinas etiam & exteras terras haud exigua transmittatur. *Porcelana* terrea licet vafa hodie per Europam notissima, ut & aliis Orbis partibus tacem. Ex Chinensis ea peculiari quodam terra singulari artificio formant, & igne excoquunt. Erat autem Scaliger in 91 contrà Cardanum extricatione, dum eâ opinione eft imbutus, ex ovorum teftis terrâ fepultis & poft centum annos iterum eruitis ejusmodi vafa confici folere. Terra autem, ex qua conficiuntur, dura admodum molendo, aut tundendo in subtilissimum pulverem, farinæ fimilem, redigitur, & ex lapidibus ex cavatis mactris, aut alveis injecta aquâ macerantur. Ex macerati & fæpius commoti tenuissimi pulvis & quafi flos fuperenam partem occupat, ac craffiori parti fupernatat. Tenuior pars tenuiorum & pretiosorum vaforum confectionibus ufui infervit, craffior ad craffiora parandis adhibetur. Pifcium multitudo incredibilis tam in mari, quàm paffim in fluviis capitur. Terra omnia generis olera, leguminis, & herbas morbis varijs medentes, quarum virtus & efficacia incolis probè ingenitus, ubique prodauit. Auri, & argenti fodinæ per totum regnum funt frequentes, ac lapidum pretiosorum numerus ubique haud exiguus inventitur. Ut apud alias gentes auri um in majori pretio habeti folet, ita hic è contrario argentum auro præponitur. Præterea metallorum aliorum ut argenti vivi, cupri, ferri, chalybis, ftannisplumbarii, & aliorum mineralium nullà eft penuria. In 116 Provinciis regnum totum dittribus fupra decimam 1 quamvis earum magnitudine, & amplitudine cum maximo Europæ regno certare ajunt. In omnibus in universo fummorum 591 Metropoles, 1393 civitates alias magnas, & innumerabiles vicos ac pagos, quorum nonnullos cum magnis civitatibus comparari poffe ferunt. Civitates muri cinguntur lapidibus vivis quadratogulari formâ excifis conftructis, ut & foffæ admodum latæ, quæ mœnium craffitiei latitudine fuâ refpondent; ædificia autem fplendidiffima & ordine admirabili compacta latus exornant. Vitæ regiæ regnum totum percurrentes pulcherrimæ & amœniffimæ continuâ planitie ufque ad montes deducte funt. Ipfæ verò civitatum & pagorum plateæ pavimentis lapideis ftratæ mire ornatæ fuperbiunt. Incolæ corporis proportione decenti haud deformes latam ac rotundam faciem, palpebras grandes, fupercilia elata, parvos oculos, & parvum ac depreffum naſum oftentant. Mares parum admodum barbati, ejfos vix fupcrm aut octo fupci & infra os habent, capillos vero nigros, quos non tondent, fed eam in longitudinem excrefcere finunt, ut quam maxima ipfos protendit. Homen mundicisi fummâ cura incumbunt, cuique in modum elegantem collectus in vertice colligant, ac reticulo ex fericis fuis contexto ungunt. Itaque hujus regni partem mari vicinorem, & Æquatori magis propinquam incolens, coloris fubfufci, aut fubnigri cute tecti funt, quò magis verò reliqua pars ab Æquatore verfus Borcam recedit, eò albicribus inhabitatoribus domicilia præbet. Genium ingeniofum & fubtilem omnium artium & opificiorum peritia admirabilis maxime nobilitat. Soli, Luna, ac Diabolo divinos honores exhibent, eoque prætextu Diaboli adorationem velant, quod nempe, ut aliquo malo fe afficiat, câque de causâ fe illum adorare ajunt, ut malum à fe avertant. Deum effe etiam confitentur, fed illud addunt, Deum adorare aut neceffarium effe, utpote qui, bonitas ipfa, neminem malo afficiat. Naves ipforum *Iuncken* vulgari nomine appellatæ duobus malis, ac velis ex arundinibus contextis propellentur, exiguoque ligneris fabricatur. Ifta omnes totius Indiæ Orientalis angulos perrptant, omnefque navium ftationes, ac quæ in litora frequentiores mercatura fummâ induftriâ incumbunt, adeò ut nullus locus mercaturæ exercendæ aptus inveniri queat, in quo Chinenfes frequentes non confpiciantur. In hujus Regni Provincia maritima *Canton*, urbem *Macao* poffident Lufitani, quam cum Cantonibus mixti inhabitant. Sedes illa eft Epifcopi, & Præfecti, qui Lufitanis, cæteriique incolis regnicolarum imperio præeft. 7 Kal. Septembris *Anno* 1601 *Iacobus à Neck* Societatis Indiæ Orientalis, quæ eft in Belgio confœderato, Archiatralfus navem fuam prætoriam *Amſterodamum* appellatam, ac celoeram in dictæ civitatis portum appulit, ac lembum à Lufitanis fubitò oppreffum ac captum cum viginti focis nauticis amifit, ex his duos nauclerum nempe cum alio quodam Lufitani Goam miferunt, & centos fuſpendio necarunt. *Canton* fluvius, qui hoc in loco in Oceanum fe præcipitat, extra admodum latus, & navibus parvis Infulis vicinis oppido egredi ur. Navigationi communi finus emporiis adjacentibus negotiationem frequentiffimam exhibet, de quâ fuſe eidem conjecturam facies licet ex eo, quod folum falis vectigal Chinenfium regi quotannis auri fexcentorum millium, vel quidem eius auri tonnas Hollandicas affetat. Unicus hic ex fale reditus in uno tantum loco conquifitus regios thefauros inſatiabiles, & cenſus annuos prægrandes facilè arguit.

Navigatio.

Cantao Regnum.

Diuiſio.

Diuitiæ & fertilitas.

Serici negotiatio.

Porcelana.

Metalla & mineralia.

Chincenſis Provincia maritimæ *Nanqui* Oriente ſpectanti *Cantoni* littori obtenditur Inſula *Cotsa*, vel *Cocy*, de quâ nihil certi in hiſtoriis referre poſſumus.

Chincenſis Prouincia.

Cotsa Inſula.

Potentiſſimum *Iaponiæ* regnum, quod divitiis incredibilibus *Iaponia Regnum.* opulentiſſimum famæ celebritate toti terrarum Orbi jam inclytum, *Cotsa* Inſulæ latteri affidens ab Oriente verſus occidentem Solem longitudinem ſuam extendit. Hodierno non conſtat, num continens terra ſit, an vero Inſularum Oceanus ambiat, donec Societatis Indiæ Eoæ naves mercaturæ exercendæ gratia ejus littora frequenter inviſerint. Ex hiſtoriarum enim relatione Belgarum nuncii certo acceperunt Inſulum eſſe, & quidem angulo ſuo Orientali finitimum novæ illi regioni *Eſo*, quam Societatis Indiæ Orientalis naves *anno* bicennium ſexcentum. Ejus in ſequentis Maris Paſifici deſcriptione mentio fiet. Japoniæ regnum tantam rerum notabilium copiam ſubminiſtrat, ut ſi omnia digna commemoratione perſequeremur, aliquot libri complendi eſſent, quo inſtituti noſtri præſentia conſilio temperandum. Ejus tamen brevior & ſuccinctior deſcriptio in ſequentis tabellæ nauticæ elucidatione occurret. Plenum verò & accuratum utriuſque regni Japoniæ ſimilium, & Chinæ deſcriptionem cum tabellis eorum Chorographicis plenioribus & accuratioribus in aliud tempus rejiciemus.

INSU-

INSULA BORNEO.

TOTUS OCEANUS inter Chinæ Regnum, & Sumatram ac Javam Insulas quamplurimis magnis æquè ac parvis insulis refertus eſt, quas deſcriptione ſequenti eb oculos ponemus, & de ipſis trademus ea, quæ hactenus nobis innotuerunt.

Insula Borneo.

BORNEO harum omnium maxima mediam fere locum occupat, & longitudinem ſuam à 4. Auſtralis latitudinis gradu uſque ad 8. latitudinis Boreales gradum extendit. Latitudine ſua aliquanto angustior proximè ad ovalem figuram accedit. Septemtrionali apice Chinæ regnum, & angulo meridionali Javam aſpectat, quà hæc orientali fine terminatur. Latus Orienti obiectum inſulis Celebes & Mindanao; Latus occaſum ſpectans inſula Sumatra, & regnis Patanæ Johr & Malaccæ urbis diſtrictu cingitur. Eam æquinoctialis linea in duas partes ita ſecat, ut major ad Aquilonem recedat, minor verò ad Eurum ſe convertat. Famæ celebritatem ipſi inter alia multa conciliat arborum copia grandis, quæ camphoram ferunt, & eam quidem totius Indiæ optimam, quam Chinenſes coëmere, & adulterare ſolent, ità ut rarò talis ad nos perveniat, qualis in hac inſula invenitur. In multa Regna divisa pluribus Regibus paret, qui ſtrenuè admodum peregrinis nationibus adverſantur, & ſe ità tutantur, ut hactenus Luſitanis & Hiſpanis impedimento fuerint, quominus pedem in eâ fixerint. Nec Belgis in eam venire hactenus integrum fuit, ità ut nullus certi habeamus, quod de ea referre queamus. Nonnulli circuitum ejus 250. miliaribus definiunt, alii 2100. miliaribus ejus ambitum circumſcribunt, & tradunt, quod vix trium menſium velificatione ambiri poſſit. Quid de utrâque opinione, tanquam incertâ, ſtatuendum, in medio relinquimus. Pedro Texeira narrat, quod ab angulo occidentali Septentrionem verſus, lieus legens, uſque ad portum, 200. miliaria navigando confecerit. Omnis generis rebus ad vitam ſuſtentandam neceſſariis, ac inprimis carne & oryza abundare ferrur. Nonnihil auri etiam habet, & celeberrimum illum lapidem Bezoar, antidotum conerà venenum præſentiſſimum ſuppeditat. Ovium hut hircorum quoddam genus eſt, in quorum ſtomachis naſci dicitur: ſubviridi colore apparet, & externam ſuperficiem levem & ſplendentem oſtendit. Oves aut hircos tales Perſæ, in quorum regione quoque reperitur, Bazan vocantur, lapis verò Bazar, ad eſt ſoli lapis, nuncupatur, unde & vocabulum Bazarucos, quod pecuniam ſori ſignificat, originem trahit. Quò majores autem & graviores ſunt lapides, eò etiam meliores ſunt, & majores vires habent. In terrâ Pam peopè Malaccam, tibi hic lapis etiam inventitur, alius quidam lapis in cujuſdam poreì ſolle reperitur, colore ſubrubro, ſapore ſubamaro, & tactu Gallico ſinegmati ſimilis, qui in veneno repellendo longè majoribus, & præſentioribus viribus pollere ferrur. Ejus ulus talis eſt: Vaſculo aquæ repleto impoſitus, & in eo aliquandiu relictus, aquam amaram reddit, quæ potu omne venenum expellit, ut experientia frequentiſſima teſtatur. Caterum in Borneo inſula reperiuntur adamantes, nuces myſtiſicæ, lignum Sapon, quod inſtar ligni Brafiliani rubro colore tingit, & ceræ copia ingens. Ipſa Inſula multis portubus navigabilibus excipit, & civitatibus, non tamen pulchrè extructis, abundat. Metropolis eſt Borneo lapideis muris cincta, pulchris ædificiis ornata, & inſtar Venetiarum in palude ſedens. Portus ejus largus & tutus in oſtio eſt lati fluminis in mare erumpentis, & objectis inſulis contrà maris impetum defenditur. Hiſpanos cum eâm tentaſſe, & neſcio quas ob cauſas deſeriſſe ajunt. Ædificia ex ligno conſtructa trabibus, & tabulatis ex aſſeribus inſident, quæ ob tempeſtates, aut alias cauſas ab incolis ex unâ in alteram fluminis ripam transferuntur, quod & in his regionibus, & inſulis nonnullis aliis fieri ſolet. Maritima incolentes incolæ Mahometis doctrinam amplectuntur: Mediterranea inhabitantes Ethnici ſine Idololatræ. Inſula populoſa eſt, & metropolis docta circiter tria ædificiorum millia habet. Incolæ fuſci coloris, ut cæteri harum inſularum, & proceræ ſtaturæ, arma ſemper ſecum portant. Per arundinem ſatis longam ſagittas veneno infectas effiantes lethalibus vulneribus hoſtes ſaos lædunt. Totuxores ducunt, quot alere poſſunt, & maximâ Zelotypia laborant. Ad furandum & rapiendum admodum proclives, piratas ſæpè agunt, & navibus ſuis uſque ad litora regni pega per 400. miliaria excurrunt, ut rapiant, quicquid obviam habent.

Insula Borneo.

Quâ Septentrionem Inſula Borneo ſpectat, magnam inſularum in longitudinem protractarum ſetiem in vicinia habet, quæ Philippinæ vocantur. Extima verò in hoc tractu maris eſt Formoſa inſula Cancri Tropico ſubjecta, & Chinæ litori maritimo objecta. Harum omnium Deſcriptio eſt, ut ſequitur.

Formoſa Insula.

Formoſa Inſulam à Chinenſis regni litore Auſtrum reſpicientem parvo interſtitio ſeparatam Hiſpani in poſſeſſione ſua habuerunt. Hollandi verò parvam Inſulam *Tayoan* Formoſæ Inſulæ tractui maritimo proximam in poteſtatem ſuam redegere, ubique arcem munitam extruxere, ex quâ cum Hiſpani vicinos tam odioſos, ac ſibi noxios aliquoties ejicere tentarint, eâque de causâ aliquot imperata hoſtiles in Hollandos fecerint, fortuna tandem poſt diverſos conflictus, & concertationes mutata eſt, ut hi illos ex Inſulâ *Formoſa* expulerint, eamque ſuæ ditioni fecerint, in qua plures indigenas à ſuperſtitione ſuâ Ethnica abductos ad religionis Orthodoxæ confeſſionem converterunt.

Philippinæ Insulæ.

Centum circiter miliarium ſpatio à *Cambodiæ* regni orâ maritimâ in Oceanum conſpectui ſeſe exhibent Inſulæ *Luſſon*, vel *Luſſonet*, quibus Hiſpani *Manillam*, vel *Manadlar*, aut *Philippinam* nomen indiderunt, poſtquam Anno 1564. in eas inveſtigatione ſua incidere. Metropolis & portus in iis præcipuus eſt *Manilla*, ſive *Luſſon* civitas elegans & pulchra ſub 14 ab Æquatore gradu, in quâ Regis Hiſpaniæ Gubernator domicilium habet. Hic omnibus his Inſulis in vicinia hâc per Oceanum diſperſis, quarum plurimæ minores majorem *Luconiam*, vel *Luſſoniam* cingunt, Imperio præeſt. Omnes incolæ olim Chinenſis regis jugo ſubmiſſi, ejuſdemque eandem pertæſi, excuſſo Chinenſium, quo coercebantur, fræno in libertatem ſe vindicarunt, cujus rectum uſum cum neſcirent, ſine ullo ordine & diſciplinâ viventes in civiles diſcordias, & inteſtina bella collapſi mutuis cladibus ſe confecerunt, dum quiſque potentior cæteris debilioribus imperare ſtuderet, & alter etiam alterius potentiæ immineret. Hæc diſcordia in Hiſpanorum poteſtatem facilè omnes præcipitavit, qui arreptâ belliſſimâ hâc occaſione incolas divſos oppreſſerunt, oppreſſos ſui juris, & religionis fecerunt, imperiumque

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

suum stabiliverunt. Plærăque fertilitatis summæ frumento omnis generis abundant; ferisitem affluunt, cervis pura & similibus, ut & pecuariâ re excellunt, cum bubalos, boves, vaccas, porcos, caperas insigni copiâ nutriant. Felibus zibethum generantibus quoque refertæ sunt. Perinde, ac Chinæ regnum, fructibus & fruges variis producunt, mellisque & piscium multitudine insigni nobiles sunt. Haud exigui momenti etiam est commerciorum inter Chinenses & Hispanos frequentatio quotidiana, & mercium commutatio frequentissima. Merces enim à Chinensibus coëmptas, aut commutatione acquisitas Hispani singulis annis navibus suis in Peruvianum & Mexicanum Occiduæ Indiæ regna per Mare Pacificum transmittere solent. 19. Kal. Januarii Anni 1600 Hollandus Amiralius *Olivier à Noord* prætoriâ suâ navi, cui Mauritio nomen fuit, & celoce, quæ Spes nominabatur ante Sinum Manillensem Hispanos, qui duabus navibus ingentibus prætoriâ simitum, & vice prætoria in Hollandos impetum hostilem fecerunt, tâm malè tractavit, ut Hispanorum Prætoria machinis Hollandorum bellicis vehementer concussa cum omnibus vectoribus fundum peteret, & in aquis periret. Vice prætoria verò Hispanorum navis celoce Hollandicâ portis eam cum 24. aut 25 hominibus Manilliam abduxit.

Insulæ *Mindanao*, quæ præcedentibus in ordine insula succedunt, tres sunt numero, quarum media ma- *Mindanao* gnitudine cæteras duas antecedit, quarum altera ad occiduo mediæ litori contigua est, altera vero ejusdem latus plagæ inter Aquilonem & Eurum intermediæ respicit.

INSULA SVMATRA CUM INSULIS ET LOCIS NONNULLIS CIRCUMJACENTIBUS.

SUMATRA INSULA sub Æquatore vel ipsâ lineâ Æquinoctiali obliquo sno latere orientali, occiduum Borneo insulæ, & extremitatem Continentis, cui Regnum Johr & Malacca Insula insident, intuetur. Occiduo suo spice, ut & extremitate Boreali aperti maris fluctus ingruentes excipit. Meridionalis autem apex cum Bantæ Insulæ extremo angulo mare in fretum angustum coarctat. Antiquorum Taprobanam, vel Chersonesum auream esse quidam arbitrantur. Aliorum vero judicio Ophir est Insula, quam Salomonis naves auri petendi causâ adiêre. Litori Malabarico ut ferunt, olim annexa, tempestatum vi avulsa creditur. Eximiæ longitudinis, à plagâ inter Aquilonem & Zephyrum mediâ, ad oppositam sibi inter Eurum & Notum usque ad *Iavam* Insulam progeditur. Longior quam latior centum & sexaginta milliaria longitudine suâ attingit, latitudine verò summâ vix sexaginta milliarium spatium absolvit, quod de latissimo ejus loco intelligendum, nam in cæteris contractior est. Indigenarum fortitudo Lusitanis semper impedimento fuit, quo minùs castellum aliquod munitum in hac Insula erexerint, quamvis plurimo conatu illud facere tentaverint. Semper enim genti huic alienæ invadenti animosè restiterunt. Dives & opulenta regio omnigis metallis, auro inprimis, & argento, lapidibus item pretiosis, & omnis generis aromatibus, aclignis odoratis affluit. Piperis tantâ copiâ abundat, ut maxima ejus pars, quæ in Europam navibus transportatur, ex hac Insulâ peti soleat. In diversa regna dispertita diversis regibus subjecta est. Inter omnes primas tenet *Atjini* Rex, qui in urbe *Atjem*, vel *Atjeo* domicilium habet. Hæc sita est in Borcali hujus Insulæ extremitate sub 5 gradu & 28 scrupulo latitudinis Aequinoctialis. Omnes ferè reges, qui huic regno præfuerunt à Lusitanis capitali odio dissederunt. Circà annum 1617. regnavit Rex quidam, cujus parens Lusitanorum odio excitatus omnes arbores piper ferentes radicitus excidendas, earumque loco oryzam serendam curavit. Piperis solum annua erat fertilissimum. Ipse Rex cum vicinis continua bella gerens ipsum regem *Johr* affinem suum, utpote qui sororem ejus germanam matrimonio sibi junxerat, hostili manu adortus est. Ob tyrannidem, quam exercebat incredibilem, subditis maximum metum incusserat, siquidem ingens odium conciliaverat. Noctes atque dies de medijs cogitabat, quibus innocentes homines vitâ privaret, tantaque tyrannide subjectos sibi divexabat, ut uno homine delinquente de totâ familiâ supplicium sumeret. Nullum diem abire sinebat, quin aliquem hominem aut trucidandum, aut excruciandum daret. Plures naso, manibus, auribus, & pedibus mutilos in Insulam *Pulo wai* *Atjeo* rectâ oppositam in exilium mittere solebat. Erat. Plurimas habebat machinas bellicas ex ære fusas, inter quas una dicitur fuisse, quæ centum & viginti quinque librarum globum ejaculari poterat. Penes se habuisse fertur auri puri viginti quinque Bahar, quorum quisque valet 360 pondo, vel 600 libras Hollandicas. *Atjeo* viginti milliaribus distat *Pedier* civitas cum portu, ubi pipere copioso naves onerantur. *Iambi* fluvius quinquaginta scrupulis ab Æquatore versus Austrum digressus per districtum piperis feracissimum serpit. 25 milliaria adverso flumine adscendenti occurrit domus mercatoria Societatis Indiæ Orientalis, in quâ negotiorum Indicorum procuratores, & ditiæ Societatis ministri commorari solent. Piper scaphis Indicis, quas *Canoes* vocant, ex montanis flumine secundo usque ad domum prædictam devehitur. Picol, quod ponderis genus est 120 libras Hollandicas valens, sex & dimidio imperialibus emitur. Superioribus temporibus hic locus piperis mille & centum onera nautica reddidit, & jam vix quingenta confert.

Sumatræ Insula.

Atjeo Rex.

Pedier.

Iambi.

Inter Borneo Insulæ latus Orientale, & extremum Novæ Guineæ apicem sitæ sunt Insulæ plures, quarum descriptio ita se habet.

Juxta Insulam *Gilolo* *Molucca* Insulæ conspiciuntur. *Molucca.* Sex sunt, quæ ordine se invicem sequentes Insulæ *Gilolo* *Insulæ.* ad litori occiduo obtenduntur. Nomina, quibus appellantur, accipe: *Ternate*, *Tidore*, *Batchian*, & *Machian*, quæ quidem omnes mil nisi caryophillia ferunt, sed copiâ tam incredibili, ut toti terrarum Orbi de fructu hoc tam nobili prospiciant. Hispani Mare Pacificum peterrantes, navisque suâ ex eodem in *Ternaten* Insulam casu deputli ex Europæis primi fuerunt, quibus harum Insularum divitiæ subboluerunt. Earum causâ Castiliæ & Lusitaniæ regna diu multumque inter se concertarunt, dum Lusitani earum dominium ad se pertinere contenderent, Castiliani verò ex alterâ parte earum possessionem sibi arrogarent. Illi divisione ab Alexandro Papa inter utramque nationem factâ nitentes eas Hemisphærio sibi à Papâ attributo subjectas esse affirmabant. Hi nullâ aliâ viâ ex Hispaniæ regno ad Moluccas tendere poterant, nisi eâ quæ per Lusitanorum dominium ducens à Papâ in generali decisione, quam utraque gens probaverat, prohibita erat. *Ferdinandus Magellanus* et Lusitanici orientis cum à Rege Lusitaniæ contumelijs aliquâ affectus esset, ex aulâ discessit, & ad Castiliæ regem se contulit, à quo postquam aliquot navibus, & omnibus ad navigationem tam longinquam necessariis rebus instructus esset, itinere maritimo suscepto fretum à se Magellanicum cognominatum, quod ante hac incognitum erat, detexit, & Hispanis ex Oceano Æthiopico & Indico transitum in Mare Australe, sive Pacificum patefecit, ità ut Hispanis intactis Lusitanorum dominio ad Moluccas jam transire liceret. Armatâ manu id prohibere Lusitani, & omnibus viribus enixi, ut à Moluccarum aditu Castilianos arcerent. Hi contra in id unum incumbere, ut bolum tantum Lusitanis eriperent. Litem utraque gens continuare usque ad Caroli V. Imperatoris tempora, qui Lusitaniæ Regis filiâ sibi matrimonio junctâ litem sopivit, & Lusitanis in Moluccas Insulas navigationem

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

tionem liberam concessit. Verum anno 1602 Lusitanis in Castellani Regis potestatem redacti eâdem abstinere coacti sunt, ita ut ab eodem tempore Castellani harum Insularum potiti fuerint, quamvis tranquillam earum possessionem paucis annis post Unitarum in Belgio Provinciarum incolæ turbaverint, & maximam cum ipsis Imperium hactenus obtinuerint. Insula

Ternate. *Ternate* regi paret, qui capitali odio ab Hispanis diffidens Eoæ Societatis, quæ in Belgio Unito est, partes tuetur. Hanc in Insula dictâ tres possidet arces munitissimas *Malayo* videlicet, *Tacony*, & *Tolloco*: Castellani contra duo loca *Gammalamman* nempe, & alium pagum alium nomine præsidiis suis munierunt. Caryophilforum annuus proventus quadringentorum Bahar esse dicitur, (Bahar autem pondus est, quod sexcentis libris Hollandicis respondet) Septimus quisque annus earteris sex fertilitate in his Insulis pluribus antecedere solet: tempus id vernaculâ linguâ Indigenæ magnum *Monsson* appellare consueti. Eo igitur tempore Insula hæc mille Bahar reddere solet.

Tidor. In Insula *Tidor* Indiæ Orientalis Societas unam arcem munitam *Marieca* nomine, Castellani verò duas obtinent. Caryophilforum in eâ proventum trecentorum Bahar numerum quotannis conficere, magni autem *Monsson* tempore mille & ducenta, aut trecenta Bahar, nonnunquam etiam minus adferre ajunt. *Motior* Insula in Societatis Indiæ Orientalis

Motior. potestatem tota quidem concessit, & arce *Nassaw* dictâ munitur, verum ultrà centum Bahar quovis anno non fert. Insulæ *Maujam* Societas eadem possessione libera quoque fruitur, eamque tribus arcibus munitissimis *Taffasso*, *Tabelle*, & *Matteria* tuetur. Proventus annuus ultra ducenta, aut trecenta Bahar non excurrit, sed magni *Monsson* tempore est largissimus, utpote qui mille & quingenta, aut tricenta Bahar conficit. Quod autem singulis annis caryophillorum minus ferax sit hæc Insula, Incolis acceptum refertur, qui piscatus magis studiosi sunt, & hujus fructus collectioni minus intenti, cum ille major, hæc verò minus lucrum ipsis afferat.

Batfan. *Batfan* Insula Castello *Barnebilde* munita paucorum, aut ferè nullorum caryophillorum fructu gaudet.

Gilolo Insula. Insula *Gilolo*, aliis *Maurica*, & à quibusdam etiam *Batochina* appellata magnitudine suâ, ut perhibent, dimidiam Italiæ partem exæquat, ac longitudine sua ab Aquilone initium ducens versus Meridiem exporrigitur, versus Eurum verò tribus acuminibus promittit. Indiæ Orientalis Societas in eâ fortalitia duo habet, *Sabou* nempè, & *Gammacanor*. Nil præter *Sago* suppeditat, & porcos, quæ res duæ à Hollandis coëmptæ in Moluccarum Insularum castella navibus transmittuntur. *Sago* farina quædam est ex intimâ arborum quarundam medullâ molendo, aut tundendo confecta, ex qua Indiani panem pinsitant.

Terra d'Os Papous à tergo Insulæ *Gilolo*, quam *Iacobus le Maire* novam Guineam appellat, regio est oram suam maritimam in Oceanum Australem partim protendens, partim verò litore suo in Oceanum Indicum procurrens, de cujus situ & proprietate non est quod in præsentiâ referamus. Locorum in hoc tractu nomina Lectori tabellâ ipsâ præsens exhibebit. Nova Guinea.

Insula Bouton, quam Indiæ Orientalis Societati pa- *Bouton* rentem duo reducis præsidiario milite muniti defendunt, oryzæ est ferax, & lignorum, ex quibus trabes & *Insula.* asseres ædificationi apti conficiuntur.

Amboyna Insula Caryophillorum fertilitate luxuriat, & Eoæ Societatis dominio accessit, qua negotiationis hujus securitati, & Insulæ defensioni arce munitâ prospexit. *Amboyna* *Insula.*

In Insulis *Banda* nuces myristicæ nascuntur. Una Insulæ ex iis *Nera* nomine arce *Nassaw* & præsidiario milite *Banda.* ab Eoa Societate munita montem habet prægrandem *Gunnanapi*, vel *Gunnenapi* appellatum, qui indefinenti incendio flagrans ignem evomit. Anno 1615, tantâ violentiâ disruptus est, ut ingentes flammas & maximos lapides cum densissimis nebulis & cineribus tàm in mare, quàm in terram ejecerit, adeò ut ipsæ machinæ bellicæ in Belgarum fortalitio cineribus tectæ & corruptæ ad usum adhiberi non potuerint, ipsumque fortalitium maximo periculo expositum fuerit. Bandanenses enim in civitate *Lonthoir*, & cæteris locis circumjacentibus habitantes, qui tunc temporis à Hollandis diffidebant, satis forti manu in Insulam *Nera* transmittentes illud procudubio adorti fuissent, præsidium-que Hollandicum machinarum suarum tutela destitutum exegissent, nisi peropportunus Reynstii summi Præfecti, qui percommode undecim navium classem in ipso quasi momento appulerat, adventus ipsos à proposito suo revocasset.

Celebes Insula *Gilolo* Insulæ, & Moluccarum lateri *Insula* Occidentali obversa, atque inter Moluccas & gran- *Celebes.* dem Insulam *Borneo* sita, aliis adhuc parvas habet Insulas angulo suo oppositas, in quarum una urbs *Macassar* sedet. Ab ea hæ *Macassarica* Insulæ cognominantur. Habet autem *Macassar* regem suum, cum quo Belgis negotiatio frequens intercedit. Indigenæ colore non admodum nigro, sed aliquantum ad albedinem accedente, *quamvis* Æquinoctialis linea Insulam transeat, pinguntur. Olim humana carne vesci solebant, adeò ut Moluccarum Rex de facinorosis, aut capite damnatis supplicium sumpturus reos in hanc insulam ab incolis devorandos mittere solitus fuerit. Piratæ insignes, quicquid in mari offendebant, depræ dabantur, & verendis tantum rectis cætero corpore nudi incedebant. Hodierno tempore ab antiquis illis moribus pravis ad honestatem deflexerunt, & mercaturæ operam dantes Ethnico suo more honestam vitam degunt, ità ut commercia cum ipsis exerceri queant.

INSU-

INSULA IAVA, CVM BORNEO, SUMATRÆ, ET CIRCUMJACENTIUM INSULARUM PARTE.

Java. IAVAM Insulam antiquis incognitam fuisse ex eorum historiis conjecturam sumere quis posset. Ab Oriente ad Occasum in longitudinem protensa, longa quidem est, sed latitudinem suam angustioribus limitibus contrahit. Fretum angustum *Sunda* appellatum inter eam & Sumatram Insulam intercedit. Unde originem suam incolæ traxerint, incertum est. Chinensibus ipsi ortum suum acceptum ferunt, & narrant, Majores suos nimio servitutis onere in regno Chinæ pressos patriâ relictâ sedem ac domicilium foetunarum suarum in hac Insula collocasse. A veritate, quod referunt, planè alienam non esse argumento est statura corporis, & facies figura, quâ cum Chinensibus probè convenitur. Frontes enim magnas & latas, facies depressas, grandes genas, & oculos parvos habent. Marcus Paulus Venetus, qui Tartaris olim inservivit, memoriæ prodidit, Javanenses nullis aliis populis tributum pendere, & magnum Chanum nunquam hanc Insulam in potestatem suam redigere potuisse, quod procudubio de Chinensibus intelligendum est, postquam à Tartaris defecerunt; ità ut Javanenses tunc temporis nec Tartaris, nec Chinensibus subjecti fuerint. Hactenus etiam neminem superiorem agnoscunt, nisi reges suos, quorum haud exiguus est numerus, cum ferè quævis civitas proprium suum regem habeat. Quisnam verò eorum potentia cæteros superet, dictu haud facilè est, cum modò hic, modò ille alis superior evadat. In angulo Insulæ Orientali, è regione *Bali* Insulæ, sedet *Palambua* emporium nobile *Palambua.* proprio suo regi parens. Fretum hic occurrit *Palambua* ab urbe dicta cognominatum, quod extremum Java apicem ab Insula *Bali* segregat. A præfata urbe in Septentrionem ad 10. milliaria est altera civitas *Panarua*, *Panarua* proprio suo regi subjecta, & Lusitanis, ac Javanis, quorum multi Catholicam religionem amplexi sunt, inhabitata. Lusitani mancipiis inde Malaccam avehendis mercaturam exercent. Longum piper etiam in agro urbem cingente invenitur. A civitate hac haud longè abest mons quidam continuo sulphuris incendio flagrans, qui anno 1586 ruptus tantam lapidum vim in civitatem ejaculatus est, ut decem millia hominum perierint. Triduo integro terra obscuritas fuit, ut à nimio fumo dies in noctem commutatus videretur. Utriusque civitatis Rex Ethnicæ Idololatriæ addictus est. *Pasuruan* civitas 6. milliarium intervallo à *Pasuruan.* præcedente ulteriùs progressa muris fortibus circundatur. Ejus Rex Æthiopicam religionem professus regis *Palambuæ* filiam uxorem duxit, eamque, postquam primâ nocte cum ea concubuisset, cum toto, quem secum adduxerat, comitatu miserè trucidandam curavit, eò quod eandem cum ipso religionem amplecti recusaverit. Horrendo verò hoc facinore nondum fortunæ ipsam urbem *Panarucam* obsidione cinxit. Verum obsidionem solvere coactus cum exercitu suo *Palambuam* urbem aggressus duobus fortalitiis in utraque fluminis ripâ erectis ipsum flumen tribus longis fundo inter utrumque fortalitium impactis obseptit, transitumque eo pacto occlusit, ut nec exire, nec ingredi naves potuerint. Obsidione quadrimestri divexata civitas, omnimque rerum penuriâ laborans maximam ineâsum passa est. Negotiationi in his locis insevit fructus hic crescens, qui *Garnière* cognominatus fragis admodum similis, sed durior conficiendis ejusmodi catenulis, quæ Patræ nostri vocari solent, utilis est. Gotlipini item Panni hinc in urbem *Bantam* transportantur, ut ibi cum Chinensibus mercibus permutentur. Cedens ab urbe *Pasuruan* litus 10. milliariam itinere pergit ad urbem *Jortan* flumine pul- *Jortan.* chro, quod portum commodum ostio suo efficit, irriguam. Navibus ex Moluccis Insulis Bantam, aut Bataviam revertentibus solenne est hunc portum invisere, ut sibi de rebus necessariis prospiciant. Fortis est hæc civitas & muralibus admodum crassis cingitur. Ripam fluminis dicti Occidentalem occupat *Gerrisi* civi- *Gerrisi.* tas, cujus regem alii reges finitimi junctis & complicatis in reverentiæ signum manibus compellare solent. Ex duabus præcedentibus civitatibus satis copia insignis Bantam singulis annis advehitur. Posteriorem sequuntur civitates *Surabaya* parvo flavio adhærens, cui *Surabaya.* rex proprius imperat; *Brandam* regi urbis *Cidaye* sub- *Brandam.* jecta; *Cidaye* fortis admodum & muris ac propugnaculis munita defensione constipatribus probè munita, portum tamen minus commodum podidens; *Tubaon* *Cidaye.* *Tibam.* 10. milliaribus à præcedente dissita, & proprio suo regi, qui nullius alterius imperio paret, subdita; *Cajaana* *Cajaana.* 5. milliarium interstitio à priori separata, & regi suo proprio obedientium præstans minus tamen lucri ex navigatione percipiens. Idem usu venit civitati *Atam-* *Mandalacan.* *dalacan* in vicinia sitæ, ad quam ex navigationis usu pauciores etiam commodi redundat. Porro 5. milliaria ad Occasum pergenti occurrit in angulo quodam sita civitas *Japara* solo vallo palis constante munita, cum *Japara.* portu navium stationi admodum commodo. Ejus Rex potentiâ terrâ marique haud exiguâ valet. Ab hoc loco 25 milliaria numerantur usque ad *Mataran* civi- *Mataran.* tatem grandem in mediterrancis sitam, cujus Rex Magnus *Mataran* vulgari & usitato titulo audiens omnium totius Insulæ Javæ regulorum est potentissimus. *Japara* civitati succedunt *Pati* 5. milliarium spa- *Pati,* tio versus Occasum abvilla recedens; *Demma* 3. milliarium itinere à priori remota, & Magni Matarani imperio subjecta, cui flumini assidenti murus grandis & crassus haud exiguam fortitudinem conciliat. *Demma.*

Taggal 3. milliarium interstitio ab urbe *Demma* se- *Taggal.* gregata, à qua via regia ducit ad urbem *Charabaan* pul- *Charabaan.* chram & amplam, cui in ripa fluminis positæ murus probè ex lapidibus constructus præsidio est. Regionem, in qua sita est, infringunt duo montes excelli tergo urbis imminentes, & cognominum ephippiorum effigiem referentes. Inde regiâ viâ iter hendit ad civitates *Dermaya*, *Menacam*, & *Iacatra*. Inter *Menacam* & *Dermaya.* *Iacatra* civitates in media via angulum in mare pro- *Menacam.* minen-

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

Cravam. Iaccatra. minentem occupat pagus quidam *Cravam* solis piscatoribus habitatus. *Iaccatra* civitas à *Koenio* Occidiuæ Societatis præfecto summo Anno 1619 diruta ac funditus eversa est. Eo tempore Societatis dictæ ministri domum mercatoriam in urbe ea extructam possidebant, quam aggeribus & munimentis cingebant, eò quod viderent, Regem urbis *Iaccatræ* ab Anglorum partibus stare, qui tunc temporis negotiationis causâ ab Hollandis diffidentes hostili conatu causæ suæ patrocinari studebant. Tandem in bellum apertum negotio hoc erumpente viribus conjunctis Angli & Rex Iaccatrensis Anno 1618, ad finem properante Hollandorum domum illam munitam obsidione cinxerunt, eamque in Martium usque mensem obstinato furore continuarunt. Verum *Koenio* Eoæ Societatis Præfectus summus ex Moluccis Insulis septendecim navium classe Anno 1619, opportunè adventans 8 Kal. Aprilis hostes obsidionem, solvere coëgit, & 3 Kal. ejusdem mensis civitatem *Iaccatram* ejectis omnibus incolis funditus delevit. Sita erat sub 6 gradu & 20 scrupulo latitudinis Australis, ex cujus ruderibus surrexit *Batavia* Belgarum confœderatorum colonia, & Præfecti summi, Confiliique Indici, quod Societatis Eoæ nomine mercimoniis & negotiis Indicis præest, sedes, quam omnes ex confœderatis Provinciis fovernes naves cursu suo petere solent, ut ex eà interum mercibus & divitiis onerata in patrium dimittantur. Vallis & propugnaculis probè munita castello forti insuper defenditur, & præter Belgas variarum nationum incolas habet, qui mercaturæ, aut opificiorum, aliorumque laborum exercitio occupati victum quærirant. Commerciorum verò, quæ hoc nostro sæculo sæpius à prædictâ Societate Eoâ in omnibus ferè emporiis Indiæ Orientalis exercentur, tatio toti terrarum Orbi satis superque innotuit, eâque de causâ descriptio ejus prolixa supervacanea, nec hujus loci esset.

Batavia.

Bantam. civitas cæteris elegantiâ & amplitudine nec quicquam cedens emporium est celebre, quod Hollandi antè Batavizæ urbis extructionem frequentare soliti erant. *Sumatra* Insulæ littori objecta ad radicem montis sedet, ex quo fluvioli duo erumpentes utramque urbis latus alluunt, tertiâ mediam secat, & præter alios usus Mahometistis sæpius corpus suum lavare solitis percommodum lavacrum præbet. Portum urbis Anglorum naves, quæ Londino singulis annis in Indiam Orientalem mercaturæ exercendæ causâ mittuntur, hodiè visitant. Anglis autem ipsis in urbe domus mercatoria concessa ad merces reponendas, quæ ex Anglià in Indiam, aut ex India in Angliam transmittuntur.

Timor Insula *Timor* in hoc maris tractu extremum locum occupans Santalum lignum subministrat, quod Hollandorum naves ex ea petere consueverunt.



MAR

MAR DEL ZVR
SIVE
MARE PACIFICVM,
AUT OCEANI TOTUM TERRARUM ORBEM AMBIENTIS
QUARTA PARS.

Oceanus Australis. Fines. OCEANUS AUSTRALIS, seu Mare Pacificum ab Hispanis *Mar del Zur*, & Belgis de Zuyd-Zee cognominatum, Oceani totum terrarum Orbem ambientis quarta pars est, quæ Orientali suo latere Occidentale Indiæ Occidiuæ litus pulsat: Occidentales ejus undæ Indiam Orientalem, & Oceanum Indicum attingunt. Aquilonem versus mare hoc vastum Septentrionales regiones hactenus incognitas alluit, ac fluctibus suis Meridionalibus Poli Antarctici oras maritimas, de quarum situ nihil adhuc certi constat, ferire creditur.

Ora Regionis Chili maritima. In Poli Antarctici descriptione hujus maris tractum Orientalem à Magellanico Freto usque ad Regionis *Chili* oram maritimam describendo dedutimus, ad lacum nempè seu paludem illam, quam Hispani *Aucud*, sive *Chiloë* appellant, ab eo loco hujus tractus explicationem præsentem ordiemur. Palus *Aucud* dictus, *Chili* regionis, maritimi exordium alio nomine *Lagoa de los Coronados* dicitur, & est sinus maris magnus diversis Insulis refertus, ac sub 42. gradu Australis latitudinis situs. Insulæ autem, quæ in eo inveniuntur, maxima inter Aquilonem & Notum exporrecta jacens, diversis parvis Insulis oppletus fretu à continentis litore secernitur. Inter finem ejus Borealem & continentem regionis *Chili* terram per canalem quendam mare intromittitur. Canalis ipse ab Occasu, ostio duo & dimidium milliaria lato, ingressus ad Ortum per angustas fauces in latiorem iterum paludem effunditur, ubi plures Insulæ conspectui sese offerunt. Insulâ magnâ tractu incontinentem respicientes inter duos rivulos in mare se effundentes, locata est *Castro* civitas, cum suburbio parvo aquæ contiguo, quam indigenæ Chilenses *Chiloe* vernaculâ sed linguâ appellare solent. Belgæ qui Amiralium *Georgium Spilbergen* navibus suis hoc mare peragrantem comitati sunt, hunc locum improvilo impetu quidem occupaverunt, sed postea iterum deseruerunt. Tota circumjacens regio montibus quidem attollitur, sed tamen fertilitate insigni non destituitur, utpote quæ Turcici frumenti, tritici ac gossipii ferax est. Ex omnibus regionibus quarum Hispani in hoc Occidentali Novi Orbis tractu possessores sunt, ultimum locum occupat hæc provincia, ut & *Castro* postrema ejus civitatum, quas iidem in his oris tenent, in quibus auri copia haud exigua quoque invenitur, & ex montibus eruitur. Provinciæ seu Regni *Chili* pars hæc *d' Aucud. Agualey*, vel Provincia *d' Aucud* cognominatur, & à tergo ejus montes *Sierra nevada de los Andes* conspiciuntur. Insulæ illius magnæ loca maritima hæc sunt: Angulus Meridionalis *C. de Iſlas* vocatur: Et succedunt *Punta de S. Clara*, *Punta S. Cyprian*, *C. S. Felix*, & denique *Punta de S. Clara*, *Punta S. Cyprian*, *C. S. Felix*, & angulus Boreæ obversus *C. de la Vallena*, qui ab opposito continentis ajacet *Cabo Changuin* 4. leucis Hispanicis distans sinum maris tangit, qui *Golfo de los Coronados* appellatur. A tergo promontorii *C. Champoin* in mediterraneis conspicitur *Osorno* civitas Hispanica in tractu terræ frigidiore sita, quæ quidem omnium rerum ad vitæ sustentationem necessariarum penuriâ laborat, maximè verò auri copiâ affluit, quo sibi alimenta necessaria ex aliis locis comparare potest. Proximam regionem Hispani *Guadalmquen* nuncupant. *Guadalmquen.* Auri optimi est fœcundissima, adeo ut unius ex Indicis *quen* paucaribus quovis die 25, vel 30. auri *Pezos* colligere *Pezos.* possit. Solum maximâ ex parte planitie pulchrâ luxurians fertilitatis tantæ esse dicitur, ut triticum ac hordeum terræ mandatum vigecuplum aut trigecuplum, imo quandoque quadragecuplum fructum reddat. Uvæ tamen ob auram frigidiorem in hâc regione matures cere recusant. In maritimis ejus cernuntur *Punta S. Marcello*, *Punta de Villoya*, & trium flaminum *Rio Bueno*, *Rio Chanihue*, & *Rio Baldivia*, vel *Valdivia* in Oceanum exitus, & inter duorum postremorum ostia promontorium *Punta de Galera*. Flumini *Valdivia* adjacet ejusdem nominis civitas ab Hispanis condita sub 40. altitudine Australis gradu, cujus & Sevillæ in Hispaniâ urbis, ut Herrera tradit, Meridiani quinq; horis & unâ tertiâ parte differunt, & in urbe *Baldivia* sexta est hora, & ejusdem tertia pars, quando Sevillæ Sol Meridiem efficit. Longissimus anni dies ibidem horarum spatium paulò superat. Ante urbem situs est portus satis commodus, ex quo naves per majorem fluvii alveum duarum leucarum itinere ad urbem ipsam in minoris alvei ripâ sedentem adscendere possunt. Chilenses mense Novembri Anni 1599. impetu inexpectato eam expugnavêre, Hispanis omnibus, quos invenerunt, trucidatis, in quorum locum postea alii sunt missi, qui civitatem destructam redintegrarunt, & novo præsidio stabiliverunt.

Lagoa de los Coronados.

Castro.

Posti *Guadalmquen* regionem visunt *Val Mariquina*, *Val Mariquina.* in cujus tractu mari contiguo sese offerunt *Rio Quyale* nigricans. flumen in sinum maris, *Bahia Quyale*, se præcipitans, & aliud *Rio Tolten* sub 39. gradu & 30. scrup. latitudinis Australis, quod *Lago Mallohenquen* lacus 3. leucarum longitudine ab Ortu versus Oceanum procedens & 2. ac dimidiæ leucarum latitudine inter Aquilonem & Notum se extendens emittit. Alluit verò illud urbs *Villa Rica*, quæ Hispanis conditoribus ortum acceptum *Villa Rica.* ferens, angulo circuita solum admodum fertile complectitur, cujus terra albo colore splendens coquendo, in lateres admodum duros mutatur. Angustia, quâ circumdatur, planicies montium sterilium ferie magnâ cingitur. Eos inhabitant fera & pauper gens *Polches* nuncupata, quæ arcu & sagittis venationi operam dans ferinâ carne vitam sustentat. Pini genus Hispanis *Pinnoes de Athens* appellatum in montanis frequens, cujus fructibus porci vescentes lardum saporis admodum grati & delicati acquirunt. Leucis tex à fluminis *Rio Tolten* ostio distat alterum fluvii *Cautin*, vel *Fyn*, qui ex montibus nive rectis erumpens, urbis *Imperial* Austrinum latus præterlabitur, & sub eâdem *Imperial.*

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

fluviolum aliam ad occasum Solis propterantem excipit, ità ut civitas illa apici inter confluentes fluvios insideat. Hæc caput est duorum in regno *Chili* Episcopatuum, ac limites suos 10. leucas Septentrionem versus extendit, finibus autem suis ex altera versus Austrum parte usque ad *Quyule* flumen excurrit. Frumenti in hac provincia copiosus quidem est proventus, sed vini exiguus aut ferè nullus, ob uvarum immaturitatem, quanquam Apianæ aut muscatæ uvæ aliquoties quandoque maturitatem consequantur. Pascuorum copia ibidem vaccarum nutritionem quidem admittit, sed casei nulli conficiuntur, eò quod lac omnes homines, aut caseis conficiendis ineptius sit. Navigia minora secundo flumine usque ad civitatem ascendere possunt, quæ tumulis arenosis, & plantis obsepta porta commodo destituitur. In montano districtu habitantes incolæ feri sunt homines, ac Hispanorum hostes capitales, quibus impedimento sunt, quominus copiosissimo auro, quod in hac regione inveniur, ex voto potiri queant. Civitati præditæ latitudinis Austrinæ gradus 38, & scrup. 40. vel, ut Herreræ placet, 39. gradus attribuitur. Ortio suprædicti fluminis proximum est *Cabo Cautyn* promontorium, cui 8. provinciarum, *Puren*, *Tucapel*, & *Arauco* litora succedunt, quæ à fluvio *Toltem* initio ducto usque ad civitatem Hispanicam *la Conception* trans flumen *Biobio* situm procurrunt. In iis visi parent *portæ del Cornero*, flumen *Lebo*, flumen *Labapi*, *Punta Labapi*, *Cosa Fuerta*, *Arauco*, flumen *Biobio*, & urbs *la Conception* cum duabus litori oppositis Insulis *la Mocha*, & *S. Maria*, quarum illa propior, & hac remotior. Postearquam Hispaniarum Regis Gubernator urbes *Imperial*, & *Valdivium* à se cognominatum condidisset, Anno 1551. tria munimenta, quorum unum ab altero leucas 8. distabat, operibus bellicis probè munita hisce tribus provinciis imposuit, ut eorum operâ Chilenses, qui ab *Ingas* regni Peruviani regibus posterissimis nunquam domari poterant, jugo Hispanico subjicerent. Chilenses vero duas illas arces munitas *Puren* & *Tucapel* hostili manu adorti sunt, ita ut præsidiarii milites, qui arcem *Tucapel* tuebantur, ex hac in alteram *Puren* fugâ sibi consulere coacti fuerint, quam eandem etiam, ut desererent, & in tertiam *Arauco* se reciperent, necessitas postulabat, postea quam subsidia Hispanica ex arce *Arauco* arcis *Puren* præsidiaris auxilio missa à Chilensibus funditus deleta essent, *Valdivia* Gubernator *Arauco* profectus, & invitis ac dissidentibus præsidiariis 53. militibus Hispanis inde egressus arcem *Tucapel* infelicissimo conatu adortus est, cum à Chilensibus cæsus, & in fugam conjectus, postquam ad flumen *Lebo* se recepisset, cum omnibus suis miserè periit. De hac clade tàm miserandâ Chilensis adolescens ab Hispanis ad Christianam fidem conversus præsidiarios in *Arauco* mutilencto certiores reddidit. Quidam, & inter eos *Lopez Vaz.* memoriæ prodiderunt, Chilenses *Valdivia*, cujus vivi potiti fuerant, aurum liquefactum in os infudisse, ut tandem auri famem incredibilem satiaret. Post miserabilem Gubernatoris, & plurium sociorum jacturam cæteri Hispani arcem *Arauco* etiam deseruerunt, ità ut eadem etiam in Chilensium potestatem veniret. *Francisco de Villagra Valdivia* locum renens 106. militibus flumen *Biobio* transivit, ut *Arauco* recuperaret, verùm in conflictu cum Chilensibus 96. ex suis desideravit, & cum 60. tantum reliquis in urbem *la Conception* reversus est. Cum igitur Hispani viderent, fortunam planè sibi adversari, & Chilensium conatus strenuos promovere, civitatibus *Villa Rica*, *la Conception*, & *de los Confines* desertis solum urbem *Imperial* conservare thadebant. Chilenses alarum barbararum & ferarum nationum in bello gerendo morem minime imitantur, sed ordinem scitumin acie instruendâ observant, hostem prudenter aggrediuntur, munimenta bellica exstruunt, & armis, quæ Hispanis eripuere, pereæ, & artificiosè utentur, adeò ut jam armorum usu exercitati indies nonnulli bello Hispanis multum negotii facessant. *Arauco Don Alonso Ercadia* in Araucani sui affecti, Provincia Provinciarum *el Estado de Arauco* parvam esse, & longitudine sua 60. 20. circiter milliaria, latitudine vero 7. complecti. *Pulches*, qui montana incolunt, agilitatis miræ homines ac strenuitatis summæ milites quidem sunt, sed iis, qui planiciem inhabitant, prudentiâ nec respondent. Arancanorum arma sunt hastæ, bipennes, arcus & sagittæ: paludamenta vero & galeas nullas sibi conficiunt ex leonum marinorum pellibus. Hastis olim cuspides ex ære factas præfigebant, quas jam ex ferro artificiosè confecere tonunt, cum ejus metallo satis magnum copiam ab Hispanis sibi acquisiverint. Christianorum more acie ordinatâ & instructâ pugnantes animosè admodum in hostes impetum faciunt, & Hispanos plus quàm omnes aliæ nationes Indicæ, diversant. Ac quamvis *Don Garcia de Mendoza* proregis Peruviani filius ipsos ad obsequium Hispanis præstandum revocarit, non tamen diu in eiusmodi statu permanêre, verumenimverò ex parte jugum sibi impositum excussêrunt. Inde factum, ut Hispani maximos rei militari sustinendæ sumptus impendentes parum commodi hactenus ex hoc regno *Chili* percepêrint. In descriptione navigationis, quam *Candisch* Anglus in Indiam Occidnam suscepit, traditur, *Arauco* provinciam aurifodinarum copia incredibilis affluere, quarum Hispani nunquam ex voto compotes fieri potuerunt. Podisdebant quidem munimentum *Arauco* 80. pes fidutiis militibus munitum, qui tamen extra locum illum pedem efferre non audebant. Cum *Georgius Spilbergen* hos tractus maritimos navibus suis percagaretur, 500. militum præsidio arx ista defendebatur. Chilenses *Tucapel* proximum munimentum obtinent, & continuis excursionibus omnia vicina loca percurrentes Hispanum præsidium mœstibus suis includunt.

La Mocha Insula fluvii *Cautyn* ostium è regione speclans, & ab oeâ continentis Oceano contermina 5. leucis dissita, altitudinis Austrinæ 38. gradum, & 12. vel 30. scrupulum, vel 38. gradum (diversa hæc dimensio diversas Insulæ partes respicit, quarum altitudo explorata est) occupat, ac grandi circuitu magnum spacium complectitur. Montana in medio altius extolluntur, hiatu quodam grandiore medios montes fecante; ex quo rivus dulcem aquam vehens prorumpit: à pede montium terra circumcirca gratâ & fertili planicie ad Oceanum vergit, ac benigna fertilitate non solum frumentum omnis generis fert, verum etiam pascua viridia gramine læto complet, reique pecuariæ haud exiguum adjumentum affert. Chilenses, qui Hispanorum severitatem fugâ declinarunt, & in Insulam hanc se receperunt, eius sunt incolæ. *Franciscus Draco* naves suas in hanc Insulam appulerat, & aliquid annonæ ab incolis confecerum erat, qui tamen postea ex ficciis ejus duos trucidarunt. Idem usu venit *Thomæ Candisch*, cui ad terram aditum permittere nolebant. Belgas tamen aliquanto humaniùs & comitis acceperunt. Nam *Olivier à Noort* cum nautis suis ab incolis in terram admissis pernitationè factâ pro securibus, & cultris oves accepit. Una securi ovem, & cultro uno gallinam unam aut alteram, cum frumento Turcico, *batatas*, cucurbitis, & alis fructibus, qui in Insula crescere solent, redemit. In vico domicilia circiter 50. habebant incolæ, quæ longitudinem ex stramine constructa, in medio patuinam habebant. Peregrinis ædes ingrediendi, aut cum uxoribus & fœminis invisendi facultatem concedere nolebant. Hæ audito mariorum clamore certo, omnes ultro ex ædibus prodire, & duabus aut tribus catervis gentibus se incurvare, & considere. Torum rei indigentæ ducunt, quot alimentis sustinentare possunt, & ille divitiis cæteris antecellere dicitur, qui plures filias habet, cum illud in more positi hanc gentem posteum sit, ut, qui alicujus filiam matrimonio sibi

sibi jungere cupit, eam de parentibus bobus, ovibus, aut aliis rebus emat, ità ut uxorem aliquam ducere hic negotiatio quædam sit. Vestes incolarum sunt tunicæ ex magnarum ovium, quæ hic reperiuntur, lanâ contextæ. Coma quam mares alunt, ex vertice in collum, ac tergum dependet: Crines verò fœmellæ in nodum collectus cervici imponunt. *Georgius Spilbergen* Architalassus Hollandus classem suam Anno 1615. ad hanc Insulam appulit. Descriptione sua indicat, latus Insulæ Boreale humili ac spaciosa planitie Oceano conjuncto esse, latus verò Australe multis rupibus & scopulis fluctuum marinorum magno murmure ingruentium impetus excipere. In Araucani regione conspicitur adhuc civitas *los Confines*, quod nomen ipsi Gubernatores *Hispani* indidêre. Hanc *Don Garcia de Mendoza*, *Villa Nueva de los Infantes* postea nominavit. Sita est in planitie ab Hispanis *de Gongol* nuncupatâ, & 37 gradum ac 30 scrupulum altitudinis Austrinæ obtinet. Benignâ fertilitate solum gaudet, & frumento ferendo æquè ac pecuariæ rei est idoneum: Ficus reddit, & uvas passas cum vino haud ignobili: in silvis cypressi crescunt, & aliæ arbores plures. *Biobio* fluvius, aliis pluribus fluviis auctus, totum hunc tractum peragrat. Milites Hispanorum præsidiaria civitatem tuentur, quæ in confinibus multas quidem aurifodinas habet, sed inculeas, eò quod à vicinorum populorum excursionibus impediantur, quo minus ad uberiorem aliquam eas revocare queant.

La Conception civitas ædificata Situs *de Bruio*, qui 36 gradum & 40 scrupulum Austrinæ ab Æquinoctiali declinationis attingit, & juxta introitum tepius est. Insula admodum parvâ, longitudinem militaris unius & vix dimidiæ latitudinem continente, in qua dulcis aquæ piscorum, hordei, fabarum, gallinarum, patatos & plurium ovium parvarum nautæ compotes fieri possunt, Gubernatorum & Magistratuum, quibus hujus provinciæ cura ab Hispaniarum Rege committitur, ordinaria sedes est. Adjacens mare piscium saporis optimi numerum haud exiguum suffecit, ac in ipso litore lapidicina invenitur, ex quâ lapides combustibiles, qui accensi flammam reddunt, eruuntur. Totus circuitus urbem cingens aurifodinis abundat, quæ olim Inculpatissimorum thesaurorum cultores suos participes reddiderunt, adeò ut hæc civitas opulentissima fuerit, quamvis hoc tempore, ut *Lopez Vaz* testatur, ad pauperiatem magnam redacta sit, utpote quæ quatuor quidem à Chilenibus occupata & igne accensa incendio conflagravit. Proxima enim est & admodum vicina planiciei *Arauco*, quam fortissimi & totius Indiæ Occidentalis animosissimi populi inhabitant. Eâde causâ jam morubus admodum foetibus manica, & arce propugnaculis instructâ firmata 500. militum præsidiariorum defensione hostium impetum retundit. Quatuor leucis ab eâ abest Aurifodina *Quyleoya*, ex qua *Valdivia* Gubernator 300 cia ante obitum suum annis maximas divitias eruisse dicitur. *Olivier à Noort* in Relinetatio suo enarrat, 300. Hispanos Anno 1600 *Lima* in hanc urbem fuisse missos, ob seditionem in Chilensium ingentem, quæ tunc temporis excursionibus à suis omnia circa urbem sita loca pervagabantur. *Georgius Spilbergen* Anno 1615, sub Insulâ ità parvâ, quam in sinus *de Bouco*, vel *Penco* ingressa sitam dixerunt, & ipse *Quiriquinem* nominat anchoris demissis quievit. Ad civitatem propius accedere tempestate, & venti adversi impeditus non potest. Capitivi Hispanis ipsum tunc temporis certiorem reddebant, quod 200. circiter Hispani, & non plures in ea moraretur.

Santa Maria Insulæ 37 gradus & 20 scrup. Austrinæ declinationis ab Æquinoctiali circulo assignatur. Objecta est finni magno regionis Arancanæ, cujus oram ritima alta admodum & quasi abscissa aut demorsa Insulam continenti olim connexam, & tempestatum vi avulsam innuere videtur. Crescunt in eâ triticum, hordeum, aliaque fructus, & ex mari piscium copia tàm magna piscando petitur. Inter eos haud minimus est sepia piscis oculos habent, ex quibus verrucæ eruuntur margaritis seu perlis optimis quam similimæ, sed quæ, si eandem cum illis dutitiem haberent, precio eas longè superarent. Aliud genus piscis invenitur, *Chore*, incolæ vocant: In his testa tedbit, *Alisor* reperitur, quod albissimum cum Cannabis semine in magnitudine convenit. *Thomæ Candisch* Anglus hanc Insulam etiam invisit, & de tritico, radicibus patatos, & *Candisch*. gallinis, quarum magna hic est multitudo fibi prospexit. Indigenæ ad Catholicam religionem converti, & *Hispanorum* dominio submissi nec porcos nec gallinas comedere audent, quia ista animalia pro Hispanis conservanda sunt. Frumentum Turcicum in eadem etiam reperitur. *Georgius Spilbergen* Classis Hollandi- *Georgius* cæ præfectus Generalis anno 1615 hanc Insulam vi oc- *Spilbergen*. cupavit, & 500. in ea oves, & plurimas gallinas præter reliquam annonam commodè nactus est. Insulam esse benigno & salubri aere frueutem, ac mirâ fertilitate luxuriantem, itinerarium ejus testatur.

Situs *de Penco* vicinus est alius minor portus navibus commodum præbens, cui nomen est *Herradura* à calcei equorum ferrei, quam refert, effigie. Abeo progreditur litus ad ostium fluvii *Rio Tirua*, & postò ad portum *Porta de Homos*, cui ostium fluvii *Rio Maupue* vel *Maule* succedit: hic urbis *la Conception* territorium terminatur. Hinc ad sequentia loca tractus hic maritimus declinationis, nempe ad *Rio de Lora* flumen, *Punta de Bayres*, *Rio Cachapoal* fluvium, *Talcaut*, *Rio de Maypo* amnem, *Punta de Corono*, & *Val Paraiso* sinum & portum, *Val Paraiso* qui fluvium *Topocalma* absorbet: 33 gradui & 40 scrup. *Topocalma* altitudinis Austrinæ subjacet, ac in eo metetes *Lima* transvectæ exonerantur, & earum in terrâ vicinâ collectum navibus imponitur. *Franciscus Draco* in portu *Franciscus* hoc Hispanicam navem subito impetu oppressit, & in *Draco*. eâ 2500 puri auri pezos, & viaum Chilense nactus est. Nautis suis Insulam ingressus facellum decem ædibus cinctum offendit, quibus spoliatis & incensis ad navesredit. Archithalassus *Spilbergen* in eundem portum *Spilbergen*. classem suam appellens nil præter navigiolum reperit, quo in quod Hispani incendium militare. Irrito conatu hic omnia tentabat, eò quod multi Hispanorum pedites, & equites lieus occupaverant, & ipsi impedimento fuerant, quominus hoc in terram exponeret. *Topocalma* fluvius transit urbem *S. Iago de la nueva Estremadura* sub 34 gradu sitam, quæ metropolis, & regia est totius regni *Chili*, in quâ regni Gubernator summus cum Audiencia seu consilio regio residet. *Lopez Vaz* refert, in hâc urbe 800. esse plus minus ædes, ipsamque locatam in tetrioribus mirâ fertilitate superbientes, utpote quod copiosissimâ uberrate triticum & vinum producat, ut cæteros ad sustentandam vitam fructus & alimenta necessaria, quorum hic affluentia est incredibilis, silentio præteream. Accedunt aurifodinæ locupletissimæ, ex quibus haud exigua aut copia cum maximo lucro Hispanis suppeditatur.

A Chilensi hinc satis longo spacio in Oceanum si progressus fueris, occurrent *Islas de Juan Fernandez*, si- *Islas de* ve duæ Insulæ Johannis Fernandi. Quarum major *Juan Fernandez*. Soli Orienti obversa, & 33 gradui & 40 scrupulo latitudinis ab Æquinoctio ad Antarcticum polum progredientis subnisi milliaribus 70. à Chilensi litore distare dicitur. Ei Hispani *Isla de Tierra* nomen imposuerunt. Minor *Isla de Fuera* truncupata, & occasum spectans, à majori milliaribus 20 remota est, ac circuitu suo 6. circiter milliaria comprehendit, ab ortu vero ad occasum longitudinem satis extendens bina, aut bina cum dimidio milliaria conficit, & montibus undiquaque asperitur. Mediterranea aquam dulcem ex montibus infra copia emittunt, marisque fundus Insulam ambiens incolarum piscium copiâ mire locupletat, adeò ut ex continenti navigia sua Hispanis continenti olim connexam, & tempestatum vi avulsam innuere videtur. Crescunt in eâ triticum, hordeum, aliaque fructus, & ex mari piscium copia tàm magna piscando petitur. Inter eos haud minimus

Biblioteca Museo Franz Mayer

hames momento injectus & extractus prædam exhibebat. Lupi, aut Leones marini territorium hoc maritimum incredibili numero frequentant. Cato eorum pinguedine abscisâ, aut adempeâ, fi duabus vicibus elixata fuerit, sapore suo ovillæ aut verveciæ carni ne minimum quidem cedit. Insulam pervagantur hinc orum greges permulti, sed ob frutices crassos & frequentes, in montibus non pervios capeu difficiles. Illi tamen qui in Insulâ *Vinorate*, una ex capitis Viridis Insulis, capiuntur, his carnis bonitate & sapore antecedunt. Naffovicæ classis Amiralius *Iacobus Iberote* Anno 1624 naves suas ad hanc Insulam appulit, & nautas ac milites suos per dies aliquot recreavit. In eâ offenderunt Palmites arbores in montanis crescentes; & tres malos cydonias, ex quibus 300. circiter mala cydonia collegerunt. Santalı ligni copiam item satis magnam invenerunt, quod tamen ex Insula *Timor* petito bonitate non respondebat. Aliud item ligni genus esse obrubit, quod adeo forte, atque adeò tenax erat, ut cum orni arboris ligno tenacitate sua haud parum conveniret. Arbores alæ ad malos & pericas longiores, aut hastas aptæ nullibi visæ sunt. Olim decem aut duodecim Indiani in ea mortui solebant, ut piscationis sua tantorem haberent, atque leonum marinorum ut pem ex coquerent, *Iuan Limam* navibus transmittebatur. Verumtamen hoc tempore habitatoribus orba plane incultæ jacet. Ex Vice-Admiralii dictæ classis nave sex personæ, milites tempe 3. & 3. machinarum bellicarum majorum præfodi, qui ultroius cumclasse navigando pergere recusarunt, *sua* sponte se abscondiderunt, atque remanentes navem suam deseruerunt.

Leones marini. Hieci. *Iacobus Iberote.*

Portò in continenti littore oculis patent *Cabo de Corrent* promontorium, & Sinus *Quixtero*, qui, ut Herrera refert, in ostio fluminis *Cocopa* sicus Insulam parvam habet, quam multæ aves & *Pinguini* inprimis frequentes incolunt. Archithalassus *Spilbergen*, qui naves suas in hunc etiam portum appulit, testimonio suo perhibet, amœnitate & sicus opportunitate ipsum inter alios eminere, ac flatione adeo commodâ naves excipere, ut ab omnium ventorum impetu vehementiore tutissime hâc esse queant: ligna item ad focum ac culinam, aquamque gratissimi saporis, & pisces delicatos abunde suppeterc. In mediterraneis feræ conspiciebantur numero magno, quas tandem equos fecos, ac silvestres esse comperiebant. His, conspectis hominibus, mox se in fugam dant, atque rapidissimo cursu ad interiora regionis penetralia se recipiunt, nec unquam postea in oculos incurrunt. Ex Vice-Admirali *Oliverii à Noort*, qui Anno 1600 nave sua hanc sinum ingressus est, narratione innotuit, eum 33. gradibus, & 41. scrupulis ab Æquinoctio ad Austrinum polum recedere, & maritimâ planicie Oceano contiguum esse, in mediterraneis verò, montibus frequentibus astolli. Porrò in eadem litoris serie ordinem tuentur *Rio de la Cigua*, vel ut aliis dicitur *Ligua* flumen cum porta ejusdem nominis, & angulo Boreali seu promontorio *Punta del Governador*, *Bay Choapa* sinus maris undas anfractu suo recipient, *Limara* fluvius, *Atengepo* maris sinus, *Baya de Tongoy* & *Baya de Copiumbo* utrique sinus maritimus, quorum posteriori 29 gradus & 30 scrup. elevationis Austrinæ adscribitur, fi Herreræ calculo fides adhibenda. Ejus margini appolita est *Serena* civitas, justa quam fluviolo cuidam exitus in sinum patet. Regio inter hanc urbem & fluvium *de la Ligua* interjacens *Val de Chile*, vel *Val de Quillota* tunc temporis, regnoque huic toti ex eâ nomen Chili narum effe ex nomine conjici posset. Superioribus temporibus locus hic celebrem sibi famam comparaverat auriſodinis *Quillota* appellatis, ex quibus opulentissimis *Valdivia* incredibiles divitias exhausit, & majoris fecuritatis causâ fortalitio insigni tractum tam auriferum munivit. Verum quoniam Hispani indigenarum nullâ commiseratione tacti gentem laboribus durissimis exhaustam diminuerunt, operarüis necessariis carentes laborisque improbi ipsi haud patientes, auriferas cavernas incultas hactenus relinquunt, nec quicquam ex iis commodi ferunt. *La Serena* civitas haud magno interstitio à mari diffidens portui *Coquimbo* incumbit, atque nonnunquam ejusdem nomine insignitur. In regno *Chili* proximæ est regni Peruviani finibus, & 29 gradum ac 50 scrup. vel 30. gradum altitudinis Austrinæ obtinet. A Gubernatore *Valdivia* conditore Anno 1544 excitata sinu seu portu admodum commodo naves excipit, ex quibus merces exonerate duarum adhuc leucarum itinere per flumen adversum in urbem advehuntur. Piscatus affluentem piscium numerum urbs & territorio circumjacenti suggerit. Accidit vini, panis, & omnium aliorum alimentorum affluentia copiosissima. Pluvia quidem sunt hic rarz, & vix bis aut ter singulis annis contingere solent, verumtamen solum admodum fertile est, & omnis generis frumento ferendo aptissimum. Quo tempore *Franciscus Draco* suos in litus vicinum aquæ dulcis petendæ causâ misertat, 300. equites, & 200. pedites Hispani ex hâc urbe eruptione factâ Anglos in fugam conjecerunt. Unde liquido patet, eam satis magno præsidio defendi.

Quintero Sinus.

Spilbergen.

Vice-Admiralius Oliverii à Noort.

Val de Chile, vel *Val de Quillota.*

Regni *Chili* provinciæ duæ ultimæ sunt *Val de Guasco*, & *Val de Copiapo*. In *Val de Guasco* provincia maritimis obviam veniunt *Toral* fluminis ostium, & *El Guasco* portus 28 gradui & 30 scrupulo subjectus, qui flatione admodum commodâ naves à ventorum injuriis tutatur. Nomen sibi acquisivit à fluviolo *Guasco*, quem ex montanis nive continuâ opplctis emergentem suscipit. *Valdivia* in loco quodam ab incolis *Atapolo* cognominato, & 14. leucas ab Oceano distante civitatem, cui *S. Iago de la nueva Estremadura* nomen imposuit, collocaverat, eique fortalitium quoddam defensionis causa adjunxerat. Verum postea hæc urbs inde ad fluvium *Topocalma* translata est, ubi eam delcripsimus. In hac *Valle de Guasco*, sequenti *Copiapo* fob benignitate & fertilitate haud multum cedente, æquè ac in circumjacentibus vallibus, & territoriis magna perdicum multitudo, ut & oves plurimæ silvestres, cum quodam fcutorum genere, quibus pulchertimæ sunt pelles, reperiuntur.

Val de Guasco. *Val de Copiapo.*

Val de Copiapo, vel *Copayapo* cum Peruviano regno limites communes habet, & Indico idiomate agrum jaspidibus repletum sonat, quia in hoc territorio mons Jalpidum optimarum admodum ferax occurrit, quamvis hi lapides preciosi pæ nimiâ multitudine in his locis haud magni fiant. Agri fertilitate & benignitate omnibus cæteris totius regni *Chili* districtibus semitas. hæc longe antecellit, utpote qui Turcici frumenti culmos lanceatum altitudinem æquantes, & spicas ferè ulnam dimidiam, plerasque autem quartam ulnæ partem longas, & trecentuplum reddentes producit. Pariter felici proventu non fructus solum regioni naturales verum etiam exoticos, qui ex Hispania afferuntur, ex solo hoc tam facili crescendo prodeunt. *Rio de Copayapo* fluvius est, juxta quem cernere est *Baya & Porto de Copayapo* sinum anfractu commodo portum efficientem, qui Regnum Chilenseco in loco, ubi Peruviano regno confine est, terminat. Ad litoris latus inter *Toral* fluminis ostium, & *Baya de Copiumbo* sinum in Oceano locatæ sunt adhuc 3. Insulæ, nempe *I. Totoral*, *I. de Maxillones*, & *I. de Pajaros*.

Copayapo.

Provinciæ sive regni hujus Chili imperium administrari solet à Gubernatore Hispano, & consilio Hispanico cum quibusdam aliis officiariis, qui tamen omnes peorege Peruviano & Consilio Regio generali quod peorege adjunctum, *Audientiam de los Reyes*, vel Regalem audientiam Hispani nuncupant, subjecti sunt, & ab iisdem etiam constituuntur. Totum autem regnum comprehendit duos Episcopatus, & undecim civitates, seu colonias Hispanis inhabitatas. Hispanis nautis diuturnæ experientiæ usus hoc demonstravit, à 25. gradu usque ad Magellani Fretum triplici vento oram

Regni Chilenſis Gubernator.

Vrbes Chilenſes quotanquam.

illam maritimam cum vicino Oceani districtu perflari. Austro nempe, qui verno & æstivo tempore, atque diebus illis, quibus cœlum fadum est, dominatur; Aquilone, qui hyberno tempore & pluvialibus diebus frequentes est; & Zephyro, qui succedit Aquiloni cessanti, & maximos imbres causanti, ac etiam plane iis adversanti, qui à Magellanico Freto in Peruviam tendentes Chilenſe litus legunt. Iter, quo ex uno in alterum regnum commeatur, mari ut pluvium hodierno tempore conficitur, neglectâ duplici illâ viâ, per quam terrestre iter olim suscipiebatur, eò quod una per desertum *Atacama* Chilenſis Regni limitibus vicinum ducens, altera per montana progrediens, utraque vero molestiarum & periculorum plena Hispanis antehac multorum hominum jacturâ constitit. Totum *Chili* regnum maximam partem æquali planicie inter Oceanum & montana mediterranea exporrectum longitudinem suam per 300. leucas Hispanicas continuat, latitudine verò summâ vix 20. imò in quibusdam locis 2. tantum aut 3. comficit, propter ferem illam montium altissimorum, qui perpetuâ nive tecti à Septentrionali ad Austrinam Plagam usque ad Magellanicum fretum decurrentes, & *Sierra nevada de los Andes* ab Hispanis cognominati, limitibus suis litori eo pacto quibusdam in locis appropinquant, ut in angustias ejusmodi, regni hujus latitudinem contrahant.

Iter Chilenſe & Peruvianum.

Regnum *Peru.*

Regni *Chili* maritima loca, quæ hactenus peragravimus, ad Peruviæ regni fines nos deduxerunt, cujus oram maritimam antequam perlustremus, de communi ejus natura & conditione pauca præfari operæ pretium duximus. Ut plurimum auctiori hujus regni tractum maritimum unius tantum venti genus flatu suo invitare solet. Auster nempe, & collaterales ejus venti, qui ab Austro ad Zephyrum declinant, & quorum Zona tortida in aliis plerisque locis expers, & imminutis est. Benignam hoc in loco, & valetudini conducentem propietatem hoc in districtu habere experientia testatur, cum tamen aliis in locis aërem tempestuosum, crassum & valetudini adversantem teddant. Hæc accedit quod nec grandines nec pluviæ, nec nives in hâc oræ maritimâ unquam fentiantur, nec tonitrua audiantur, cum tamen haud procul ab eâ frequentissimè aër horrendis tonitruum fragoribus concutiatur, ac tempestuosæ nives, imbresque vehementes, grandinibus horribilibus mixti, decidant.

Ejus Natura. *Franciscus Draco.*

Loca maritima.

Prima, quæ sese in hoc regno conspicienda præbent, & à Chili regni finibus exordium sumunt, litora ad defertum *Atacama* pertinent, quod Tropico Capricorni subjacens ab eodem in duas partes æquales secatur. Pars Audientiæ *de los Charcas* (in diversas enim partes, quas Audientias Hispani nuncupant, regnum hoc distributum est) longitudine ultra 100. leucas excurrens æstivo tempore sicca, aquæ penuriâ laborat, ac hyberno tempore tanta nivis copiâ abundat, ut nemini iter facturo pervia sit. Quilla portus urbis *Arequippa* sub 17 gradu Hæc in valle *Quilca* à conditoribus suis locata ab urbe *Limâ* 120. & à monte *Potosi* argentifero 150 leucarum intercapedine abeſt, & haud procul à scatebrigine fluminis *Chile* ripam occupat. Territorium urbem circundans, fertili proventu, Cereris ac Bacchi muneribus donatum, nobilissimum vinum, & triticum optimum prodit. Haud magno ab urbe intervallo mons est continuus flammas exprians, & Hispanis *Volcan* dictus, de quo multa mirabilia recenseutur. Frequentibus terræ motibus & concussionibus exposita hæc regio, ed in primis parte, quæ Oceano maritata est. Inò urbs ipsa *Arequipa* Anno 1582. tertiæ motu vehementi concussa ferè tota concidit. *Val Camana* vallis, *Rio Camana* ejusdem cognomenti fluvius cum civitate *S. Miguel de la Vibera* ab urbe *Limâ* 113. & à civitate *Arequipâ* 22 leucarum interstitio disjunctæ, quæ, ut Herrera memoriæ prodidit, 200 ædibus ornata vincas nobilis viri feraces colit, & plurimarum fi cuum, ac uvarum passarum proventu gaudet. *Val Camana*

Audientia *de los Charcas* descripta.

Audientiæ igitur Limensis districtu Oceano contiguo loca in conspectum producuntur. Insulæ *de Lobos*, *Salinas* sive *Morrode Iorge*, quo procul in mediterraneis Sal reperitur, Polonico dominæ sua haudquaquam cedens, quanquam aqui marina eò penetrare non posse videtur: verum magno labore, & molestia insigni inde petitur. Insula *Guanal*, *Morro Atacama*, vel etiam *punta de los Farallones* locus flationi navium admodum idoneâ donatus, & 23 gradui ac 30 scrupulo subditus; quem cœtus incolæ viuum & pauperum hominum parcè ac duriter viventium, utpote qui solis piscibus vitam sustentant, ac præterea Hispanorü dominio subditi in meru continuo vivunt. Quâvis autem portus dictus commoditate naves excipiendi optimâ gaudeat, hoc tamen in ipso desideratur, quod nautæ nec ligna, nec aquam dulcem ibi invenire queant. *Punta d'Angamal* sub 24 gradu, & 45 scrupulo, cum manis sinu ejusdem appellationis, *Rio Atacotele* fluvius, *Tabajo* vicus pauperum pilcatorum calsicatens, *Rio de la Hoya*, vel *de Loa*, in Olivieri à Noort ipsum cognominat, fluvius sub 22 gradu, ad cujus ostium præter pauperes pilcatores nemo commoratur, *Rio de Pica* fluvius, *Puerto de los Maxillones* portus, *Punta de Tacama* apex in mare extendus, *Tarapaca* portuscum vicino vitli *Hachabich* sub 20 gradu, *Rio Pisagua*, vel *Pysagua*, *Rio de los Camerones*, *Rio Abitar* tres fluvii, & tandem *Arica* civitas cum portu suo sub 18 gradu & 30 scrupulo. Hollandi, qui anno 1599 hæc loca maritima navibus suis perlustrarunt, hic nullum portum sed sinum tantum maris apertum, navium flationi tamen inservientem esse affirmant. Ad oppidulum hembo propius accedentes in tribus locis mari proximis machinas grandiores quibus vicinus tractus destitutus poterat, disposuerunt. *Franciscus Draco* naves suas etiam ad hunc sinum appellens tres offendit naves Hispanicas, quarum unam 97 massarum argenti, quarum quærvis 20 erat librarum, onere liberavit. Ac quamvis, ut ipse tradit, ultra 20 ædes in oppidulo illo non numeraverit, illud tamen postea & ædificiis necessariis constructum, & operibus bellicis prædè munitum est, eò quod omne argentum, quod ex argenti fodinis montis *Potosi* exitur, 70. leucarum itinere terrestrium hunc portum transportari, & ex eo iterum omnia ea, quæ montis dicti accolis necessaria sunt, eodem itinere transvehi solent. Quanquam *Lopez Vaez* asserit, post *Franciscü Draconis* ex hoc porta discessum postea omne argentum ex monte *Potosi* rectâ viâ *Limam* quovis tempore transitum esse. Ab urbe *Arica* litus pergit ad collem rotundum *El Morro de los Diabolos*, Portum *Puerto de Yle*, vel *Ilo*, juxta fluvium, sub 18 gradu, & *Rio de Tumbopalla*, vel de *Nombre de Dios* fluvium, qui 17 grad. & 30 scrup. fuppositus Audientiæ *de los Charcas* litora finit, & sequentis Audientiæ ad *Limam* urbem pertinentia oram maritimam ordiutur.

Audientiæ *de los Charcas* descriptæ.

In Audientiæ igitur Limensis districtu Oceano contiguo loca in conspectum producuntur. Insulæ *de Lobos*, *Salinas* sive *Morrode Iorge*, quo procul in mediterraneis Sal reperitur, Polonico dominæ suæ haudquaquam cedens, quanquam aquæ marinæ eò penetrare non posse videtur: verum magno labore, & molestia insigni inde petitur. Insula *Guanal*, *Morro Atacama*, vel etiam *punta de los Farallones* locus flationi navium admodum idoneâ donatus, & 23 gradui ac 30 scrupulo subditus; quem cœtus incolæ viuum & pauperum hominum parcè ac duriter viventium, utpote qui solis piscibus vitam sustentant, ac præterea Hispanorü dominio subditi in meru continuo vivunt. Quâvis autem portus dictus commoditate naves excipiendi optimâ gaudeat, hoc tamen in ipso desideratur, quod nautæ nec ligna, nec aquam dulcem ibi invenire queant. *Punta d'Angamal* sub 24 gradu, & 45 scrupulo, cum manis sinu ejusdem appellationis, *Rio Atacotele* fluvius, *Tabajo* vicus pauperum pilcatorum calsicatens, *Rio de la Hoya*, vel *de Loa*, in Olivieri à Noort ipsum cognominat, fluvius sub 22 gradu, ad cujus ostium præter pauperes pilcatores nemo commoratur, *Rio de Pica* fluvius, *Puerto de los Maxillones* portus, *Punta de Tacama* apex in mare extendus, *Tarapaca* portuscum vicino vitli *Hachabich* sub 20 gradu, *Rio Pisagua*, vel *Pysagua*, *Rio de los Camerones*, *Rio Abitar* tres fluvii, & tandem *Arica* civitas cum portu suo sub 18 gradu & 30 scrupulo. Hollandi, qui anno 1599 hæc loca maritima navibus suis perlustrarunt, hic nullum portum sed sinum tantum maris apertum, navium flationi tamen inservientem esse affirmant. Ad oppidulum hembo propius accedentes in tribus locis mari proximis machinas grandiores quibus vicinus tractus destitutus poterat, disposuerunt. *Franciscus Draco* naves suas etiam ad hunc sinum appellens tres offendit naves Hispanicas, quarum unam 97 massarum argenti, quarum quærvis 20 erat librarum, onere liberavit. Ac quamvis, ut ipse tradit, ultra 20 ædes in oppidulo illo non numeraverit, illud tamen postea & ædificiis necessariis constructum, & operibus bellicis prædè munitum est, eò quod omne argentum, quod ex argenti fodinis montis *Potosi* exitur, 70. leucarum itinere terrestrium hunc portum transportari, & ex eo iterum omnia ea, quæ montis dicti accolis necessaria sunt, eodem itinere transvehi solent. Quanquam *Lopez Vaez* asserit, post *Franciscü Draconis* ex hoc porta discessum postea omne argentum ex monte *Potosi* rectâ viâ *Limam* quovis tempore transitum esse. Ab urbe *Arica* litus pergit ad collem rotundum *El Morro de los Diabolos*, Portum *Puerto de Yle*, vel *Ilo*, juxta fluvium, sub 18 gradu, & *Rio de Tumbopalla*, vel de *Nombre de Dios* fluvium, qui 17 grad. & 30 scrup. fuppositus Audientiæ *de los Charcas* litora finit, & sequentis Audientiæ ad *Limam* urbem pertinentia oram maritimam ordiutur.

Audientiæ *de los Charcas* descriptæ.

In Audientiæ igitur Limensis districtu Oceano contiguo loca in conspectum producuntur. Insulæ *de Lobos*, *Salinas* sive *Morrode Iorge*, quo procul in mediterraneis Sal reperitur, Polonico dominæ suæ haudquaquam cedens, quanquam aquæ marinæ eò penetrare non posse videtur: verum magno labore, & molestia insigni inde petitur. Insula *Guanal*, *Morro Atacama*, vel etiam *punta de los Farallones* locus flationi navium admodum idoneâ donatus, & 23 gradui ac 30 scrupulo subditus; quem cœtus incolæ viuum & pauperum hominum parcè ac duriter viventium, utpote qui solis piscibus vitam sustentant, ac præterea Hispanorü dominio subditi in meru continuo vivunt. Quâvis autem portus dictus commoditate naves excipiendi optimâ gaudeat, hoc tamen in ipso desideratur, quod nautæ nec ligna, nec aquam dulcem ibi invenire queant. *Punta d'Angamal* sub 24 gradu, & 45 scrupulo, cum manis sinu ejusdem appellationis, *Rio Atacotele* fluvius, *Tabajo* vicus pauperum pilcatorum calsicatens, *Rio de la Hoya*, vel *de Loa*, in Olivieri à Noort ipsum cognominat, fluvius sub 22 gradu, ad cujus ostium præter pauperes pilcatores nemo commoratur, *Rio de Pica* fluvius, *Puerto de los Maxillones* portus, *Punta de Tacama* apex in mare extendus, *Tarapaca* portuscum vicino vitli *Hachabich* sub 20 gradu, *Rio Pisagua*, vel *Pysagua*, *Rio de los Camerones*, *Rio Abitar* tres fluvii, & tandem *Arica* civitas cum portu suo sub 18 gradu & 30 scrupulo. Hollandi, qui anno 1599 hæc loca maritima navibus suis perlustrarunt, hic nullum portum sed sinum tantum maris apertum, navium flationi tamen inservientem esse affirmant. Ad oppidulum hembo propius accedentes in tribus locis mari proximis machinas grandiores quibus vicinus tractus destitutus poterat, disposuerunt. *Franciscus Draco* naves suas etiam ad hunc sinum appellens tres offendit naves Hispanicas, quarum unam 97 massarum argenti, quarum quærvis 20 erat librarum, onere liberavit. Ac quamvis, ut ipse tradit, ultra 20 ædes in oppidulo illo non numeraverit, illud tamen postea & ædificiis necessariis constructum, & operibus bellicis prædè munitum est, eò quod omne argentum, quod ex argenti fodinis montis *Potosi* exitur, 70. leucarum itinere terrestrium hunc portum transportari, & ex eo iterum omnia ea, quæ montis dicti accolis necessaria sunt, eodem itinere transvehi solent. Quanquam *Lopez Vaez* asserit, post *Franciscü Draconis* ex hoc porta discessum postea omne argentum ex monte *Potosi* rectâ viâ *Limam* quovis tempore transitum esse. Ab urbe *Arica* litus pergit ad collem rotundum *El Morro de los Diabolos*, Portum *Puerto de Yle*, vel *Ilo*, juxta fluvium, sub 18 gradu, & *Rio de Tumbopalla*, vel de *Nombre de Dios* fluvium, qui 17 grad. & 30 scrup. fuppositus Audientiæ *de los Charcas* litora finit, & sequentis Audientiæ ad *Limam* urbem pertinentia oram maritimam ordiutur.

Biblioteca Museo Franz Mayer

Oceana vallis, & *Rio Oceana* fluvius ejusdem appellationis, *Atrisco, Chalsa* fluvius i *Val Huecari* vallis; *Puerto de Huecari* portus eâdem appellatione notatus, & sub 16 gradu situs, quem naves frequentare solitæ, ut de annonâ sibi propiciarent; *Puerto S. Juan*, *Puerto S. Nicolas*, portus duo cum promontorio *C. S. Nicolas*, eodem nomine infignito, & 15 grad. ac 20 scrup. ab Æquatore ad meridiem declinante. *Calso & Valle Nasca*, alias *Caxamalca*, vel *malla* dicta vallis, cum promontorio pari nomine figurato. Illa valles amœnissimas & pluribus fluviis irriguas comprehendens olim populosa fuit, & multis incolis exculta, quorum frequentia ab Hispanis, ut qui habitatores naturales non ad exiguum modo numerum redierunt, verum planè extirpati sunt, penitus evicta, hodierno tempore inanis & devastata jacet. *Porto Cavallo* portus; *Mar Roymodo*, *Isla de Lobos* insula, cui adjunguntur 7 vel 8 parvæ aliæ habitatoribus carentes & gramine, herbis, fruticibus, ac arboribus destitutæ, quas cum majori non nisi lupi seu leones marini incolunt: *Punta Sangalla* angustus in Oceanum excurrens apex cum portu ejusdem nominis vicino *Puerto de Sangalla* nomine signato. *Val Tea* benignissimo & fertilissimo solo prædives vallis, tritico, vino, frumento Turcico, & pluribus aliis fructibus mirum in modum luxuriat, in eâ sita invenies *Paraca* vicum mari conterminum. *& Val verdam* civitatem in loco ab Oceano remotiore, ac ab urbe *Lima* 35 *Puerto Sangalla* vero 10 leucarum intervallo distitam. *Pisco* fluvius pererrato præcipue territorio undas suas cum marinis commiscet. *Val Chincha* pulcherrimarum arborum amœnitate, ac procreitate, & mitici optimi, ac vini nobilissimi proventu copiosissimo superbiens, sub *Ingas* vel Regum Peruvianorum imperio nominis & famæ celebritate notissima fuit, adeò ut *Picarro* cum Hispanis suis, cum primum in hoc regnum advenisset, maximo eius videndæ, & perlustrandæ desiderio teneretur. *Val Guarco* pulchritima & latissima vallis priori nec quicquam cedens, sive arborum pulchritudinem consideres, sive fertilitatem spectes, utpote in quâ pulcherrimum triticum nascens pulcherrimam fœnam, & optimi saporis panem, qui in toto Regno Peru invenitur, potest, suppeditat. *Ingas* sive Reges hujus regni imperio sapientes in litore dictæ vallis palatium regium construxerat, ex quo lapidei gradus ex colle in Oceanum ipsum descendebant, quorum infimi semper undis maritimis *pulsabantur*. Collapsum quamvisse, ac hodie in ruderibus suis jaceat, admirandum tamen est opus, quod sibi lapidibus illis vivis & quadratis sine ullâ calce adeò artificiosè conjunctis, ut in superficie vix ullius junctura vestigia animadverti queant, maximam admirationem conciliat, imò quemvis in stuporem rapit. In valle illâ in conspectum prodeunt *Lunoguana* fluvius satis grandis, & *Villa del Canette*, vel *del Guarco* Hispanorum vicus, ab urbe *Limâ* viginti quinque, & ab Oceano unius & dimidiæ leucarum itinere remotus, *Val Mala* densissimus silvis vestita vallis, à fluvio amœno, & dulcissimam aquam vehente irrigatur. In eâ Ficus est, ii Herreræ testimonio fides adhibenda, quæ dimidiâ fui parte, eâ nempe, quæ montanis obversa est, vivescit, ac fructus reddit, quando montana calore Solis incalescunte, altera vero parte, quæ Oceanum spectat, idem facit, quando planicies Solis splendore calefieri solet. In *Val Chala* horaru & admiratione dignum occurrit illud, quod nec pluviæ unquam ex cœlo decidant, nec ulli fluvii aut rivi eam humectent, & tamen magna frumenti Turcici multitudo quotannis seratur, & variæ radices atque arbores nutriantur, quæ frugum & fructuum feraces largâ fertilitate possessores ditant. Quamvis autem reris mirabilis. rotis humectato quotidiana & frequenti, fructuum incrementa & copiam proculdubio promoveat, tantæ tamen operationis illam non futuram autumant, nisi unam aut alteram Aloës aut Sardinæ piscis marini haud multum ab Halecis figurâ abludentis caput simul terræ mandato adjungatur, & cum eo terrâ tegatur. Rem certam esse affirmant, atque eo probant, quod experientiâ telle semina ejusmodi capitibus catentia nunquam feliciter crescant, nec optato fructu agricolæ voti satisfacere queant. *Val Pachama* à ab urbe *Limâ* *Val Pachama.* leucis distans valles, amœnitate & fertilitate prioribus *Huacho.* non posteriores, pulcherrimis & magnificentiâ summâ præditis templis, cæteris Regni Peruviæ provinciis longè præstabat. Ex his incredibili auri & argenti thesauro locupletatis & ornatis *Hernando Pizarro* ingentem gazam absulit, ut de reliquâ non dicamus, cujus miseres ipsius compotes facti sunt. Quantæ autem in hæc templa divitiæ confluxerint, ex eo quis facile conjecturam sumpserit, quod templorum sacerdotes ab incolis adjuti, antequam Hispani eorum templa invaderent, tantum auri & argenti, quantum 400. viri humeris auferre possunt, alio transtulerint, & absconditerint, de quo Hispani postea nunquam certiores fieri potuerant, quamvis ejus explicandi causâ indigenas hortendis tormentis, & crudelibus diversatum, & omnia inquirendi media adhiberint, quæ humano consilio excogitari possunt. *Val Lima* adeò fer- *Val Lima.* tilis est vallis, ut ejus ubertas ac fertilitas fatis digeré vix describi aut enarrari queat. Ex solo ejus, proventu copiosissimo, prodeunt non solum fructus ipsi naturales, sed etiam illi, qui ex Hispaniâ allati fœcundissimâ transplanatione & optimi & ubertimi hic evaserunt. Unde factum est, ut infinitis villis & prædiis totus circuitus tectus sit, & ei pecuriariæ ubertate & præ cæteris omnibus excellat. *Ciudad de los Reyes* vel *de Lima* civitas simul nobilis cui 12. altitudinis Au- *Lima* civi- strinæ gradum cum 50. scrup. nonnulli assignant, Bel- tas. garum verò nautæ 12. cum dimidio gradum attribuunt, in planitie pulcherrimâ 2. à litore leucis flavio appolita est, qui æstivo tempore aquarum penuriâ laborat, hyberno autem mirum in modum aquæ concursu crescit. Hanc igitur vallem amœnam occupans ea Proregis Peruviani sedes est, audientiæ item regiæ, missi forum regiorum, Inquisitionis, Universitatis, & Archiepiscopi, quem cæteri episcopatus, *Chili, Charchas, Quito, Cusco, Panama, Nicaragua, & Rio de la Plata* suprà modum agnoscunt. Tribus ornata est templis, 5. cœnobiis monachorum, & uno virginum sacrarum, Collegioque Jesuitarum magnifico. Totius hujus regni maxima & pulcherrima, si *Cusco* civitatem excipias, domibus atque ædificiis magnificis, turribus fortibus, foro amplo & plateis latis, horisque admodum amœnis superbit. Porro negotiatione opulentâ & divitæ ante alias maxime floret, & mercatoribus locupletissimis abundat, quorum plures bona 150. mille ducatorum precio æstimata possident. Sæpè ex hujus urbis portu naves in mare ableganteur, quarum onus 80000. imò sæpe millione ducatorum constat. Aëre adeò benignus est, & temperatus, ut semper clarus & serenus neque caloet nimio alicui molestiam creet, nec nimio frigore corpora hominum aut aliorum animalium affligat, unde fit, ut nullo unquam tempore, pestilenti afflatu corrumpatur, aut imbribus, procellis, fulguribus aut tempestatibus vehementibus turbetur. Portus, cui *Callao Callao de* de Lima nomen est, opportuno & amplo situ pluribus *Lima* navibus spacium & tutelam securam concedit. Me- *bis Lima* dia inter Boream & Eurum plaga terram in mare protradit angusto & oblongo apice versus alteram sibi oppositam, quæ inter Notum & Zephyrum mediam locum obtinet. Hic impositum est *Callao de Lima* oppidulum ab Hispanis operibus bellicis probè munitum, & templo atque ædibus pulchrè constructis exornatum, in quo domus etiam publica vectigalibus & tributis recipiendis destinata cernitur, cum cœnobio monachorum Ordinis S. Dominici, & aliis quibusdam ædificiis: ab urbe *Limâ* 2. leucis abest. Experientia comprobatum est, hic atque in reliquis locis maris Pacifici aquam eâ virtute esse prædictam, ut calorem misceat, ac frigore suo temperet, quod ex vino cum lagenis imposito apparet, quod aliquandiu sub undis pen-

Franciscus Draco. pendens frigidius evadit. *Franciscus Draco* anno 1579. in hoc portu 12. naves Hispanicas anchoris retentas invenit, ex quarum unâ nactus est arcam argento repletam cum panni fericei, & lintei copiâ haud exiguâ. Funibus majoribus, seu anchoratiis, quibus retinebantur, præcisis, eas undis ac vento commisit, atque cursum navibus suis ad urbem *Paytan* direxit. Ab eo tempore Hispani, qui sibi quidvis potius quam peregrinarum gentium in Oceani Pacifici oras adventum persuaserant, cautiores facti, huius loci tutelæ & fecuritati fortibus operibus bellicis & munimentis providerunt. Apici dicto, cui oppidulum *Callao de Lima* insidet, objicitur Insula *Isla de Callao* vel *Isla de Lima* nomine, quæ longitudinem suam inter cœli regionem à media inter Zephyrum & Aquilonem versus alteram inter Eurum & Notum obversam plagam procurrentem extendit, & aliam adhuc Insulam parvâm fronti suæ oppositam habet. Classis Nassovica 5. Idus aprilis. Anno 1624, ab Amiralio suo *Jacobo l'Hermite* in hunc portum deducta anchoras fixit. Ipse Amiralius juxta odium fluvii *Rio de Lima*, qui ab urbe *Limâ* defluens, Aquilonari apicis *Callao de Lima* latere perrupto, in Oceanum se volutat, classe suâ vectos milites & nautas in terram exponere frustra tentavit, partim ab undis magno impetu litus ferientibus, & majori violentiâ recipecantibus impeditus, partim etiam adversitatis ab Hispanorum multitudine haud exiguâ, qui in litore armatâ manu hôspites novos accipere gestiebant. Nocte sequenti 30. & amplius naves ex 50. quæ in portu anchoris innixæ ab aggeribus aliquot tormentariis in litore constructis, & magna quadam *Gallione* Hispanicâ defendebantur, incendio corrupit, atque eo pacto Hispanos haud parva clade affecit, qui tamen earum aliquot, poll lemborum, quibus Hollandi ad naves accendendas advenerant, dissessum, incendio extincto, conservarunt. Quarto *Amicalia Jacobi l'Hermite obitus.* Nonas Junii Hollandorum Archithalassis *Jacobus l'Hermite* in suâ navi prætoriâ, cui Amsterodamum nomen erat, diem obiit, & sequenti ejusdem mensis in Insula de *Lima* solennitate navis consuetâ terræ mandatus est. 19. Kal. Septembris Classis Nassovica ex statione juxta Insulam Limam solvit, & curtis suo Insulas *Piscadores* petiit. Scopuli sunt, & Cautes in mari ante *Piscadores.* Continentem jacentes, pone quas sinus maris duo divisi ab angulo quodam, sic inter utrumque in Oceanum projiciente, conspiciuntur. Totum litus plurimis montibus & collibus frequentibus se hic attollit. Classis dicta postmodum vespertino tempore huc appulsa est, 17. Kal. Septembris iterum discessit.

Ab Insulis *Piscadores*, & duobus modo dictis finibus exiguo interstitio distantibus oræ maritimæ series sequenti ordine ulterius serpit. *Val Chancay* vallis est, *Val Chancay.* urbi *Arnacho* locum præbens. Succedit altera *Val Gua-* *Val Guarra.* *rra*, Salinis *Salinas de Guarra* dictis, celebrata. Iter unius diei ulterius profectus obviam habebis vallem aliam haud inelegantem *Val Parmonga* vulgò audien- *Val Parmonga.* tem, cum *Rio Guaman*, vel *la Barranca* fluvio. *Guaman*, si lingua Hispanis vernacula interpreteris, idem sonat quod *Rio del Halcon*, id est, Falconum fluvius. Tempore pluvio admodum periculosus est, utpote qui diversos homines transituros secum absorpsit. Ex densissimis & vastissimis silvis, quæ hanc vallem occupant, forsan aliquis colligere posset, nunquam à populo aliquo habitatam fuisse. Verum collapsam quondam, & vetustam arcem, cujus muri & parietes variarum avium & aliorum animalium depictis imaginibus exornati sunt, indicio esse arbitramur, more Indianis usitato pulchrè olim exædificatam fuisse. Cuniculis pluribus parimentum ejus Hispani suffodêre, auro inhiantes, quod motuis adeste opinabantur. *Val Guarmey* populosa olim vallis erat: Hodie Hispani in incolarum locum gregem porcorum, vaccarum, & equorum numerosum repposuerunt. *Georgius Spilbergius* Hollandorum Amiralius, Hispanicâ classe, quæ ex urbe *Limâ* ejus debellandi causâ solverat, prælio navali Anno 1615. superata, in portum *Carmey* navibus fuis se recepit. Hic etiam *porta Carmeya* nuncupatus, & sub 10. gradu situs, amœnitate & situ opportunitate

fluvio, qui hanc vallem peragrat, multis tivis deductis incolæ totam regionem irrigant, & humore abundant sitientem relinquit. Tractus est benignus, & temperatus, in quo vaccarum, porcorum, & caprarum numerus sitim grandis alitur. *Miraflores* civitas in Val Zana. Valle *Zana* sedem habet, & 95. leucarum interstitio ab urbe *Lima seu Ciudad de los Reyes* sejuncta mari proxima est. *Collique* vallis & fluvius uno & eodem nomine insigniuntur. Hic admodum profundus est, illa plurimis arboribus abundat, incolis autem paucis inhabitatur, utpote qui bello cum Hispanis gesto consumpsi sunt. *Porto de Chorepe* portus est in eodem sedens. Val *Cinto* amœnissimus est tractus, & Val *Tanguene* eisdem amœnitatis laude jure extolitur. Amplitudine sua & plurimorum ædificiorum magnorum, quæ collapsa sunt, rudcribus & spaciosis parietinis satis superque loquitur, fe olim & floremissimam, & populosissimam fuisse. Inter terraneque vallem interjecti sunt colles arenosi, & scopuli ac cautes omne gramen & herbam reliquentes, in quibus nulla vitæ creaturæ conspicuntur, nisi aves nonnullæ, quæ illas pertervolant. Ad latus ipsarum in mari in oculos incurrit Insula *S. Regue*, & ulterius *Insola de lobos Marinos* adhuc procul a litore amœnissimæ vallis *Xoyanque*, quæ 4. leucas lata pulcherrimo flumine perluitur, ex quo multi rivi & canales deducti camporum ariditatem humiditate necessaria tempefint. Val *Motupe* spatiosâ amplitudine se extendens & fertilitate satis ubere superbiens vallis, fluvium offentat ex montanis erumpentem, qui in planitie ab arenis absorptus mare non ingreditur. Solum satis fertile & arbustis frequentibus rectum incolis gustipium largitur, quo mercatorum lucrofam exercent. *Punta del Aguaya* angulus est ex hoc litore in mare exporrectus, & Audientiæ de *Lima* terminus Borealis, & Audientiæ de *Quito* exordium.

Audientia del Quito.

Audientiæ de *Quito* nomen imposuit *S. Francisco del Quito*, civitas in mediterraneis collocata, & dimidio tantum gradu ab Æquinoctiali linea versus Notum segregata, quæ exordium capit ab apice *Punta del Aguaya*, quem modo nominavimus. Ab eo loco tractus maritimi series procedit, ut sequitur, *Puerto de Tangora* portum efficit sinus maris apici *Punta del Aguaya* configuum. *Silla* altus est portus vicinus, & ipsi vicinæ duæ Insulæ lupos marinos, pinguius avium quoddam genus, & alias volucres incolas habent, gramine vero, herbis, fruticibus, ac aquâ planè carent, atque sub 6. Austrini Hemisphærii gradu collocantur. Sub ejusdem gradus 5. & 4. scrup. offert se portus *Payta*, in *Valle Piura*, eoque in loco, ubi duo aut tres amnes confluentes multum aquæ advehunt. Grandis, & spaciosus, naves ab omnium ventorum injuria defendit. Navis ex *Guatemale* portu solventes, & Peruvianos portus petentes ut hunc portum se conferre solent, ut mercibus suis hîc leventur. *Thomas Candisch* Anglicatum navium architectatus opprimis dictum *Portum* hunc temporis 200. circiter aden cum curtâ in medio locatâ, quam Hispani vallo terreo cingere & munire cœperant, compeehendens fubito impetu invasit, & spoliavit. Incolæ relicto oppidulo in montem uno circiter milliari inde distantem fugâ se recepcerant, ex quo Angli ipsos iterum depulerunt, & 25. librarum argenti prædâ nactâ, atque incendio in oppidulum misso ad naves reversi discesserunt. Eundem locum *Georgius Spilbergen* Hollandorum Thalassarcha ab incolis, qui cum meliori fuâ fupellectile & bonis portatu facilibus in proxima montana se fugâ receperant, relictum occupavit, & cum duobus templis, comobio uno, & pluribus aliis ædificiis & domibus splendidè extructis incendio in cineres redegit. Præcedentem attingit *Val Pechos* seu *Pechos* vallis irrigua fluvio ejusdem nominis, quem nonnulli etiam *Mayarcilla* vel *Mayabila* ab ejus *Caique* vel Domino ab Hispanis ibi invento cognominant. Ex splendidis ædificiis, quæ hoc tempore in ruderibus jacent, huic huic tractui olim incolarum multitudinem non defuisse colligit potest. Occurrit inde *Val Salona*, quam *Val Tolarallam* eriam superioribus temporibus populosissimam fuisse similia ædificiorum collapsorum ruderа grandia indicio esse possunt. Hic terra in Oceanum apicem exporrigit *Punta de Purina* vel *Parinie* dictum, à quo litus ad *Cabo Blanco* similem angulum, seu promontorium in mare extentum se obliquo ductu recipit, & duobus sinibus utrumque apicem ftipat: Unus inter *Punta de Parina* & Insulas *de Lobos* interjectus est: alter spaciosissimo ambitu à promontorio *Cabo Blanco* usque ad ostium fluvii *Guayaquil* post Insulam *Puna* situm & promontorium *Punta de Santa Helena* exporiatur. *Cabo Blanco* promontorium ferè occupat 4. gradum, vel ut alii volunt 3. gradum, & 30. scrupulum altitudinis in Austrino Hemisphærio. Cui simum modo dictum oculis subjicitur *Tumbez* vallis cum *Val Tumbez* fluvio *Rio Tumbez*, quem *Palta* provincia ex visceribus fuis emittit. Arida est, & admodum sicca propter pluvias in tractu montibus vicino valdè ratas & in maiori sitimo planè nullas. Defectum hunc farciebat incolarum frequentium inexhausta industria, qui aquæ ductibus & canalibus ex flumine aquam derivatam per totam regionem distribuebant, & agris humiditatem optatam communicabant. Laboribus enim magis allucta hæc gens, & melius educata, quam illa, quæ in montanis habitat. *Rio Tumbez* 3. gradibus & 30. minutis in Hemisphærio meridionali ad lineam Æquinoctialem propius non accedit. Vallem *Tumbez* è regione adjicit Insula *Puna*, quæ 2. gradus & 30. scrupuli locum in longitudinis Australis serie tuetur, & Puna. variis ad vitæ humanæ sustentationem necessariis alimentis affluens olim incolis ingeniosis pariter & belliculis, qui diuturna cum populo, vallis *Tumbez* incola, bella gesserunt, donec tandem à Peruvianis regibus multis peritis confecti in potestatem redigerentur. Mediocris statura homines ad nigredinem aliquam colore accedunt, & gossipinis vestibus indui incedunt. In ipsâ Insulâ reperiuntur grandes silvæ, multæ arbores fructiferæ, frumentum Turcicum, *Iuca*, radices variæ gratum saporem habentes, multifariæ volucres, Pfittaci, Cacopitheci, vulpes, & alia animalia. Zarzaparillæ provenius est spontaneus, & uberrimus. Incolas ab Holotatriâ fuâ Ethnicâ ad Catholicam fidem Hispani traduxerunt. Angli architalassi sui *Thomæ Candisch* ductu & *Auspicio* hanc Insulam subito impetu adorti occupavcrunt. *Cafique* five dominus Insulæ natione Indianus cum uxore ab Hispanis parentibus orundâ & pueritque incolis in continentem fugâ sibi consuluerat. Hujus palatium magnificè & splendidè ædificatum à mari haud procul abcrat, & proximè illud horrcum cernebatur ingens pice & libris aut corticibus arborum refertum. Hoc enim in loco funes nautici, rudeares, & anchoralia conficiuntur, quibus, præ reliquis omnibus in quibuslvis locis mari pacifico contiguis locis paratis, bonitatis laus jure attribuitur. Insulam amœnissimam esse & fertilissimam, ex Anglorum descriptione patet, qui eam omnifariis ad corporis humani sustentationem requisitis alimentis affluere, fedauri & argenti fodinis carere asserunt, *Cafiques* ibius Palarium 200. circiter ædibus cinctum magnifici vici loco haberi potuit. Tot etiam domus reperiebantur in aliis duobus vicis in Insulâ sitis, quam Angli quod magnitudinem cum Vecti seu *Wicke* Insulâ Anglicæ Jnori in mari Britannico objectâ convenire tradunt. Læta pascua gramine pinqui mulcos equos, boves, taiuos, ac admodum pingues oves ac capeas nutriunt. Columbarum item, gallinarum Indicarum, & anatum valde magnarum multitudo *indigenis* pasim alitur. *Cafiques* palatio adjunctum erat templum pulchrum pulchra turri exornatum, in qua nonnullæ campanæ pendebant. Omnia dilcedentes Angli vastata & depopulata incenderunt, ac in cineres muterunt, eò quod indigenæ inopinatâ invasione Anglorum aliquot trucidaverant, & tres captivos

captivos fecerant. Aliquanto remotius in Oceano minoris ambitus est Insula nomine *S. Clara*, & aquæ & lignorum inopiâ laborans, eaque de causâ & incolis & habitatoribus humanis destituta, in quâ Insulæ *Puna* habitatores olim mortuos suos sepelire solebant, ità ut cœmiteriâ loco illis fuerit. A tergo Insulæ *Puna* sinus maris apparet grandior, fluvii *Guayaquil* undas ex terrâ properantes excipiens. Hic quidem origine ab Oceano tam longè remotâ ex mediterraneis non emergit, ut carteri amnes, qui ex altero latere erumpentes longo & anfractuoso cursu plures regiones permeant, antequam in Æthiopicum mare dilabantur, sed citissima festinatione properat, ac imprevisâ exundatione saepius alvei sui ripas egreditur, & proximos campos mundat; quod omnes cæteri amnes pari ratione faciunt, qui ex hoc Occidentali America latere breviore quidem, sed citiore & velociore cursu in Oceanum se præcipitant. Causa accepta fertur montanis, quæ haud longè à litore intervallo longitudine sua decurrunt. Dictus autem fluvius eorum suum habet in moqebus excelsis supra civitatem *Quito*, ac postquam in itinere diversorum fluviorum aquas sibi associavit, urbem *Guayaquil* præterlapsus lato ostio, nonnullis adhuc parvis Insulis constrato, in dictum Sinum, in quo Insula *Puna* sternitur, se præcipitem dat. Communis opinio fert, aquas ejus valetudini plurimum conducere, & morbo Gallico mederi, quâ de causâ multi homines ex aliis locis earum bibendarum gratia hunc fluvium visitant. Verisimile autem videtur, Zarzaparillæ radices quæ in ripis multitudine incredibili crescunt, huic flumini aliacui vires suas communicare. Nam ex hoc tractu incredibilis Zarzaparillæ copia in plura orbis terrarum loca transportatur. Merces navibus advectæ minoribus navigiis adverso flumine eò usque provehuntur, quo usque fluvius est navigabilis: inde terrestri itinere in urbem *Francisco del Quito* transportantur. Civitas *Guayaquil* nomen hoc sibi adscivit à fluvio *Guayaquil*, cujus decurrentis finitæ ripæ haud procul ab ostio incumbit, & *S. Iago de Guayaquil*, vel alio nomine *la Culata* appellatur. Distantia ejus ab urbe *S. Francisco del Quito* 60, ab urbe *Payta* 40, à mari Pacifico 15. leucas conficit. Hæc omnium prima est civitas in toto hoc regni Peruviani litore, quod à defectu *Atacama* initium ducit, in quam pluvia decidit; totum litus reliquum raro aut nunquam pluvias sentire dicitur. Duæ naves ex classe Naffovicâ, quæ anno 1624. naves Batavas huc advexit, urbem hanc *Guayaquil* depopulatæ sunt, & incendio destruxerunt. Mense Augusto ejusdem anni, toca illa classe huc appulsâ, milites in terram expositi montem prope civitatem, in quo Hispani vallis & aggeribus se munierant, conatu irrito, & aliquot fuorum jactura occupare tentaverunt. Postea verò navibus in Insulâ *Puna* purgatis, & vico ejusdem incendio exstispridie Idus Septembris inde discesit. Circumjacens terrirorium fertilitatis & amœnitatis famâ clarum messe redundat, quod in arborum cavitatibus reperitur. Ligno item & procetis arboribus plenum multis navibus ædificandis occasionem præbet. *Guancabilicæ* populus indigena tractum inter flumina *Guayaquil* & *Rio Daule* interjacentem incolens civitatis *Guayaquil* jurisdictioni subest. Totam regionem Hispani vastam & inanem reddiderunt, ita ut indigenarum pauci sint reliqui. *Rio Daule* fluvius est dextræ descendentis fluvii *Guayaquil* ripæ, ubi *Guancabilicæ* dicti domicilia sua habent finitimus. Inde Sinus vicini latus ad promontorium *Punta de Santa Helena* decurrit, ibique finem invenit, litus verò ab Austro versus Aquilonem usque ad Æquatorem se obliquat. *Callo* & *Salango* duo portus sunt commoda ftatione navibus tutum receptum præbentes, ac ligna & aquam dulcem largientes. *Tfla de Plata* parva est Insula unam cum diminuta lenicam ambitu comprehendens, in qua Indigenæ populi continentis habitatores templum extruxerunt splendidissimum. In eo, *Gua* nomine, plures ores, & infantes, aut eorum sanguis, lapideis idolis, aut Diabolo immolabantur. *Franciscus Pizarro* Hispanus ibidem loci magnum auri & argenti, à quo Insulam *la Plata* cognominavit, copiam, cum multis lapidibus preciosis, & pulcherrimis coloribus tinctis vestimentis Gossipinis, quæ omnia sacrificando Diabolo & ejus idolis oblata fuerant, nactus est. Insula ipsa altus natura suâ aridâ est, & aspera, in quâ præter asperas & silvestres arbores nihil aliud conspecti patet. In Oceano jacet ante promontorium *Cabo Laurence*, à quo 5. leucarum itinere commeat litus ad urbem *Puerto Viejo*, & ulterius usque ad *C. de Fuf-* *Bahia de fuy* promontorium longo spice in Oceanum promi- *los Caranens*, quod Aquilonaris est angulus. Sinus *de los Ca-* *gues.* *raques*, à litore anfractu spacioso se in tertam retrahente formati. Statio hic sinus navibus recipiendis est aptissima, & ab omni ventorum injuria tutissima, cujus introitus & exitus omni impedimento sunt liberi. Si quæ naves tempestatibus coiticulfæ, aut alio aliquo pacto damnum passæ fuerint, facili negotio in terram tractæ reparari & instaurari, vel etiam immunditiæ aliquâ externâ obductæ purgari possunt. Civitas *Puerto de-* *Puerto Viejo* sub primo Hemisphærii Australis gradu, 30 civitas. inter quam & Urbem *S. Francisco del Quito* 80, & civitatem *S. Iago de Guayaquil* 90. leucarum interest vallum interfeditæ, in provincia *S. Iago de Puerto Viejo* sita, haud procul ab Oceano distat, & olim amplitudine & divitiis florui, ut à *Lopez Vaz* memoriæ proditum est: Verùm ad pauperiatem redacta jam nil habet de quo multum glorietur. Smaragdorum enim, ex quibus olim tantas divitias hausit, nimia copia effecit, ut lapides isti preciosi à magno ad vile precium deflexerint. In territorio urbem cingente triticum nec germinare nec crescere potest, propter nimis copiosas pluvias, quæ in mense Octobri incipientes raro ante 8. mensem desinunt. Quod hîc Indigenæ raro grandævi evadant, in aëris benignitatem & temperantiam culpa non est transferenda, sed alias causas adscribenda. Cæterum Regio satis est ferax, utpote qua frumentum Turcicum, *Iuca*, *Batatas*, duo aut tria genera *Guayavas*, *Guavas*, *Aguacates*, duo genera *Tunas*, *Ceymiros*, *Corezillos*, Meliones, & alios ejusmodi fructus & radices profert. Porci Indici, qui umbilicum in tergo habent, porci Hispanici, cervi, quorum caro pecubarem quendam, & gratum admodum saporem habere dicitur, omnis generis aves, ac inprimis ex iis quædam *Xuta* nomine, quæ anserem magnitudine referunt, & ab Indianis in ædibus educantur, atque ideò cicures, saporem delicatum habent; aliæ ieem *Maca* appellatæ, quæ paulò minores gallo variis pennis pulcherrimis exornatæ, & rostro digito longiore, ac dimidiâ parte rubro, altera fulvo prædiræ sunt, magna multitudine in hoc tractu inveniuntur. In montibus ac vallibus variæ ac multæ arbores procerè & crassæ occurrunt. Maxe plurimos pisces largâ fertilitate largiuntur, inter eos sunt *Bonitos* vites pisces, quorum nimius esus febribus atque aliis morbis, & infirmitatibus viam sternit. In districtibus civitatum *Puerto Feje* & *Guayaquil* duorum generum homines sunt. In eo, qui inter *Cabo passa* promontorium vel *Rio de S. Iago* & vicum *Zalanga* interjacet, utriusque sexus incolæ faciem ab auribus usque ad mentum multis punctis subtilibus confodiunt, & exornant: *Caraques* verò vultum eo pacto non pinguent, quamvis prioribus ingenia acumine pares non sint. *Cabo de* *Cabo de Passas* promontorium, cum portu suo, Æquinoctia- *Passas.* li circulus recta via transit, à quo litora Septentionali inaris Pacifici lateri contermina incipiunt. In Lanas maris pa- portu illo à quibusdam *Portere* nominato naves ne- cifici qualoma- cessitatis tempore & ligna & aquam dulcem nancisci to. possunt. *Los Quaviesmes* quatuor sunt flumina grandia a promontorio *Cabo de Passas* versus Aquilonem recedentia, quæ exiguo spatio distita in Oceanum se effundunt. *C. de S. Francisco* promontorium excelso litori *C. de S.* adjacet. *Bahia de S. Matthew* Sinus ulterius progressus *Francisco.*

Biblioteca Museo Franz Mayer

regionem attingit ob pluvias crebras valde humidam.

Rio S. Iago. *Rio S. Iago* amnis & profunditatis, & velocitatis magnæ. In ejus ostio usu venire potest, ut navis aliqua puppi arenæ firmæ inhæreat, & sub prorâ 80. orgyarum aquam profundam habeat. Causa attribuitur pulvinis arenosis, quæ fluvius velocitate cursus efficere solet. Periculo tamen carent, & navibus vel ingredientibus vel excurribus haud impedimento sunt. *Arcum de Sardinas* sinui maris satis magno imminet, & post se habet *Punta de Manglares* promontorium in mare prominens, quod Audientia *Quito*, & totius regni Peruviani litora pro termino habent, quæ nos commodum regni divisionem sequentes in tres Audientias distinximus, ita ut primo Audientiæ *de los Charcas*, postea Audientiæ *de Lima*, ac tandem Audientiæ *del Quito* litora describerimus.

Provinciæ Popayan littora.

Descripsi Regni Peruviani litoribus ad proximam maris oram decurrimus. Hæc geo vincia ab Hispanis *Gouvernacio de Popayan* vocatæ pars, à nominato promontorio *Punta de Manglares* initio facto ad Promontorium *Cabo Corrientes* proeendimur. Secundum paretem maris Pacifici Borealem sequentibus locis nobilitatam accepimus. *Rio de Cedros*, *Rio de Nayando*, & *Rio de S. Lucas* tres sunt fluvii, qui mare salsuent. Fluvii *Nicando* exiui opponitur Insula *del Gallo*, & altera *Gorgona* 3. gradui altitudinis Borealis submissa, & regione fluminis *S. Juan* ostium respicit. Ab iis, qui eam lustrarunt, inferno comparatur propter densissimas & obscurissimas silvas, quibus vestita est. Utraque abundant parvorum animalculorum genere quodam quod *Mosquitos* appellatur. Insecta sunt longè cujicibus minora, quæ hominibus pungendo & mordendo maximas molestias exhibent. Pluviæ continuæ aërem Insulæ inclementem etiam & valetudini noxium reddunt; imò pluviarum crebritas, & nubium crassarum frequentia est tanta, ut Sol quasi indefinenter obscuratus tardò conspiciatur. Animal quoddam leporibus aliquantò majus indigenis *Guadiquinais* vocatum numerosis coetibus eam pervagatur. Scatet porrò ipsa fructu quodam cafferæ majore, qui thabarbaræ instar alvum excrementis biliosis liberat: avis item parvis gratum saporem habentibus. Inter circumjacentes scopulos & cautes plurimi pisces capiuntur: fluvioli etiam quidam ex montibus erumpunt. Tota Insula ambitu suo tres leucas circumire dicitur, ac ideo rumore vulgato innotuit, quod *Franciscus Pizarro*, antequam Peruviæ regnum detexisset, cum 12. ex suis in hac Insulâ aliquandiu latuerit. Totus distinctus maritimus ab amne *Rio S. Juan* ad promontorium *Punta de Manglares* planicie æquali provehitur, & mare illud passus profundis aquis fundum non tegit; mediterranea verò montibus pluribus attolluntur. Inter omnes hujus litoris fluvios *Rio de S. Juan* familiam ducit, utpote qui & velocitate & magnitudine cæteros omnes longo post se intervallo relinquit. Ripam ejus utramque inhabitant homines feri & barbari, qui domicilia sua in palutis & proceris arboribus inter crassos ramos quemadmodum aves nidos fixerunt. Causa est inundatio fluminis, quod nimiâ aquarum multitudine obrutum sæpè in agros sibi conterminos inundando se exonerat. Tempora serendi, fabas & pisa colligendi, & pisces tot, quot sustentationi necessariæ sufficiunt, capiendi, exactè observare norunt, ut campis aquâ tectis in arboribus habeant alimenta, quibus ipsis ad vitæ sustentationem interea opus est. Plurimum auri colligunt, quod ex montibus in planitiem à fluminibus decurrentibus avehitur. Paludosum passus est solum, quamvis paludes illud fertilitate sua non ornent. Fluvius *Rio S. Juan* oram maritimam portò transmittit ad Sinum *Bahia de Buenaventura* per planitiem mari non profundo contiguam, quæ arboribus *Mangles* dictis, & usque ad litus crescendo penetrantibus, vestitur. Sinus *de Buenaventura*, à quo 30. leucæ usque ad urbem *Cali* in mediterrancis, flumnis *Rio Grande de Santa Martha* ripas tangentem numerantur. tertii gradus in hemisphærio Boreali altitudinem obtinet. Aliorum observationes ipsi 1. gradum & 30, vel, ut alii, 40. scrupulum assignant. Spaciosâ obliquatæ terræ le sinuosus portum efficit opportunum, juxta quem nonnulli Hispani domicilia locarunt, ut negotiorum procuratores merces ex Nova Hispania advectas in urbem *Cali*, aliaque provinciæ *Popayan*, vicinarumque regionum loca transi vehendas curent. Universus regionis tractus sinui finitimus, præcipitibus scopulis, & vastis montibus surgit, ex quibus plura flumina præcipite cursu in Oceanum feruntur. Hæc crebritati pluviarum in montanis subinde accidentium originem suam acceptam ferunt. Quoniam hic per montium præcipitia & viarum difficultates summas, in transportandis mercibus ex Sinu *de Buenaventura* in urbem *Cali*, jumentorum, eorumque patra, asinorum, aut mulorum operâ uti non licet, Indiani hoc munere funguntur, quinta fortes & oneribus assueti sunt, ut tres *arobas* (ponderis genus est apud Hispanos usitati) collo impositas portare queant. *Palmas* Insula exiguo spatio à Sinu *de Buenaventura* distans, imò vix leucam cum dimidiâ distans, denominationem sumpsit à palmarum multitudine, & sinuosis quibusdam flurvioiis pervia est. Olim Indianorum domiciliis exculta. 4. gradum & 20. scrup. altitudinis ab æquatore ad Boream declinantis obtinet. Tandem in litore se objiciunt *Rio de Salinas* amnis, & *Cabo Corrientes* promontorium, quo hujus regionis distinctus Oceano pulsatus claudiur.

Cochleæ parvæ marinæ.

Palmæ Insula.

Proximè incipiunt litora provinciæ *Panama*, cui præmetropolis sinuoso matris Australis anfractui adjecta nomen fecit. Duorum autem maruum fluctibus pulsatur, illinc Oceani Septentrionalis, hinc Pacifici maris, ut jure bimaris dici mereatur. In ejus litoribus Australem Oceanum tangentibus initium est *Puerto Quemado*, vel *Pueblo Quemado*, navale haud incommodum, sub 3. Aquilonaris poli elevationis gradu: sequuntur *Las Amogideſas*, & *Puerto de los Pinos*, navale aliud, 6. grad. & 15. scrup. ejusdem elevationis occupans. Tellus, post hæc litora, monsibus excelsis, & scopulis præcipitatus aspera, maximam anni partem multis imbribus, procellis, & tempestuosis nostribus, quæ interdum 8, 10, imò 26. leucas in Oceanum prorumpunt, exposita est, ac præterea arborum *Manglares* ad litus usque multitudine tanta referta, ut vix penetrari queat. Inde subit *Golfo de S. Miguel*, sinus *Golfo de* Oceanum profundo anfractu recipiens, & flumen *S. Miguel*. *Rio Congos* absorbens. Insulæ parvæ passim per eum sparsi maris cum impetu intranеis cursum remorantes fluctus grandes attollunt, & finum adeo inquietum reddunt, ut mensibus Septembri, Octobri, Novembri, & Decembri navigia ingredientibus, aut in stationc commorantibus, periculum haud exiguum creetur. Prope est *Rio* alius amnis juxta fluvium *Rio de Congos*; post illum angulus Sinum *de S. Miguel* claudens, cui *Punta de Garachine* nomen: hinc 4. fluminum sinuosis cursibus regionem perertrantium ostia, *Rio de las Balsas* nimirum, *Rio de Tubacuma*, *Rio Pacora*, *Rio de Chiepe*, qui ultimus olim haud parum auri secum vexit, & inventum inquietantibus dedit. Fluvii *de las Balsas* margines, arboribus proceris consiti, navibus extruendis omnis generis ligna subministrant. Inter dum aquarum mole nimiâ auctus tanta augmenta sumit, ut ripas superans in regionem circumincentem se effundat, eamque undis suis operiat. America sive India Occidentalis hoc in districtu angusto isthmo contracta, minima latitudine inter utrumque mare, Boreale videlicet, & Australe, vix leucas 22. Hispanicas complectitur. Post fluminis *Chiepe* exitum *Panama* est hujus provinciæ metropolis ad latus Meridionale hujus isthmi Americani Tierra Firma appellati, quæ 9. gradûs subjecta non ita magnam quidem amplitudinem circuitu suo ambit, sed tamen haud exiguam ædium lignearum numerum includit.

Provinciæ Panama metropolis.

Aëre

Aëre inclementiore, & sanitati parum conducente utitur, cujus corruptionis culpa in proximum ostium flagrum conferetur, quod multos vapores valetudini bonæ adversantes exhalat. Cui etiam se comitem adjungit nimius solis æstus, ex quo plures morbi contrahuntur. Solum civitatem ambiens fertilitate sua peculiariter est maximè inservitr, & omnibus fructus, mala nimirum aurea, citrea, *platanos*, platanos, *guayavas*, *cayomitos*, *agnacatas* & similes edit. Alimentorum corporis nutritioni necessariorum nihil desiderat, quamvis nec triticum nec frumentum aliud præter Turcicum proferat. Nam ex Septentrionali Oceano æquè ac Australi copiosè omnia in urbem convehuntur. Mare omnis generis pisces marinos, & fluvii fluviatiles largissimè exhibent, lusque ipsum cochlearum parvarum *Cochlea* nunc upatarum, quas Hispani coquendo apparatasedere solent, genus quoddam liberali manu largitur. Indigenarum magna est raritas, utpote quos Hispani bello diminutos & exhaustos maxima ex parte interisse affirmant. Præterea civitatem hanc maxime nobilitat commerciorum incredibilis affluxus, cum in eâ omnes naves auro, argento & aliis preciosis mercibus onerate, & ex Peruviâ & Chili appulsæ exonerentur, & merces jumentis aut curribus in locum *Puerto* in Septentrionalis Oceani litore situm transportentur: quemadmodum è contrario omnia, quæ navibus ex Europâ advehuntur, vel toto pedestri itinere translata, vel fluminis Chagre partem aliquam subvecta, ac per reliquum terræ spacium transportata, in urbem *Panamam* transferuntur, ut postea navibus in Peruviam, Chili, vel alia loca mittantur. Cives urbem incolentes plurumque sunt 600. numero, quibus adjunguntur 800, & quandoque plures milites præsidiarii. Hi urbem tuentur, illi vero mercaturæ exercendæ operam navant. Regiæ Audientiæ hic sedes est, & illis qui vectigalibus colligendis atque aliis reditibus recipiendis præfecti sunt. Ornatum urbi inter alias ædes conciliat templum Cathedrale, cujus Episcopus Archiepiscopi *Limæ* suffraganeus est, & tria comobia, unum ad Dominicanos, alterum ad Francifcanos pertinens, & tertium *de la Merced* de nuncupatum. Urbis navale, navium stationi quidem haud inepium hoc tamen habet incommoditatis, quod æstivo tempore, aquâ Solis calore diminutâ & exhaustâ, naves fundo insideant, eaque de causa ulterius in mari anchoras projecere, ichyberno tempore portum *Perico* petere cogantur. Litus hic magnâ obliquitate se in terram incurvat, & grandem sinum efficit, in quo occurrunt Insulæ *Tobago* 7. & *Ilas de las perlas*, id est, perlarum seu margaritarum Insulæ 12 leucarum interfluio ab urbe *Panama* sitæ. Earum denominatio facta est ab unionum pretiosissimorum & copiosissimorum piscatu, quos indigenæ piscari solent, dum lembis suis, *Canoios* dictis tranquillitate undas sedatas occupantes, Oceanum ingressi in aquam desilirent, & se orgyas 8 aut 10. aquæ immergentes, Ostreas, quarum maximæ proximè fundum scopulis & saxis quàm firmissimè adhærere consueverant, vi magna avulsas peterent. Omnia periodicè in circuitum circumaguntur, & ab initio ad finem properant: Idem huic pretiosissimo piscatui usu venit, qui octreis illis margaritiferis evanescentibus ita penitus jam defilit, ut paucæ admodum reperiuntur. Insularum illarum ad 8 circiter altitudinis Borealis ab Æquinoctio gradum digressarum sunt 25. aut 30. quæ omnes unam maximam, & in medio sitam coronâ sua includunt. Feri homines olim in iis domicilia habuere, de quibus jam nemo superest. Eorum in locum successerunt mancipia, Æthiopes, & Indiani ex Nicaragua & Corbagua oriundi, & ab Hispanis in eas Insulas missi, ut rei pecuariæ curam gererent, & campis fertilibus semina mandarent. *Franciscus Draco* Anglus mare his locoibus vicinum anno 1572 navibus suis percurrens, & præda tus spoliis ditissimis, se insolue locupletavit. Johannes Oxenham itidem ex Anglia oriundus, cujus suæ tantarum diviarum ab altero accipiantur rumor perfonuerat, similis prædæ spe adductus, ut navè 120. doliorum capace, ac 70. hominibus onustâ eâ Anglia solveret, eamque ad oram *Panamæ* provinciæ Septentrionalem appellaret. Veniens in locum, in quo *Draco* antehac etiam fuerat, eum in terram exstruit, & arborum frondibus crassioribus contexit, ac machinas suas bellicas in foveam effodiam conjectas terrâ operuit. Duabus machinis campestribus, commeatu, & aliis rebus instructus, cum suis, indigenarum Æthiopum, cum quibus familiaritatem jam contraxerat, ductu 12. leucarum itinere ad regionis interiora concessit, & ad fluvium quendam pervenit, in cujus ripâ celocem carinam 45 pedes longam habentem ædificavit, quâ flumine secundo in Oceanum Pacificum descendit, præter suos comitatus sex Æthiopes, qui viam monstrarent. Ab his in unam margaritiferarum illarum insularum, in ipsa profectione *Panamam* tendente sitam, deductus, navibus Hispanicis hinc inde commeantibus insidiabatur. Postquam in insidiis 10. dies latuisset, navigium ex Peruvia expansis velis *Panamam* petens, & 80000 pezos auri onustum, in manus ejus incidit. Paulò post & alterius cujusdam 100000 argenti pezos vehentis potitus est. Prædam tam opimam nactus flumen repetit, quo secundo in Oceanum Pacificum navigaverat, & navigia Hispanica vacua dimisit. Post discessum ejus Æthiopes Insulas *de perlas* incolentes citò cursu *Panamam* petere, & Gubernatori rem omnem significare: qui nulla interpositâ morâ quatuor navigia cum 100 Hispanis, & pluribus Indianis remigibus, ut navium cursum remis velocius promoverent, abiegavit. Navium Præfectus primo in Insulam tendere, ac de omnibus edoctus; postea navibus cursum ulteriùs tendentibus navigiis ipsis duobus ab Anglis captis & dimissis occurrere; à quibus accepit, prædatores illos per flumen illud repetitum ascendisse. Ad flumen triplici cursu se in Oceanum præcipitans cum venisset, incipiti animo hæsens ambigebat, quodnam horum odiorum Anglî nave sua ingressi essent, donec pennarum gallinacearum copia per unum alveorum deflatus hunc scrupulum ipsi ex animo exgallinaceimeret. Ex hoc enim signo collegit, ipsos gallinas pennis orbatas comedisse, & pennas in aquam projecisse, atque ideo alveum illum ingressos esse. Nec conjectura hominem fefellit. In minimum igitur alveorum se conferens, & adverso flumine navigans, quarto demum die celocem Anglicam in terram retractam conspiciebat, cujus tutelam præfectus sex ex suis commendaverat. Horum unus casus, cæteri in fugam conjecti. Præfectus 80 militibus à flumine ad latus concedens dimidiæ leucæ intervc consecto in tuguriolum incidit ex arborum ramis concinnatum, in quod Anglus prædum suam abscondiderat. Hanc recipere præfectus & in suam navim reversus secum deferre. Anglorum Capitaneus ab iis, qui fugâ elapsi fuerant, negotio toto intellecto summâ celeritate cum dicumfuis reverti, & ferè 200. indigenarum auxilio vehementissimum in Hispanos impetum fatere. Hi contra silvæ cujusdam parvæ adjumento, & turela usi, Anglorum invasionem audacem eo pacto excipere, ut 7. captivis, & 11. mortuis relictis Anglifugâ fibi consuleretur. Ex captivis Anglis Hispani didicerunt, discordiam ex prædæ divisione ortam ipsos tamdiu in eo loco remoratam esse, & Capitaneum indignas conquiviisse, ut sibi in præda ad navem suam transferenda adjumento essent. Item quonam in litoris Septentrionali Oceano finitimi loco navis Anglica arborum frondibus tecta lateret, & machinæ bellicæ majores sepultæ jacerent. Cum primum autem navium Hispanarum præfectus *Panamam* tegdit, Gubernatorem de omnibus edocuit, qui re penitus percepta Gubernatorem civitatis *Nombre de Dios* de nave & machinis bellicis

Biblioteca Museo Franz Mayer

certiorem reddidit. Hic in sinum *Dedarien* quatuor naves bellicas ablegavit, & navem ibi latitantem cum machinis sepultis asservandam curavit. Cum interea temporis Anglinave sua orbati regionem hanc inde pervagarentur, Peruviani Regni proceres 150. militibus emissis imperavit, ut ubique locorum vagabundos investigarent: qui ipsos tandem in quodam loco lembi alicujus constructione occupatos offenderunt. In animo enim desperati habebant, ejusmodi lembo Septentrionalis maris proximo distitui se committere, & tamdiu eum pervagari, donec navigio aliquo Hispano potitis in Anglium reverendi copia daretur. Plurique omnes capti, ac *Panamam* deducti, exceptis paucis aliquot adolescentibus suspendio vitam finivere. Pone alterum

Puerto de Perico. *Panama* civitatis latus situs est *Perico* portus optime clausus, & admodum tutus, cui securitatem huam conciliant tres Insulæ dimidia leuca à continenti distantes, & eum semicirculo suo Lunæ dimidiæ aut coronulæ haud ablimili includentes. Continentis litus excelso situ se extollit; Insulæ sunt humiliores, & portus venti nullius injuriæ expositus, in quem omnes naves aurum & argentum ex *Peru* regno advehentes se primo recipere solent. *Punta de Chame* to-

Punta de Chame. tundâ figurâ in Oceanum protrusus angulus, & Insulis *de Perlas* objectus finistram introitus in hunc finum partem claudit, Insulasque illas in medio situs spectat. Regionem hanc circumjacentem olim tenuit Casique *Chapes*, qui in his regionibus investigandis & detegendis *Fosa Nunezia* tanto adjumento fuit. Sinui qui *Golfo de Parita* vel *Parin* nuncupatur, adjecta

Nata oppidum. est *S. Iago de Nata* victus ingens, vel potius oppidulum in Provincia *Nata Escoria & Chira* provinciarum finibus conterminâ. Solum illud circuitu suo ambiens fertile & amœnum planitie sua usque ad montana *Viraca* vel *Peragua*, quæ à tergo sita amissionarum famâ semper claruerunt, procurrit. 12. leucarum spacio vestus plagam certi ab Austro ad Eurum pergus accedente à Provincia *Nata* diffidet ea, cui *Parin* nomen est. Hujus domini *Casiques*, aut potiùs *Caciques* nomine, Hispanis superioribus temporibus maxime reluctatus est, ac plurimum negotii exhibuit. *Nata* situs Petro Martyre teste 31. leucis ab urbe *Panama* secretus est.

Hactenus *Panamæ* provinciæ litora invisimus: Ea in *Peragua* eram maritimam nos transfrehunt; quæ Anno 1502 in *Christophori Columbi* cognitionem incidit. Auro locuples non in fodinis solum preciosum hoc metallum exhibet, verum etiam flumiorum arenaceo stipat. Pluimis montibus assurgens virgulta & arbores frequentes, rara vero pascua, & glebam in convallibus parùm fertilem habet. Unde res peccuaria haud magni hic momenti est, & nec triticum nec hordeum terram crescendo apiam offendit, ita ut nihil inveniatur, nisi Turcici frumenti parum, & legumina, ac herbarum in culinâ usitatarum rarus proventus. Antiquitùs eam insedit populi bellicosi multitudo permagna, in cujus fedibus fuis exacti, & Marte maximam partem consumpti locum Hispani fuccesserunt: Poltquam plurimum molestiarum & difficultatum in debellandis exantlaverant. Ora maritima, quam Oceanus Australis alluit, nil memorabile aut notatu dignum offert, nisi *Punta de Guerra* angulum in mare vergentem, Cabo de *Santa Maria* promontoriùm, & *Carles* urbem, quâ litus maris sinum admittit, sitam.

Provincia Costa Rica maritima.

Priori provinciæ tractui maritimo annexus est sequens *Costa Rica* provincia, cujus natura & proprietas denominationi splendidæ penitus non respondet, adeò ut nomen hoc *non congruens* nacta esse videatur. Non enim dives & locuples est litus, ut nomen ipsum sonat, sed pauper & omnium rerum penuriâ laborans provincia, quod *Lopez Vaez* suo testimonio asserit. Ad eam referuntur *Sebora* Insulæ 30. numero; si parvas pariter, & magnas numeres; antiquitùs populosæ, hodie incolis exhaustæ; Insulæ item *Cabaya*, *Santa Martha*, & *Santa Maria*. In contenenti orâ Oceano objectâ in oculos occurrunt *Punta de Borica*, civitas *Aranibver* & *Punta de S. Lazare*, cum Insula *El Cano* è regione obsessa, in qua *Franciscus Drace* navem suam exoneratam restauravit.

Præcedentibus litoribus longo tractu subeunditur *districtus Nicaragua* provinciæ maritimus, quem alluit *Nicaragua* cujus notæ flumina non perstringunt. Lacu quidem gua mari- grandi ac tres aut quatuor leucas Australi Oceano *tima.* appropinquante interiora hujus provinciæ dilendantur. Verum, hic nullo in mare illud exitu patente, magni & lati alvei *Desaguaderos* dicti operâ in Septentrionalem Oceanum aquas suas educit. Motu suo maris accessum & recessum sequitur, & multos pisces, cum *Coymans*, id est Crocodilis, nutrit. Totus ager æstivis mensibus calidus, lutosus, & foetidus, hybernis, tempestatibus multis inquietatur. Planitiem passim æqualem servans eurtuum usum admittit, & rei pecuariæ accommodus, bobus, tauris, vaccis, & porcis pabula grata largitur, ovibus illa deneget. Fices superfluus lacus, eosdem cum suis optimi copiâ Oceanus suggerit. Camporum fœcunditate gosfipium, *Pita*, mel, frumentum Turcicum, *axi*, & pisa accepta ferunter. Equi hic frequentes, & proceri ac foetes multi, oneribus & mercibus terrestri itinere ex utrâque urbe *Panamâ* & *Nombre de Dios* transportandis admodum utiles. Silvis etiam & nemoribus umbrosis passim solum obducitur, ac inprimis arborem *Zeiba* nomine prætruit, quæ ad cralsitiem incredibi- *Zeiba* arlem excrescens sæpe 15. virorum brachia exporrecta bor crasmanibus conjungentium circulo circundari non simus. potest. Ex cerasis rubris in arboribus quibuldam crescentibus incolæ vinum conficiunt. Indigenæ cum vestitu Hispanorum mores induerunt. Inter eos inveniss multifariis operarios, & præcipuè restiones, ex *Pita* majores & minores funes conficere periti. Ex montanis petuntur Balsamum, liquidambra, & mirabilis naturæ testina Terebinthina. Incolis commercium cum urbibus *Panama* & *Nombre de Dies* civibus & mercatoribus frequens intercedit, & quæstus ubertinus contingere soler. *Chontales* populus in montanis antiquam rusticitatem obtinet. Proxima maris litora haud raro miræ magnitudinis Balanæ visitare solent, quæ corporibus ex aqua elevatis navibus majores & altiores apparent.

Maritima ordinem sequentem observant. *Golfo de* Marili- *Salinas* sinus nomen deduxit à sole, quod ibi ex aquâ ma- rinâ excoquitur. Adjunctum sibi habet navale *Paro*, à quo paulò ulterius progressus cernes urbeculam *Nicoyo* cum statione suâ navali, & promontorium *Cabo Blanco*, quod cum sequenti *Cabo Berica* magnum hunc litoris hujus sinuosum anfractum plurimis Insulis conspersum includit. *Puerto de Nicoya* indigenis vernaculâ linguâ Portus *Chiea* dicitur, & ab Hispanis superioribus temporibus *S. Lucar* appellabatur. Tandem litoris seriem claudunt *Porto de Velez* & *S. Iago*, navalia duo cum vico *Scaloya*, qui 11. gradus, & 30 fcrup. Borealis latitudinis annumerator.

Provincium *Guatemalam* proximè subsequentem in- *Guatema-* digenæ vernaculâ linguâ *Guatemalac*, id est, putri- *la* provin- dam arborem dixêre. Regio temperati & benigni ae- *cia.* ris ratis pluviis toto ferè anno humectatur, si Aprilem, & Octobrem menses excipias, quibus largissimi imbres decidunt. Aquiloni solenne est singulis annis 15. aut 20. dierum spacio flatu vehementi & admodum frigido eam turbare, reliquum tempus Austro concedituc. Montibus diffusa in flumina & rivi plures perstringunt: hinc & vehatio lucrola, & pilcatus quæstuosus. In aquis commorantur *Coymans* seu Crocodili, qui in 10, 20, 30, aut plurium pedum longitudinem excrescunt. Tellus frumenti Turcici, gossipii,

tritici, malorum aureorum, ficuum, melonum, & *Cacao* fertur. Spatiosa, quæ passim ad rivos & amnes procumbunt, prata *Zahanas* incolis dicta, latissimo gramine vigent. Hinc pradia & villæ Hispanorum copiosæ, in quibus *Ejidos* vocatis numerolos vaccarum & boum greges alunt, ubique visuntur. Apes albæ hic album cerum conficiunt, & pangendo tantum dolorem, quantum vulgares, non excitant. Purum quoque Sulphur, & Balsamum pretiosum inventur. Omnium generis insecta solum hoc infestant: quadruplices *Mosquitos* seu culices, à quibus homines teretdin vehementer vexantur & nocte quietem capientes exercitantur; plurimæ muscæ, vespæ, crabrones, scorpiones, vermes pilosi & crassi, & veneno adeo vehementi præditi, ut vel leviffimo contactu enecent; millepedes veneno imbuti, serpentes, lacerti, atque alia ejus generis. Indigenæ & vernaculi, & Mexicani in sermone quotidiano utuntur lingua. Termelle ingenii acumine & solertia celebres, artificiosè nendo, & fila ducendo, peritiam suam produnt: Mares contra crassi & stupidi, quanquam jaculandi promptitudinem aliquam sibi acquirunt. *Don Petro de Alvarado* provinciam totam Anno 1542 Hispaniarum regis imperio subjecit. Maritima sic se habent. Primò litus maris sinum aliquot insulis conspersum admittit, qui eos initium est: sequitur vicus *Xeres de la Frontera* in finibus provinciæ Guatemalam & Nicaraguam separantibus, quem indigenæ *la Chuchera* nuncupant; Hinc *Bahia de Fonseca* sinus, cujus denominatio est ex recordatione *Ioan Rodriges Fonseca Borgos* civitatis episcopi, & Consilii Occidui Indiæ, quod est in Hispania, præsidis, Navale navibus regendis haud ineptum, & *Puerto de Cavallos* portus ad mare Septentrionale, 50. ferè leucis inter se distant, quo intervallo *duo* ista maria, Pacificum nempe, & Septentrionale, hoc in loco segregata sunt. Ad 12 gradum, & 10 scrupulum latitudinis Borealis discedens à *Gil Gonzalez Davila* anno 1522 repertus est. In *S. Miguel.* ejus ora cernere est vicum *S. Miguel* juxta fluvium *Rio Lempa*, 62 leucis ab urbe *S. Iago de Guatemala*, 22 à civitate *S. Salvador*, & 2 ab Oceano distantem. Post- ea ad litus ubertius sedet *Porto de Acaxutla* navale 12. *Porto de Acaxutla.* latitudinis Borealis gradui subjectum, & totius provinciæ præsidium, quod navigatio ex regnis Mexicano & Peruviano hanc ipsc frequentissime commeatis nobilitavit. *S. Salvador* civitas, quam *Cuscatlan*, vel *Cuscatan* indigenæ sua lingua nominant, 7. milliaribus ab Oceano in terram recedens, 13. gradui se submittit, ac clementi aere, pingui que solo se venditat. Haud procul ab ipsa lacus est 5. *S. Salvador.* leucas ambitu colligens, qui haud largos pisces suppeditans hoerendorum serpentum aneiquitus latibulum fuit, ut indigenæ referunt. 4. leucas à *La Trinidad.* portu *Acaxutla* si perexeris, incides in urbem *La Trinidad* Indianis sua lingua *Conaxuare* dictam, in cujus territorio circumvicino fructus *Cacao* proventus est ubertinus. Navale ipsi adjunctum, quod alio vocabulo etiam *Sonfonate* dicitur, & circumvicinam regionem eisdem appellationis participem facit. Locus celebris redditus negotiorum frequentia, & navium multitudine, quæ ex Nova Hispania, & Peruvie Regno in hunc portum divertunt. Porro cernes *Bahia de Guatemala* sinuosum receptum, qui portum amplem *Akchatepa* recipiendum efficit, & ab quo interstitio inde remotum oppidum *S. Iago de Cavallero*, vel *Guatemala*, juxta montem in- *S. Iago de* cendio perpetuo flagrantem, ex quo anno 1541 tem- *Cavallero.* pestas tam horrenda erupit, ut tota ferè civitas funditus subiata fuerit. *Iohn Chilton* Anglus 1570 ibi *Iohn Chil-* compoeratus, suo tempore in ea, 24. milliaria ab *ton.* Oceano in terram removit, 80 Hispanos domicilia sua habuisse narrat. *Rio Xicalapa* fluvius limes est inter *Sonsonfco.* *Guatemalam*, & *Sonsonfco*, territorium Audientiæ five provinciæ *Guatemala* regiminis quoque subjectum, quod longitudine & latitudine sua 34 leucas Hispanicas conficit. Aër inter Aprilem & Septembrem menses adeò pluviosus est, & toe imbribus mater, ut annes incredibili aquarum copia auchi ex montibus in planitiem grandi inundatione se dilfundunt, & omnibus vitæ profectionis inutilibus redditis peregrinantes per hunc districtum iter facere prohibeant. Plurimarum aquarum conceptaculum esse plurimi increbrescentibus indicio sunt, & fetus ejus depressus, ac annes quamplurimi, qui aquas collectas ex montibus in mare devehunt, & ostia sua litus perforant: Eorum nomina sunt, *Rio de Anila*, *Castilan*, *Copanrecolor*, *Colaxa*, *Huatatlan*, *Amatitne*, & *Xuigatatlan*. In sequentibus districtibus *Suchitepec*, & *Gualpetapin* pauci ad- *Suchitepec* modum incolæ reperiuntur, ità ut maximus vicus vix *Gualpeta-* 200. inhabitatores habeat. Utrique *Guatemala* Au- *pin.* dientiæ jurisdictioni subjunctus est. Præcipua Incolarum negotiatio in *Cacao* fructu, cujus hi districtus fe- *Cacao.* racissimi sunt, consistit. Magnitudine amygdali minor hic fructus, sed crassior, & spissior, haud ingrati ci sapotis, quando asfatus comeditur. Apud Hispanos & Indianos plurimi sit, & in communi negotiatione frequens adhibetur, utpote quo incolæ in emendo & vendendo, ut & pauperibus eleemosynam dando, monetæ loco utuntur. Usus ejus etiam haud infrequens est in confiendo potu *Chocolate*, quo indigenæ delectari solent. Arbor hunc fructum ferens mediocri procerritate exsurgit, ac in vertice pulchra corona exornatur: verum adeò tenera est, ut calori tolerando par non sit, eique de causa requiratur, ut major juxta fe arbor plantetur, cujus umbra à calore Solis defendi queat. Herrera docet, hujus arboris folia ab iis, quibus Castanea vesca est, haud multum abludere, ipsamque singulis mensibus florere, & fructus producere.

Hactenus Guatimalæ provinciæ litora emensi fu- Nova mus restat quæ ad Novam Hispaniam pertinent, per- Hispania. lustranda. Regnum hoc MEXICANUM, cui NOVÆ HISPANIÆ inventores Hispani nomen fecêre, benigni, clementis ac temperati aeris, & aliarum, quibus dotata est, qualitatum nomine, in optimarum totius Indiæ Occidentalis regionum ordinem referri jure meretur. Fertilitas satis superque cognita ex uberrimo frumento, tritico, frumento Turcico, re pecuaria opulenta, & omnibus, quæ vitæ sustentant, & necessaria nutrimenta sunt, vino & oleo excepto, quæ ex aliis regionibus petenda. Aurum passim quidem in terra reperitur, sed argentum longe frequentius & copiosius, eo quod & argenti fodinæ frequentiores, & opulentiores occurrant. Regnum hoc una est ex Audientiis regiis, & distributum in diversas partes, quæ sunt Archiepiscopatus Mexicanus, Episcopatus quatuor, *Mechoacan*, *los Angelos*, vel *Tlascala*, *Guaxaca*, & *Chiapa*, Gubernationes duæ, *Panuco*, & *Tucatan*, & provincia *Tabasco*; quarum partium omnium descriptio exacta nos extra propositi nostri cancellos protruderet. Semitam confectam sequentes, & litoribus insistentes, cùm Episcopatus Guaxacæ Ejus loca oris Oceano contiguus pergemus. *Tecoantepeque* pri- maritima. mus portus cum vico perosimo cancris & pilcibus *Guaxaca* abundat, qui in urbis *Guaxaca* foro pilcario venditi episcopa- lucroso quæstus incolas locupletant. *Rio Copalita* flu- tus. vius duabus leucis abeft à *Guatulco*, vel *Aguadulce* por- *Aguadul-* tu, qui 15 gradui & 30 vel 40 scrupulo excorum, qui *ce.* cum *Thoma Candisch* ibidem loci fuerunt, observatione annumerator. *Franciscus Drace* Anglus anno 1577. *Franciscus* oppidum portui incumbens inopinatâ aggressione oc- *Drake.* cuparum diripuit, ac direptum deseruit. *Thomas Candisch* an. 1587. incendio in templum & teloniun simul- *Thomas* so utrumque ædificium exussit; Ut Angli, qui cum *Candisch.* illo fuerunt, enarrant, 100. ædes in oppidulo eo tempore numeratbuerint. *Porto Tecuanapa* portus est, quem fluvius *Ometepec* suarum undarum participem facit. Nascitur in montanis *Xicotan de Tevar*, 24 ferè leucis à portu separatis, ex paludibus qui- busdam, quæ se ex montibus *Cuatepec* collectis aquis

Biblioteca Museo Franz Mayer

essumbunt, & apud pagum *Sachilleuacz* aquis conjunctis flumen navigorum minorum capax efficiunt, quæ per fluminis alveum usque in mare descendere, & inde usque ad dictum pagum ascendere possunt. *Tacubula*, vel *Tlacubula* pagus est cum flumine ejusdem vocabuli. Hæc loca cum antecedente portu & flumine in provincia *Tarepeque* ad episcopatum *Guaxaca* pertinente sita sunt.

Archiepiscopatus Mexicani.

In Archiepiscopatus Mexicani litoribus sequentia loca celebrantur: *Rapa* vel *Porto del Marques* Sinus maris à terrâ admissus, qui lato angulo à portu *Acapulco* sejungitur, & nautas aquam desiderantes variis compotes facit. *Acapulco* sinus maritimus & portus cum oppidulo, adhærente ostio vel introitu integrum ferè milliare lato, ac ad finitimum ingressus marginem Insulâ parvâ obtecto, fluctus marinos admittit, & securitate ac commoditate sua, quibus totius Americæ mitis alii portus quicquam concedit, naves ex omnibus locis allectas, easque de causa maximè frequentaturi. Solent Hispani merces suas ex urbe Mexico terrestri itinere in hunc portum deferre, & navibus impositas in alias regiones transmittere; unde fit ut magnæ naves ad Mexicanos mercatores pertinentes hoc in portu plærumque conspiciantur, quæ navigationum longinquarum causa ædificantur. Nam omnia navigia Indiam Orientalem, *Chinam*, *Philippinas* & *Moluccham* aut alia in iisdem tractibus Eois loca sita petitura ex hoc portu solvunt, & reversa in eundem se recipiunt.

Georgius Spilbergen.

Eo eundem appulit classem suam *Georgius Spilbergen* Hollandorum Architalassius anno 1615, & certis conditionibus cum oppidi Gubernatore pactus, annonam & alia pro pecunia sua accepit. Infracti quidem erant Hispani 18. tormentis seu machinis bellicis majoribus, at tam malè compositis, ut facile locum in potestatem suam redigere Hollandi potuissent, si vel minimum ipsis eâ de re fubolluisset. Visitavit ejam eum Classis Nassovica 9 Kal. Novembris Anno 1624, ac impetu aliquo oppidulum tentare conata, cum arce quinque propugnaculis firmatâ, & præsidio fecti munitum offenderet, re infecta discessit. Plærumque Martio mense naves ex portu hoc discedunt, ac in Chinæ regnum cursum suum dirigunt, mense autem Junio revertuntur.

Classis Nassovica.

Episcopatus *Mechoacanæ* superiori confinis ora mare tangens sequenti pacto describitur. Provinciæ *Zacatula* urbs Zacatula cum fluvio ejus appellationis 18 gradibus aut paulo majori spacio ab Æquatore ad Boream recedens, ab urbe *Tlalcabolla de Mechoacan* 40, & ab urbe *Mexico* 90 fere milliarium distantiâ segregatur, & 2. leucis à litore fluvio ibi affidet, qui duplici alveo aquas in Oceanum egerit. *Colimenæ* civitatem alii sub 18, alii ultra 19 gradum collocant. Eam 50 leucis ab urbe *Mechoacan* distitam, anno 1522 fundatam esse constat. Idem nomen obtinere totum illud territorium à principe illa civitate servido ære diverantur, & *Cacus*, ac cannam fistulam producit, ut auri fodinas taceam, quæ hic numerosæ. Hispanis ab initio indigenæ cum populis in *Tmpilcin* habitantibus multum & fortiter reluctati sunt, quamvis tandem fatigati commune fatum & jugum cum vicinis subierint. Aspectui portò exhibentur *S. Iago de Buena Esperanza* sub 18 gr. & 30 scrup. vel sub 19 gradu, & portus *Natividad*, ex quo *Philippinæ* Indicas petituræ naves solvunt. *Thomas Candisch* hæc litora etiam intacta non reliquit, cujus nauæ piscando ex mari aliquot margaritas nacti sunt. Ex montibus minerariis cuprum eruitur, quod partim adeo molle est, ut mirabilia vasa facili negotio ex eo conficiantur, partim verò adeò durum, ut ferri vicem obtet. *Candisch* in portum *Natividad*, vel *Navidad* advenienz, duas naves magnas cum adibus in litore excitatis igne combussit. Inde se contulit in sinum *Bahia de Salagua* unum milliaris interfitio ab antecedente portu secedentè, ubi stationem idoneam invenit. Duorum milliarium iter in terram

Colima.

Episcopatus *Mechoacanæ* Zacatulæ.

Mineralia & metalla.

Fructus.

Nova terra in Ejo.

Natividad. Thomas Candisch.

pecuariæ rei quæstum mirum in modum promovet. Hispanorum, quorum haud pauci his in locis habitando commorantur, quidam mercaturâ obtentâ vitæ & amictum quærunt; alii terræ vicissi sedulo perfrutantes ex fodinis, unde vivant, eruere studenti nonnulli procul negotiis, ut prisca gens mortalium, paterna rura bobus exercent suis, ac agriculturâ & re pecuariâ vitæ sustentationi consulunt. Indigenæ ingenii quidem acris homines, sed ad otium admodum proni, labores cane pejus & angue fugiunt, & nil aliud nisi otiantur. Cum tractu Novæ Galliciæ maritimo ita comparatum est: *Xalisco* provincia conspicienda exhibet *Cabo de Corrientes*, *Laguna del Pilar*, *Punta de Tintoque*, Insulas *los tres Marias*, *Sierra de Xalisco*, ostium fluminis *Baranda*, quia ex palude *Laguna de Mechoacan* appellata juxta urbem *Mechoacan* ortum sum ducit. In provincia Chiametla cernuntur pone litus Insula *S. Andreæ*, Insulæ de *Maiatlan*, & in ipso litore ostium fluminis *Rio del Spiritu Santo*, & *S. Sebastian* vicus Hispanorum colonia sita 22. gradu. Provinciæ *Culiacan* vel *Culacan* vel *Culiacan* loca maritima sunt, *Rio de Pasilan Buviyo*, *Val Herrado*, vallis. *S. Miguel* civitas ab Hispanis conditoribus primo in flumine *Rio de Monchenez* vel *Mugeres* ripa fundata, ac postea in hanc vallem translata. *Rio de Monchenez* vel *Mugeres* mulierum flumen sonat, quia Hispani tunc temporis, cum illuc venirent, nil nisi mulieres conspiciebant. Et tandem *Rio de Pasua* alius fluvius. Provinciæ *Cinaloa* litoribus adscribuntur ostia flaminum *Rio de Petatlan*, *Rio de Nuvito*, *Rio de Guabinuco*, *Puerto de Chinaloa* navale cum flumine ejusdem vocabuli, & fluvius *Culiacan*, quo litorum in Nova Gallicia ad Oceanum sitorum series terminatur.

Soli natura.

Chiametla.

Culiacan.

Cinaloa.

Superiorem temporum Geographos & nautas opinio invaserat, *Californiam* continenti annexam tractum esse aliquâ parte finum maris obloquum intermittentem, quam opinionem nostro hoc ævo explorationes factæ refellerunt. Insula enim est, oblongo & angusto tractu à promontorio *C. Mendocino* plagam cœli in medio Aquilonis & Zephyri sitam spectante, ad oppositum alterum *Cabo de S. Lucar*, quod plagæ inter Austrum & Eurum intermediæ objicitur, per 1700. leucas Hispanicas serpens. Inter illam & continentem fretum illud angustum, per quod Oceano transitus patet, Mare *Vermio* appellatur, & quibusdam Insulis parvis consternitur. Locorum in litore ferorum, finium puta & fluviorum in mare currentium appellationes in charta seu tabulâ lectore invenient. De naturâ, conditione, & propriecatibus tam Insulæ quam locorum maritimorum in præsentiâ nil referre possumus.

Californiæ.

Fretum Anian.

Post *Californiam* videre est Fretum *Anian*, & Boream versus est Terra illa incognita Septentionalis, de qua hactenus nil certi constat. Inter Terram incognitam & Japoniam Insulam regnum anno 1643. Societatis Indiæ Orientalis, quæ est in Belgii provinciis unitis, nomine, à *Carnelio Ianssonio Coen* nauclero experto, & rei nauticæ periciissimo, ac ex Septentionali Hollandia oriundo, detecta est terra nova grandi distinctæ & in mare exporrigens, quam Japonenses din cognitam navibus frequentant, & *Ejo* appellare solent. Insulam esse tamdiu credemus, donec aliquid certius de ea constet. Parsejus Japoniæ regis imperio subjecta, cui imperat quidam inter ipsos incolas primas tenens, & in metropoli *Atsumey* commorans. His singulis annis navi in Japoniam trajicien. Regi, aut magno Cæsari Japoniæ, (hoc enim titulo utitur) in Imperatoria civitate *Iedo* palatium suum magnificentiæ Lugdunum Batavorum fere exæquans habenti, argentum, avium pennas elegantes, & omnis generis pelles pretiosas obedientiæ debitæ indicia exhibere solet. Japonenses naves suas in has oras appellentes cum indigenis mercaturam exercent. & omnis generis merces advehunt, togas nempe Japonenses sericas, alias item *Cargan* appellatas, Tabacum, fistulas cupreas, quibus Tabacum sugitur, omnis generis vasa & opera ex lacca vel cera Hispanica artificiosè confecta, vasa cibo & potui continendo apta; argenteos & plumbeos annulos, qui auriculis inferuntur, fecures, cultros, oryzam, & id genus alia, pro quibus accipiunt balanarum pinguedinem, & linguas, omnis generis pelles preciosas, & aviam pennas coloribus variis pulcherrimas. Quoniam vero hæc terra recens inventa est, illam huic nostræ delineationi inferere non potuimus, cum ejus effigiem nondum nacti simus.

Maritima *Xalisco*.

Japonia Insula regnum potentissimum, populosissimum, & ditissimum, quod incredibilibus auri & argenti thesauris affluit. Incolæ eam inhabitantes gens bellicosa, & ingenii acumine ac subtilitate celebris. Nihil eorum, quæ vitæ necessitis sunt, hic desideratur. Lusitani mercaturæ exercendæ prætextu incolis se insinuaverant, remque tandem eo deduxerant, ut ingentem hujus gentis multitudinem ab Idololatriâ Ethnicâ ad Catholicam fidem abduxerint. Verum omnes seditione contra imperatorem suum motâ victi, & fundibus deleti sunt. Lusitanos ipsos anno aliquot annos Japonenses ex finibus suis ejecerunt, ac mercaturæ exercitium illis vitæ dispendio prohibuerunt, ita ut jam nulli Lusitano, quicunque etiam fuerit, Japoniæ regnum ingredi liceat, nisi illud cum vitæ periculo tentare velit. Chinenses negotiationis causa hanc Insulam etiam frequentant. Lusitanis exactis, & Hollandi commercii illis Japonensibus, quibus jam aliquandiu Imperatoris permissu liberè uti fuerant, exulubebantur, verum paulo post priviliam negociationis libertatem recuperarunt. Amplum hoc & insigne imperium prolixa descriptione cum indigeat, & hic in compendium contrahi non possit, hujus autem nostri instituti ratio postulet, ut compendiosè omnia perstringamus, in aliud opus ac tempus illustriorem & prolixiorem illius descriptionem rejiciemus, atque interea operam dabimus, ut ejus accuratam & veram effigiem lectori exhibeamus.

Japonia Insula.

Oceanus Chinensis Japoniam Insulam attingit, & à regno Chinensi, quod alluit, denominationem habet. Illi confinis est Archipelagus *S. Lazari*, ab Hispanis *Archipelago de S. Lazaro* dictus, cum Insulis pluribus. inter quas præcipuè sunt, quæ *Islas de Ladrones*, *Islas de* vel *de las Velas*, id est, Latronum Insulæ sui linguâ di. *Ladrones* cuntur. Earum unam *Guagan* nomine Classis Nassovica diarium frequentibus verbis, ex quibus de cæterarum naturâ facilis conjectura sumi poterit, describitam exhibet. Insula *Guagan* ad 13. gradum & 40. scrupulum in Hemisphærio Boreali, portus autem ipse, sive *Guagan* flatio navalis, in qua Nassovicæ classis naves anchoris incubuerunt, ad 13. gradum & 30. scrup. refertur. Tellus altitudine suâ supra Oceanum elevata montibus pluribus obsidetur, subinde tamen fertilis, pluribus in locis oryzâ consita, & arborum *Cocos* copiâ haud parvâ testa est. *Palmetæ*, quas incolæ magni faciunt, & *Anjamas*, fructus sunt hic copiosi. Ladronenses robustæ & proceræ staturæ homines Ternatanos & alias Indiæ Orientalis gentes longitudine superant. Cutis color ad rubedinem accedit. Mares planè nudi incedunt, & fœminæ folio tantum verenda contegunt. Jacalis & fundis suis, quibus pro armis utuntur, artificiosè & pernè admodum pugnare norunt. Canoas, id est, lembos habent miro artificio concinnatos, & unâ tantum alâ instructos, cujus pondere naviculas suas in æquilibrio summâ subtilitate continent, dum eam magis aut contrahunt, aut exporrigunt, prout ventus aut debilior, aut fortior est. His naviculis duo aut tria milliaria in Oceanum progredi audent, nulla fluctuum magnorum, quos venti volvere solent, ratione habitâ, cum naturali periculimi lembos à fluctibus aut ventis invertos facili negotio erigere, in prisinum statum reponere, aquamque citò exhaurire queant. Primo ubi ope simplices & integri homines esse videntur, sed illicò nituram perversam prudentes, factis significant, latronum appel-

Ladrones.

Biblioteca Museo Franz Mayer

lationem sibi non frustra impositam esse, cum furentur, & fallant, ubicunque & quicunque ratione possunt. In Insulam siquis se conferre vult, arma in promptu, nec ullam hominibus perfidis fidem habeat, necesse est. Nam omnes à cæteris secedentes, & in manus ipsorum incidentes inopinato impetu adoriuntur, & occidunt. 8. Kal. Febr. Anni 1625. Nassovica classis huc appulsa est: Nautæ ferrum vetus fructibus *Cocos*, *Bananas*, & *Patatas*, permutarunt. Ladronenses Oryzæ sacco 70. vel 80. librarum pondus habenete securim ferrugine obductam, aut aliud simile instrumentum sibi comparabant. Eò fallaciæ progrediebantur, ut etiam arenam & lapides oryzæ immiscerent, & alia furta committerent. Gallinarum inopiam hic esse nullam apparet ex 200. gallinis, quas Hollandi aliarum mercium cum incolis permutatione factâ nacti sunt. Lembis suis quotidie ad naves accedebant. Ita ut 150. ejusmodi naviculæ negotiationis exercendæ causa interdum adessent. 3. Idus Febr. Classis præfata anchoris sublatis inde discessit, & itineri se committens in Indiam Orientalem cursum tenuit.

Terra dos Papuas, quam *Iacobus Le Maire* Novam Guineam appellat, Æquinoctialis lineæ lateri Australi opposita est. In eius litoribus diversa loca inveniuntur, quæ hactenus à navibus Societatis Indiæ Orientalis vel casu eò delatis, vel studio missis explorata innotuerunt, quorum nomina Lector benevolus in tabellâ reperiet. *Terra dos Papuas.*

In latere meridionali plagæ objecto plurimas Insulas occurrere, *Hernandus Gallego*, rei nauticæ peritissimus vir, Hispaniarum rege anno 1576. locorum istorum investigandorum causa missus, memoriæ prodidit. Insulæ Australes.

POLVS ANTARCTICVS,

CVM

REGIONIBUS SUBJACENTIBUS,

ET MARIBUS ILLUM

ALLUENTIBUS.

Polus Antarcticus.

POLI ANTARCTICI Vocabulo vertex, seu punctum illud cœli significatur, quod in Australi plagâ situm rectâ oppositione Arcticum Polum respicit, & alter apex seu culpis est ipsaginativæ illius Axis, aut lineæ rectæ, quæ à Septentrionali puncto vel Polo Arctico usque ad alterum punctum Australium, seu Polum Antarcticum imaginatione concepta ducitur. Antarctici Poli denominationem inde sumpsit, quod in recta linea alteri è regione opposito Arctico nimirum obiciatur.

Antarctici Poli explorationem.

REGIONUM huic Polo subjectarum explorationem, Arctico subjacentium indagatio, hactenus exoptat, utpote cui majori contentione & studio Europæi populi superioribus & hisce annis incubuerunt; illis vero tantum laboris & operæ non impenderunt. Navigationibus enim suis sub Polo Arctico tentatis non Circulum solum Arcticum transcendêre, verum etiam non uno sed diversis in locis usque ad 80. ferè gradum penetravêre, cum è contrario naves Oceanum Australis terræ tenus alluentem vagatæ nunquam ad 60. Australis Hemisphærii gradum pervenerint, tantum abest, ut Antarcticum circulum attigerint. Causa forsan est præcipua, quod ille Europæis navigando totum terrarum orbem percurrentibus longe propior majorem persecutandi occasionem offerat, & hic multò remotior tam facili negotio aditi non possit. Hactenus igitur ignorantiæ tenebris sepultæ regiones, quas sub Meridionali Polo omnium rerum Conditor locavit. Nemo enim certò indicare potest, an continens terra ibi hæreat, an verò Neptunus imperium teneat, & vacuâ dominetur in mole, aut telium multis aquarum voraginibus perforata crebris Insulis affatgat. Hoc tantum experientia commonstravit, tanto vehementiori frigore loca illa urgeri, quanto majori spacio ab Æquatoreæ recedentia Polari puncto propiora sunt, ut inde facilis conjectura sumi queat, si modo aquarum congeries ingens in vertice hoc Meridionalis plagæ Polari invenitur, Oceanum illum perinde, ac Septentrionalis verticis mare, vehementissimum frigus sentire, & glaciei perpetuâ constrictum esse. Confirmat conjecturam gelu, & acris frigiditas, quæ in Magellani freto, freto *La maire*, & circa 50 & 60 gradum locis sitis animadvertitur. Sin vero vertex hic orbis terrarum Meridionalis aquam excludat ac tellure tegatur, quod ex eo quis colligere posset, quod nautæ ubique hactenus, quocunque etiam pervenerunt, vastarum Regionum, & terrarum litora offenderint, eo pacto Oceanus universalis totum hujus verticis distinctum ambiat necesse est, ut inter Americam & Africam Oceanus Æthiopicus ipsum undiq; sum perfundat, inter Africam Indiæ Orientalis finem mare Indicum ipsius litora pulset, & tandem inter Indiæ Orientalis extremum terminum ac Occidentale Americæ latus mare Pacificum eam ejus maritimam ferat. Anno 1576 Rex Hispaniarum Segon *Hernandum Gallego*, veteranum *Hernandum Gallego* rei nauticæ experientia clarissimo nauclero, terras inter novam Guineam & Magellanicum fretum interiectas indagandi provinciam imunxerat, qui se præter Insularum congeriem copiosam & terram ubique fretis marinis pervium nihil aliud reperisse testatur. Earum Insularum inter 50 & 60 gradum latitudinis Australis intercedentium effigiem à *Guineâ* ferè usque ad fretum *La Maire* deductam tabella præsens Hydrographica ob oculos ponit. In India Orientali Societas Belgarum Unitorum Eoa diversas quoque Australis terræ Regiones à Polo Antarctico remotiores, quæ scilicet intervallum inter 20 & 40 gradum obsident, inquisitione sua patefecit, ut in tabula præsenti cernere est. Regiones inter Novam Guineam, & fretum Magellanicum.

Poli Antarctici fines.

TERRA AUSTRALIS igitur litora à Belgis Unitis inventa ostendit. **Willems rivier**; id est, Wilhelmi fluvius ab inventore suo denominatus annis; **t Land d'Endracht**; id est, Concordiæ terra anno 1618. patefacta; **Dirck Hertogs sier**; id est, Theodori Hertogh navale, seu portus, in quem eius nominis nauta navem suam appulit; **Houtmans Abrolhos** locus periculosus & multis parvis Insulis & scopulis ac cautibus repletus, & sub 28 grad. & 30 scrupulo Australinæ latitudinis situs, in quem pridie Nonas Junii anni 1629. infelicissimâ navigatione delata est Societatis Eoæ in Belgio Unito navis nomine *Batavia*, cujus vectores in aliquot Insulas circumvicinas distributi, mutuis, & horrendis cædibus se confecere, interea dum lembo mercator navis primarius *Batavium* in Insulam *Iavam* se conferret, ut aliam navem adduceret, cui merces conservatæ imponerentur. Rediens vectorum partem in una Insula incolumem offendit, qui homicidii crudelissimis & proditoribus perfidiâ horrendâ commaculatis sceri animo retinerant, quamvis ab illis in alia Insula commorantibus aliquoties hostili impetu tentati essent. Pleriique homicidis supplicio affectis, & cæteris vinculis mandatis mercator cum bonis servatis, navi quam secum adduxerat, impositis, Bataviam rediit. **De Cattelbuyt**; id est, Turtur, à turture viso cognominatus locus; **'t Oosts land** id est, Edelii terra, quæ Anno 1619. in conspectum prodiit. **'t Land van de Leeuwin**; id est, Leænæ terra, quæ anno 1622. innotuit. & **'t Land van P. Nuyts**; quæ ab inventore nomen mutuata 7. Kal. Februarii Anni 1627. se manifestavit cum Insulis quibusdam proximis, *I.S. François* videlicet, & **I. S. Peter**; id est, S. Francisci & S. Petri Insula. Ulterius oculos conjicienti patebunt Insulæ *Romeres*, *Mauritius*, *de Mascarenhas*, & apex ultimus Insulæ *Madagascar* seu L. Laurentii, ut & Africæ angulus, qui longo tractu à Borea in Austrum protruditur, quorum locorum explicationem in Oceanorum Æthiopici & Indici descriptione expedivimus. Terra Australis.

AMERICÆ APEX ultimus qui ab Aquilone finibus coarctatus in Austrum projicitur, cum duobus fretis Magellanico & *La Maire* in hujus tabulæ descriptione declarandus restat. Exordiemur autem à fluvio *Rio de la Plata*, quo Americana ab Æthiopico Oceano litora pulsata finiuntur, & litora reliqua legendo, ac fretum Magellanicum transeundo Chilenis regni oram maritimam usque ad Palmidem seu Si- Americæ apex.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

tum maris magnum *Lagea de Coronados*, à quo Occidentalis Americæ litora in Maris Pacifici descriptione exorsi sumus, percurremus, ac tandem in freto *La Mere* subsistemus, ut ità verticem Orbis terrarum Australem declaremus.

Litora inter fluvium *Rio de la Plata* & freta Magellanicum.

LITORA, quæ à fluvio *Rio de la Plata* usque ad fretum Magellanicum defenduntur, sic se habent. Ab ostio fluminis *Rio de la Plata* latissimo litus sensim prorepit ad alterius fluvii *Rio de Santo* exitum longe minorem; *Cabo Blanco* promontorium; *Rio de S. Anna* amnem, qui in Sinum maris *Rubio de S. Anna* se immittit; *Cabo das Arenas gordas* promontorium inter duos maris sinus intercedens; *S. Apollonia*; *Cabo de S. Andres* promontorium; *Costa de Baxos*; *Baya de Anegada* sic-cuosos meatus Oceani sinum admittens; *Punta de Tierra llana* angulos in mare extensus; *Costa discreta*, id est, litus defectum; *Baya sin fondo*, litus curvo meatu inflexum, in quo sinus ob nimiam aquæ profunditatem fundo anchoris figendis apto carens; *Puerto de los Leones* portus; *Cabo Redondo* promontorium; *Amoen de Sardinas*; *Cabo de S. Helena*, vel *C. de Matas* promontorium, & *Rio de las Comerones* amnis, cui per meatum litoris flexuosum in Oceani sinum exitus patet. Tractus maritimus ab hoc fluvio usque ad *Cabo Redondo* promontorium proreptans multis parvis sinibus Oceani fluctus ludentes admittit, quos Indiani piscibus insidiaturi multoties lembis suis visitant. Porrò idem tractus ab hoc loco usque ad fluminis *Rio de la Plata* ostium per 150 milliaria tendens mari tam altum fundum non concedit, ut navibus onerariis ferendis par esse queat, quâ de causâ non nisi lembi, & Hispanica navigia minora, quæ *Zavarra* dicuntur, illud permeare possunt. Regio aspera & inæqualis *Patagonum* habet incolas. *Rio de las Comerones* 46 grad. & 32 scrup. ab æquatore ad Austrum fecedit, cujus ostium duabus parvis insulis obsessum à promontorio *Cabo Elena* 12 milliaribus separatur. A dicto flumine cœli regionem inter Austrum & Zephyrum medium petens litus ad promontorium *C. Blanco* vel *Punta de S. George* vergit. Solum montibus & scopulis distentum, Hispanis suâ lingua *Serraya Punta* vocatur. Cis promontorium *C. blanco* is per 12 milliaria ab hoc versus Euro-Boream ascendas, oculis se obiicient *Porto Desire* portus 47 grad. & 30 scrup. in Hemisphærio Austrino obsidens, vel 47 grad. & 40 scrup. ut *Cornelius Schouten* observavit. Solum albâ arenâ obductum & arboribus carens nulla fertilitatis signa edit. Sinus mediocris magnitudinis oblongo flexu litus penetrans dimidii ferè milliaris introita mare irrumpens excipit. Penè medium occupant duo scopuli, qui aqua ad altitudinem consurgens ascendentes oculos fugiunt. Duarum parvarum in eo situm Insularum alterum inhabitant Leones marini copiosissimi. Animalia grandia antare-riori parte pilis hominis vestita leonibus admodum similes sunt, ac pedes habent manibus humanis non absimiles. Catulos singulis mensibus partu enixos lacte suo propio nutriunt. Catuleorum caro elixa, aut assa, saporis est adeò grati, & delicati, ut ægrè à vervecina discerni queat. Alimenta sua in mari quærunt, ut & *Pinguini* aves, quæ ubique in terra excavatos nidos, aut cavernulas incolentes velocissimè currere solent. *Cornelius Schouten* Hollâ Septentrionalis Hollandiæ urbe oriundus, plurima in scopulis ova reperiebat, & conchas numerosas piscabatur. cum piscibus aliis, & aptis cobitibus, quas Spurrugh Belgæ vocant; ab his simul iis abundanti Spurring-bas nomen impositit. Avium multitudo incredibilis ovorum admirabili copiâ terram passim consternit. Feroeum bubalorum, cervorum & cervarum colla longissima habentium, & struthio-camelorum nulla est penuria. *Olivier à Noord* aliquot hominem in Boreali litore in conspectum prodeuntes videns lembum nostris nautarum in terram misit, qui neminem animadvertentes, lembi tutelâ aliquot ex sociis commissâ à litore aliquantum in terram ejus inspiciendæ causâ secesserunt. Interea temporis incolæ homines feri ex lembi custodibus tres occiderunt, & cæteros in fugam conjecerunt. Triginta circiter numero homines procero admodum corpore, comâ prolixâ, facie pictâ, fusco aut subnigro colore, arcubus utebantur parvis, & sagittis, quibus cuspides ex lapidibus artificiosè acuminatæ pratixæ erant. His ex lapidibus artificiosè acuminatæ pratixæ erant. Litoris incolæ.

Cabo de los Vergines.

His & fortiter jaculari, & metam sine errore tangere noverant. Hollandi primò aquam non invenicbant, sed postea locum quendam angulo dulci fcatentem offenderunt, postquam foveam 14. pedes profundam in terrum fodifficrunt. In sepulchris repertis, & lapidibus, quibus contecta erant, remotis, cadavera cernebant 10 sepulchrorum 11 pedes longa. Colore quodam rubro corpora sua, sepulchra item, & lapides, atque arcus, ut & sagittas, quæ terræ infixæ sepulchra cinguut, hujus regionis habitatores tingere solent. Anno 1580 portum hunc ingressa est navis Anglica, quæ in lateresio Boreali duas aquæ dulcis scaturigines parvas invenit. Omnes naves itinere maritimo Magellanicum fretum petituræ in hunc portum plærunque se recipere consueverunt, ut & aquâ dulci dolia sua repleant, & longo itinere defectos aut morbo affectos socios reficiant. Fecerunt hoc, *Magellanus*, *Drake*, *Candish*, *Olivier à Noord*, *Le Maire*, *& Cornelius Schouten* cum aliis pluribus. Tabellæ Hispanorum hydrographicæ cum *Baya de los Trabajos* appellant, eò quod ibi locorum haud parvis molestiis Magellanus divexatus est. Navale *Porto Desire* subsequuntur finis & portus *S. Julian* sub 49 gradu, & 45 scrupulo Australis Hemisphærii, in quo Magellanus hybernum tempus totum commorando transivit, & de quibusdam ex suis, qui periculosam seditionem moverant, supplicium sumsit; *Morro de S. Ines* mons 50 gr. obtinens; *Cabo de las Barreras* promontorium; *Rio de S. Cruz* fluvius sub 49 gradu locatus, ut Magellanica observatio asserit, quanquam alii ultra 50 gradum ipsum peogredi affirmant. *Magellanus* duos quidem menses in hujus fluminis ostio commoratus est. Ex incolis aliquot in navim ejus venientes arcu & sagittis lapideas cuspides habentibus armati, & humeros pelliceo pallio induti erant, reliquâ verò corporis parte nudi incedebant. Minimus eorum longitudine & statura maximum ex Hispanis exuperabat. Tandem *Rio & Baya Galego* flumen, & finum ejusdem nominis, & introitum in fretum Magellanicum Orientalem, qui hujus ore maritimæ à flumine *Rio de la Plata* hucproperantis finis est, prodeuntes cernis. Porto Desire. Leones marini. Pinguini. Cornelius Schouten. Spiterrugh. Olivier à Noord. Labellero

Navis Anglica.

Magellanum ire tum ingreditur. Indianorum sepulchra.

C. S. Severum. Rio de S. Cruz. Tierra del Fuego. Magellanus



FRETUM MAGELLANICUM angustæ sunt fauces, terram ab ortu ad occasum Solis curvo flexu transeuntes; per quas utrique Oceano, Æthiopico pu-tæ, & Pacifico, undas confociare licet. Hic est transitus ille famosissimus, qui Europæos populos navibus suis Oceano inter antiquum terrarum Orbem & Americam jacente salcato, in has oras adventantes in Oceanum Pacificum superioribus annis transvexit, ut inde cursum in Orientalem Indiam tenentes, & porrò Indico Mari perrerato, ac Bonæ Spei Promontorio superato, in Oceanum Æthiopicum delati, atque tandem Mare magnum Septentrionale percurrentes, in Europam revertcrentur. & totum Orbis terrarum circuitum stupendo ausu emetirentur. Primus hujus freti inventor, & navigationis tam stupendæ, atque veteribus inauditæ author fuit *Fernando Magellanes* eques Lusitanus, vir æternâ memoriâ dignus, qui hoc transitui nomen suum nunquam intermoriturum commentus est. Fretum Magellanicum.

Navibus quinque 4. Idus Sextiles Anni 1519. Ejus itr. ex Baramedæ portu, vel ut alii volunt 7. Nonas Octobris ex Hispania solvens, in Guineam Africæ regionem navigavit, & inde Brasiliæ litus petens in portu fluminis *Rio Janeire* de aquâ dulci & cæteris rebus necessariis sibi prospexit. Porro ad fluvium *Rio de la Plata* tendens iterum aquæ dulcis penuriâ se liberavit, & in *S. Julian* portum litoris Australi Polo subjacentis delatus hyberni temporis inclementiam in hoc loco commorans abiit paulus cl. 2 Kal. Septembris Anni 1520. ex

exeo discessit, & in fluvium *S. Cruz* se conjecit. Septembrem & Octobrem menses ibidem loci hærens contrivit, piscatu copioso se fusoque sustenans. Sub finem Octobris itinere iterum suscepto, litus reliquum legens, ac multis molestiis & laboribus expliscanti, postquam vehementibus tempestatibus direxatus fuisset, tandem offertur introitus fauciun Orientalis angulus dexter seu Borealis cui *Cabo de las Virgines* nomen impositum, eo quod festo S. Ursulæ dedicatus fuit. Hispani primo introitu arbitrarium maris profundè terram intrantis esse autumabant. *Magellanus* operæ pretium esse ratus, ut natura & situs hujus loci indagaretur, duabus navibus in mandatis dedit, ut fauces ingressæ cœli dispiciarentur. Altera nil certi referre poterat: Altera verò talia sibi vita recensebat, ex quibus magna spes concepta transitum esse, quin in Mare Pacificum duceret. Spe igitur allectus *Magellanus* fauces ingreditur, ac milliare unum navigando emensus, ex socias navalibus quosdam in litus lembo mittit, qui in casum quandam plusquam ducentis sepulchris Indicis cinctum incidere. In more apud Indianos illos positum esse dicitur, ut affivis mensibus litora accedant, ac mortuos suos ibi sepeliant, hybernis verò in regionis interiora recedant, atque in habitaculis suis tam diu commorentur, donec sequentis ætatis calore iterum in litus evocentur. Magna item balæna ex mari in continentem ejecta, quæ mortua putrefcere incipiebat, argumento erat, tractum hunc maritimum multis & vehementibus tempestatibus & procellis obnoxium esse. 5. Kal. Novembris finistrum promontorii *C. S. Severin* sub 52. gr. & 55. scr. fitu latus attigerant, à quo 50. leucarum itinere porrò frenum intrantibus coutinentis utriusque margo amœnis finibus inflexus occurrebat, ac multi ignes sparsim nocta in utroque litore lucentes se obiciebant; unde factum, ut regioni illi *Terra del Fuego* nomen imposterent. Surgebant item montes excelsi plures, quos & nix operiebat & omnifariæ arbores vestiebant. Hinc lignorum colligendorum, quæ in ignem conjecta fragrantem odorem exspirabant, & aquæ dulcis ex rivulis accurrentibus hauriendæ facultas per opportuna ipsis dabatur. 20. dierum spatio jam in hujus freti navigatione contrito, tandem 20. Kal. Novembris ex eo in mare Pacificum evadentes à meridie ad Septentrionem declinandi frigoris causa cursum deflexere. Quantum verò mifcrarum, arumnarum, & periculorum hominis hi Argonautis antiquis longè celebriores exhauserint, hic recensêre nimis longum foret. *Magellano* ipsi incolumi domum redire copia non fuit, utpote qui in Orientalis Indiæ Insulâ quadam aut naturali morte obiit, aut occisus interiit: Nauclerus verò ejus *Sebastianus Cano* ex quinque navibus unam, cui *Victoria* nomen impositum est, in patriam incolumem reduxit. Magellani adventus in Mare Pacificum. Don Gutierre Carvajal Episcopus Cæsaris Don Gutierre Carvajal Placentiæ Episcopus Cæsaris Carvajal. Carolo V. permissu quatuor naves, ut hoc frenum inviserent, ablegavit, quæ Anno 1539. illud ingressæ tam vehementi tempestate disjectæ, & conculsæ fuerunt, ut earum tres in litus conjectæ & scopulis infixæ & confractæ naufragio perierint. Vectores quidem plærique in terram lavi & incolumes evasere, sed à quarta navi quæ ex periculo tanto eluctata fuerat, in litore relicti sunt. Quamvis enim miserrimi homines multis ejularibus locios & amicos in illâ navi ex quatuor solâ sospite inclamando ad misericordiam deflectere conati fuerint, frustrà tamen & incassum preces eas effudere. Illi enim sibi adhuc grande iter conficiendum scientes verebantur, ut commeatus, quem penes se habebant, tantæ hominum multitudini satis futurus esset, eâque de causâ miserimos homines omni ope & auxilio humano destitutos in litore relinquentes abierunt, & navem suam *Limam* in Peruviano regno feliciter appulerunt. De miserandorum autem hominum istorum exitu nihil unquam certi compertum, & exploratum haberi potuit. Quatuor naves ut fretum Magellanicum. Ladrillero Capitaneus Protegit Peruvisni jussu ex

Garcia de Loyasa iter per fretum Magellanicum.

Garcia de Loyasa Commendator cl.uſſem sibi à Caro. Io V. Imperatore commendatam Julio mense Anni 1525. ex urbis *S. Lucar* in Hispania portu in Oceanum velis expansis duxit, & 15. Kal. Februarii anni subsequenti in fretum introgressus tantam tempestatem obviam habuit, ut in Sinum *Bay de S. Cruz* rejecerctur. Quamvis autem inter navales focios simultates haud parvæ ortæ fuerint, nulla tamen earum habitâ ratione alterâ vice Regem intravit, ac 6. Idus Aprilis primis anguibus haud absque fatigatis fatis duri fenis superatis in secundas delatus commodas stationes stetebatur, unâ præcerim, quam *S. Georgii* nominis participem reddidit. In hujus litore virides cinnamomi cortices à nautica turbâ inventi & comesti sunt. 10. Kal. Maji incolæ omnis humani cultus experres homines, duabus scaphis naves invisere ausi sunt, quos ob admirabilem corporis procerit atem Hispanorum quidam Gigantes, alii *Patagones* appellabant. 9. Kal. Junii in alium portum Amiralius prafatus perrexit, quem à frigoris vehementia nimia, quæ focientem ad quos vitâ erboravit, *Puerto Frio* id est, portus frigidi nomine or- Puerto Frio. navit. Sequenti die 10. nimirum Kal. Junii venus favoribus eladem ex freto in Oceanum Pacificum eduxit, in quo tam vehementi tempestate horrendæ impetu oppressus est, ut navi sua prætoriâ ex locierum navium conspectu evanescens hodienus nunquam visus sit, & procul dubio cum omnibus suis nave fracta fundum pesserit. Cæteræ ex periculo elapsæ ad *Insulas* Insulas Cursum direxêre. Ex narratum, qui huic itineri interfuerunt, relatione intellectum est, freti Magellanici intervallum, quod à Promontorio Orientali *Cabo de las Virgines* Æthiopici Maris fluctibus pulsato longitudinem fuam ad *Cabo Deseado* Promontorium undarum Maris Pacifici imperium fustinens promovet, 110. leucas Hispanicas compechendere, & pluribus parvis, exceptis tribus ingentibus, finibus litora fua inflectere, quorum latitudo inter utrumque litus intersecta 7. leucas Hispanicas conficit. Loca verò, in quibus intrinsque regionis adjacentis ora quam proxima conjungitur, freto huic vix leucam dimidiam latum transitum permittunt. Sunt autem terna ejusmodi, quorum primus unam & alter duas leucas longus est, tertius inter utrumque latus fretum usque ad finem Oceano Pacifico contemninam deducit. Montes utrumque freti latus coërcentes adeò sunt excelsi ut aëreum ipsum ingredi, & quasi cœlo miscri videantur. Huic frigus intensum in his locis imperium obtinet, quod ortum suum acceptum fere navibus jugis inoquium perpetuò incumbentibus, quæ vetustate nimiâ conflenescentes cœruleum colorem contrahunt. Porrò montana naturæ genio quercus proceras, & arbores cinnamomum agrethe habentes producunt. Totum tandem fretum grati saporis aquam dulcem, & pisces quamplurimos subministrat: aquam puta dulcem quam rivi & flavioli per utrumque litus perrumpentes advehunt.

Simon de Alcazova iter ad fretum Magellanicum.

Simon de Alcazova idem iter ad fretum Magellanicum ducem Anno 1574. instituit, ac ex *Gomera* Insularum Canariarum ortâ 8. Idus Octobris cursum felicipiens in itinere nullam terram obviam habuit usque ad fluminis *Gallego* ostium 24. leucis ab introitu freti distans, quod intravit 8. Kal. Februarii Anno 1575. Ad duas Insulas itaque navem appellens copiosâ avium capturâ suorum necessitati consuluit, qui iemeri tardio explerati, & verentes ne inedia sibi uber es pergentibus moriendum, aut alio aliquo infelici casu

Biblioteca Museo Franz Mayer

interundum esset, solitione mota Simonem illum ad reditum in patriam capessendum vi compulere; qui ipsorum voluntati parens ad portum *de Leones* se recepit, & cum omnibus suis miserrimè periit.

Altera Episcopi *Don Gutierres expeditio navalis.*

Mense Augusto anni 1539. tres naves alterâ vice ab Episcopo Placentiæ *Don Gutierre de Carvajal* ad fretum missæ sunt, quæ 13. Kal. Februarii Anno 1540. in illud appulsæ non omnes eodem successu excidauam viæ partem confecêre. Prætoria navis Archihalassum vehens in freto periit, altera navis fœdissimè illud trajecit, & *Aruquanum* venit, tertia totum tempus hyemem in illo commorari coacta anchoris incubuit in portu quodam, cui nautæ *Puerto de las Zorras* nomen donavêre à vulpibus, quas catervatim currentes in eo loco viderunt. Mensium hybernorum tempore elapso per Mare Æthiopicum & Septentrionale domum reduxerunt. Tota tellus circa portum illum sita planicie arboribus destituta consternitur, & ventis atque frigori obnoxia est. Æstati quatuor tantum menses concedantur, reliquos à Majo usque ad Decembris finem Hyems sibi vendicat. Atque hæc de Lusitanis & Hispanis qui fretum Magellanicum transeundo æternam nominis famam sibi compararunt, ac literarum memoriâ proditi sunt, quantum quidem nobis innotuit.

Freti Magellanici descriptio apud *Acosta.*

Acosta tertii libri capite 13. Fretum sequentibus verbis describit. Fretum Magellanicum in Australi Hemisphærio 52. gradum vix attingit, ac longitudine sua inter utrumque Oceanum, Æthiopicum puta, & Pacificum, exporrectum 90. vel 100. leucarum intervallum possidet. Latitudine minimâ compressum vix unius leucæ, imò minus adhuc spacium continet; quod satis angustum Hispaniarum Rex utrique litori præsidiarium arcem imposendo cum toto freto imperii sui finibus adjungere conatus est, postquam *Franciscum Draconem* illud transiisse audiverat; sed conatus successu sperato caruit. Profunditatem freti quod attinet, ea quibusdam in locis tanta est, ut bolidis nauticæ tentamen planè refugiat; in aliis verò locis 15. aut 18. orgyarum altitudine fundum ab aquæ superficie tantum abesse inventum est. Quousque Oceani Pacifici fluctus fretum penetrando pervehantur, & ubi Oceani Æthiopici undas obviâ habeat, facili negotio tam ex ipsâ aquâ, quàm ex montibus discerni potest. Ab ostio sive exitu Occidentali, per quod Oceanus Pacificus fretum ingreditur, 30. leucarum longitudine ei impendent excelsissimi & perpetuâ nive operti montes & scopuli, qui ingis suis se mutuo contingere videntur, adeò ut in Mari Pacifico nautis constitutis haud facile transitus hic in conspectum prodeat, nisi quàm proximè navibus ad eum accesserint. Profunditas ubique etiam tanta est, ut anchoræ fundum, in quo hæreant, habere non possint. Litoribus tamen à naturæ genio datum, ut ubique navibus stationem tutam præbeant. Restantes 70. leucæ, quæ Æthiopico Mari patent, fundo haud profundo ubique anchoras admittunt, ac campis quamplurimis planis atque æquali planicie ornatis utroque latere includuntur. Rivi & flumina ex utrâque continente se in fretum condunt, quorum quædam mirabilibus arboribus ripas refertas habent, & fragrantis odoris lignopotitant. Plures etiam Insulæ parvæ in ipso passu occurrunt.

Francisci Draconis iter.

Franciscus Draco Midus Decembris Anni 1577. ex *Plymouth* Angliæ regni portu solvens itineri hujus mentionem fe committit, & primo Barbariæ litora prætervectus, Insulas *S. Mayo*, & *S. Iago* petiit, ubi Hispanis navem ademit. Nonis Aprilis Anni 1578. ad regni Brasiliæ litora 33. gradus altitudinis Australis subjecta pervenit, & 10. Kal. Julii in portum *S. Julians* delatus 16. Kal. Septembris ex eo discessit, ac 13. Kal. ejusdem mensis in conspectum prodeuntem freti Magellanici intreitum intravit, & 9. Kal. ejusdem in Insulam naves suas appulit, inquâ nautæ tria millia avium ceperunt, & occiderunt. 8. Idus Septembris per occultum exitum in Oceanum Pacificum feliciter evasit, sed à tempestate horrendâ parum comiter mox excepitus, unam ex navibus cui *Sir Iohn Hunter* præfectus erat ex conspectu perdidit. Hæc tempestatis vi in fretum Magellanicum repulsa per illud in Oceanum Æthiopicum redit, atque itinere mutato pristinam Angliam repetit. Ipse autem *Draco Chili* & *Peruviæ* regionum litora legens Hispanorum navibus pluribus captis & incensis illos maximo detrimento affecit, sibi verò maximum prædam acquisivit. Postquam litora Oceano Pacifico confinia, quæ Hispanorum imperio parent, depopulatus esset, maximâ prædâ onustas naves per Mare Pacificum in Indiam Orientalem, atque inde per Oceanum Indicum, Bonæ Spei Capite superato, in Oceanum Æthiopicum deduxit, & per eum tandem in patriam Angliam felici successu reduxit. Primus est ex Anglis, qui hoc iter ausu forti tentans navibus suis totum terrarum Orbem ambivit.

Pedro Sarmiento Hispano Peruviæ Prorex freti Magellanici situm explorandi & inspiciendi provinciam demandaverat. Hic 5. Idus Octobris anni 1579. ex Peruviano regni stationе navali *Callao de Lima* egressus summâ curâ in id incubuit, ut prope fretum constitutus ejus introitum offendere posset. Sed tempestate coactus in Mare Pacificum se recipere navibus ingenti procellâ dissipatis, Vice-Amiralium suum *Fernando Lamero* cum nave ex omnium conspectu evanescentе amisit. Tempestatis vehementiâ cessante tandem non sine laboribus improbis, & molestiis magnis, fretum penetravit, ejusque situm, litora, portus, stationes, angustias & alia ad rem pertinentia admodum accuratè delineavit, & annotavit, quorum in loco angustissimæ essent & ad muniendum aptissimæ fauces, ut Rex Hispaniarum certior de toto freti situ redâi posset: qui hoc agebat, ut locum aliquem angustiorem, qui machinis bellicis ibis majoribus ab utroque litore perstringi posset, castris præsidiariis munieret, quæ Anglos & alias nationes, quas verebatur, ne inposterum viam tritam, & jam cognitam sæpius transituræ essent, omni aditu, & transitu prohiberent. Omnibus itaque prout ipsi injunctum erat, exploratis, in Hispaniam *Sarmiento* abiit, & Regem suum de iis, quæ indagatione sua investigaverat, certiorem reddidit.

Pedro Sarmiento Hispano Peruviæ Prorex freti Magellanici situm explorandi & inspiciendi provinciam demandaverat. Hic 5. Idus Octobris anni 1579. ex Peruviano regni stationе navali *Callao de Lima* egressus summâ curâ in id incubuit, ut prope fretum constitutus ejus introitum offendere posset. Sed tempestate coactus in Mare Pacificum se recipere navibus ingenti procellâ dissipatis, Vice-Amiralium suum *Fernando Lamero* cum nave ex omnium conspectu evanescentе amisit. Tempestatis vehementiâ cessante tandem non sine laboribus improbis, & molestiis magnis, fretum penetravit, ejusque situm, litora, portus, stationes, angustias & alia ad rem pertinentia admodum accuratè delineavit, & annotavit, quorum in loco angustissimæ essent & ad muniendum aptissimæ fauces, ut Rex Hispaniarum certior de toto freti situ redâi posset: qui hoc agebat, ut locum aliquem angustiorem, qui machinis bellicis ibis majoribus ab utroque litore perstringi posset, castris præsidiariis munieret, quæ Anglos & alias nationes, quas verebatur, ne inposterum viam tritam, & jam cognitam sæpius transituræ essent, omni aditu, & transitu prohiberent. Omnibus itaque prout ipsi injunctum erat, exploratis, in Hispaniam *Sarmiento* abiit, & Regem suum de iis, quæ indagatione sua investigaverat, certiorem reddidit.

Hernando vel Fernando Lamero Vice-Amiralium tempestatis vehementia ad Australem plagam propius recesserat. Ibi ut non solum 56. altitudinis gradum attigerit, verum etiam ultra illum protrusus Oceanum grandem offenderit, in quo ad Solis ortum pergens in colorem aquæ mutatum incidit, ex quo conjecturam faciebat, aquæ marinæ colorem mutarum Oceani Æthiopici signum denotare: se jam in Oceano Æthiopico navi sua versari. Nullâ tamen hujus rei habitâ ratione cursum suum mutavit, sive horrendorum fluctuum timore perculsus fuerit, sive etiam Amiralium sequi voluerit, quem postquam invenire non potuerat, in Peruviam reditum maturavit, & in navale pristinum *Callao de Lima* reversus rem omnem narravit, ut eam ab *Argenzola & Ayrsla* descriptam hoc transtulimus. Conjectura haud multum à veritate abludens inde nata, ipsum in freto *La Maire* quidem fuisse, sed ad transitе non animum esse.

Hernando Lamero.

Hispaniarum Rex de Freti Magellanici situ ac natura à *Pedro Sarmiento* edoctus, *Don Diego Flores de Valdes* Amiralium cum 23. navibus, & 2500. hominibus, anno 1582. in fretum illud misit, ut ibidem loci Colonias Hispanicas collocaret, quibus *Don Pedro Sarmiento* cum imperio præesse deberet. Classi huic, antequam ex Hispania solveret, decesserunt 5. naves cum 800. hominibus, quas tempestatis vehementiâ impetus submersas in magis fundum præcipitavit. 16. postea naves Amiralius in *Brasiliam* deduxit, & in civitatis *Janeiro* navali moras nectens Hyberni circa injuriam transitе passus est: inde vela faciens, ut in fretum naves perveheret, magnæ tempestatis injuriam sensit; siquidem ejus inclementiâ ex optimis nave unâ, cum

Fretum à *Pedro Sarmiento* edoctus, *Don Diego Flores de Valdes* Amiralium cum 23. navibus, & 2500. hominibus, anno 1582. in fretum illud misit, ut ibidem loci Colonias Hispanicas collocaret, quibus *Don Pedro Sarmiento* cum imperio præesse deberet. Classi huic, antequam ex Hispania solveret, decesserunt 5. naves cum 800. hominibus, quas tempestatis vehementiâ impetus submersas in magis fundum præcipitavit. 16. postea naves Amiralius in *Brasiliam* deduxit, & in civitatis *Janeiro* navali moras nectens Hyberni circa injuriam transitе passus est: inde vela faciens, ut in fretum naves perveheret, magnæ tempestatis injuriam sensit; siquidem ejus inclementiâ ex optimis nave unâ, cum

Don Diego Flores de Valdes Amiralium cum 23. navibus, & 2500. hominibus, anno 1582. in fretum illud misit, ut ibidem loci Colonias Hispanicas collocaret, quibus *Don Pedro Sarmiento* cum imperio præesse deberet.

300. maribus, & 20. fœminis oebatus est. Cæteris 20. quæ ipsi ex tanto numero restabant, in fretum tendenti de Anglicis quibusdam navibus mare illud pervagantibus rumor innotuit; quas cum invenire non posset, re infectâ ad navale civitatis *Janeiro* consuetum se recepit. Novus autem rumor postquam de navibus secundâ vice perrediisset, Gubernatore *Sarmiento*, & alio *Ribeira* nomine ibi relicto, Anglos investigandi causâ cum 8. navibus exivit, iisque nullibi locorum obviam veniens *Paraycam* se contulit, tribusque Gallorum navibus incensis, & duabus captis, castro item eorum occupato, naves, quas secum habebat, in Hispaniam reduxit. Interea *Ribeira* & *Sarmiento* naves suas in fretum appellentes 400. masculini & 30. fœminini sexus homines in litus expotierunt, novæque prope freti introitum civitati excitatæ *Nombre de Iesus* nomen imposuerunt, quâ 250. militum præsidio munitâ 3. navibus *Ribeira* in Hispaniam reversus est: *Sarmiento* autem pedestri itinere ad locum freti angustissimum, quò navem etiam per 50. milliaria miserat, profectus, alterum civitatem, cui *Ciudad del Rey Philippe* nomen fecerat, condidit, cui fortalitium machinis tormentariis armatum adjungere moliebatur. Verum frigus nimis intensum, & Hispanis aëri calidiori adsuetis quasi intolerabile, ab opere incepto ipsum desistere jubebat, adeò ut molimine suo omisso ad stationem civitatis *Janeiro* consuetam iterum discederet, & postea in urbis *Phernambuco* portu navem suam appelleret. Commeatu novo instructum ac iter instaurantem tempestas inter Promontorium *S. Augustini* & sinum *Bahia de todos los Santos* nave oebavit. Vix elapsus in urbem *S. Salvador* sinui *de todos los Santos* adjacentem se recepit, ubi & nave alterâ & commeatu recepto, ut colonias Magellanicæ alimentis necessariis succurreret, denuo iter suum redintegravit; Verum sub 44. gradu procellâ ingenter obortâ navis levandæ causâ commeatum in mare conjicere coactus re infectâ navale solitum in fluvio *Rio Janeiro* repetiit, & tandem cum nave ab Anglis captus est. Infelicissima autem illa colonia fame & miseriâ partim consumpta est, partim verò ab incolis occisa mortem oppetiit. Reliquæ admodum paucæ pedestri itinere in regionem fluvio *de la Plata* contermiuam evadêre.

Hispani novas in freto Magellanico urbes condunt.

Pedro Sarmiento.

Colonia Hispanica infelix exitus.

Thomas Candisch Anglus tribus navibus instructus *Plymouth* ex Angliâ 12. Kal. Quintilis anno 1586. egressus, & 4. Idus Septembris Insulas *C. Verde* relinquens, Kal. Novembris intervallo inter Brasiliarum litus & *S. Sebastiani* insulam maritimo permeato, 6. Kal. Januarii 48. gr. attigit, atque in navali *Porto Desire* anchoras fixit. Eodem sequenti die relicto ad fretum Magellanicum vela fecit, illudque 7. Idus Januarii Anno 1587. ingressus Hispanum quendam captivum fecit, unum ex 25. hominibus, quos ex 400. *S. Sarmiento*, ut modo narravimus, in hæc loca deductis hominibus fortunæ sinistræ inclementiâ reliquos fecerat. 9. Kal. Febr. ex freto exeuntem Oceanus Pacificus excepit. *Thomas Fuller* cujusdam harum navium nauclerus in diario suo longitudini hujus freti ab ostio Orientali ad Occidentale progressæ 105. milliaria adscribit. Intere hoc confecto Angli diversis quidem vicibus fauces has Magellanicas transiitere molliti sunt, sed successu felici molimina ipsorum caruêre. Inò navigationem suam ultimam *Candisch* vitæ suæ periculo redemit.

Thomas Candisch iter.

Belgarum itinera. *Iacobus Mahu*, & *Simon Cordes.*

Belgi confœderati incolæ inter martis fulgura & tempestatis sæpissimè emergentes iter tam longinquum serius capessere ausi sunt. *Iacobus Mahu* Amiralius & *Simon Cordes* Vice-Amiralius primi ex iis, navibus suis totum terrarum Orbem circumvenire; ille in itinere diem obiit, & hic in ejus locum suffectus cum navibus in Hollandiam redux factus est. Uterque 5. Kal. Quintilis anni 1598. ex Selandiæ portu Goereæ quinque navigiis excedentes itineri se commiserunt, & 8. Idus Aprilis anni subsequentis 1599. in freti Magellanici ostium delati, postea ad minorem duarum Insularum

Iacobus Mahu, & *Simon Cordes* iter.

Freti descriptio.

Viridis sinus.

Conchæ.

Incolæ.

Olivier à Noort Archichalassus 4. suis navibus, quibus præfectus erat, anno 1598. è portu Rotterodamensi in Hollandorum Goereensem delatus, eamque Idibus Septembris à puppi relinquens, 12. Kal. Octobris anno 1599. in navale *Porto Desire* pervenit: à quo 4. Kal. Novemb. iterum discedens, ad fretum Magellanicum vela convertit, illudque pridie Non. Nov. obviam habuit; Ubi per introitum modo admissus, jam vero iterum expulsus, diversarum tempestatum turbis cum agitaretur, tandem 10. Kal. ejusdem mensis primas angustias superavit, & 7. Kal. dicti mensis ad minorem Insulam *Pingouins* avibus nomen accepitum feresteens anchoras jecit. Nautæ ipsius ferè naturæ incolas ibi offendentes ac hostili animo se opponentes, occisis quibusdam, & reliquis in fugam conjectis, ac portis nonnullis captis, pro merito tractaverunt. Post multos labores exhaustos, & molestias exantlatas,

Olivier à Noort iter.

Biblioteca Museo Franz Mayer

ultimo Kal. Februarii 1600. Promontorium *C. Desseado* prætervectus in Oceanum Pacificum delapsus est. In ipsis faucibus ipsi occurrit *Sebald de Weert* cum navi sua ad *Iacobi Mahu* classem pertinente, quem quod sequi suas naves non posset, ibidem reliquit.

Georgius à Spilbergen navigatio.

Georgius à Spilbergen eidem itineri se committens, & stationem in Texelia Hollandiæ Septentrionalis Insula relicta 8. navibus 6. Idus Quintilis Anni 1614. navigationem hanc auspicatus Brasiliana litora, prætervehitur, nonnullis ex suis in Insula *Isle Grande* desideratis, ac mollis nonnullis saccharatis juxta urbem *S. Vincente* incendio concrematis. 6. Nonas Martii anni 1615. ad fretum defertur, multis ventis contrariis, & procellarum grandinum fremitibus ante introitum exagitatus. 3. Nonas Aprilis primas freti fauces angustas & 16. Kal. Maji finum maritimum, cui *Cordes Bay* nomen est, ingreditur, ubi naves aquâ dulci & ligni necessariis onerat, ac postremo haud sine fudore & labore pridie Nonas Maji ex fretto in Oceanum Pacificum erumpit. Ex felicissimis & brevissimis, quæ hoc fretum transiere, navigationibus hæc una est, ex quâ patet, temporis commodi observationem & aucupationem ad iter maritimum per hoc fretum conficiendum multum conferre. Nostrum enim per rorum judicio ex 12. mensibus Januarius & Februarius ad transitum aptissimi censentur, quibus quam minimis impedimentis & molestiis fauces has molestissimas penetrando superare licet, cum Æstivi temporis calore hæc loca exsiccata minus frigoris sentient. Ce locem hic reliquit, quæ nauticam turbam rebellione excitaram vehens focias naves deseruille creditur.

Hactenus Heros illos recensuimus, qui Magellanicum hoc fretum heroico plane ausu trancuntes totam Globi terrestris sphæram circumnavigaverunt, ex quibus Angli & Provinciarum confœderatarum incolæ hanc illo scopum præcipuè propositum habebant, ut faucibus his perruptis in Pacificum Oceanum irrumperent, & Hispanis litora Americæ Occidentalis incolentibus detrimentum maximum inferrent, quod diversis etiam vicibus fecerunt. Reliquum autem est, ut fretum ac litora freti perlustremus. *C. de las Virgines* in-

Magellanici freti fitus & litora.

troitus Orientalis promontorium est Boreale, cui aliud succedit in eodem litore ad Zephyrum *Punta de la Possession* appellatum promontorium Australe Aquisonari oppositum. *C. del Spiritu Santo* vocatur. Proximi incipiunt primæ fauces cum promontorio Austrino, cui *Cabo S. Gregorio* nomen Hispani, *C. Orange* verò vocabulum Belgæ imposuerunt. Primæ & secundæ fauces magnum & rotundum sinum includunt, qui semilunato anfractu Austrino litori se insinuat. In Septentrionali litore proximæ fauces secundas antecedit sinus parvus

Prima Fauces.

Vianens Bay, quem ipsæ fauces mox sequuntur finitæ duobus promontoriis, *C. Capitano* puta Boreali, & *Cabo Negro* Australi litori insidente. Ab introitu usq; ad hunc locum freti sinus inter iarum & Zephyrum extenditur, post ab Aquilone ad Austrum se declinat usq; ad promontorium *C. Froward*, à quo iterum ascendit à plagâ inter Eurum & Austrum intermedia ad oppositam inter Boream & Zephyrum sedem mediam obtinentem se declinans, donec exitum in Mare Pacificum terminetur. Ex faucibus alteris dimittuntur naves ad Insulas

Secundæ fauces.

Pinguino Insulæ.

Pinguini, denominationem ab avibus ejus nominis sumentes, quarum major litori Septentrionali propior proximè spectat *Fatagonen bay* vel *Zocfou bay*, id est, finum gigantum. Huic aliud etiam nomen est, *S. Ieronymi* nomium, ut & minori vocabulum *S. Bartholome* vel *Kruyck* competit. Porrò descendentibus occurrunt *Elisabetha* Insula, *Sonner bay*, vel *Boots bay* sinus in Septentrionali eâ, & in ea oppositâ *Seagots*. cum alio loco, qui *Winstergat*, id est, hybernum foramen nominatur. Ulterius ab hoc flexu ad Austrum decurrente districtum Borealem obsident. *Porto famine* navium statio, *Pilots bay*, *Staffel bay*, *Elisabeths bay* tres sinus, & *C. Froward* promontorium, quo hic descensus finitur. Hinc tertio anfractu litus utrumque declinatum recto cursu ad exitum freti in Oceanum ascendit. In eo, quòd Austrum spectat, terræ exclusæ terris plurimas Insulas faciunt, quibus continens perfœratur. Aquilonem verò respicientis litus continuâ serie ad exitum properat, & continentem facit. Utrumque autem excellissimis montibus assurgit, quorum juga se invicem contingere videntur. Aquilonaris lateris maritima loca sequenti ordine procedunt; *Cabo Helalande* promontorium, *Isle bay*, *Cordes bay* duo sinus, *Draeckes hoeck*, vel *Cabo Galland* promontorium, *Spilbergens bay*, vel *Bremer bay*, vel *Elisabeths bay*, *Reiniers* duo sinus, *Abrami riviet flavius*, *S. Catharinæ* insula *bay* duo sinus, *Abrami riviet flavius*, *S. Catharinæ* insula, *Fasische doorgaugh*, sive *S. Ieronymi Canal*. id est, fassus transitus vel S. Hieronymi canalis, *Cabo Mauritio*, vel *Cabo de quade* promontorium, *Eylands riviet*, id est, Insulæ flumen, & *Cabo de la Victoria* angulus in exitu Occiduo Aquilonaris. Australe litus serie sequenti obsident *Maukleeve*, *Cano*, *Arolos*, *witte bay*, id est, albus sinus, *Willems bay* sinus, *Cabo de Nassau* promontorium, mucro *Ridders bay*, *Graaf Hendricks Fredericks bay*, *Onbequeeme bay*, *Gogelucksige bay*. *Besseten bay* sinus quinque *Sorgfycke ree* statio navalis periculosa, & *Cabo Desirado* vel *Desseada* angulus in hoc exitu freti Occiduo meridiem spectans. In ipso exitu cernuntur aliquot insulæ *Freeland* appellatæ, & in ipsius ostii medio *Barlengbers*. Ab introitu, sive ostio freti Eoo, per quod Æthiopico Mari in fauces has aditus patet. Litus Americæ Orientale porrò ad Polum Antarcticum prevectum alio quodam transitu per cumpitur, qui prioribus seculis incognitus, superioribus demum annis Belgarum nautis innotuit, ad quem naviganti in litore cernuntur *Entrada de S. Sebastian*, *Cabo de Pennas*, & *Cabo de S. Inez* duo promontoria. Hinc Fretum illud novum in oculos incurrit, de quo paucis hæc in præsentia referre novimus.

Australis lateris finus.

FRETUM LE MAIRE nomen sum tenarum est à *Iacobo le Maire* Hollando quodam mercatore, cui hujus transitus in Oceanum Pacificum, Magellanico freto longè meliori, inventio & detectio debetur. *Isaacus le Maire* Jacobi pater cum *Wilhelmo Schouten* urbis Hornæ in Hollandiâ Septentrionali cive navem onerariam insignem & celocem ædificandas curaverunt, quarum regendarum provinciam *ipse Schouten* suscepit. Huic adjunctus est *Isaac le Maire* uterque filius, Jacobus, & Daniel, quorum majori natu negotiationis curandæ onus injungebatur. *Willelmus Cornelii* le Maire, *Schouten* rei nauticæ peritiâ excellens vir navibus ipsis & Wildudubus ex Texelia Hollandiæ Septentrionalis Insulâ 18. Kal. Quintilis an. 1615. velificans, 7. Idus Decembris in stationem *Porto Desire* profectus est, ubi celox incendio fortuito conflagrans perit. Idibus Jan. navi superstite ex portu illo in altum deducta, 15. Kal. ejusdem mensis Insulas *Schadts de weert* sub 51. gr. locatas prætervectus, 10. Kal. in fretum illud incognitum incidit, quod sequenti permeatum, fretum *le Maire* socii navales dixere. Regioni verò ad dextram sitæ *Mauritii lands*, id est, Mauritii regionis, ad sinistram transitus locatæ *Staten lands*, id est, Ordinum regionis aut terræ, nomen indidere. Intervallum autem patium inter utramque quarum illa ad dextram est *Terra del Fuego*, ad sinistram verò Australis terræ incognitæ pars, intercedens. 2. milliaria latitudine fua conspici se asserebant. Exploratione cæli factâ altitudinem 55. gr. & 36. min. ab itudo. Æquatore ad Polum Arcticum difcedentem inveniebant. Numero incredibili occurrebant omnis generis aves, plurimæ *Pinguini* & lari vel fulicæ, olores magnitudine superantes, & adeo cicures, ut in paves volando perventes manibus se capi paterentur. Phocæ item aut Leones marini, quorum infinita erat multitudo. 4. Kal. Februarii aliquot Insulas offendebant sub 57. gradu, quas *Barneveldts Eylanden*, id est, Barneveldii Insulas cognominabant. Apicem porrò ex terrâ in mare se aliquantò longius ex endentem, quem sub 57. & 48. ser. invenerunt. *Cabo Horn* in patriæ, ex qua Nauclerus *Schouten* oriundus erat, memoriam appellavere. Inde usque ad 59. altitudinis gr. provecti omnium eorum,

rum, qui ad Polum Antarcticum hactenus vela fecere, quam proximè appropinquaverunt.

Fretum le Maire.

Jacobus le Maire.

Cornelii Schouten.

Cabo de Pennas.

Freti latitudo.

Hisp. Rex mittit suas naves ad fretum le Maire.

Rumor de hujus novi freti inventione cum percrebuisset, etiam ad Hispanicarum Regis aures pervenit, qui duas naves, *Carvelas* vocant fuâ linguâ Hispani, ann. 1618. apparandas curavit, earumque nautis in mandatis dedit, ut quam accuratissimâ exploratione fretum illud pervestigarent. Præfecit autem iis *Bartholomæum Garciam de Nodal*, qui 5. Kal. Septembris anchoris fublatis ex Ulyssiponensi portu exiens vela expansa ad fretum convertit, illoque permeato in Oceanum Pacificum delatus est, quo dimisso, per fretum & Oceanum Æthiopicum & Atlanticum in Hispaniam remeavit. 7 Idus Quintilis anni 1619. naves suas in portum *S. Lucas* appulit. *Petrus Texeira Edlemus* Cosmographus regius tabellâ Hydrographicâ eleganti hunc meatum delineavit, in qua fequentium locorum nomina cernuntur. *C. S. Vincente* Occidentalis lateris angulus est Septentrionalis, sive promontorium Boreale in Mauritii terra 1 Promontorium in *Staetenland* sive Ordinum terrâ, quod Septentrionem respicit: *Cabo de Setabence*, & alterum oppositum, quod Austro obvertitur, *Cabo del Bartholme* appellatur. Proximè angulum litoris Occidentalis Austrinum ora fequitur finum grandem longo meatu terram penetrantem, quem Hispani *Puerto del buen Successo* vocare solent. Reliqua loca in tractu Meridionali Oceano Pacifico posituo sunt *Monte Garde* juxta Insulam nomine *Isla de Gonçale*, quinque Insulæ parvæ *Islas de S. Stefonge*, & tandem *Isla de Diego de Ramirez*.

Classis Nassovica ex inre maritimum.

Incolæ ex Hollandiæ oris quosdam occidunt.

Annis 1623, 1624, & 1625. Confœderatarum Provinciarum subditi totius Orbis terrarum ambitum itinere admodum memorabili circumiverant. 3 Kalend. Maji anni 1623 Amiralitat *Iacobus l'Hermite*, & Vice-Amiralitas *Geen Heyghen Schapenham* 11. navium classem Ordinum Generalium, in Confœderatis Belgii Provinciis jussu apparatam, & 1637 hominibus, inter quos 600 milites erant, emeratum velis expansis ex Batavorum Goereensi eduxerunt. Hæc postquam 5. dies in Insulæ *S. Vincente* portu anchoris inhæsisset, 8 Kal. Sextilis stationem illâ excedens, 2 Idus Sextilis in Urbis *Sierra Leona* in Barbarico litore sitæ portum desertur. Pridie Nonas Septembris ex illo solvens, 3 Kal. Octobris insulam *S. Thoma* prætergressa ipsis Kal. Octobris promontorium *Cabo Lopez* attingit, & 3 Kal. Novembris in Insulæ *Annobon* navali anchora tacit 3 pridie Non. ejusdem mensis eas tollit, ac Kal. Februarii *Cabo de Pennas* in Orientali Terræ *del Fuego* litore locatum promontorium in conspectum prodiens animadvertit. Montibus excelsis ac nive perpetuâ coopertis conspicuum procul visui patet. Proximâ luce ad fretum pervenit illud eodem die transmittit. Aër admodum nubilus & nebulosus impedimento erat, quominus utriusque litoris fretum claudentis situs & loca conspici, & observari potuerint. In tractu *Terra del Fuego* maritimo, qui prope fretum, Septentrioni obversus est, paulo supra angulum, litoris ad fretum Occidentalis, Borealem

Terra del Fuego.

Terra.

Terra.

Terra.

Verschoors bay.

finus puer us *Verschoors Bay* vel *Keede* appellatus à *Iohanne Willelmo Verschoor* Prætore nocturno, qui 2. navibus, *Oranien* nempe & *Hope*, id est, Orania & Spe, aliquandiu ibidem in anchoris fletit. Misit hic aliquot ex suis scapha per fluvioliam adversum, qui se in finum istum immittebat, altius in terram, qui cum incolis negotiantes præter aliquot phocarum aut virulorum marinorum pelles nihil pretiosi aut annonæ aut alimentorum nacti sunt. Pilcium, qui figurâ & sapore asellis minoribus adeò similes erant, ut ovum ovo similius esse nequeat, copiosissimus erat piscatus. Freti ipsius ora Occidentali incumbit anfractus sinuosus priore latior, cui *Valentins bay*, id est, Valentini sinus nomen est. In eo Celox *Griffioen*, id est, Gryphus, stationem habuit. Litus ab angulo Meridionali se ad Septentrionem incurvans longo meatu in terram procurrit, & finum *Puerto del buen Successo* Hispanis dictum, cujus paulò antè meminimus, efficit. 8 Idus Februarii in conspectum classis accesit *Cabo Horn* Insulæ cujusdam promontorium. 15 Kal. Martii nauarum oculis subjiciebatur transitus quidam grandis, quo Insula illa promontorium *Cabo Horn* complectens à terra oppositâ vicinis dicitur. Ab Insulæ promontorio *Cabo Horn* aliquanto longius ad Orientem cospiciuntur Insulæ quæ *Barneveldts* Insulæ dictæ nomen à *Willelmo Schouten* & focii acceperunt: à quibus versus Boream recedit alia quædam *Evondes Eylander*, id est, Ewaldi Insula vocata, quæ inter Barneveldii Insulas, & continentem interjacet. Classis per transitum superius dictum intervallum maris inter l'Heremitæ Insulam & continentem ingressa anchoras jecit in sinu litoris Occidentali Insulæ tractui oppositi, cui *Schapenham bay* à Vice-Amirali cognominæ nomen fecit. Ex montibus ibi faporis dulciffimi aqua effluens fe nautis offerebat, & ligatorum copia sufficiens pro navibus collegebatur. E regione objectus alius finus *winthouds bay*, id est, canis venatici finus, & nomen & deteclionem suam celoci acceptam fert, quæ *windhond*, id est, canis venaticus, appellata, cum exploranti litoris causâ eò missa esset, in illum quærendo incidit. 8 Kal. Martii incolarum numero ita justa *Schapenham bay* apparuit, quæ fequenti die 19 hominem, qui ex navi *Arent*, id est, aquilâ, in litus scapha trajecerant, & tempestate coacti fuerant ibidem commorari, fustibus, fundis, & hastis misere trucidarunt, ità ut eorum, qui trajecerant, 2. tantum vivi & 5. mortui in loco, ubi cædes facta erat, 6. Kal. Martii inveniretur, liquidem exteros fectum raptaverant. Locum itaque unde aqua petebatur, majoris damni præcavendi causa militari præsidio Amiralitas muniendum dedit, verum incolæ priori cæde contenti redire non ausi sunt. Celox *vriendtsmeid* Nassovium transitum accuratissimâ inquisitione perveltigando passim multos anfractus & sinuosos meatus obvios habuit, qui altius, quam visu quis consequi poterat, in terram progressi indicio suo conciliare animum alicui prabere poterat, diversos hic meatus occurrere, qui in fretum Magellanicum continuis alveis procurrant. Ante centemtem Insula est à Capitaneo *Terhallens Terhallens Eyland* accepto nomine gaudens, quæ è regione locum angustiæ fignendi idoneum, atque idcirco *Geeree*, id est, bona statio, appellatum, adspectat.

Terra del Fuego.

TERRA DEL FUOGO appellationem accersivit ab ignibus frequentibus, quos Magellanica turba nautica passim in litoribus conspexit. Regio montibus quidem plurimis fe extollens, passim tamen valles amœnas, & perennibus aquarum rivulis, ac fluviis quamplurimis, & herbis salutaribus refertas, admittit. Ubique inter Insulas navibus commodissimæ offeruntur stationes, quæ non solum fundum anchoris recipiendis aptum exhibent, sed etiam aquam fapidiffimam ad potum, ligna calefactioni utilia, & fuburtam omus navibus non fatis enarratis debitum sufficiens. Montes ex Montes. Oceano conspecti ardui, & arboribus denudati esse videntur, cum tamen arboribus & fruticibus scateant. Verticem omnes ad Solis ortum inclinant verberate impetuosissimo ventorum Occidentalium flatu, qui hujus regionis aëri imperio præsunt. Terra saxosos

Terra.

Valentini bay.

Terra.

Te flates

statæ ortri solent, ut vix credibile sit, illo in Orbis terrarum loco fimiles existere posse. Experta veritatem retexerunt Nassovia classis, quæ tot ac tantis hîc tempestatum procellis quotidie divexata vix tantum temporis spe habuit, quo velis navium subito demittendis aut contrahendis sufficeret. Imò naves tempestatum impetu ex flatione detubatæ quandoque 3 aut 4. anchoris retinci non poterant, & ipsæ scaphæ navibus alligatæ fluctuum & ventorum impetu invertebantur. Confitetur itaque erit, ut omnes, quibus navigationem per hæc loca instituere placuerit, navibus suis à *Terra del Fuogo* longius recedant, & ad Austrum propius accedant, ut Occidui ventis liberati Austrinos velis excipiant, & citius ac facilius hac loca transmittant. Incolæ miris modis corpora sua pingendo sibi ornatum conciliare student. Quidam cæteris corporis partibus nativæ albedini relictis, faciem, brachia, manus & pedes rubro colore inficiunt, quandoque reliquæ cutis portiones variis maculis coloratis conspersæ sunt, quæ ex alba cute elucent. Quorundam corpus dimidium rubro colore imbutum est, reliquum verò albedinem naturalem servat; Alii contra aliomodo colorem cuti inspergunt, ita ut hic illinendi ratione hâc, alius aliâ, in cute colore aliquo imbuendâ utantur. Capillos alunt longos, crassos, & admodum nigros. Dentium acumen cum cultrorum acie certare posset. Membra corporis fortia & proportione haud indecenti confociata sunt; statura ac longitudo Europæorum populorum proportioni respondent. Potiorem cibum ex piscibus petunt. Nudi incedunt. Pellibus nudo plane corpore ingredi solent, nec verenda etiam tegumentis involvit; Sequior verò genitalia corporis sui alicujus aut pellis portiunculâ oculis subducit. In cute sua pingendâ famellæ mares imitantur, collumque ornant torquibus ex cochlearum domunculis connexis. Pauci horum hominum leonum aut vitulorum marinorum corio tanquam pallio quodam tergum amiciunt, quod tamen ad frigus his in locis grande depellendum parum juvat. Jure aliquem in admirationem rapit, quod adeò sint frigoris patientes, & quo pacto corpore nudo incedentes tantum gelu tolerare queant. Frigoris sunt patientes. Ipsorum casulæ. Tuguria aut casulæ ipsorum ex arboribus connexæ tenteriorum instar à pavimento rotundo in acumen desinunt, quod foramine aperto ascendenti fumo exitum præbet. Trium pedum profunditatem ex terra excavatam habent, ac superficies earum externa cespitibus aggestis contra cœli & ventorum injurias munitur. Omnis supellectilis experti & vacui, nihil aliud quam corbes aliquot ex juncis contextos, instrumentorum, quæ ad piscatum pertinent, receptacula ostentant. Conficiunt enim quoddam funes longos ac tenues, uncosque ex lapidibus cum nostratibus chalybeis figura convenientes iis annexos, quibus conchas piscium capiendorum ex eam adhgunt. Nec armis destituuntur feri homines, quos feritas sua armavit. Quidam arcubus & sagittis, quibus lapis acutus alligatus est, corpus tutantur, hostesque offendunt. Alii hastas longas, acumina conjecta ex ossibus acutis, & dentatis, ut tenacius carni inhæreant, habentia adhibent. Sunt qui etiam fortibus utuntur fustibus, & fundis, quibus dextrè & periti lapides jaculari norunt, & cultris lapideis, quibus prodè scindere possunt. Nunquam sine armis inveniantur, quæ eam ob causam semper in promptu & penes se habere consuetura est, quod perpetuum bellum gerant cum aliis populis, qui aliquot milliaribus haud procul à portu *Gaerae & Terbodero* domicilia sua habentes, nigro colore à prioribus loca juxta *Schapenbams bay* & *Pond-hondt bay* sita incolentibus, & rubro colore cutem pictis, discerni possunt. Lembos suos sequenti artificio construere confueverunt: Integrum corticem crassissimæ arbori quam invenire possunt, detractum, jam aliquam portiunculam demendo, jam aliam iterum assuendo eâ ratione incurvant, donec Venetæ alicujus scaphæ figuram consequatur. Corticem admodum pectine fulcris imponunt, perinde ac in Hollandia onerariæ naves ædificandæ fulcimentis plurimis suffulciuntur. Fundum alio cortice interim muniunt, & lignis transversis impositis firmiter alligant, ut arctè cohærendo aquam non admittant. Harum scapharum longitudo 10, 12, 14 vel 16 pedes, ac latitudo duos tantum pedes continet, adeò ut 7 aut 8 homines capere & celerrimè remis promoveri queant. Si naturam & mores horum populorum inspicias, ab humana natura ipsos multum recessisse, & ad bestiarum feritatem proximè accessisse facilè dixeris. Nihil enim nisi figuram humanam servasse, ne scintillam quidem ullius religionis, aut politicæ conversationis produnt. Beluarum more humanâ carne crudâ vescuntur, & ab omni pudore adeò sunt alieni, ut, nî cederes, canum more tibi etiam tibias commingerent, & urinâ suâ conspurcarent. De Europæorum armorum efficacia nil quicquam sciunt, nil intelligunt. Sclopeto aut gladio tantum damnum infectri posse ignorant, & æque facilè gladii ferrum acutum quam manubrium, sine ullo discrimine arripiunt. Malignæ, nequissimæ, & ex fallacias compositæ indolis gentibus fallacissimis quarvis amicitiæ exhibendæ specimina edunt, ut peregrinos fucatâ suâ æquitate ad fecuritatem transitaos improviso impetu obruant, & trucidatos in viscera sua fœdissima condant. Hoc exemplo suo confirmant miseri illi foci navales, qui ex nave *Arent*, id est, aquilâ, scaphâ suâ in litus trajicientes nefariâ strage trucidati sunt. Re peccatâ hanc regionem etiam non cætere indicio est ilereus vaccinum, quod hinc inde nautis & militibus in terra versantibus vitium est. Accedit, quod miles quidam, qui cum celoce in portum *Gaeree* veneret, scaphâ in litus provectus, & altius in terram progressus, se in præto quodam viridi multas pecudes conspexisse affeveraverit.

Eorum natura & indoles.

Classis Nassovia, postquam fretum *Le Maire* trajecisset, 3 Kal. Martii ex *situ Schapenbams bay* in Oceanum Australem excurrens, Nonis Martii 60 grad. & 15 scrup. in Hemisphærio Australi subiit, & inde ad Septentrionem recedens, 5 Kal. Aprilis litus Chilense sub 42 gr. primo introitu animadvertit. Post ad regni Peruviani portum *Callao de Lima* à ventis promota 30 aut 40 circiter naves Hispanicas incendio concremavit. 4 Nonas Junii Amiralio suo *Jacobo l'Hermite* orbata est, cujus locum occupavit Vice-Amiralius *Geen l'Hermite Hoyghen Schapenbam*. 4 Nonas Martii Anni 1625 & *Cocq* Amiralius *Schapenbam* duabus navibus, *Rembrandt Schapenkempe*, & *'t wapen van Hoorn*, id est, Concordia & Insignibus Hornanis, *Batavis* ex Insula *Java* solvit patriam repetiturus, sed in itinere 3 Nonas Novembris ad plures remeavit. Naves ipsas 7 Idus Quintilis 1626 Hollandia felicitèr reduces vidit.

Jacobi Hoyghen Schapenbam.

LITORA inter Magellanicum Fretum, & Chilense regnum interjecta sequenti pacto *Herrera* describit. A faucibus Magellanicis latus maris ad Chilense regnum provehitur, initium sumens à plaga Meridionali, à qua in Borealem desinit, quem cursum alter tractus, Orientalis nimirum, etiam tenet. Juxta alteris Septentrionalis faucium Magellanicarum extremitatem sinus est grandis, qui mare pluribus in locis terram perfringens admittit, & pluribus etiam insulis stipatus *Aucon Siu Salada* vel *Salida* Hispanis dicitur. Illi adsidet *Sierra Nevada*, & in fine *Cabo Corea* vel *Corso* promontorium, ut & *Punta del Gada* cum portu *de los Reyes*. Inter 47 & 48 gradum nonnulli sinus maritimi occurrunt; videlicet *Aguafe por the Diego Gallegos*, id est, in quo Diego Gallegos periit; *Val de Nuestra Sennora* flexus sinuosus inter duos colles vel montes haud procul à 48 gradu; *Cabo de Ochavarios*; *Cabo de Sante Andres* promontoria duo; *Porto de Sante Stevan* navale; *Cabo de Diego Gallego* promontorium; *Porto de Sante Domingo* portus; *Riosso fundo*, id est, fluvius sine fundo; *Rio de los Rabados*, vel *Barbados* in fine insulæ; *Golfo vel Lagoa de los Coronados*. Ante flationem *Porto de Sante Domingo* Insula est *de Nuestra Sennora del Socorro*; quæ & litoris & descriptionis hujus finem facit.

Litora inter Magellanicum & Chilense regnum.

FIN-

FINMARCHIÆ,
LAPPIÆ, RUSSIÆ, NOVÆ ZEMLÆ
ET SPITZBERGÆ LITORA.

MARE, quod præsens tabella hydrographica cum litoribus suis, quorum cancellis coërcetur, ante oculos ponit, magni Oceani Septentrionalis, quem in generali totius Oceani universalis distributione *Mar del Norte* appellari diximus, portio est, cui Finmarchiæ, Lappiæ, Russiæ, Novæ Zemblæ, & Spitzbergæ tractus maritimi, cum maris Germanici finibus, limites suos constituunt.

Triplex navigatio quæ hoc mare detexit.

Triplex Navigatio illud, cum oris suis, quas ferit, maritimis, ex tenebrarum involucris in manifestam cognitionis lucem productum, posteritatis memoriæ consecrandum tradidit. Prima hactenus in vigore constituta, quotannis ex Anglia, Belgio, Gallia, & civitatibus Hanseaticis fœderæ in Germania junctis, Norwegiam, Finmarchiam, & Lappiam ambiens suo legens, mari albo permeato, Archangelum adit emporium ad Duinam fluvium celeberrimum, quod Magni Moscoviæ Ducis dominio accensetur. Iter est maritimum singulis annis insigni navium multitudini frequentatum, ut colligere est ex iis solum navigiis, quæ ex Confœderatis Belgii provinciis illud facientes, præter merces alias, plures pellium pretiosarum & frumenti copiam incredibilem ex emporio illo domum reportant. Anglorum, Gallorum, & civitarum Germaniæ maritimarum classes mercatorias taciturnus præteneo, quæ profectò quovis anno ibidem loci copiosæ conspiciuntur. Altera infrequentior in Novam Zemblam regionem longâ ultrà Russiam in Asiam quilonem porrectam, de qua nil certi compertum habetur, an Insula sit, an verò continenti adhæreat, tendens, aliquoties fuccessu ierito tentata est à Belgii confœderati mercatoribus quibusdam, qui transitus in Cathajam & Indiam Orientalem brevioris investigandi causa, per austras suos in illa loca quidem penetrarunt, sed ab re infecta aliquot vicibus redeuntibus, ulteriori inquisitione superfedere satius esse duxere. Prima.

Tertia annuatim à diversis nationibus in Groenlandiam ac Spitzbergam balænarum capiendarum causa instituitur. Primæ jam in superioribus descriptionibus, & locis convenientibus, mentio facta est. ut ejus memoriam hic resicare supervacaneum censeamus. Quæ de alterâ & tertiâ nobis innotuerunt, in compendium contracta hic subjiciemus.

Navigatio in Novam Zemblam.

Postquam à Belgii uniti mercatoribus Societas Indiæ Orientalis inita est, & ejus nomine India Eoa navibus peti cœpit, plures ex iis, ut & alias, qui Reipublicæ clavum tenebant, cogitationem susceperunt de alia aliqua via aut transitu, num fcilicet Septentrionalem Oceanum Polo Arctico confinem tranando in Tartariam, Chinam, Cathajam, Japoniam & cætera Indiæ Orientalis regna penetrare liceret, ut ejusmodi transitu invento, & in usum adhibito, & temporis compendium acquiretur, & sumptibus parcetur. Videbant enim Navigationem illam in Indiæ Orientalis regna ultrajam aditu & reditu multum temporis consumere, multos sumptus requirere, & non copiam solummodo hominum podulare, verum etiam sine multorum detendio & jactură confici non posse. Difficultatum harum meditatio & examen *Balthasarem Moucheronem* Middelburgi in Zelandia domicilium habentem, virum admodum opulentum, cujus instinctu & motu Navigatio in Indiam Orientalem instituta est, & Societas Belgarum Indica exoluit, impulere, ut per negotiorum procuratores, quos ubique in Emporiis Europæ celeberrimis habebat, & alios mercatores, cum quibus ipsi frequens negotiatio intercedebat, negotiorum in Moscovia, Russia & Tartaria conditionem & statum expiscari studeret, quò certior fieri posset, an etiam meatus aliquis pateret, per quem naves ex mari albo velafacientes in Tartariam iter capescerent. Unde fadum est, ut de quibusdam rem communicaverat, Ordines Belgi uniti Generales ac Principem Mauritium adierit, & negotium eorum aperuerit, additâ pollicitatione, si Dominis Ordinibus Generalibus, salutis & felicitatis publicæ promovendæ causa, de publicâ pecuniâ aliquantillum tantæ rei tentandæ impendere opera pretium videretur, se ex suo peculio reliqua ad eam necessaria adjuncturos. Placuit negotium Dominis Ordinibus, & Principi Auriaco: qui communi consensu decreverunt, ut Consilium maritimum, quod *Admiralitatem* vocant, in Zelandia, cum dicto mercatore *Moucherone*, & *Jacobo Valck* thesaurario, navigium *Vlieboth* appellatum, de 50 aut 60 onerum, aut tonnarum, (*Lasten* Belgæ dicunt) capax, instrueretur, & Consilium alterum Hollandiæ Septentrionalis cum Doctore *Francisco Maessonio* senatore Enckeisano & maximo navigationis promotore alterum ejusmodi appararet, utrumque autem commeatu in 8. menses sufficiente onerarent in mare Septentrionale ablegarent, ut accurată diligentiă in omnia inquirerent, & domum redeuntes certi quid referrent. Conatui huic promovendo ope sua accessit etiam *Petrus Plancius* Cosmographus ille nobilissimus, qui adhortationibus suis Amstelodami tandem illud effecit, ut Consilium ejus civitatis maritimum, cum mercatoribus quibusdam, prioribus duobus tertium ejusdem rei explorandæ causa adjunxerint. De modo explorationis inter navigationis hujus authores non conveniebat. Prioribus enim hæc sententia arrisit, inter 68 & 72 gradum transitum aliquem investigandum esse. Displicebat ea posteriori-bus, qui Plancii opinionem sequuti, Polum Arcticum censebant, quoad ejus fieri posset, quam proximè accedendum, & ibi patentem aliquam viam inquirendam. Zelandicæ navi nomen erat *Gloria*, cui in portu urbis *Ter Veer* flanti summus nauta præficiebatur *Cornelius Cornelii Ney* litorum Moscovicorum vir peritissimus: Naucleri provincia demandabatur *Petro Theodorico Strickhalle*. Utrique Enchusæ nato & civitatis jus habenti adjunctus fuit *Franciscus de la Dale* commissarii & interpretis officio fungens, utpote qui in Russia aliquot annos versatus Russicam linguam addidicerat. Accessit his *Christophorus Splonger* ex Sclavonia Enchusanæ, qui Sclavonicâ fu lingua in litore Tartariæ Orientalis adjunctus esse debebat. In *Mercurio*, Encusanæ navis hoc nomen erat, summo cum imperio nautis præerat *Brandt Tolrandts*, alias *Brand Tergalet* vocatus, rerum maritimarum cognitione vir nobilis: navis vero dirigendæ onus incumbebat *Nicolao Cornelii*, qui cum priore & Enchusa ortus & Enchusanus civis erat. Commissarii munus obibat *Johannes Huygen à Linschoten*, itidem civis Enchusanus, qui anteà *Goa* in India Orientali diu apud Lusitanos habitaverat.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

Primum iter.

Amsterodamensis navis turbæ nauticæ caput habebat *Willebrandus Barendsonius van der Schelling* navigandi peritiâ clarissimum virum, qui celocem adhuc piscatoriam ex Insula *Ter Schelling* secum ducebat. Duæ naves *Oliver & Mercurius* die Solis Nonis Junii, Anni 1594, quo duæ naves Amsterodamenses ipsas consequutæ sunt, ex *Texeliâ* Hollandiæ Boreali Insula expansis velis solventes, & Norwegiæ, ac Finmarchiæ litora legentes, die Jovis 9 Kal. Quintilis Kildunum applicuerunt, Oppidum incumbens Insulæ *Kildaya*, sitæ juxta ostium fluvii *Kol*, à *Kola* Lappiæ oppido descendentis, ut in mare labatur. Hic locias naves Amsterodamenses obvias habuerunt, quæ aliquot dies in statione illa moratæ, 3 Kal. Quintilis, qui dies Mercurii erat, navigationis promovendæ causâ itineri se commiserunt, & mandatum sibi datum exequentes, *Novam Zemblam* prætervecti, cursum ad Polum Arcticum tenuêre. Residuæ duæ, Enchusana nempe & Zelandica, 6 Nonas Quintilis, die nimirum Sabbathi, *Kildano discedentes*, recto cursu fretum *Waygats* petiêre, ut mandatis sibi datis satisfacerent. 3 Non. ejusdem mensis prima glaciei involvebantur, & per illam cursum continuantes modò plurimum videbant, modò paucam aut nullam cernebant, donec tandem liquefacta evanescerat. 2 Kalend. Sextilis fretum ipsum *Waygats* ingressæ glaciei iterum occurrenti adversabantur. Hæc maris fluxum ex Oriente per fretum in Occidentem à ventis propulsum sequebatur. Freto *Waygats* vel Nassovio perrupto Kal. Sextilis in Tartaricum Oceanum perlati nullam amplius glaciem animadverterunt, eâque de causâ 30. circiter milliaria in hoc mari progressi, ac usque ad 3 Idus ejusdem mensis tempus eo perveltigando contercentes, Obii fluvii ostium se jam prætergressos, rerum suarum fatagide & mandato munere functos esse existimabant. Velis ideirco ad fretum Nassovium retortis, 18 Kal. Septembris illud repetunt, & sequenti, qui dies Lunæ erat, in Septentrionalem Oceanum cis Novam Zemblam situm remeant, ubi prope Insulas tres parvas, quas monstribus sequentibus *Maurutii*, *Orania*, & *Novæ Wachteriæ* insignimus, naves socias à Polo Arctico descendentes obvias habent; cum equibus reditum in patriam maturantes, die Veneris 16 Kalend. Octobris in *Texellum* incolumes redeunt, postquam trium mensium, & decem dierum intervallum huic itineri impendissent. Duarum navium Amsterodamensium *Kildano* in *Novam Zemblam* navigatio sic se habet. Pridie Nonas Sextilis *Novæ Zemlæ* regionis in conspectum prodeuntis promontorium *Langenes* attingunt: Porro reliquam illius regionis oram prætervehuntur, & ad 77 gradum ac 20 scrupulum sub Arctici Poli tractu provehuntur. Idibus Sextilis prima glacies se conspiciendam exhibet. 19 Kalend. Septembris sub 77 grad. ac 20 scrup. versantes regionem quatuor aut quinque montibus conspicuam cernunt. Verum cum sine intermissione glacici magnâ copiâ obsiderentur, tempusque ipsum dilapsum esset, spes etiam transitus alicujus invenienda omnis concidisset, turba nautica, molestiarum, & periculorum, quæ à glacie ingruente singulis diebus cervicibus imminebant, pertæsa, animo immorigero ulterius pergere detrectat. *Willebrandus Barendsonius ipse* omnem spem evanuisse videns, cum cæteris consilii nautici assessoribus, eâdem, quâ loca illa acceserant, via redire decernit, ut fretum *Waygats* iterum offenderet, ubi in naves socias incidit, ut jam dictum est, & cum iis in Hollandiam revertitur.

Cum igitur naves hæ in patriam reduces factæ essent, & negotiorum gestorum narrationem exposuissent, Ordines Generales cum Mauritio principe Auraico septem navium classem anno 1595 adornare operæ pretium duxerunt. Harum binæ Amsterodami, binæ in Zelandia, totidem Enchusæ, una verò in Rotterodamensi portu apparabantur. Sex omnis generis mercibus & pecuniâ onerariæ, fretо Nassovio, quod à duobus prioribus inventum & commonstratum erat, permeato, in Cathaiam, Chinam & Indiam Orientalem vela facere debebant: Septima celox adjuncta in mandatis habebat, ut, cum cæteræ Fretum Nassovium transissent, ipsa in patriam rediens annunciaret, quando & quomodo mearum illum transmisissent. Classis hujus Amiralius erat *Cornelius Cornelii* Secundus, cui cæteri comites adjungebantur, qui priori duæ navigationi interfuerant, & munera nautica fesserant, quibus & hic fungebantur. 6 Nonas Quintilis, qui in diem Solis Anni 1595 incidebat, naves omnes in Insula *Texella* collectæ vela pandunt; & instituto itinere fuscepto, 16 Kalend. Septembris, die Jovis nimirum, in Oceano glaciali primæ glaciei occurrunt, cujus in mari fluctuantis latus per 25 milliaria legunt, & 14 Kal. ejusdem, tandem perrumpunt. In aquam autem omni glacie liberam cum pervenirent, mox tamen à sequenti iterum circundantur, ac in media glacie se versari vident. Eâ rursus perfractâ tandem in octabos incurrunt Insulæ *Mauritius* & *Orania*. 13 Kal. Septembris ad Freti *Waygats* vel Nassovii ostium occidentale deferuntur, ac transitum illum fructis glacialibus planè obstructum inveniunt. Deducebat illa ex mari Tartarico in angustias freti aquæ decursus, quem ventus Orientalis per Orientalem interoitum propulerat, ut ex mari Tartarico in Septentrionalem Oceanum propemam tantam glaciei copiam secum raptaverit. Ad latus itaque freti Boreale parum ab ipso ostio recedentes naves summo cum periculo tamdiu morantur, donec glacies à vento depulsa, & aquarum decursu avecta, fretum liberum reliquerit, & evanuerit. Aperitum itaque fretum transiverunt, & in Oceanum Tartaricum penetrant. Hic verò incredibilis glaciei multitudo occurrans, naves per fretum in Septentrionalem Oceanum repellit, & priorem juxta Occidentale ostium stationem repetere cogit. Aquæ enim fluxus à vento summa violentia protrusus glaciem tanta vehementia secum abripiebat, ut celerrimo cursu à fluctibus glacialibus insequentibus die Lunæ 5 Kalend. Septembris naves fugientes undique cingerentur, & pedibus ex una in alteram ire liceret. Glaciem enim ex freto in Borealem Oceanum erumpentem Auster fummâ vi ad litus Septentrionale repellebat. Die Mercurii tamen, qui erat tertius Kalend. Septembris, omnem glaciem Aquilo ad litus ostii occidui Australe transvexit, ita ut Oceanus iterum navigationi pateret. Die Sabbathi 4. Nonas Septembris alterâ vice fretum intrantes, per illud in Tartaricum mare rursus evadunt, quod, ut antea, aquæ frigoris violentiâ concretæ frullis infinitis obturatum reperiunt, ita ut nusquam transitus pateret. Idcirco ad 3 Idus Septembris sub *Staten Eyland*, id est, Ordinum insulâ, majoris securitatis causâ glaciei adsum præholantur: quæ cum eodem die inopinato impetu Orientali ostio appropinquaret, in fretum reverterentur, veritæ, ne ejus interventu prævenire adiru in fretum & reditu in patriam prohiberentur. Tandem cum omnis spes decollavisset, itineríque illius ex voto conficiendi facultas nulla amplius reliaret, à propesito suo tandem ac hac vice penitus impedibili animum avocantes, nautæ 17 Kal. Octobris per fauces Nassovias in Oceanum Septentrionalem classem reductam ventis in patriam propellendam permisere, in quam post spacium trium mensium & vigintiquatuor dierum hâc navigatione contritum, salvi & incolumes 6. Kalend. Octobris se receperunt. Dicto nimirum die navis, quâ *Johannes Huygen à Linschoten* vehebatur, *Texellum* Hollandiæ Septentrionalis Insulam applicuit. Navium cæterarum reditus aliquot diebus serior fuit. Classem enim hanc reducentem in Boreali mari tempestas vehementior dissecerat.

Classe igitur hâc re infectâ domum redeuntes, spes illa de transitu in Indiam Orientalem per Oceanum glacialem inveniendo concepta evanuit, ac quarundi ardor defarbuit. Ordines enim Generales negotio

tio accuratâ mentis lance examinato & perpenso, conatu ejusmodi supersedere consultum existimarunt, quamvis inter Reipublicæ administratores nonnulli rem non negligendam, sed ulterioribus sumptibus & laboribus investigandam censerent. Ne tamen planè nihil ageretur, & conatus tam plausibilis penitus intermitteretur, navigationis hujus suscipiendæ & propetis sumptibus tenendæ unicuique subditorum suorum immunitatem permisêre, addità præmii admodum luculenti pollicitatione; ejus remunerandus esset is, qui tantæ rei tentamine facto vori compos futurus esset. Omni laude dignissima Respublica Amsterodamensis proverbii vulgaris *Δὶς κ' τρὶς οὐ κακὸν* memor, certio tanto rem experiri voluit. Duarum igitur navium in hunc finem parandarum uni *Iacobum Heemskerckium*, ut nautæ summi munus gereret, ac *Wilhelmum Barendsonium* nauclerum præfecit, alterius verò curam *Iohannis Cornelii Rijp* commisit. Viri nauticarum rerum peritiâ excellentes in prioribus duabus navigationibus cum cæteris rerum summæ etiam præfuerant. Nauticæ turbæ stipendia duplici conditione pacisecabatur, quantum videlicet cuique tribuendum esset, si navigatio ex voto succederet, aut si successu sperato careret, quam tum quisque laboris sui licet irriti compensationem accipere deberet. Accedit quod ad hanc navigationem perficiendam personæ calibes plerasque quoad ejus fieri potuit, admittebantur, ut copulatiori & audaciori animo huic itineri vacarent, & minus impedimenti haberent.

Tertium iter.

17. Kal. Junii anni 1596. ex *Vlielandâ* sinus Hollandiæ Australi obtentâ Insulâ naves illæ duæ in Oceanum eductæ *Noordcap* extremum Finmarchiæ promontorium percurrendo cursum suum ad Polum Arcticum dirigunt. Nonis Junii prima in Oceano glacies fluitare visa, 13. Kal. Quintilis terra se aperit sub 80. gradu & 11. scrupulo Borealis altitudinis. Longo tractu exporrecta litus prætexerhenteur: sub 79. grad. & 11. scrupulo statio navalis admodum commoda eas anchoras jacientes excipit. Uriorum alborum hic latibula, qui terram & aquam frequentagees alimenta quirunt. Eorum unam navibus admantenem nautæ occidunt. Anserum minorum, qui *Rotgoosi* Belgis suâ lingua dicuntur, copiosissima passim tutas Insulas & continentem ovis vclut, ut apparet ex pluribus, quos nautæ hic in nidis overum exclusioni operam dantes deprehenderunt. Unum in Insulâ quâdam occisum cum sexaginta ovis, quæ invenerant, in naves delatum coxerunt & comederunt. Eâ opinione omnes imbuti erant, tractum hunc, quem prætexbant, maritimum, Groenlandiæ portionem esse. Mirum quod his in locis à Sole longius remotis gramen, & herbas invenerint, ac gramine velocitâ animalia, cervos puta, cervas, ac alia ejusmodi deprehenderint, cum tamen *Nova Zembla* omni gramine & herbis destituta nil aliud quam carnivoras bestias, vulpes nimirum & ursos, alat. Kalendis Quintil. utraque navis sub 79. ad quem regressæ erant, gradu discessionem fecerunt. Johannes Cornelii Rijp inam denuò ad Polo subjacentes regiones propellendam ventis expositi, sed ad 80. gradum perrigentem, ut alicubi per patentem aliquem mearum evadens voti compos fieret, glacies, hujus Oceani frequens incola, de propósito desistere, & ad lares domesticos remeare suasit. Velis igitur ad solum patrium conversis in Hollandiam integrâ incolumitate omnibus fraenibus pervenit. Jacobus Heemskerckius verò & Wilhelmus Barendsonius navi suâ ad 72. gradum retrogressi, cum conciperent, è regione promontorium *Candenoes* sibi objectum esse, ad latus cursu directo Novam Zemblam petunt. 26, & 27. Kalend. Sextilis *novæ Zemblæ* litori inter 74. gradum & 40. scrup. ac 75. grad. intercedens insulam ingressus apparet. 14. Kalend. ejusdem mensis accedunt ad *Orupe-Eylandt* vel Insulam crucis sub 76. gradu, & vigesimo scrupulo, sub quâ anchoram in mare demittere coacti à glacie, quæ ulteriorem progressum inhibuit. Illâ necessitate pridie Nonas Sextilis inde discedendi, & ulterius progrediendi facultas data. 7. Idus ejusdem mensis navem alligabant insulæ, quam frigus condensaverat, magnitudinis incredibilis. Nam 16. Orgyas profunda sub aquis fundo stabilis incumbebat, ac 10. adhuc orgyarum altitudine supra aquam promicabat, ita ut tota ejus crassities 52. orgyias colligeret. 18 Kalend. Septembris Insulas *Orania*, id est, Auricas adeunt, ubi glacies ipsis iterum multum negotii facebit, & massa quædam ingentis crassities tantum molestiarum exhibet, ut parum abfuerit, quin nave sua orbati glaciali elemento sepelirentur. Inde ultimum Novæ Zemblæ apicem in anfractum ab Occidente ad Orientem convolutum circumnavigant & intentione, ut Orientale Novæ Zemlæ litus prætereuntibus, & per Tartaricum mare ad ostium freti Nassovii Orientale advecti, ipsas fauces transeundo, in Septentrionalem Oceanum exire, & domum redire facultas daretur. Quamvis verò in dicto latere Orientali ad 71. gradum perveneriné, tandem tamen congliciatarum massarum in acervos innumerabiles conglomeratarum multitudine innumerabili non solum à transitu penitus excludueur, verum etiam ad 76. usque gradum retro aguntur, ubi tantâ congliciatorum collium caterva navis undique obsidetur, & cingitur, ut glaciei insidens nec progredi nec regredi potuerit, sed firma consistere coacta fuerit. Factum hoc est ipsis Nonis Septembris. Omisi igitur in Hollandiam reditus spe abiectâ consilii experes dubii hæreré, & in tanto periculo quid agendum, nescire. Glacies per Oceanum fluctuans, aliquot arborum truncos grandes cum ramis & radicibus in Insulam *Novam Zemblam* (quo tempore, incertum est) protrudendo conveneraat, & quasi futuro miserorum usui prov'de congesserat: per totam enim Insulam alias nec arbores, nec frutices ullos invenire quis posset. Occasio hæc inopinata & quasi divinitus missa desperatis ædificandæ in Insula domus consilium suggerit, & in spem de vita conservanda, ac reditu sequenti anno in patriam promovendo, erigit. Hinc sedulâ & laboriosâ, Arbores & ædificationi & foco infervientes in trabes fecate, ramenta foco excitando diligenter colligere, omnia necessaria summo studio parare, atque in locum ædibus faratis destinatum, qui haud procul à litore aberat, convehere. Omnibus paratis trabes ex arboribus apertas & erectas conjungere, atque alteram alteri arctissimè inferere, parietis autem & tecti exteriora asseribus & tabulis de superiori navis parte demptis probe tegere, duobus foraminibus uno pro camino, altero pro januâ relictis. 9. Kalend. Octob. faber lignarius Pumerendâ Hollandiæ Septentrionalis oppido oriundus satis concessit. 4. Idus Octobris dimissa sociorum nauticorum pars in ædibus constructis primâ vice domicilium. Interea temporis commeatus, cibo, potu, fitueis fuis, supellectile ac aliis rebus necessariis ex navi sui in ædes novas transferendis occupatissimi erant. Necessitas enim postulabat, ut ad sustinendam hyemem gelidissimam ederissimam, quæ instabat, & tum temporis fortiter gelando jam initium faciebat, admodum providè se pararent. In hac domo totum tempus hybernum contriverunt, & intensissimi frigoris molestiam ramentis arborum inventarum foco impositis depulerunt. Dum hujus Palatii lignei in vastissima, ferissima, & frigidissima solitudine extruendi curis destinenteur, ac lignorum advehendorum, recularumque ex navi in domum transferendarum laboribus distringuntur, ab ursis animalibus vastis & efferis omni molestiarum genere diversis sunt, quorum violentos impetus sclopetorum ictibus retudere, ita ut quandoque ex ictis unus in loco manserit aut ictu mortuus, aut vertebribus & vulnetibus crebris ab accurrentibus nautis acceptis residuum spiri-

Biblioteca Museo Franz Mayer

tam amittent. Plærique tamen, licet globo tacti fuerint, se in pedes conscientes subsigerunt. Præsie Nonas Novembris Solis sub Horizontem se condentis splendorem amiserunt, & ab eo tempore usque ad ejus reditum continuis in tenebris nocturnis versati sunt. Cum Sole abeunte & ursi discessere, ità ut nusquam postea nocturno illo tempore comparuerint, aut ullis vestigiis præsentiæ suæ indicium fecerint: Sed Phœbum reducem iterum comitati confuetis rapinis operam dedere. Contrariâ consuetudine vulpes utebantur, quæ Sole discedente advenerunt, eoque redeunte iterum abierunt. Eas Hollandi decipulis ante domum suam erectis capere solebant, quoniam affatæ haud ingrati saporis cibum præbebant, atque ideò in deliciis apud ipsos habebantur. Hyberno tempore sæpius usu venit, ut ædibus altissimâ & densissimâ nive tectis per ostium exitus non pateret, ac inquilini exituri per caminum ascendere, atque ita domo egredi, multoties verò etiam summo labore nivem foramine aut cuniculo perforare cogerentur, si per januam exire vellent. Interdum verò frigoris violentia, ac nivium, quibus ædes obruebantur, multitudo tanta erat, ut triduum, quatriduum aut plures dies domi desidentes pedem extra limen efferre non potuerint. 6. Kal. Februarii anni 1597. solem parum se supra Horizontem elevantem primâ vice conspexerunt, quamvis hic ortus cum Astronomorum & Cosmographorum calculo consucto non conveniens nimis maturus videatur, & quatuordecim diebus serius contingere debuisset. Solis ergò luce gratissima per undecim ferè hebdomadas orbati perpetuæ noctis tenebras habuere. Cum luce remeante usi ad latibula sua reversi sunt, vulpes autem iterum discessere. 7. Kal. Februarii ex sociis unus, qui diuturno morbo afflictus multas septimanas æger decubuerat, vita functus est. Secundus hic erat, quem ex suis hactenus desideraverc. Posteaquam igitur hybernum tempus spacium suum confuetum decurrillet, & cum æstivis mensibus appropinquantibus discedendi tempus appeteret, Majo autem jam finito de nave glaciei insidente adhuc nulla spes concipi posset, eam glacie liquefactâ liberatam iri, ut futuro in patriam reditui inserviret: duas scaphas suas nempe quam antèa habebant, & aliam recens ædificatam adornarunt, quibus commeatus sui reliquias, ac ex bonis pretiosiora, cum pecuniâ, quam secum vexerant, imposuere. His ad iter pernicus accommodatis 18. Kal. Julii anni 1597. matutino tempore reditus in patriam desiderantissimi initium fecere, postquam novem menses, & quod excurrit, in *Nova Zembla* commorati fuissent, ac ægrè & infinitis cum molestiis vitam sustentassent. Relicto ergo domicilio suo, & nave glacie circumsessa, angulum *Novæ Zembla* septentrionalem circumnavigantes, ac secundum litus ejusdem regionis descendentes, summo vitæ discrimini multoties se exponere coacti sunt, dum multis vicibus scaphas ex glacie in aquam detruderent, ac vice versâ ex aquis extractas impositissimo labore & summâ cum virium jactura per glacies protraherent. Virium imbecillitati incrementum addidit annonæ ac ciborum paucitas, omniumque rerum, quibus infirmitati succurrendum erat, penuria. 12. Kal. Julii prope *Eysberck* sive Glaciei angulum duodum ex hac vitâ virorum discessu nauarum numerus iterum diminutus est. Duo illi fuere *Wilhelmus Barentsonius* rei nauticæ experientiâ celeberrimus nauclerus & *Andreas Nicolai*, qui in *Nova Zembla* morbo correpti aliquandiu ægrotaverant. 2. Nonas Julii priores sequutus est tertius *Johannes Franciscî* Harlemensis, qui etiam in vivis esse desiit. 14. Kal. Septembris ex glacie elapsi porrò secundum eram Novæ Zemblæ maritimam navigando perrexere, donec aliquot vicibus adhuc glacieî coronâ obsessi tandem 3. Kal. Septembris in *Lauren hoy* vel Sinum Laurentii pervenerunt, ubi duas naves Russicas, quas *Lodjen* sua lingua indigenæ Russi appellant, in anchoris stantes offendêre. Russi misericordiâ hominum moti panem siliginem octo librarum, & aliquot aves fumo induratas dono ipsis dederunt. Postea freti Nassovii ostium prætervecti Russiæ litoribus appropinquant, & Idibus Augusti juxta promontorium *Candinses* separantur, ita ut inter 15. 14. & 13. Kal. Augusti altera scapharum Albi maris ostium 40. milliarium latitudinem habens 70. horarum spacio transierit. 12. Kal. ejusdem mensis inter *Swetenes* & *Seven Eylanden*, id est, 7. Insulas Lappiæ litoribus adjacentes, iterum conjuncti, velis expansis *Wardehusum* petere constituerunt; Verum cum in via à Russis auditus percepissent, *Kola* in Lappia ex Belgio naves stationem habere, mutato cursu per fluvium ad oppidum illud ascendere: ubi 4. Nonas Septembris præter opinionem inciderunt in *Johannem Cornelii Resp.* qui præterito anno navi sua itineri huic interfocrat, & jam ex Hollandia mercium quarundam gratia huc advenerat. Postquam igitur in itineris hujus tam memorabilis memoriam *Kola* in domo mercatoria scaphas suas, quibus 332. milliarium iter per Oceanum proxima litora præternavigando confecerant, suspendissent, Socii naves consensu patriæ suæ incolumes redditi, 4. Kal. Novembris Mosam Hollandiæ fluvium ingressi sunt, atque inde pedestri itinere profecti, Kal. Novembris cum omnium stupore & admiratione Amsterodamum redierunt, cum jam nemo esset, qui de ipsorum incolumitate & reditu ullam amplius spem habuerat. Hæc sunt tria illa in *Novam Zemblam* & glacialem Oceanum, transitus aliquius sub Arctico in Orientalem Indiam inveniendi causâ, itinera instituta, & confecta, quæ sine fructu & emolumento abiere. Quandoquidem igitur & tertium hoc iter irritum ac omnis utilitatis expers fuit, negotium hoc non solum impossibile à quovis æstimatum fuit, sed etiam in contemptum abiit, ut nemo amplius ejusdem curâ distineri voluerit. Personarum 12. quæ in patriam reduces factæ sunt, nomina sunt hæc: *Jacobus Heemskercq* Commissarius, & nauarum præfectus, *Johannes Van Cleurgus*, *Leonardus Willebrant*, *Petrus Cornelii*, *Petrus Petri Vos*, *Jacobus Johannis Sterrenburgh*, *Johannes Hollebrandi*, *Johannes à Buysco*, *Gerhardus de Veer*, *Leonardus Henrici*, *Jacobus Johannis Hoogbroondt*, & *Johannes Everhardi*. In *Nova Zembla* 2. vitâ concesserunt, & in itinere *Wilhelmus Barentsonius* cum 2. aliis, mortalitatem experiverunt, ità ut in *Nova Zembla* 17. numero fuerint, & 5. illorum ex hâc vitâ discessu ad 12. redierint.

Quantum ad litorum Polo Antarctico subjectorum delineationem & explanationem attinet, Lectori benevolo paucis satisfacere studebimus.

FINMARCHIÆ tractus maritimus totus à FIN-*Drontheimio* oppido usque ad promontorium *Nordcarp* MARexcurrens confragosus est, & multis finibus ac con-CHIA. fractis terris perforatus, quem abrupræ cautium crepidines ac Insulæ plurimæ magnæ & parvæ passim obsident. Has indigenæ nomine *Scheeren* signant. A tergo illarum continentis litus ab *Heylighe Lander Teen* cursum inter Austrum & Boream tenens ad *Mtaal-stroom* pertingit, inde verò à Boreâ-Euro ad Aquilonem progressus promontorio *Nordstcarp* finitur.

LAPPIÆ oram maritimam promontorium LAP-*Nordcarp* ordsitur, & ad Albi maris ostium finem suum PIA. transmittit. *Nordcarp* promontorium est Insulæ ante extremum continentis angulum Septentrioni obvertam sedentis, unde ad *Nordkyn* ultimum hujus in Lappia litoris apicem, qui Septentrionem è regione spectat, 8. aut 9. milliaria numerantur. Omnes hæ circumjacentes Insulæ & regiones, quamvis 70, 71, & 72. cum dimidio gradibus subjaciantur, atque eâ de causa frigus intensissimum patiantur, habitatoribus tamen neutiquam carent, sed hominibus habitacula præbent, qui ex *Normannis*, *Lappis* & *Finnis* mixti sunt generis, & æstivo ac hyberno tempore his in locis commorantur, piscatu victum & amictum quærentes.

Piscium enim copiosissima multitudine maritimâ hæc loca superfluunt, adeò ut parvorum asellorum sæpius multa millia conspiciantur, qui saltando & ludendo in aquis ita se commiscent ac tantas turbas excitant, ut procul aspicientibus locus aliquis vorticosus esse appareat. Ex piscibus captis incolæ haud parum commodi sentiunt: Nam propriis suis scaphis quovis anno semel meatus illos inter scopulos, insulas, & continentem intercedentes transant, ac Bergam emporium in Norvvegiâ celeberrimum & piscium mercaturâ admodum insigne pisces suos devectos ibidem divendunt. A promontorio *Nordcarp* ad austrum se deflectens litus pagum, aut vicum satis magnum præbet, qui aliquot centenas ædes comprehendens nunquam inquilinorum penuria laborat. Admirazione non caret, quod hyberno tempore, cum rigiditissima glacie cuncta constringantur, in mari hæc litora alluente nulla glacies animadvertatur, cum tamen uno & dimidio gradu Polo Arctico vicinius sit quàm fretum *magalt*, vel Nassovium, cui tanta glaciei multitudo se infarcit, (ut ex antecedenti narratione intelleximus) & ex maribus vicinis conglaciatis fractis pleniissimis communicatur. A promontorio *Nordkyn* ad fluvium *Tanebay* vel *Tanebay* velificatio 6. circiter milliarium conficitur, unde litus per 12. aut 13. milliaria *Wardehusum* accurrit. Totum litus à promontorio *Nordkyn* usque ad *Wardehuys* excelsis præcipitiis assurgens, latus mari immensum quasi findio defectum & abscissum ostentat, quod recto tramite pergens pauciissimis anfractibus dividitur, & paucis quibusdam in locis apicibus eminentes in mare protrudit. *Wardhuys* Insula est magno vico vel potius oppidulo 300. circiter ædibus constante exornata, & Normannis aut Danis inhabitata. Insularum hic fitarum 3. in aspectum veniunt, cum 2. aut 3. Insulis parvis, aut potius scopulis, vel saxis grandioribus. In 3. autem Insularum insularum maxima *Wardehuys* oppidum illud locatum est. Quæ continentis litori obversa juxta illud ab Euro in Austrum longitudine sua protenditur, ac intervallo 4. circiter milliaris pertens lato, & tranantibus navibus profunditatem sufficientem largiente, à continentis orâ extremâ sejungitur. Latus ejus Austrinum Oceano magnum anfractum incurrenti finum aperit; eundem se fluctibus suis insinuantem flexu sinuoso alterum latus Boreale excipit. Inter utrumque excelsior terræ tumulus oblongo tractu instar aggeris interjectus prohibet, quominus fluctus eoeundo in duas partes aut insulas unam dispescant. Vix enim lapidis jactum latus utrumque Insulæ partem connectit, & efficit, ut non dua sed una sit. Portio ejus, quæ ad Orientem se convertit, atque aperti Oceani fluctibus tunditur, vix 4. milliaria partem longitudine attingens, altitudine sua scopulosa superat alteram, quæ Occasum respiciens majori latitudine se dilatat. Inter utramque ad portum Boream & Austrinum in dicto tumulo angusto oppidulum templo exornatum, & arce Orientali lateri juxta stationem meridionalem insidente munitum, sedem habet. Incolæ lignorum, quibus Insula destituitur, egestate divexati, ex terrâ, aut ejus cespitibus viridissimo, quam muscо arboreo haud absimilem arboretum radices & fruticum fibræ plurimæ complent, cespites siccando inflammabiles conficiunt, & foco imponunt. Artificium eos docendo Hollandus quidam nauta optimè de ipsis meritus est, & probe ipsorum commodo consuluit, cum antehac à lignorum necessitate haud parum incommodi sentirent. Rei pecuariæ studentes, boves, vaccas, oves, capras, hircos, porcos, ac gallinas alunt. Pecus diurno tempore pascua visitat, ex pascuis vespertino tempore domum reducitur, ut in stabulis pernoctet. Graminem & herba non satis bona est, quamvis æstivo tempore demessum hyberno alimentum pecudi præbeat. Omnia quibus opus habent, ex Dania & aliis locis in Insalia, inferuntur, & æstivo æreſacto commutantur, in quo omnis negotiationis, quam exercent, cardo versatur. Nam asellorum majorum captura hic uberrima omnem ferè fidem excedit, qui exsiccati & arefacti in alias regiones infinito numero navibus transmittuntur, adeò ut asellorum arefactorum mercatura haud inter postremas sit & quotannis emolumentum insigne ex ea demeant, qui huic commercioeum generi operam dant. Tota hæc Insula maximam partem plana & æqualis, in lateribus ad Boream Eurum & Austrum conversis eram scopulis altis & attollentem, & cautibus munitam, Oceani fluctibus opponit. Præcipua statio naves onerarias excipiens locata est ad Occidentem Insulæ latus, ferè in medio tractus istius longi ab Aquilone ad Notum procedentis, in Canali sea freto inter Insulam & continentem interjecto: de quo incolæ certissimâ & infallibili narratione asserunt, quod nunquam eum toto Pomo circumjacente glacie obducatur, aut concrescat: quod profecto admiratione non caret, & variis meditationibus ansam præbet, undenam incredibilis illa glaciei copia, Freti Nassovii & matis *Novam Zemblam* circumeuntis inquisitna, proficiscatur. Extimum Continentis promontorium in Insulæ *Wardehuys* vicinia nomine *Domes-Domesnes.* *ner* insignitur, à quo tractus maritimus, vel etiam à *Nordkyn*, à Borea-Borea-Zephyro ad Austro-Austro-Eurum flexu longiore se incurvans, in Albi maris ostio finem invenit. Inter Insulas *Wardehuys* vicinas, & alteram *Keger*, aliàs piscatorum Insulam appellatam, intervallum interjacens 7. vel 8. milliarium longitudinem navigando confiendam complectitur. *Keger* insula 6. vel 7. milliaria longitudine congregans, ab altero finium suorum 7. milliaria usque ad Insulam *Kildoyn* numerat. *Keger.* *Kildoyn.* Hæc trans oſtium fluminis, quod ab urbe *Kola* ex Lappiâ descendit, & Belgis suo idiomate de *Revier van Kola*, id est, Kolæ fluvius dicitur, 2. circiter milliaria longitudine & unam latitudine sua, nimirum eo in loco, ubi latissima est, colligit, ac vix 40. ferè gradum, ac vix 40. ferè pulumBorealis elevationis attingit. Canalis seu fauces inter eam & continentem interjectæ à Solis ortu ad occasum per 2. ferè milliaria expanduntur, & maximâ largitate ab Aquilonari ad Austrinum plagam dimidii milliaris spacium occupant. Ubique admodum profundæ nullis vadolis locis transeuntibus navibus impedimento sunt. Media ferè Insula navale exhibet 2. angulis in Oceanum protrusis inclusum, qui magnam ei securitatem conciliant. Dimidii ferè milliaris spacio à fine occiduo Insulæ & aperti ostium finiminis, quod ab urbe *Kola* paulò ante decurrere diximus. Continentis ora excelsis saxis & scopulis erecta sine gramine & arboribus infructuosa est, ac nihil necessitati humanæ conducens producit. Insula *Kildoyn* excelsitate sua supra Oceanum longè eminens scopulorum præcipitiis fluctus ingruentes retundit, ac mari opposito litoris latere tam abruptè declivitate descendit, ut lapicidarum, aut cæmentariorum opus esse videatur: atque hæc exteriori lateris facies est: interior non tam præcipiti declivitate in Insulam, sed pedetentim decurrit. Arboribus ac fruticibus tota est destituta, & præter gramen exile & herbas paucas nihil apparet, cætera muscus obducit, aut aliquid musco simile, quia solum fibris aliquam viriditatem ejicientibus quasi implexum, & intricatum est. Interna litoræ, quæ continenti adversantur, ut & plæraque Insulæ superficies, plurimis pulchris silicibus, quorum quidam à marmorum figurâ haud multum abludant, & variis coloribus oculos pascunt, tegantur. Animalia hic rara sunt quamvis locolæ urſos & lupos inveniri affirment. Vulpes, anseres, gallinæ, monstrantur, sed numero exiguo, reperiuntur. Copia Rangiferorum numero exiguo, reperiuntur. Copia Rangiferorum est major. Animal cornibus ornatum cervorum non dissimilibus, nisi quod ad eam magnitudinem non accedant. A Lappis, Finnis, & Russis trahæ junctum hoc cervorum genus perniciissimo cursu aliquem trahæ alligatum brevissimo temporis spacio per valles & montes in locum, in quem iter sinum instituit,

Biblioteca Museo Franz Mayer

transvehere possunt. Insulam nemo inhabitat: Æstivis tamen mensibus, Junio puta, Julio, & Augusto, Finnorum & Lapponum nonnulli ex urbe *Kola*, & circumjacente territorio eò adveniunt, ac casulis quadam erectas in Orientali navalis lateri constructas, quæ innatis lignis, baculis, & perticis conjunctis stabilitæ, rotundam figuram acquirunt, foris autem cespitibus vitabilibus tegunturæ. Apex supremus per foramen apertam fumum emittit, & anterior pars humili foramine januæ vices gerente irrepentes admittit. In tuguria hæc, aut potius stabula, vel haras furnorum pilloriorum imaginem referentes, & ad eam altitudinem surgentes ut aliquis in superiori parte erecto corpore sedere queat, irreptantes, instar porcorum mixti recubant, & solo piscatu vitæ sustentationi consulunt. Pisces capros Russi, qui toto piscationis tempore fuis navigiis, quæ *Lodyen* vocant, in stratione permanent, coemunt, ac coëmptos *Kolam*, & alia in loca avehunt. Miseri & pauperes summâ in tenuitate vivunt. Accidit & corporis deformitas, cum tam masculini quàm fœminini sexus personæ parvæ admodum staturæ, & brevibus tibiis præditæ, horridiæ & squalore penitus obsitæ sint. Vestimenta, tibialia, & calcei ex Rangiferorum pellibus & coriis confectæ, quibus indutos incolas, feras potius bestias quàm homines dixeris. Fœminæ, ut & virorum nonnulli, tunicis ex crasso panno consutis, quas Russi satis magno precio pro piscibus ipsis venditant, vestiuntur. Panis indigentia facit, ut in comedendo, piscibus alios pisces panis loco adhibeant. Nonnunquam tamen Russi panem ipsis largiuntur, quem piscium copiâ satis grandi redimere solent. Potus nivis aqua est, cujus affluentiam montes nivibus ubique coöperti suppeditant. Hybernis mensibus frigoris inclementiam ferè intolerabilem reducentibus, hinc in sylvas *Kola* oppido vicinas se recipiunt, ubi lignorum affatim suppetit, quibus focum in latibulis suis excitare luculentum, & feigus à corporibus suis amoliri possunt. Russi piscatus gratiâ in hunc locum confluentes, præcipuè ex Albo mari, aut regionibus illi adjacentibus, ac urbi *Archangel* contermanis, navibus huc transeunt, & appropinquante hyberni cœli injuriâ habitationes suas repetunt. Naves habent *Russicho Lodyen* Belgico idiomate nuncupatas, quibus omnia hujus maris loca petagrant. Satis grandes & largæ, sed non admodum longæ uno tantum malo in medià parte constituto & uno velo regunter. Rudorum non solum navigationi & negotiationi, verum etiam piscationi inserviunt. In hæc litora Septentrionalia passim æstivis diebus scatent, quandoquidem Russi pisces, & inprimis alecis majoris captura intenti, ex Albo mari non solum ad finistram se deflectunt, & omnes sinus ac stationes in litoribus Wardhusium usque excurrentibus visitant, verum etiam à Lodera se convertentes, omnia litora inter promontorium *Candinas* & fluvium *Pisjora* intercedentia, imò & ulteriùs ad fretum *Waygats*, piscandi causâ invisunt. Ex panis situ corrupti fructis potum excoquunt Russi inter eos vulgari nomine *Quas* notissimum, quem in navibus aquæ loco usurpant. Necessitatis cala, cum alius potus nobilior deest, sufficit, utpote qui non usque adeo ingrati saporis, æquâ ipsâ adhuc melior, & palato acceptior habetur. Porro annona navibus Russicis consueta imponitur, panis, farina, lardum, butyrum Russicum, mel, pisces siccati, & similis commeatus.

Kola fluvius.

Kola fluvius, quem Belgarum nautica proles *de Rivier van Kola*, id est, *Kola* fluvium vocare solet, ex Moscoviticâ Lappiâ, Sueciæ confini, nascitur, & sibi adjunctum habet oppidum Moscoviticum remotiore ab ostio intervallo situm, in quo Magni Ducis Moscoviæ *Boyar*, seu Moscoviticus Gubernator, commorari solet. Nam totus hic tractus maris à *Pasa* ad *Kola*, vel fluminis *Pasa* ostio, ultra ostium Albi maris usque ad Nassovium fretum se conjicies, Magni Ducis Moscoviæ imperio paret, alter vero ad levam, qui à fluvio *Pasa* usque ad promontorium *Nordcaep* protenditur, Daniæ Regis dominio accenseatur. Fluvius dictus & aquæ profunditate, & alvei largitate, onerariarum navium ad urbem *Kolam* usque quod capax sit, acceptum fert. Ab ostio fluvii *Kola* & Insula *Kildeyn*, litoris continuatio hæc est: *Bliefna Olinie*, in Sinu medium ferè locum inter *Kildeyn* Insulam, & *Tirebiberi*, vel *Tirihiri* apicem aut angulum & ex litore excurrentem, obtinens, alta & longa est Insula, quam mox subsequuntur, *sinus* quidam alius parvus, & postea eximius angulus ostium fluminis *Tirihyry* obsidens, quo adverso naves onerariæ ab eius in terram ascendere possunt. *Waronsa* anfractus est in terrâ sinuosus; quem maris fluctus excavarunt. Posterior hic, qui fluvium ex terrâ illabentem absorbet, & prior, salmonum captura locupletissimâ locus uterque notissimus. *Gabrile* portus est, quem maris æstus recedens aqua sua ita denudat, ut pedibus siccis transitum præbeat. Æstu vero maris ad confluctum suam altitudinem redeunte 12. pedum profunditatem habet. Insula *Kildeyn* & angulus *Tirihiry* 4. circiter milliaribus, *Tirihiry* & *Varonsa* uno & dimidio, *Varonsa* vero & *Gabrile* ferè 2. ac tandem *Gabrile* & *Salenssi Daelana* uno milliari distant. Posterior locus idem sonat, si *Dalena* interpreteris, quod, Longinquius aut remotius *Dalmus*; & sinus est admodum amplius, Insulas tres in introitu habens, quæ cinereum colorem cum reliquâ hujus districtus maritimi orâ aspectui offerunt. Hinc & Gabrile litus medium alâ cavitate sinuosâ unum cum dimidio milliare in terram penetrante infringitur, quæ latitudine sua 7 *jam* Amsterodamum Hollandiæ emporium nobilissimum prætertabentem fluvium exaquat, *Daelna Olinie*, vel remotius & longinquius *Daelna* Insula à *Salenssi Daelna* 2. milliaribus parvis sejuncta. Insulæ *Bliefna Olinie* haud dissimilis est, & Boreæ expolita parte sublimior, Austro oppositâ portione depressior, ferè in medio convallem habet adeo humilem, ut maris accessus aquas accedentes ferè trajiciat, & in duas partes ipsam dividat. Obiter hic notandum monemus, duas in litore hactenus descripto Insulas *Olinie* nomine insigniri, ac vocabulis *Bliefna* & *Daelna* discerni; Nam *Bliefna Olinie* idem sonat, quod propriot *Olinie*, quæ est Insula illa, quam fluvii Kolæ ostium vicinam habet: Altera vero *Daelna Olinie* vocatur, eo quod remotiorem à dicto ostio locum nacta est. Utrique autem idem nomen communicatum, quia admodum exiguo discrimine inter se distans. Ab hac posteriori 4. milliaria suppurantur usque ad *Rinde* sinum, & stationem navalem commodiatæ suâ nobilem, quæ à fronte 4. Insulis stipata duplici sinu litus excavat, quorum alter admeridionalem plagam converfus fluviam plurimos Salmones nutrientem ad se recipit. A *Rinde* dimidium milliare litus progressum mox alium sinum grandem, & 2. Insulis in ingressu obsessum, admittit. *Gouden hoy* sinus est nomen sinus debens aræneæ rubræ, qui margo ejus oppletus aureum colorem præ se fert. *Rinde* & *Seven Eylanden* 3. milliarium interstitio separantur. *Seven Eylanden* sunt 7. Insulæ ordine suo ante litus ab Aquilonari regione ad Austrinam progredientes, quarum, quæ primum in ordine locum tuetur, magnitudine familiam ducit. Meridionali ejus termino contineris litus objectat anfractuum flexuosum cum fluvio ex terrâ illabente, qui Salmonum ferax est. Piscatus tamen ibi ratio nulla habetur. Spacium inter confinentem & Insulam profundius fecuré naves transire permittit, eâ tamen conditione, ut ad Insulam propius accedentes fecuriorem habeant navigationem. 4. priores ferè milliaris partem inter se & confinentem tranant Oceano concedunt, ita ut navibus fretum hoc, ut & omnes inter Insulas ipsas sitos meatus, uno excepto, qui inter secundam & tertiam interjectus est, angustias item inter duas ultimas & continentis oram, tutò permeare liceat. 5. Insula rotunda

tunda & parva omnium proximè ad litus accedit, eique fundo lapidoso & scopuloso unita est, ita ut inter eam & marginem continentis meatus nullus pateat. Ab ultima 7. Insularum terræ firmæ litus ad finem ducit à Russis *Skipper* cognominatum. Introitu angusto ingressum admittit, intus se ejaculatur dilatat. Proximus locus est *Nouck Oliveor*, id est, Caryophillorum insula, & Romana lingua interpreteris, quæ altiori elevatione ex fluctibus caput exerens, dimidii circiter milliaris longitudine expenditur, ac ante finum quendam sedem invenit, cujus angulum Austrinum apex occludit, à se 7. milliarium longitudinem ad 7. insulas transmittens. Huic nomen Russicum familiare est *Sperenoes*, quod interpretatione Latina Nigræ angulus reddatur, ob nigrorem quo promontorium hoc coloratum in oculos incidit. Adversus hunc angulum terra intus altè declivitate aliquâ descendit, ac litus maritimum eo pacto mutatur, ut à latere ejusdem apicis Austrino æquali planicie deprimatur & confidat, cum eimen ante latus Aquilonare editorem & excelsiorem marginem Oceano obtendat. Distantia inter *Sperenoes* vel Angulum nigrum, & *Evanekrid* acumen ex litore exertum, ac diversis crucibus ligneis insignitum, 3 aut 4 milliaria, & intervallo inter *Evanekroid* & *Klemaw* angulum itidem crucibus aliquot signatum, 2. aut 3. milliaria navibus emetienda assignantur. *Eylanden van Swetenoes*, five insulæ *Swetenoes*, vel *Inchens*, uno & dimidio milliari *Kleina* distantes, 6. numero sunt insulæ, quarum 5. ante fluvium *Inchena* serie rectâ se mutuò consequentes rectam lineam ducunt, 6. vero priorum ordinem egrediens, ad fluvii dicti ostium prope admovetur. Fluvius *Inchena*, fi altius per alveum ascenderis, in ripâ suâ oppidum eodem cognomine gaudens ostendet; quod Salmonum, quorum hic feracissimus, ubertima capturâ felix, haud exiguo emolumento ditatur. A fluvii præfati exitu litus promovetur ad angulum, *Swetenoes* Russico idiomate appellatum, & in litore depresso ac humili subsidentem; inde ad Austro-Austro-Eurum provehitur per 30. milliaria, tandem attingens *Lombafcho* apicem ex litore exertum, à quo 5. insulæ ferè ad meridiem viæ ad *Swetenoes* apicem pergentis partem serie sua rectâ protenduntur. 2. à *Lombafcho* milliaribus remotum cernitur promontorium nigrum ac præceps, à quo litus ad meridiem recto tramite festinat, donec 7. milliaria emensum *Cabo Orlogenes* promontorium consequatur. Portò per 4. milliaria ad fluvii *Penoy* ostium descendit. Inter utrumque in conspectum prodeunt tres insulæ, quarum 2. priores 2. à Promontorio *Orlogenes* & totidem milliaribus à flumine *Penoy* distident; 3. vero ad ostii, per quod fluminis *Penoy* exitus patet, latus Boreale dimidium milliare recedens, à 2. prioribus unum circiter & dimidium milliare secedit. Continentis altitudine rectâ, vix animadverti possunt, nisi quam proximè ad litus accedatur.

ALBUM MARE. ALBI MARIS hîc occurrit ostium hoc in loco angustiis maximè coarctatis contractum, & vix 6. aut 7. milliaria Germanica latum. Medio insidet lacus inæqualis, & scopulis, aut molibus scopulis & saxis refertus, 3. circiter milliaribus ab utroque ostii litore distingitur, &, æstu maris undas reciprocas ex palude hâc in Oceanum deriventé, quibusdam in locis animadvertitur. Mare hoc ab Oceano tractu laxo & ferè lunato in continentem invectum Belgarum nautiæ nubæ *witte zee*, id est, Album mare, & Russis *Bella Mare* dicitur. Sinus est magni maris septentrionalis, cujus pars illa promontorio *Nordcaep* & *Novæ Zemblæ* litoribus inclusa *Murmanskoy Mare*, id est, Danorum vel Normannorum, aut Norwegorum mare appellatur. Danos enim & Normannos aut vicinos cæteros populos *Murmanos* Russi nuncupare solent. Hoc mare per fauces promontorio *C. Orlogenes* vicinas, inter Lappiam & Russiam, se in terram immergens, duum finum instar efficit: Eum nobilem reddit Navigatio crebra *Archangelum* civitatem petens, quam singulis annis Europæi populi, Belgæ vero imprimis, inhiturere assueverunt. Cum hujus Sinus maritimis locis ita cumparatum est.

Skipper.

Nouck Oliveor.

Sperenoes.

Evanekrid. *Klema.* *Insulæ Swetenoes.* *Inchena.*

Lombafcho.

Penoy.

Rinde.

Gouden hoy.

Seven Eylanden.

Landen.

Kandalex.

Onega.

Dwina.

Rha.

Volga.

Archangelsken gorod Archangel.

I. Fluvii *Penoy* ostium in Lappiâ, ubi æstus maris à Albi maris terrâ recipiendam profunditati ultra 10. pedes nil refert. Maritimum liquum facile, verum extraordinario accessu lunari ad 3. orgyarum altitudinem accrescit, & decrescit, quotidianus autem fluxus & reflexus ad 15 pedes ascendit & descendit, & C. Barfo in Russiâ Albi maris introitum utroque litore coërcent, ut antea dictum est. *Semenowitze*, vel insula Crucis, à duabus crucibus Septentrionali angulo inharentibus, & tribus Austrino versus apici insistit, denominationem posteriorem accerfivit & 8 milliaribus à *Penoy* distans 18. *Warfogan* vela facto relinquit. Pagus est fluminis accumbens, quod Salmonum incolarum copiam alecis, & vix 8. aut 9. pedum alveo aquam continens, onerarias naves admittere dereliquit. *Warfoga* & *Hoeck van Touria*, id est, Touriæ, Touriæ angulus, interstitium habente 27. vel 28 milliarium velificando emetiendorum. Angulus ille excelsitate declivi & præcipiti se efferens, arboribus plurimis insternitur. Juxta interstitium illud 4. milliaribus ab angulo prædicto pauld altius in aquam oculos fi conjecteris in eos incidet *Tourrie Babbe* Russico prospectans, quæ procul visa simiæ alicujus sibi imidentis effigiem præ se fert. *Tourie Babbe* Latina lingua interpretè idem sonat quod Avia anguli *Touria*. *Feina Oliveor*, id est, luporum insulam; Belgæ alio nomine cobonesantes *Rhenen Eylandt* nuncupare assueverunt. Uno & dimidio milliari ab angulo *Touria* disjuncta, 2. adhuc milliaribus à se segregatam ostendit *Getikem*, quæ litus porrò per dimidium milliare transfinitit ad *Oonbey*, & inde tandem ad *Kandalex*. *Gouda* fluvius falsus est, aut potius maris Albi altius in terram pertendentis brachium, Belgis *de Soute Rivier*, id est falsum flumen à sale denominatum. *Oonbey* nomen non satis profundo alveo inclusus dulcem aquam in mare Album devehit, & majoribus excluss minoribus tantum navigiis undas suas permeandas offert. Capturæ Salmonum nomine nobilis fluvius, hujus piscis affluentiæ gloriâ se effert. Salmones enim numerosi parvis navibus & capientur, & ad majores in flumine falso stationem habentes deferuntur. A tergo loci *Kandalex* Lappiæ litus albi maris fluctibus hactenus objectum terminatur, quod inde discedens Aquilone relicto ad Austrum se convertit, & per regionem *Cereldom* pergens ad ostium suum properat, atque ad Boream converso cursu ad *C. Barfo* promontorium introitui vicinum pergit. In Corelienfi tractu maritimo loca notantur sequentia: *Kierikcarick*, & *Kargapol* locus falmones piscantibus exhibens, ac navibus onerariis imponens. Intervallum maris fluminis *Sonte Rivier* vel falso amni & promontorio *C. Kierin* intercedens, diversis insulis eidem præbet. *Solofki* insulæ spacio maximo inter dictum promontorium & ostium fluvii *Lolitzia* intercedenti ita insteræ sunt, ut illi quam *Inchena* propiorem situm habeant. *C. Kierin*, & *C. d'Onega* 2. promontoria prehendunt sinum latiore flexu fe in terram inevrvantem, & fluvii *Onega* undas ex stagno *Onega*, urbi *Kargapol* contiguo descendentes suis affociantem. A promontorio *C. d'Onega* litus, alterâ curvaturâ satis grandi, iterum inflectendo se recipit ad *Frisbers Eyland*. *Frisbers* id est, piscatorum Insulam, tractum ferè totum aqua *Eyland*. circumdatum, & parvâ ac ardâ tantum portione continenti inferturm. Nautæ ex Belgio oriundi etiam *Swetenoi* inferturm. Nautæ ex Belgio oriundi etiam *Swetenoi Eylandt*, id est, Salfam insulam appellant. In litore fe objicunt Cænobium Russicum, & alterum *S. Nicolaes* cum exitu magni fluminis *Dwina*, vel *Dwina*, quod *Dwina* haud procul à fluvio *Rha* vel *Wolga* ex terræ visceribus exturit, & emporio illo celebertimo *Archangela*, quot in ostii latere dextro sedens *Archangelsken gorod Archangel* Russiæ Incolis dicitur, superbit. Civitas hæc reco-

Biblioteca Museo Franz Mayer

præcipuum est omnium Rufficarum mercium quæ ex Moscovia in regiones & regna Europæ alia transferuntur, ac omnium item mercimoniorum, quæ forsis in Moscoviam invehuntur, & abeuntis Moscovitæ & Russiæ habitatoribus communicantur. Navigiorum autem majorum *Duina* fluvius usque ad oppidum *Colmogro*, per spacium pura 9 aut 10 milliarium, capax est, adeò ut onerariis navibus ad locum dictum ascendere liceat, quamvis, inter civitatem Archangelum & dictum oppidum, fluminis Alveus pluribus flexibus obliquetur. Ad lævam introitus in fluvium *Duina* cernuntur *de Zylanden van Podefsmike*, id est, Insulæ Podefsmikæ, quæ vadoso fundo cinguntur. *Podefsmika* in dextro latere sitæ suum nomen sibi desivavit à Rufficis navibus *Lodges* appellatis, quæ illum pernavigare solebant. Anno 1623 Hollandorum nonnulli onerariis suis navibus eum felici successu transire tentaverunt, & consecto ac veteri transitu longè commodiorem experti sunt. Ab Insulis *Podefsmike* ora maritima protrahitur usque ad acumen quoddam, in quod desinens se objicit Lappiæ litori haud procul à *Warfuga*, ubi Albi maris ostium arctius, quàm reliquis in partibus, contrahi dicimus. Locum Ruffi *Catznoes*, Hollandi *de Blauwwe Hoeck*, id est, cæruleum angulum vocare solent. Inde litus iterum curvitate quadam ad promontorium *C. de Bona Fortuna* deducitur. Inter utrumque promontorium diversa fluenta per exitus suos erumpentia se in Albi maris ostium oblongum effundunt, *Stolitza*, *Nimirum*, *Ratzo*, *Mogra*, & *Mydra*. Antequam ad promontorium *C. de Bona Fortuna* perveniatur, *C. Pendereef* aliud acumen obviam procedit. Ab Insula crucis in Lappiâ longitudo, quæ usque ad angulum cæruleum in Russiâ pertingit, 15. milliaria navigando absolvenda continere dicitur. Per ostium hoc Scopus, præcipuè autem verno tempore, ex Albo mari aqua tantò impetu, ac cursu adeò forti & veloce in Oceanum protruditur, ut navis aliqua velis plenis ventum secundum atripiens, & aliis plenissimo cursu aquam celerrimè secans, adversantes ibi fluctus superare vix possit, quamdoque etiam plane nequeat. Fluvius tam violento impetu ex hoc sinu grandi per exitum in Oceanum properantis causa est incredibilis nivium multitudo, quæ verno tempore liquefcentes undique in Album mare se præcipites dant. Hoc vero, aquarum colluvie tantâ accrescens, per ostium suum tantâ violentiâ in Oceanum redundare cogitur. Sinus, quem cernere est inter utrumque promontorium, *C. de bona Fortuna*, & *C. Barfe*, sinus *Mosevensis* appellatur, ex quo meatus in alterum sinum grandem, inter 2. promontoria *Candenes* & *Swetenes* terram profundo anfractu penetrebratum, Rufforum navigia ex mari Albo frequenter deducit. Idem tractum illum terrestrem, cujus promontorium Australe *C. Barfe* & Boreale *Candenes* nuncupatur, à continenti divulsum insulam efficit. *C. Candenes* exetus litoris in acumen desinentis angulus 5. crucibus insignibus notabilis, à quo distinctus maritimus ad Austro-Zephyrum in mare Album, & postea ad *Austro-Eurum* in dictum sinum, cui *Setseja*, vel *Tesinja gocha* nomen est, profectionem metuat. 10. circiter milliaribus à promontorio *C. Candenes* versus ostium supradicti sinus videre est insulam *Motsefsnewaitz*, & 20. circiter milliaribus ab eodem ad Eurum, vel ab Euro ad Austrum insulam *Colgoiew* maximis anseribus habitaculum frequentatum, quæ aves æstivis mensibus nudæ & implumes unum tantum ovum pedice excludunt. Russi navigiis suis ad litus quàm proximè appulsis tabulam oblongam imponunt, ut ubo sine terram attingat, altero navis lateri incumbat, per quam avium illarum grandem numerum in naves suas propellunt. Has sale conspersas dotis imponunt, & ad ulum servant. *Swetenes*, vel *Swetenoes* acuti anguli nomen, qui dextro vel Orientali lateri Sarpus dictissimus incumbens, litus se porrò flexuosâ curvitate incurvans ad alium simum parvum insulam *Texar* à fronte habentem transfinitur. Ex hujus Insulæ situ 2. in sinum transitus nascuntur, quorum alter ostium solis spectans *Oosterga*t, id est, foramen Orientale, & alter *Westergat*, id est foramen Occidentale nominatur. Insula cum continenee in vicinia jacente ob planitiem & humilitatem nullis collibus aut montibus se attollit, & litus arenosum commonstrat. Stagna & paludes ex aquâ nivali passim se colligunt. Litus crebris feratum conculcatum vestigiis, ursorum ac aliorum animalium & præsentium & copiam prodit. Unde conjecturâ facile quis assequi potest, venationem hîc lucri plenam esse. Allicit ea quotannis Russos, qui has regiones navibus adeunt, & in nonnullâ insulâ, litoribus continentis & fluvii *Colmogro* ripis commorantes ursos, martes, vivertas, mares Scythicas, vulpes & similia animalia capiunt, eorumque pellibus detractis, & paratis, mercaturam maximè fructuosam exercent. Eidem venationis generi etiam incolæ summo studio dediti caperorum animalium pelles mercibus iis commutant, quas Russi navibus suis, cum æstas appetit, *Colmogro*, *S. Nicolaes*, & aliis ex locis advenientes, in has oras convehere solent, quarum districtus maritimus etiam multis balænis scatet, ut *Johannes Huyghen a Linschot* in itineris sui primi, quod in fretum *Weygats* fecit, diario refert. Junioribus eorum, inquit, à nautis hic capeum, qui 13 vel 14 pedes longus 20. tonnas seu dolia adipis exocti reddidit. Socium pennes se habebat, qui ab hoc capto ægrè discedens multoties ad lapidis jactum loco, ubi alter in litore dissecabatur, appropinquaverat, ita ut nullo negotio capipotuisset, si modo tot ipsis dolia suppetissent, quibus pinguedinem excoctam custodire licuisset. Ostium fluvii *Colowova* ab antecedentis exitu 5. milliaria distare dicitur. Locorum hactenus indicatorum altitudo ab Æquatore ad Boream declinans sic se habet: Insula *Kildyn* sita est sub 69 grad. 40 scrup. *Catznoes* vel Cinerei coloris angulus sub 65 grad. *S. Nicolaes*, vel fluvii *Duina* ostium sub 64 grad. 30 scrup. Insulæ *Solofki* sub 65 grad. *Ombey* sub 66 gr. 45 scrup. *C. Candenes* sub 69 gr. 30 scrup. Flumina *Colowova*, *Pitsana*, & *Pitsora* sub 68 grad. 30 scrup. & *Weygats* sive fretum Nassovium sub 69 grad. 40 scrup.

Distantia. * *Distantia locorum maritimorum hoc est ratio.*

Noordkerp & Noordkyn distant *Mollar.* 30

gustiam contracta duarum insularum distinctarum speciem induit. Junguntur autem 2 portiones illæ 2. scopulosis lineis paludem parvam includentibus. Ex situ facilis conjectura est, tempestate aliquâ vehementi exoriâ Oceanum ab una aut altera parte transfundo illam colmere. Angulus ubique infestæ erant cruces lignea literis & characteribus Rufficis artificiosè insculptis ornatæ. Litus etiam lignis non solum multis, sed etiam fructibus eorum, in locis quibusdam, tantis operiebatur, ut admirationi haud exigua ansam præberet, undenam tanta copia in hanc insulam deferatur. A veritate non abertaret, qui conjiceret, grandes & enormes hic tempestates exoriri, qui ex continenti arbores & ligna deturbata huc convehant. Inter ligna conspiciebantur asseres, foraminibus & vinculis appensis loquentes, navigium Rufficum ibi naufragium fecisse, aut naufragio facto partes ejus in hoc litus ejectas esse. Funibus enim navium asseres & tabulas Ruffi connectere consueverunt. Nullum itaque dubium est, quin piscatus exercendi gratia hanc Insulam frequentes adeant, & piscibus capiendis occupati aliquandiu in ea moretur. Conjecturam fubiliunt pisciũm, *Acellorum* puta maiorum & minorum, ac equorum marinorum capita & spinæ ibi inventæ, & balænarum ossa, quæ per litus dispersa cernebantur. Palades illæ frequentes, quarum mentio facta, latibula sunt colorum, anatum montanarum, anserum minorum, & aliarum avium, quæ hanc insulam incolunt. Falcones etiam hic nidos scopulis affigunt 1 argumento est nidus, quem Hollandi litus pervestigando invenerunt, atque ex eo duos falcones exemptos secum in Hollandiam vivos detulerunt, quorum unus Hagam Comitis ad Mauritium principem missus est.

Locorum hactenus indicatorum altitudo ab Æquatore ad Boream declinans sic se habet: Insula *Kildyn* sita est sub 69 grad. 40 scrup. *Catznoes* vel Cinerei coloris angulus sub 65 grad. *S. Nicolaes*, vel fluvii *Duina* ostium sub 64 grad. 30 scrup. Insulæ *Solofki* sub 65 grad. *Ombey* sub 66 gr. 45 scrup. *C. Candenes* sub 69 gr. 30 scrup. Flumina *Colowova*, *Pitsana*, & *Pitsora* sub 68 grad. 30 scrup. & *Weygats* sive fretum Nassovium sub 69 grad. 40 scrup.

Noordkyn & Tanchoy	5
Tanchoy seu *Matkoff*, & *Wardhoys*	12
Wardhoys & Insula *Kegor* angulus	5
Kegor & Lane	7 vel 8
Lane & fluvii *Kola*	8
Lane & insula *Kuldyn*	5
Kildyn & angulus *Tirebiri*	4
Angulus *Tirebiri* & *septem insularum* primæ angulus proximus	10
Angulus *Tirebiri* & *Suetenoes*	30
Swetenoes & locus *Lamboscho* duobus milliaribus ultrior	12
Swetenoes & *Orlogenes*	7
Orlogenes & prima *trium Insularum*	2
Prima *trium insularum*, & *insula Crucis*	15
Insula Crucis & *Catsnoes*	15
Catsnoes, sive Cinerei coloris angulus, & ostium fluvii *Duina*	10
Ostium fluvii *Duina*, & *Saute Eylandt*	5
Saute Eylandt, & *C. Omega*	13 vel 14
C. de Omega & Insulæ *Solofki*	15
Omys Eyland, vel insula Crucis, & *Warfuga*	18
Warfuga, & angulus *Taoria*	28
Angulus *Taoria* & *Velna Offerova*	13
Velna Offerova, & *Gouba*	2
Ombey, & *Kandalox*	10
Orlogenes, & *C. de Candenoes*	35
Candenoes, & insula *Colgoye*	20
Candenoes, & *Swetenoes*	22
Candenoes, & insula *Motsenowitz*	10
Candenoes, & *Texar*	32
Texar, & *Colowova*	5
Colowova, & *Pitsana*	5
Pitsana, & *Pitsora*	10
Pitsora, & ostium freti *Weygats*	10 vel 12
Catsnoes, & insulæ *Solofki*	28
Catsnoes, & *Warfuga*	12 vel 13
Catsnoes, & *Polonga*	17
Insulæ *Solofki*, & *Ombey* in Lappia	24 vel 25
Insulæ *Solofki*, & *Warfuga*	24
Insulæ *Solofki*, & *Polonga*	38
Candenoes, & *Catsnoes* arch in *nova Zembla* circiter	46
Angulus Orientalis Insulæ *Colgoiew* & ostium freti *Weygats* Occidentale	45
Pitsora & angulus Insulæ *Colgoiew* Orientalis	32

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

FRETUM WAYGATS, SIVE NASSOVIUM, NOVA ZEMLA, ET SAMOIEDARUM TERRA.

Fretum Waygatz.

FRETUM WAYGATZ, sive NASSOVICUM aut NASSOVIUM, angusta fauces *novam Zemblam* regionem à continenti avellentes, ab Occidente aquam Oceani Septentrionalis versus Orientem in mare Tartaricum provehunt. Eas tam accuratè investigandi, ac pervestigandi occasionem, quæ Hollandos ad tot sumptus & labores abripuit, ab initio hujus descriptionis declaravimus. Nomen *waygats* propriè litoci ad Septentrionem se convertenti competit: Litus oppositum, quod Austrum spectat, Continenti regionis quam *Samoiedæ* populi inhabitant, obtenditur. Meatus itaque hic totus in angustiam tantam contractus secundum longitudinem suam ex Occidente in Orientem proficiscens, ubi ad Borcam prospicit, regionis *waygats* vel *novæ Zemblæ* litoribus coërcetur, quà verò ad meridiem prospectat, *Samojedarum* regione continenti adhærere terminatur. Ostium duplex habet, Occiduum & Eoum; illius latitudini unum circiter milliare attribuitur, angulusque latus Boreale acuminans *Moucherons hoeck*, seu Moucheronis angulus, & alter è regione objectus, qui meridionalem continentis marginem acuit, *Ian Huygbens hoeck*, id est, Johannis Huygheni angulus nominatur. In Boreali margine sequitur *Affgedraboeck* sive *Barlsboeck*, id est, Idolorum vel Imaginum angulus, ad latus meridionale parvæ cujusdam insulæ, cui inde nomen natum, quod Hollandi 300 aut 400 circiter idola lignea, partim minora partim majora, ac tam malè cæsa aut formata, ut vix, humanam formam illas repræsentare, conjici potuerit, ibidem loci invenerint. Cervorum Rangiferorum cornua hand exiguâ multitudine adjuncta erant, procul dubio sacrificia loco idolis immolata, & consecrata. Imaginum quædam mulierum, aliæ virorum, ac nonnullæ infantium, aut puerorum similitudinem præ se ferre videbantur. Idola inter alia erant 5, 6 aut 7, vultus aut facies humanas continentia, quæ forsan totius alicujus familiæ signa sunt, quod facile quis inde suspicari posset. Solum Insulæ & litoris fecto *waygats* annexi ubique in planitiem æqualem desinit, & dura ac argillacea terra obductum, gramine, herbis, cochlearia, & parvo porro, sive allio vestitur. 2. ferè abhinc milliaribus alius apex in fauces has exertus *Crayshoeck*, id est, angulus crucis audit, cognomento orto ex Cruce Rustica ingenti, quæ hoc in loco erecta occurrebat. Litus hoc Boreale ab introitu, cui *Moucherons-hoeck* insidet, usque ad hunc locum finibus patribus frangitur, & in planitiem depressam subsidens fastosum est, cum contrà Austrinum latus, licet etiam planum, inæqualitatem nullam admittat, altitudine tamen sua priori inferius sit, nec tot sacris exasperetur. Viriditate quidem sua ibi terra hæc amœnitatem aliquam concipit, sed nullis arbustis, aut fruticetis lusurnat. A promontorio *Crayz-hoeck* fauces porrò tendunt ad Aquilonem, donec perveniant ad angulum *Twyf-hoeck*, id est, Litium angulum, nomine sumpto

Moucherons hoeck. Ian Huygens hoeck. Barlshoeck.

Crayshoeck.

Twyfhoeck.

alveo, quod Hollandi in primo itinere hic divisis sententiis non convenirebant, dum una pars fauces ibi finem invenire arbitraretur, altera contrarium statueret; cui veritas suffragabatur, quandoquidem experientia litus iterum ad Aquilonem decurrere, & tum demum extremo ostio terminari commonstrabat. Quà promontorium *Twyf-hoeck* in fauces se exerit, objectam è regione sibi habet Insulam parvam quidem, & vix 4. milliaria partem ambitu prehendentem, ac minoris machinæ carnpestris ictum à litore separatam, sed altitudine suâ præ cæteris locis circumjacentibus conspicuam, quæ *Maelsons Eylandt*, id est, Maelsonii Insula, la appellata denominationem accersivit à *Francisco Maelsonio* Juris Doctore, & Senatore, qui cum *Balthasare Moucherone* mercatore admodum celebri navigationum in hæc loca inliterarum præcipuus author fuit. *Ten-hoeck*, id est, Dolii angulo, nomen natum à Dolio, quod in rei memoriam Hollandi stupiti longo & crasso impositum angulo illi, qui dictæ insulæ annexus est, inseruere. Juxta marginem insulæ litus se obliquo ductu per 5. circiter milliaria incurvat ad *Staten Eylandt*, id est, Ordinum Insulam. Hæc dimidii milliaris interfitio à continentis orâ secedens, ambitu suo 2. ferè milliaria circumire dicitur. Quâ continenti tractum suum maritimum objectat, diversis finibus & quidem 5. vel 6. navibus stationem tutissimam offerentibus interfectatur. Totum vero latus illud excelsis, præcipitibus, & instar cinerum coloratis cautibus & saxis munitur. Solum vero per totam insulam scopulosum, & lapidosum, quibusdam tamen in locis argilloso terræ commixtum, graminis exigua signa, & nulla animalium vestigia exhibet. Hollandi præter aliquot fringillas agrestes volantes animalia nulla animadvertere potuerunt. In hac tamen, & *Maelsonii* insula, inter scopulos, & ipsis in scopulorum rimis, Crystallii montanæ species quædam occurrebat, cum aliis lapillis, qui ad Adamantes similitudine quam proximè accedunt, duritie excepta, quia fragiles facili negotio confringuntur; quod tunc omni dubio frigori nimio & ferè intolerabili, quod in hoc loco imperium exercet, acceptum ferendum. Ab Ordinum insula longissimo anfractu litus se in continentem retrahit, & , ut Hollandorum nautarum opinio fert, fluvium illum famosum *Oby* vel Obii excipit, qui circa hæc loca per *Obi fluvius.* ostium suum in Tartaricum Oceanum undas suas effundere creditur. Ipsi Hollandi primo itinere ad 50. milliaria in mare Tartaricum progressi, 2. adhuc ostium, per quæ fluenta 2. in Oceanum illum deferuntur, cognitionem nacti sunt: Hæc fuerunt, quibus vehebantur, navium nominibus memoriæ causa notatum, unum, *Swanen River*, & alterum *Mercurius River*, *Swanen River.* id est, oloris flumen, & Mercurii flumen appellantes. *Mercurius River.* Ex Hollandorum descriptione patet, Fauces has Nassovias brevi quidem spatio ab uno mari ad alterum pertingere, sed glacieï causâ multis difficultatibus obnoxias, navigationem haud rarum & fecutam pollicere, eo quod glacies, *ex nova Zembla* litoribus Orientalibus & oppositâ continentis eâ per freti hiatus fauces à ventis Borrhispelliote & Notapelliote in Septentrionalem

nalem Oceanum propulsâ, & à ventis contrariis repulsâ, reciprocatione sæpius iteratâ per fretum quasi deambulat. Unâ æstate qualem alterâ frequentius id & majori etiam copiâ fieri rationi consentaneum est. Quia unum tempus hybernum altero magis tepidum aut frigidum, majus aut minus frigus, & plus aut minus glacieï producit. In Occidentali freti lacere ante introitum Occiduum, per quem in fretum ex Oceano Septentrionali ingredi licet, aqua marina nigrum aut subnigrum colorem habet, & ubique per undas frutices, rami, radices, ac arbores grandes fluctuare conspiciuntur. Ut primum verò *Crayz-hoeck*, id est Angulus crucis, superatus est, in faucibus, aqua, colore mutato, cærulea & clara evadit. Utriusque maris etiam fluxus, mutuo occursu, quemadmodum in Magellani freto fieri dicunt, concurrentes, absque negotio dignosci possunt.

Samoieda Populi.

Populi eis & trans fauces eodem ac domicilia habentes *Samojeda* vocantur, de quorum vitâ & moribus *Johannem Huyghen à Linschoten* paucis in itinerario suo ita loquentem audiamus: Anno 1595 Kalend. Septembris *Linschoten*, *Franciscum de la Dole*, qui Rusficæ linguæ gnarus interpretis munere fungebatur, comitem sibi adjungens, scaphâ se in litus freti Nassovii meridionale exponendum curavit, ubi in numerosum quendam *Samojedarum* cœtum haud procul ab ipsorum ædibus incidit. Hi trahis suis, quibus singulis quatuor rangiferi jungi fuerant, celerrimè provecti. & Hollandis obviam venientes, prompè deflexe, & genti illi capitis detractis honorem exhibere. Parvæ quidam, alii procerioris staturæ nonnes, latâ & planâ facie deformes, ex oculis parvis prospicere. Barbæ pilos ornatus gratiâ evellentes, imberbi mento vetularum figuram referre. Capitis crines sive capilli picem nigredine ferè superantes, ultra aures demissi pendere. Color subniger & deformis similitudine suâ conveniebat cum illorum colore qui in Hispania *Mulata* vocitantur. Eo se tinguut hyberno tempore, in suis casulis aut tuguriolis, vel laribulis aliis & cavernis, foco assidentes, & fummi ex lignis exustem excipientes. Vestimentis utuntur ex pellibus ferinis confectis, quarum pili intro conversi corpus tangebant. Omnia uno & quasi continuo filo consuta, manicas habebant brachialibus, capitia tunicis, calceos tibialibus, & tibialia caligis affuta. arma erant arcus & sagittæ. Eo pacto vestita & armata hæc turba Hollandis similarum portus, quam hominum ortus videbatur. Artis piscandi rudes planè & hospites, solâ ferarum venatione sibi alimenta ad vitæ progrationem necessaria procurant. Currendi & saltandi agilitate exteris Europæis nationibus maximè præeunt, adeò ut vix credibile sit, aliquem inventum esse, qui *Samojedem* aut cursu aut saltu superaturus sit. Erant etiam pingues ac robusti, & trahis insidebant eleganter exornatis, quæ à Rangiferis admodum pinguibus & pulchra cornua ostentando superbientibus præcurrebantur. Animalia illa perniciissimæ celeritatis longè velocissimo cursu trahas tam celeriter trahendo promovente, ut quam citissime ex oculis evanescant. Ab Hollandis rogati *Samojeda*, ut una navim adirent, hand gravatè illud fecerunt. In via interrogati, quinam præfectus ipsorum esset, virum ex suis monstrabant, 50. fortiss annum agentem, ut ex ipsius Physiognomiâ colligi potuit, qui cum cæteris in vestitu convenientis, neutiquam ab aliis distinctus poterat, nisi solo suo capitio, aut pileo, quod ex pelle catharis animalis confectum, in acumine fastigato flexili ex fruticis pannorum tinctorum consutis insignichatur. Filii duo qui præsentes aderant, arcus habebant, & phareteas fagittis plenas, quæ ornatu & elegantia sua exterorum armis similibus antecellebant. Præfectus ille narrabat, omnes qui una erant, unius & ejusdem progenies, ac inter se sanguinis vinculo conjunctos esse; cunctos item incolas, qui regionem *Waygats*, sive *novam Zemblam*, & continentem à fluvio *Petzora* ad fluvium *Oby* inhabitarent suo imperio parere. Se cum suis, quos penes se habebat, modò ex regione *Waygats*, & *novâ Zemblâ*, ubi totum tempus æstivum commorando transiisset, sine magno fructu reversum esse; Venationem equorum marinorum quos *Morsos* illa gens appellat, atque aliorum animalium haud locupletem & copiosam parum emolumenti hâc vice sibi attulisse. Porrò *Samojeda* referebant, propediem sibi ob ingruentem Hyberni temporis inclementiam versus *Petzoram* commigrandum, & locis his, in quibus jam tibi constitutis nihil ligni, quam quod à fluviis in mare devectum & in litora iterum ejectum hinc inde inveniatur, se offerret, relictis, in ea loca concedendum esse, ubi silvarum & nemorum frequentia ligni affluentiam, depellendo frigori necessariam, copiosissime sufficeret. Se non Christianæ religionis cultores, sed Ethnicorum idololatria imburos confitentes, ligneas imagines, & idola, (quæ ibi ubique in scopulis, & angulis seu promontoriis in fauces procurrentibus, acervatim erecta flabant, aut in solo coacervata jacebant) se adorare, & Deos suos æstimare, apertè dicebant. Videntur etiam Soli, atque aliis signis cœlestibus, & stellis, divinum honorem exhibere, quoniam Solem & Cœlum digito commonstrant, & quasi testes invocant, quando aliquid seriò agentes aut dicentes juramento confirmare volunt. Quamvis autem de hujus fieri & vicinarum regionum condizione & proprietate, quomodo videlicet cum hyeme in iis res se haberet, parva indicia facere potuerint, utpote qui toto anni tempore ibi commoari non soleant, illud tamen ex eorum dictis animadvertere erat, aliquam horum indigenarum partem omne anni tempus in *nova Zembla*, regione, quam *Oby* fluvius perfringit, & porrò fitis litoribus habitando morari, & domicilia nunquam mutare: Fauces Nassovias cum finibus planis & explicatis quâvis hyeme glaciali frigore constringi, & glacie obduci; Oceanum autem utrumque eis & trans fretum nunquam congliaciari: Sibi æstate novâ, seu incipiente, in hæc loca redeuntibus, quod mense Majo, ut ipsi dicebant, fieri solet, per fretum glacie hyberná adhuc coopertum pedibus transire licere: Pedeà glacieem fractam, & ex freto cum aqua exeuntem, ac à diversis ventis modo ex freto expulsam modo in illud repulsam, tandem hinc inde aquæ innarando fluctuare, donec tandem ab aqua consumatur, & liquefcendo ad priorem naturam revertat: Hoc brevissimo temporis spacio & stupendâ admodum celeritate fieri, non solum ipsi asserebant, sed etiam Hollandi experientiâ propriâ haud exiguam in admirationem rapti didicêre, atque oculis suis confpexêre. Eo igitur pacto, dicebant, glacieem quotannis evanescere, & in utroque Oceano 20 milliaribus ab ambobus finem ostiis remoto nullam amplius glacieem occurrere: 5. dierum intervallum ad velificationem ex freto ad fluvii Obii ostium requiri: unde Hollandi conjecturam faciebant, se in primo itinere fluvii Obii ostium præternavigasse, quemadmodum etiam tunc temporis opinionem illam conceperant, eamque conceptam Samojedarum hæc narratio habiliebat. Narrando pergentes, ultra Obii fluvii ostium duorum aliorum fluentorum edita ostiadi affirmabant: Eorum propiori *Gibbi* nomen esse, ac à Russicis navibus negotiationis gratiâ plurimum illud frequentari; alterum, paulò ulteriùs progressum, & *Medzansoy* appellatum, Magni Moscorum Ducis imperio finem imponere. Omnia hæc loca *Samojedarum* genti domicilia præbere, ac præfecto hunc suo obtemperare, hunc vero Magno Moscoviæ duci vectigalem esse. Totum terræ districtum cis *Medzansoy* fluvium Moscowitis parere, reliquum trans fluvium Tartarorum dominationi cedere; Tartarium inde initiarorum dominationi cedere; Tartarium inde initiarorum capere, atque ita in locis pellium pretiosarum emptione & venditione negotiationem incredibilem exerceri. Atque hæc sunt, de quibus Hollandi

Biblioteca Museo Franz Mayer

à *Samojedis* certiores reddebantur. Gens hæc hand magni momenti merces habebat, imò nihil præter pugnos dentes equorum marinorum, vel *Morsia*, ut apposellare solent, quos & magni facichant, & magno precio addicebant, eo quod à Russis maximè expetantur, & in Moscovia plurimi sunt. Nullius rei rationem habebant, nisi quod Hollandos de lardo, carne, farina, & panno percontarentur. In negotiando & tenaces, & adeò astuti ac versipelles sunt, ut haud multum lucri ipsis exorequeri queat. Postquam ab Hollandis commercium fuit acceptum, magnis gratiis actis, ac magni reverentiâ exhibitâ, valedicentes ex nave ad domicilia sua se receperunt.

Equi marini seu Morsæ, aut Pisces elephantes.

Equorum marinorum seu *Morsæ*, quos alii etiam *Walrusbeers* appellant, crebra hactenus mentio incidit. Animalia sunt corporis figurâ leonibus aut canibus marinis, quos *See-robben* Belgæ nominant, haud absimiles: corpus habent grandius & validius, quo tempore æstivo glaciei incumbentes, ut in sole aprinscentur, flocis laniam continentibus similitudine resplendent, ita ut equos Frisios magnitudine æmulentur. Ex superiori ore parte dentes duo longi dimidium ferè ulnam longitudine exæquantes, atque eius ebore maximam similitudinem habentes, propendent: quâ de causâ Elephanti poëtis marini quam *Morsæ*, aut equi marini, appellandi sortent. Magna eorum copia juxta fretum *Waygatz*, & ubique in nova *Zemblæ* litoribus creberrimè se conspiciendam exhibent. Dentes dictos Russi pluris, quam ebur ipsum faciunt, unde fit, ut per totam Russiam & Moscoviam magno in precio habeantur, & sollicitè conquirantur.

NOVÆ ZEMLÆ.

NOVÆ ZEMLÆ sive WAYGATZ regionis litora sunt hæc. Ab Occiduo freti Nassovii ostio *nova Zembla* distridus maritimus dilcedens, ieshio Austro se ad Aquilonem confert, ita ut sub 69 gradu, cui altitudini fretum Nassovium subiacitur, inito sumpto, ultra 76 gradum prominet, atque inde iterum anfractu obtuso in Tartaricum Oceanum se propitiat. In Occidentalis litoris cognitionem Hollandi penetrarunt, dum hujus regionis inquirendæ causâ primam velificationem, *stilboltsi Barendsiani* in rebus Nauticis exercitatissimi viri ductu & auspicio, secundum hæc litora facientes loca eorum maritima inspexerunt, quod & in tertia navigatione factum, quo tempore navis ipsorum nivalibus molibus cincta & circundata, collibus glacialibus firma insedit, ut navigationis cursu ipsorum nivalibus molibus cincta & circundata, collibus glacialibus firma insedit, ut navigationis cursu ipsorum nivalibus molibus cincta & circundata, collibus glacialibus firma insedit, ut navigationis cursus

Belcudenhuys.

frustra expectassent, omni spe abjecta tandem in terra domunculam excitavere, *Belcudenhuys* nomine illi impositio, quod idem est ac si Latinè diceres, domus conservationis, seu salutis, quia vitæ conservandæ causâ illam ædificaverant, quemadmodum in tertiæ navigationis enarratione pluribus à nobis indicitum est. Eâ enim se à frigoris intensissimi injuriâ defendentes, hybernorum mensium inclementiam concoxere, quandoquidem in nullam partem exitu patente, nec progredi nec redire miseris licebat. Ad hunc usque locum *Novæ Zemblæ* littora nota sunt: de reliquis ulteriùs tendentibus nihil hactenus nautis innotuit.

Regio sub LXXX gradu.

REGIO SUB LXXX GRADU. Antequam Hollandi tunc temporis *Novam Zemblam* regionem navigatione sua peterent, vela sua ad regiones polo subjectas converterunt, ita ut 13 Kalend. Quintilis Anni 1596 sub 80 gradu & 12 scrup. in vastam regionem incidérint, cujus littora Favonio vela impellente usque ad 79 gradum & 30 scrup. legentes, tandem in Sinum maritimum delati fuist, in quo anchoris fundo infixis aliquandiu morati, minorum anserum ova infinita offenderunt, ac avem ejusmodi lapide occisam nacti sunt. Hi sunt anseres isti minores *Ratganser* à Belgis appellati, quorum infinitus numerus quotannis alarum remigio Hollandiam petit, & cum primis apud *Vlieringen* Hollandiæ Septentrionalis Insulam in lacu Australi situm autumnali & hyberno tempore capiuntur. De his avibus commenta & fabulæ vulgo hactenus obtrusæ, quod in Scotiâ ex fructibus de ramis arborum supra aquam expansis decidentibus nascantur. Contrarium Hollandos experientia docuit, quod videlicet ætivo tempore in his locis Polo Arctico vicinis ova pariant, ac excludant. Hyemis verò inclementiâ redeunte in alias regiones tanto frigore non vexatas se recipiant. Sub 78 & 79 gradibus, ultra quos regio illa portò protenditur, maximum avium prædictarum multitudinem obviam habuerunt Hollandi, quæ gregatim volantes sæpè in navis vela impingebant.

Quantum ad distantiam locorum maritimorum attinet, quam in tertia navigatione, navi suâ magnâ eundo, &, eâ in glacie relictâ, scaphis duabus redeundo, Hollandi in *Novæ Zemblæ* litoribus observatam Diario suo inseruerunt, eam Lectori benevolo communicabimus.

Distantia locorum *Novæ Zemblæ* maritimorum.

	Milliar.
Nobrigelandt, & Stroombay	4
Stroombay, & Ti-haven	3
Ti-haven, & Eylandts-hoeck	5
Eylandts hoeck, & Vlieghe hoeft	3
Vlieghe hoeft, & Hoeft-hoeck	4
Hoeft-hoeck, & Hoeck der begeerten	6
Hoeck der Begeerten & Eylanden Oranien	8
Eylanden Oranien, & Ti-hoeck	5
Ti-hoeck, & Cabo de Troeil	25
Cabo de Troeil, & Cabo de Nassouw	10
Cabo de Nassouw, & angulus Orientalis Insulæ *Cruys-Eylandt*	8
Idem angulus Orientalis, & *willems Eylandt*	3
willems Eylandt & Zouwere hoeck	6
Zouwere hoeck, & Orientalis angulus Insulæ *Admiraliteyts Eylandt*	7
Occiduus, & Eous *Admiraliteyts Eylandt* angulus	5
Occiduus angulus ejusdem Insulæ, & *Cabo Flauio*	20
Cabo Flauio, & Lombsbay	8
Lombsbay, & Staten hoeck	10
Staten hoeck, & Cabo de Prior vel *Langhenes*	24
Langhenes, & C. de Cant	6
C. de Cant, & Hoeck met de fovorte Kloppen	4
Hoeck met de fovorte Kloppen, & Zouwere Eylandt	3
Zouwere Eyland & Koffins-farck	20
Coffins-farck & Cruys-hoeck	5
Cruys hoeck, & S. Laurents-bay	6
Laurens-bay & Atels-haven	6
Atels-haven, & Towre Eylanden	16
Towre Eylanden, & Insula *Ateffo & Delgey*	30

REGIO SPITZBERGA, CUM SINIBUS, PROMONTORIIS, ET CÆTERIS LITORUM SUORUM LOCIS.

SPITZBERGA.

SPITZBERGAM REGIONEM, à 76 gradu ad 80 & ulterius ad Polum Arcticum se distantem, nominis sui participem reddiderunt asperi & in acuminata juga definentes montes, quibus litus hactenus cognitum ubique locorum exasperatur. De mediterraneis ejus dem regionis nihil manifestè patet, adeò ut nihil certi de conditione & statu ejus referri queat, an insula circumdato mari cingatur, an vero continens Oceani undas excludat. Australiæ Arctoi orbis partis adhærens, Finmarchiæ promontoria *Noord-cap*, vel *Xpor d. Kyn*, sibi adversio situ objecta, recto intuitu aspicit, occidium verò latus *Groenlandiæ* regionis litoribus Eois obvertit, ac tandem Orientali latere extremum *Novæ Zemblæ* apicem prospectat. Septentrionali ejus parti nulli fines constitui possunt, cum hactenus cognitionem hominum fugiens, terminos suos nautas celet. Quæ de hac regione nota sunt, Belgarum investigatione accepta meritò feruntur, utpote quorum ductu & auspicio anno 1596 primâ vice innotescere inceperunt. Nam *Iacobum Heemskerck*, *Wilhelmum Barentsium* & *Iohannem Cornelii Ryp*, viros incomparabiles, & in re nauticâ exercitatissimos, hujus regionis inventores & detectores primos esse tertia navigatio ab hac Orbis Arctoi loca suscepta apertè loquitur. Hi primo *Groenlandiam*, aut Groenlandiæ partem eam esse existimarunt, quamvis postea aliam ab illa regionem esse temporis successu compertum est. Angli eam Terram novam appellantes, detectionis gloriam *Hughens Willughy* Anglorum Capitaneo quidam competere contendunt, qui eam Anno 1553 detexisse dicitur, cum tamen certo constet, Willughy Anglum ultra Seynam Spitzbergæ 12. adhuc milliaribus distantem insulam altius ad Polum non penetrasse, 76 itaque & 80 altitudinis Arctoæ gradus comprehendunt districtum illum, ad Spitzbergam pertinentem, ac ad Circitum sive Gallicum ab Ultorum Insulæ se avertentem, & sub Zonâ frigidâ situm, quam Zonam veteres inhabitabilem esse, ac ob frigus in Septentrionali hoc apice dominium obtinente multos incolas admittere, credidérunt. Est autem illud his in locis Polo Arctico vicinis intensissimum, & ferè omnem fidem superans, quamvis æstivis mensibus Sol nunquam Occidens splendore indefinenti verticem hunc Arctoum illuminet, ac omnibus tenebris exterminatis diem continuum efficiat. Æstivo tempore Sol, quando, Æquinoctiali lineâ superatâ Cancri Tropico appropinquans, atque inde ad Æquinoctium remeans, longissimos in hemisphærio nostro Boreali dies, nonnullique brevissimas, reddit, in vertice Arctoo nunquam se condit, sed per dimidium annum conspicient, adeò ut nulla nox animadvertatur: Contrarium Hyberno tempore accidit, quo Sol indefinenter ex oculis remotus continuis tenebris, & perpetuæ nocti, verticem eundem subjicit. Quamvis autem Æstivo tempore Sol indefinenti suâ luce diem continuum hic efficiat, Æstas tamen brevissima, & calor minimus, frigus autem maximum, reperitur. Veritatem hujus rei Nationes illæ omnes, quæ hæc loca Polo Arctico submissa navibus suis & invisérunt, & adhuc quotannis invisere solent, proprio experimento docte, testari possunt. Idibus Junii anni 1613 glaciei copia incredibilis, calore solis nondum dissolutæ, cunctis Spitzbergæ littora & sinus mariesmos omnes obsederat, ut navibus balænarum piscatus causâ advectantibus litus adire non licuerit. Imò nix ipsa, (quæ in pluribus locis per totam æstatem integra manet, in convallibus nondum liquefacta, Rangiferis pastum denegabat, ut misera animalia macie ferè conciderint. Longissimæ hyemis & asperrimi frigoris occasio est, quod Sol 11 tantum gradibus, & 40 minutis, horizontem superans, radios suos obliquos à latere in campos & terras conjiciat, unde fit, ut, solo calore debito non calefacto, nebulæ & vapores ex terrâ prorumpentes aëream caliditatem requisitâ carentem sine intermissione refrigeriant, & nunquam consumantur. Omni igitur tempore non consumpti per montes & mare ferantur necesse est: quod verissimum esse testimonio suo naturæ comprobant, quorum naves sæpè tam crassis nebulis in mari Spitzbergam alluente implicantur, & operiuntur, ut qui in poppi consistunt, ægrè in prora flantes oculi percipere queant. Eâ de causâ hæc regio, cujus littora sola, in quibus, præter excelsos & asperos montes nivibus perpetuis tectos, ac valles intermedias ferè nunquam nive carentes, nil aliud in conspectum venit, cognitioni humanæ hactenus patent, nec arboribus, nec fruticibus vestitur, nec ullos fructus fert: Herbis item ac gramine penitus caret, solumque nivibus denudatum brevem ac crassum muscum subflavum ac cæruleos flosculos prorumpentem offendit, quo pastum obductum esse videtur. Nonnulli naturæ gramen se vidisse testantur. Ultorum alborum, qui boves maximos magnitudine excedunt, magnus est numerus: Rangiferorum itidem, quibus modo dictus muscus alimento est, & brevi temporis spacio magnam pinguedinem conciliat. Cœtum ex frontibus hispida eminent hisce animalibus, cervis nostratibus aliquantò minoribus. Principio ipsis visi homines nullum timorem incutere solebant, utpote quæ sclopeti ictu trajecta, tanto in virum, à quo petita fuerunt, impetu ferebantur, ut in terram concideret. Sed damno suo sibi ab humano genere cavere didicerunt. In litore enim visæ sunt albis, subalbis, & nigris pilis vulpeculæ, & cornua pulchra & longa inventa, quæ monocerotum esse putantur, quamvis non constet, quorum animalium fuerint. Ingentis magnitudinis cete & balænæ, quarum quædam 80. & quod excurrit, pedes longitudine sua colligunt, ac tanta pinguedine abundant, ut omne ferè ipsorum lardum in oleum coquendo maturi possit. Antè portus & sinus litoris magno numero fluitare, & vagari solent. Harum piscatura dives & opulenta omnis generis nationes Europæas Oceanum navibus frequentare solitas huc quotannis evocat. Quædam nullas in tergo pinnas, sed ex superiori ictus parte plurimos habent dentes ossei prominentes, aut barbæ instar dependentes, quorum maximi ossyæ longitudinem superant, imò sæpè longiores sunt. 600. pluresque numero instar delphini in pectibus dilecti ordine à minimis ad maximos progrediuntur.

SPITZ-BERGA. Regionis finitima. Animalia.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

Anteriores & posteriores admodum parvi intermedios grandes & longos includebat, ac ex omnibus 400. tantum mercibus utilibus & lucrosis annumerantur, quæ ex his locis petuntur. Ponè caput balænæ grandes pinnas habent, & post eas locum carnosum admodum sensibilem, cui uncum infigere, aut injicere solent piscatores, ut vulnus animalia citius ex dolore animadvertant. Accepto vulnere, cum sanguis magnâ copiâ in caput & effundit, aquam cum sanguine per nares superiori capitis parti insidentes tanto in auram impetu ejaculantur, ut quasi per grandes siphones expulsa in eam altitudinem ejiciatur, quæ summam altissimi alicujus mali apicem exæquare, aut attingere possit. Piscis læsus modo fundum petit, modò ex eo in maris superficiem enatat, atque labore hoc natandi, ut uncum sibi inhærentem excutiat, tandem adeò debilitatur, ut viribus collapsis robur prisinum amittat, & fœtiditudine sui penitus excidat. Quo animadverso, piscatores funem unco illi ferreo & grandi, qui piscis cuti inhæret, alligatum sensim attrahunt, quem piscis vulneris dolore victus sequitur, & ex fundo, quem tandem post multos labores frustraneos petit, ascendere cogitur. Hunc tandem jaculo admodum acuto, quod incurvatæ capiti parti summa vi jaculando impingitur, (quoniam cæteto corpori lethale vulnus infligi nequit) nautæ interficiunt, ac in frusta dissecant. Cute reguntur crassa & nigra, quæ tenui adhuc membranâ ferico pinno lævitate & nigrore haud absimili obducta est. Genes quod dam pisciculorum cancris parvis minorum grandibus his animalibus nutrimento sunt. Eos natantia ritu aperto capiunt, & deglutiunt. In hoc mari balænæ albo colore se quoque offerunt, sed in precio non habentur. Xiphias sive gladius piscis, & ascilus minor, quandoquidem, sed tamen rari, conspiciuntur. Avium aquas deprædantium, anserum videlicet, anatum, quæ magna admodum ova parunt, anserum minorum, qui pullos suos hic excludunt, ut in *Nova Zembla* descriptione meminimus, & aliarum avium, affinitatis est mirabilis. Sic etiam equorum marinorum, quorum descriptionem ibidem quoque dedimus, in hoc distrikti maritimo numerus grandis commoratur. Quamvis verò hæc loca nivibus, glacie, & monstibus horrida & aspera sint, ac omnis fertilitatis expertia, ac perpetua sterilitate emorosa, feras tamen horrendas alant, negotiationi tamen ac mercaturæ gratiâ à diversis nationibus Europæis navigationibus anniversariis frequentantur. Piscatus, quo pulænæ capi solent, causâ superioribus annis in Belgii unitis provinciis, Hollandiâ in primis, ac Zelandiâ, mercatorum Societas coaluit, quæ Groenlandica vocatur à Groenlandiâ Orbis Arctoi regione, in quam antehac naves suas mittere solebant. Hæc singulis annis certum navium numerum in Spitzbergam abiegat, quæ mense Majo ex Hollandiæ Insulis Lacus Australis extium obsidentibus solventes, hæc loca adeunt, finitoque piscatu mense Augusto vel Septembri domum remeant. Anno 1633 illius societatis nomine septem soci navales totam hyemem in regione Spitzbergâ transtegere, ut hyberni temporis naturam & proprietatem iis in locis observarent, & exploraverit. A 3 Kal. Septembris anni 1633, quo naves domum redituræ ex Spitzbergâ discesserunt, usque ad 6 Kal. Junii anni 1634, quo Groenlandica classis ex Hollandiâ ita regionem hanc iterum delata est, in *Mauritius-Bay*, id est Mauritii sinu commorati sunt. Eo in loco Societas ædes, necessaria ad piscandum instrumentis, ac supellectile debita, aheniis nempe, & aliis ejusmodi, instructas, cum munimento bellico defensionis causâ excitato, possidet. Nomina eorum, qui voluntario auspicio commorationem tam periculosam molliri haud reformidarunt, sunt sequentia.

Septem nautæ in Spitzbergâ manent.

Iacobus Zeegersz. vander Brugge.
Johannes Henrici Kemp Zierickzeensis ex Zelandia victor.
Alef Wilhelmi ex Geldria oriundus.
Christianus Andreæ Friderico-Polstenus ex Holsatiâ.
Martinus Iacobi Tandel Dantiscanus.
Adrianus Kutten Gondæ ex Terra à Goes Faber lignarius.
Marcus Pauli Amsterdamensis.

Diarium eorum anno 1633 Hollandico idiomate imprimendum curavit Delfis in Hollandiâ Johannes Petri Waelpot Bibliopola Delfensis. Ex eo pauca hæc transferre hic visum est. Omnibus alimentis & aliis ad Hyemis inclemeniam superandam rebus necessariis ingens prospectum, ac præmium quoddam præter ordinarium stipendium promissum erat, quod tam periculoso tentamini operam navare auss fuerint. Idibus Octobris anni 1633 ultimâ vice sol apparens, postea lucem suam subduxit, & toto Hyberno tempore in conspectum non redit. 6 Kal. Novembris per septem vel octo horas lucis reflexionem & dici obscurioremi splendorem animadvertentes, oculorum operâ adhuc uti poterant, quamvis secundum tabularum sinuum, tangentium, & secantium supputationem Sol circa meridianum tempus uno gradu Horizontis inferior esse deberet. A Kal. Novembeis stellæ inceperunt so in cœlo visui exhibere, quæ postea per totam hyemem conspici poterant. 4 Idus Novembris primum vulpem coperunt. Quod de vulpibus illis, qui in *Novâ Zembla* hybernavere, observarunt, quod videlicet sole abeunte ex mediterraneis veniant, eoque redeunte ad mediterranea recedant, ut in illius regionis descriptione diximus, illud etiam hic annotatum est. Vulpium ejusmodi coctarum carnem comederunt, eamque Scorbuto nautis familiari morbo remedium præsentissimum esse experti sunt. Num æstate adventante in mediterraneum illius regionis commigrent, & hyberno tempore cedente in oras maris fluctibus pulsatas emigrent, conjectura haud est difficilis. Octobri mense in montem non procul ab habitaculo, in quo commorabantur, Hollandi ascendentes, in lapicidam incidere, quæ crassa, & capitata, nasturciosque sapore respondens, ex muco, quem Lauretum, aut Gaviarum quoddam genus, his in litoribus frequentissimum, limo suo pinguem reddiderat, crescendo proderat. Oxalidem aut acetosam ibi quoque inventam cum petiori summâ curâ collectam reposuere, quibus herbis ob frigus asperrimum semper recentibus & viridissimum quovis vento ingruente interdiu, ac glacies & nives tantâ violentiâ concrefcunt, ut horrendo strepitu ac tumultu congelationem suam prodant, & cuivis audienti, ac nescienti, facile terrorem incutiant. 8 Kal. Febr. sex vel septem horarum spacio dieli locem à nocturnis tenebris discernere, ac circa meridiem in pfalmorum libro legere poterant. Sequenti dies sudum cœlum ac serenum serem reddebat, adeò ut circa meridiem stellas non conspexerine, sed diei lucem manifesto animadverterint. 5 Kal. Martii Solis ortum ex montium excelsorum umbris conspiciebant: sequenti vero ipsi ex monte consensu diu exoptatum illud cœli lumen ascendendo Horizontem superare viderunt.

Loca Spitzbergæ maritima sunt, ut sequitur. Apex *Beeren-lands*, id est, ursorum terræ, oppositus, vocatur *P. Mosier*. Ei succenturiatur *Horsfant*, id est, Cornuum situs, cui grandi spacio litori se insinuanti cornua monocerotum, aut aliorum animalium nomen fecerunt. Vicinus est alius item largus, qui diversa flumina deglutit. Tertius *Eyssandt*, id est, Glacici sinus nuncupatur, Inde litus ad *Magdalenenbay*, id est, Magdalenæ sinum prorupit, & tandem ad *Mauritius-Bay*, id est, Mauritii sinum, in quo dicti nautæ hyberni temporis intervallum commorando contivere, defecerunt.

IN-

INSULA IOHANNIS MAYEN CUM UNIVERSO SINUUM ET PROMONTORIORUM SITU.

Iohannis Mayen Insula.

INSULA JOHANNIS MAYEN, *Jan Mayen Eylandt* Belgis, à primo Inventore Johanne Mayen nominis originem petens, inter Islandiam, Finmarchiam, & Spitzbergam, illis tamen, quàm huic propior, interjacet, ac situm suum oblongum ex plagâ cœli inter meridiem & occasum media in oppositam, inter Orientem & Septentrionem sitam, protrudit. Quò longior autem ejus est extensio, eò angustior & contractior est latitudo, ità ut in medià parte utrumque litus parvo interstitio se jungatur. Antequam Balænarum captio, & piscatus Spitzbergam translatus est, Insula hæc æstivo tempore navibus frequentabatur, balænas piscandi causâ adventantibus, ità ut nominis celebritate inter gentes Europæas, hujus generis piscatu occupatas, notissima fuerit. Quoniam verò Balænæ, seu grandia illa Cete hujus Insulæ litora deseruerunt, & ad Septentrionem propius accesserunt, nautæ & piscatores isdem quoque desertis, prædam, quam quærebant, consuetam sectando, ulterius in Septentrionem delati sunt, ac æstivi sui piscatus anniversarii sedem Spitzbergam constituerunt. Videntur enim & ista animalia commorationis mimæ in uno loco pertæsæ mutationem nonnunquam quærere, & ex uno in alium migrare; sive hoc faciant, quod se à piscatoribus impeti, & captos occidi sentiant, sive aliâ de causâ domicilia sua immutent. Verno tempore tantâ glaciei copiâ latus solis ortus obversum non obsidetur, quantâ quidem illud, quod in Septentrionem tendit, quâ apicem suum admodum acutum à tergo montis ursorum excelsissimi in mare projicit. Etenim hoc in loco per totum annum glacies ultra 10. milliaria nunquam à litore recedit, & verno tempore totum litus ità obstruit, ut nullus per illam transitus pateat. Quâ de causâ nautæ navibus suis insulam petentes omni cura & solicitudine suum cursum ità dirigunt, ut occiduo litori, non autem orientali appropinquent, quandoquidem in illo grandium Cete piscatui operam dent, necesse est. In orientale litus incidentes extremitatem Septentrionalem circumnavigare coguntur, ac proinde modò tranquillitate, modò turbulentis ventis ex ursorum monte irruentibus vehementer vexantur, & glaciei etiam aliquantò à litore remotioris periculo expositi sunt. Fluxus enim maris à meridie in Septentrionem properat, & ejusdem refluxus aut recessus vice versâ ex Boreali plagâ in meridionalem revertitur. Septentrionali Insulæ parti insidet mons Ursorum excelsissimus, qui tantâ acclivitate surgit, ut à nemine conscendi queat. Ab ursis *Beerenberg*, id est Ursorum mons denominatus tam orientali, quàm occiduo pede litus utrumque attingit, sed ab angulo, seu apice Septentrionali remotior est: ac quia tantâ altitudine se extollit, sudo cœlo à nautis etiam 30. milliaria inde navibus suis, remotis conspici potest. Litora insulæ sic se habent: *Noordtboeck*, id est, Septentrionalis angulus, extremus apex est Septentrionem inspiciens. *Oostboeck*, sive Orientalis angulus Soli Orienti opponitur. 1. 2. 3. *Yberg*, seu, 1. 2. 3. mons glaciei, sunt tres in litore montes ex glacie constantes, & concreti ex aquâ nivis, quæ calore solis infusa ex montis jugo defluit, ac mox iterum frigore concrescit. *Zuydoostboeck*, id est, inter meridiem & orientem angulus. Ab hoc litus ex oriente in occidentem procurrit, usque ad parvam insulam, ubi se iterum ad plagam cœli inter occasum & meridiem intermediam deflectit. In nonnullis locis præceps vià pedibus terendâ caret; In aliis pedibus permeari potest. *Cleyn Sandthoy*, sive parvus arenæ sinus. *Eyerlandt*, *of Vogelklippen*, id est, ovorum terra, sive avium scopuli. In his cautibus magna avium, & ovorum multitudo reperiri solet. Inter dicta hæc duo loca multi scopuli, & cautes longa serie litori obtenduntur. Mare passim hic admodum profundum est ità ut, ad sclopeti jactum se à litore recesseris, sexaginta orgyarum profunditatem mox offendas: Paulò ulterius autem si progressus fueris, bolide fundum explorare non poteris. *Groote Houthoy*, id est, magnus ligni Sinus, nomen habet à pluribus lignis putribus in eo repertis. In Insula hoc in loco angu-

 stili-

Situs.

Balænæ.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

fissimâ nonnulli conspiciuntur montes non adeò præcipites, in quorum unius aut alterius jugo si quis stans in utroque litore stantes inclamaret, ab utrisque exaudiri posset. *Cleyne Houtbay*, id est, parvi ligni Sinus. *Klip als een seyl voor een Schip*, seu Scopulus ut velum navis: Duo tales scopuli hic sunt, qui procul aspicientibus navis vela esse videntur. *Zuydtboeck*, id est, Meridionalis angulus, proximè quem aliquot cernis scopulos, de *vijf, als veen klippen*, id est, quinque aut septem scopulos, appellatos, intrà quos & litus navibus transire licet. *Langhe Zuydtboeck, ofte Huybergh*, seu, humilis meridionalis angulus, aut meta fœni, quia fœno in acervum collecto similis est. *Boeckt van Guinea*, sive sinus Guineæ, statio est navium commoda, in qua anchoræ fundo maris tutò committi possunt. *Zuydtbay*, id est, meridionalis sinus: In hoc parvo litoris recessu decem erant tentoria, cum omni apparatu piscatorio eorum, qui ibi piscari solebant. Sed hyberni temporis tempestates & procellæ tria tentoria ad Amsterodamenses pertinentia cum litore ipso avulso, & omni apparatu, tredecim minimum cymbis, ac doliis & labris adipem recipientibus, abstulerunt, & in mare præcipitarunt. Æstate sequuta Amsterodamenses terram summo labore ibidem fodiendo removendam curarunt, & duo iterum tentoria erexerunt. *Vogelklip*, id est, avium scopulus, ab avibus maxima copiâ ipsi insidentibus. *Roodenbergh*, id est, ruber mons. *Hoopstockbay*, id est, Sinus baculorum sive lignorum, ex quibus doliorum circuli confici solent. Navium enim victores hic dolia sua apparabant. *Rousseu*, id est, scopuli. *Houtbay*, id lignorum sinus, quem claudit litus scopulis assurgens, à quibus usque ad *Walruschgat* idem planum est. In coerant Amsterodamenses, & Zelandorum ahena, quibus balænarum adipem excoquebant. Sinus hic vocatur *Norder Bay*, id est Septentrionalis Sinus, vel *Engelsche Bay*, id est, Anglorum sinus, quia Angli hic etiam balænas capere soliti sunt. Commoda statione naves excipit, & præcipuus locus est, in quo piscatus antehac exercebatur. *Walruschgat*, id est, Walrusch foramen: de his animalibus in Novæ Zemlæ descriptione mentionem fecimus. *Brielsche Toorn*, id est, Brielana Turris, ita appellatus scopulus à similitudine Turris, quæ est Brielæ in Hollandia. *Mary Muys Bay*, id est, Mariæ Muys Sinus. Appellatio nata inde, quod honesta illa fœmina Roterodamì habitans prima fuerit, quæ in hanc insulam piscandi causâ navem miserit, piscatui vacantem in hoc sinu, qui in ipsius honorem ità nominatus est, & litus adipi excoquendo admodum idoneum habet. In proximâ palude pisces sunt, & aqua dulcis. Distantiæ. *Hollandt & Jan Mayen Eylandt* 160. mill. *Noordcap* & I. M. E. 170. mill. Angulus hujus insulæ Septentrionalis situs est sub 71. grad. 23. scrup. & meridionalis sub 71. gradu, Borealis latitudinis.

GROENLANDIÆ ET LOCORUM CIRCUMJACENTIUM TABULA HYDROGRAPHICA.

Groenlandiæ situs.

GROENLANDIA, id est Viridis Terra, Arctoi, Orbis Regio est meridiem versus Septentrionalis Oceani fluctibus pulsata, cujus margo orientalis partim Islandiam aspicit, partim Glaciem Maris mobilibus obsidetur, Occidentalis Freto Davis ab America separari videtur. Septentrionale latus an terræ continua sit, an in aquas desinat hactenus ignotum est. Eximus ejus Apex meridionalis, Cap Farvel, vel *Statenhoeck*, id est Ordinum Angulus, sicut Hollandi eum appellant, sub sexagesimo gradu, seu 60. gr. & 10. scrup. latitudinis Borealis situm habet. Quâ in observatione & Dani, & Belgæ conveniunt. Quod Longitudinem satis largo spatio primum meridianum in Canaria locatum versus occidentem præterg redit ur. De harum terrarum inventoribus & incolis hæc referuntur. Torvaldus pater, & Ericus filius cognomento Rubri, nobili genere nati, homicidio commisso, ex Norvegia in Islandiam fuga se subtraxerant. Patre mortuo filius alterum homicidium commisit, & fugâ sibi consuluens terram quandam Gundebiurne, quam ad occidentem ab Islandia sitam inadvertæ, nave petiit, & ostium quoddam invenit promontoriis duobus cinctum: uno quidem in insula quadam sito, & *Hoysfercken* appellato, altero verò in continenti sedente, cui *Hvarf* nomen erat. Illi ab una parte tutissimum hunc portum prodigiosæ altitudinis monte clandenti Ericus *Aludla loked*, id est grandis molis conglaciatæ, nomen indidit: appellatum tamen postea fuit *Hisjerkum*, id est, *insulam cæruleum*, tedium tandem tamen ad pristinum suum appellationem *Hoysfercken*, quod insulum album notat. Nomina ortâ à glacie, quæ hic album, illic cæruleum colorem ostentat. Ericus in insulâ à se *Ericksoen*, id est, Erici insula, denominatâ hyemem transegit. Vemo tempore continentem ingressus, eam Groenlandiam, id est viridem terram, à pratis & arboribus denominavit, & sibi ædificium construxit nomine *Osbreng*, quod ædificium orientale significat. Autumnali tempore aliud in occidente construdum *Vestbreng*, id est, Occiduum ædificium nuncupavit. Sequenti æstate versus Septentrionem pergens grandem scopulum offendit, quem notavit nomine *Snefiel*, quo nivis scopulos denotatur. Proximum portum appellavit *Ravensforden*, id est, Corvorum portus, appellatione à corvorum ibi commorantium multitudine exorta. Tandem Islandiæ incolis recognitatus in insulam revertitur, & recens inventam terram landibus deprædicat, ut plurimi persuasi cum eo in illam navibus profecti sint. Erici Filius *Leifr* in Norvegiam missus ad Regem Olaum Truggerum, ut cum de terræ dictæ situ & bonitate edoceret, eò deductus est, ut Christianam Religionem amplexus, & Baptismate facto inclitus Christianæ Ecclesiæ interretur. Remansum à Rege in Groenlandiam cum sacerdote habitatore: *Leifs Lenbeque*, id est, *Leifs* beatum appellarunt, quod in itinere ex multis periculis evaserat: Pater verò malè excepit nonnullos peregrinos nautas secum adducentem, quos in carina navis tempestate horrenda inverse, & in glaciei molem injectæ sedentes offendit, ac misericordia motus in navem suam eadem tempestate concultam recepit. Ægrè autem ferebat Pater, quod hâc occasione peregrinis navigatio in dictam terram innotesceret. Eam tandem solavit Filius, & effecit, ut cum maximâ populi parte baptizaretur. Utrumque discessum ex *Isdern* Norvegiæ portu Islandica Chronica ad *Hakon Iarle*, cui divitis cognomentum erat, & Regis Olai Truggeri tempus, quod in annum Christi 982. incidit, Chronica verò Danica ad annum 770. referunt, quamvis hæc post annum nongentesimum conegisse verisimilius sit. Nam circà illud tempus, quo Ludovicus Bonus imperio præfuit, & Danæ Reges Christianam fidem amplexi sunt, Groenlandiam notissimam fuisse Danica Chronica tradunt, ut & Chronica manuscripta in Archivis Boemensium Archiepiscoporum, quæ antè annum 900. cujusdam Bullæ à Pontifice concessæ beneficio Archiepiscopos illos totius Septentrionis Metropolitanos constituunt, ac expressis verbis in ipsâ bullâ Papæ Islandiæ & Groenlandiæ meminerunt. Factam esse testantur. Bulla Papæ Gregorii IV. Ansgario Episcopo data anno 835. Islandiæ & Groenlandiæ meminit. Porrò Danica Chronica narrant, Ericî posteros multiplicatos Groenlandiam in Orientalem & Occidentalem divisisse, ac in illâ urbem Garde, aliamque Albe, ut & monasterium S. Thomæ in mariis litore in S. Thomæ honorem extruxisse. Urbs Garde, in Gronlandiæ cathedrale S. Nicolai templum fuit, sedes erat E. Ubs. piscopalis. Episcoporum seriem usque ad annum 1150. videre est in Specimine Islandico Angrimi Jonæ. Pontanus in Historiâ Danicâ refert, quod anno 1389. Henricus Gardæ Episcopus Comitiis Danicis Nieuburgi in Fioniâ celebratis interfuerit. Anno 1256. Groenlandos seditiosos tributi solutionem negasse ex Annalibus Danicis liquet. Ericus Daniæ Rex à Norvvegiæ rege Magno rogatus, classe instructâ Groenlandiam petit, & incolas dicto regi iterum subjecit. Anno 1261. pax facta est. Groenlandiæ descriptionem sequentem suppeditant: *Skagefiord* urbs est magis ad orientem recedens, ubi scopulus in mari nonnisi aquis crescentibus, cum quibus balænarum & aliorum piscium copia portum ingreditur, naves admittit. Portus *Buncbonder* ab Olai Norvegiæ Regis ministro, qui cum piscibus aliis ibi naufragium fecit, denominatus. Hoc superior, & promissi montes glaciales est Insula *Ioanson*, multorum ursorum & aliarum bestiarum copium largiens. Versus occidentem cernitur *Kindelsford* maris ostium ubique habitatum, & in dextro litore ostendens *Kerchirche*, id est templum in crucem ædificatum, quod se extendit usque ad *Petersfchirk*, ubi est *Vandelsbug*. Monasterium item S. Olao. & S. Augustino consecratum, & ad *Boltzen* usque excurrens. Propè *Kindelsford* est *Rumpesforford*, cum pluribus parvis insulis, ubi aquæ hyberno tempore calidissimæ, & æstivo temperatæ, ac plurimorum morborum curatrices. Proxime

Latitudo Borealis.

Inventores & incolæ.

Locorum in Groenlandia descriptio.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

sequuntur *Fox*, regia domus ; *Einersford* ; *Lunesford* ; *Kiöning* promontorium ; *Grantevig* æstuarium ; *Daller* domus quædam ; *Reyat*, seu Insula grandis rangiferorum plurimorum habitatio, in qua lapis *Talgsteyn*, in scindendo adeò mollis, ut omnis generis vasa, ut pocula, abena, & lebetes decem aut duodecim doliorum capacitatem eo parentur. Hunc nullus ignis consumere potest. Ulterius ad occidentem progredienti occurrit Insula *Lassen*. Templo ad *Einarsford* vicina est domus *Hoffstad*. *Errichsford*, vel *Errichshaven* æstuarium est terram ingrediens, & antè se habens insulam *Herrieven*. *Ataksford* prægreditur ab *Errichsford* versus Boream, huic succedit *Sundesford*, ubi plures insulæ & portus inveniuntur. Terra inter *Osfrebog* & *Vestrebog* ceferta incolis caret. Confine est templum *Strofnes* olim Episcopi sedes. *Skreglingoer*, vel *Skreglingnes*, totam regionem *Vestrebog* possident. Inveniuntur ibi equi, capræ, boves, oves, ac omnis generis animalia fera, sed homines nulli. Post *Vestrebog* est *Himmelrahsfield* scopulus ingens, ubi charybdes frequentes navibus transitum negant.

Groenlandiæ fertilitas.

Cornua Monocerotum.

Descripsionis hujus author est *Peer Bert* Episcopi Groenlandiæ minister, missus cum aliis, ut *Skreglingres* fedibus suis pelleret. Quid de ea dicendum, nescimus, cum nihil præterea habeamus, quibus confirmari possimus. Angrimus Jonas de Episcopali sede ita loquitur : Fundata in Boedum (*in Garden* legendum) Episcopali residentia in sinu *Einarsford*, Groenlandiæ Orientalis. Ergo *Strofnes* sedes Episcopalis non fuit, cum *Garden* urbem, sedem illam semper fuisse ex historiis Danicis constet. Quinam illi *Skreglingres* fuerint, ignoratur. Feros indigenas fuisse doctissimus Wormius conjicit, inhabitantes oppositum litus *Vindesford*, cujus alterum litus Norvvegi possidebant, & omnium harum terrarum incolas anèc Norvvegorum adventum existisse.

De Groenlandiæ fertilitate Chronica Islandica variant, modò optimum in ea frumentum, & maximas quercus pomis similes glandes ferentes nasci dicentia, modo nullum semen, aut aliquid aliud crescere negantia. Posterius affirmatur Annalibus Danicis testantibus, *quod Erricus cum suis, piscibus solis vixerint, successores tamen inter mortes loca fertilia, prata, & frumenta invenerint.* Sed utraliæ terræ omnes, ità & hæc procul dubio in quibusdam partibus sterilis, & in quibusdam fertilis est. Scopulis multis & saxeis locis constrata omnis colonis marmora suppeditat, si Islandicis Chronicis fides habenda. Pascuis excellit, ac pecudes & pecora nutrit. Equos, lepores, cervos, rangiferos, lupos, vulpes, alios & nigri coloris usos, lutras, fibros (ut Chronica Islandica ajunt) & albi, ac leucophaei coloris falcones habet. Mare piscibus innumerabilibus fcatens lupos, canes, & virtulos marinos, ac balænarum immensam multitudinem alit. Urios item nigros & albos ; illi carne virentes ex terra manquam discedunt : hi piscibus viventes ferè in mari vitam degunt, ac multo majores sunt ac feriores, quam nigro colore præditi Urii. Lupos venantur, ac canes marinos, in glacie canibus suis parientes, metu balænarum, quæ ipsis insidiantur. Quando glacies planè liquata est, mare ingredi non audent, balænas metuentes quas itinicidimas habent, quod earum proli insidias struant.

Memoratu & observatu dignissima hîc occurrunt Cornua illa pulcherrima, quæ à Danis ex Groenlandia in Daniam, & ex freto Davis vicinisque locis in Hollandiam portantur, & de quibus hactenus dubitatum est, an ex piscium, an verò ex quadrupedum genere sint animalia ista, quæ talia cornua gerunt. In Hollandiam allata sunt, quæ sex vel septem pedum longitudinem superarunt. Qui talia, & illius in S. Dionysii fano Parisiis viderunt, omnia similis figuræ, formæ, coloris & virtutis esse affirmant. Doctissimus Wormius Danus piscium quorundam cornua, ut potius dentes esse ait, acco confirmat, quod cranium quoddam à Daniæ Cancellario Domino de Friis sibi monstratum fuerit, *supra* cujus maxillam similem cranio annexus fuerat ejusmodi dentis truncus quatuor pedes longus. Cranium autem habebat duos tubos ex fummitate in palatum definentes, per quos hæc bestia aquam proculdubio ejaculari soler. Porrò idem Wormius refert sibi à Thotlaco Scalonio Holenfi Episcopo exhibitâ effigiem ejusmodi piscis ibidem capti transfissam, & literis fignificatum esse, quod Islandi eum *Narhual*, id est Balænam cadaveribus viventem nuncupent, eo quod balænæ figeram habeat, & cadaveribus se nutriat : *Nor* enim ipsorum lingua cadaver, & *hual* balænam notat. Unusquisque piscis unum ejusmodi cornu habens jure monoceros piscis appellari potest. An autem dentes sint, an verò cornua, aliis inquirendum relinquo. Angrimi Jonæ in Specimine Islandico hæc sunt verba : Reperti sunt dentes balænarum pretiosi, & potiores, maris æstu in siccum rejecti, ac literis Runicis indelebili glutine rubescentis coloris : ut Nautarum quisibet *sucos*, peradi aliquando navigatione, cognosceret. Fregerat nimirum anno 1126. navem Arnoldus Groenlandiæ Episcopus, in Ultimo Groenlandiæ Occidentali, & inter ejecta in litus bona reperti sunt dentes, de quibus Angrimus loquitur. Daniæ Rex aliquando in mandatis dederat, ut de cornu longo fructum secando separaretur. Dum trunci insima pars ferra dividere incipiunt, in cavitate parvum alium dentem inveniunt acumine suo in priorem grandem definentem, ac majore penitus separato minorem rotum deregunt, qui indicio erat, animal hoc statis temporibus dentem aut cornu sumu vetus more eorum abjicere, & prorsus novo renovare. Hafniæ in Dania Societas est Mercatorum, qui quotannis in Novam Groenlandiam naves suas ablegant. Hæc hominem in Moscoviam misit, ut ibi cornua, quæ ipsi dederant, divenderet. Hic haud exiguæ longitudinis fructum unum Magno Imperatori Moscoviæ emendum obtulit. Piscuit eorum Imperator, qui illud Medico suo examinandum exhibuit, mox dicens, quod non Unicornu, sed Piscis dens esset. Re igitur infecta ille domum rediens cum mercatoribus, à quibus *mallus* fuerat, rem, ut contigerat, narraret, unus ex illis, *hem fulle*, inquit, cur tu docentorum, aut trecentorum ducatorum munere Medico illi non persuasisti, ut Monocerotis illud cornu esse crederet.

Navigatio in Groenlandiam, ut Chronica sæpius dicta eam describunt, ità se habet. *Nordisaden Sundmor* in Norvvegia, & *Horensund* in Islandia Orientali septem dierum itinere distant. A monte *Snofuels lokel* in Islandia, brevissimus in Groenlandiam trajectus est versus occasum. In media via *Gunde bourne Skeer* occurrit. Languenes Islandiæ extremitas Septentrionalis & *Osfreborn* 18. milliaribus distant. *Osfreborn* & *Hualeberde* bidâ & duarum noctium navigatione separantur.

Atque hæc sunt, quæ de Veteri Groenlandia innotuerunt. Anno 1348. horrenda pestis, nigra appellata incredibilem in Septentrionalibus Regionibus hominum multitudinem fustulit. Ab illo tempore Navigatio illa in Groenlandiam veterem, ut omnis periculosa in desuetudinem abiit, & ob glaciei interventum

tum planè evanuit. Anno 1406. Drumbeimensis Episcopus *Eskild* quendam nominatum Andream in Groenlandiam misit, ut vel in Henrici Episcopi Gardensis, qui anno 1389. in Fionia Comitiis Danicis interfuerat, locum succederet, si mortuus esset, aut si viveret, de ipsius statu, quæ audisset, referret. Sed nihil utriquam postea nec de ipso nec de Episcopo auditum est. Sequenti tempore ex Regibus Daniæ quidam, sed frustrà, Navigationem in Groenlandiam veterem tentarunt.

Martini Forbisseri navigatio in Groenlandiam Novam.

Anno 1577. Martinus Forbisser Groenlandiam quidem detexit, sed hyeme & glacie impeditus ad eam accedere non potuit. Sequente vere tribus navibus, quas Elisabetha Regina ipsi dedit, Groenlandiam repetit, & in terram descendit. Incolæ feri aufugerant, & terrestria contus virtulorum marinorum, & balænarum, quæ nervis istorum animalium consuta erant, tecta reliquerant. Postea incolarum magnam multitudinem offendit, qui Anglos irrito conatu in litus elicere studentes eandem lapidibus & sagittis petiere. Hos Anglisclopetorum & tormentorum bellicorum ictibus dissipavit, ac postea in patriam redierunt.

Navigationes eorum, qui veterem Groenlandiam quæsiverunt. Prima.

Daniæ Rex Christianus IV. anno 1605. tres naves ductu cujusdam *Gatzke Lindenou* in Groenlandiam ablegavit. Hic à Capitaneo, & Nauclero Anglico, qui veritus plagam intrare meridiem & occasum vela faciebant, in itinere dissedit, & plagam inger Septentrionem & ortum navisita petiit. Ad Groenlandiæ litus venientes incolis feris, qui navigulis suis advenzebant, vinum propinavit, qui illud gustantes bibere noluerunt, sed balænarum adipem avidissime summâ deglutiverunt. Vulpium, ursorum ac virulorum marinorum pelles, & cornua, quasi merces artularent, cultris, speculis, acubus, instrumentis ex chalybe confectis à linque ejusmodi vilibus mercibus permutarunt. Duos incolas in navi retinuit, eâ de causâ à ceteris feris hominibus innumerabili lapidum, & sagittarum multitudine petitus, quos tormenti bellici ictu dissipavit, ac navem fuam in Daniam reduxit. Anglus reliquas duas naves habens in alium Groenlandiæ tractum, & quidem ad Caput *Farvel*, ut conjecturæ est, pervenit, ac apud incolas cadem, quas prior, merces offendit. Annatus in terram descendit, lapidesque argentum continentes invenit, quorum libræ centum, in Daniâ, argenti puri uncias viginti sex reddiderunt. Ante abitum quatuor incolas captos secum duxit, quos cæteri Danis ex terrâ revertentibus viam occludentes cum liberare vellent, à Danis in terra sclopetis & ex navibus tormentorum majorum ictibus in fugam conjecti sunt. Incolumes in Daniam reducentes tres illos elegantioris formæ homines feros secum advexerunt.

Secunda.

Nominatus Archithalassus *Gotske Lindenou* anno 1606. 8. Majus freto Danico cum quinque navibus se mari commisit, secum habens tres ex his Groenlandos, quos Anglus in Daniam advexerat, quorum unus in vià mortuus, & in mare conjectus est. Una navium per nebulas aberravit. Quatuor reliquæ 3. Augusti ad Groenlandiæ litus in freto Davis accessere, & aliquot portus ingressæ sunt. Danis incolæ, & hi illis diffidebant, adeò ut posti parvam moram ob ingruentem hyemem iterum ex Groenlandia discesserint. & in reditu navem, quæ aberraverat, iterum invenientes unà in Daniam 5. Octobris redierint, postquam in itinere tempestate grandi dissectæ naves fuissent.

Tertia.

Tertiam & ultimam Navigationem Regis jussu expedivit Holstatus quidam *Karsten Richartsen* duabus navibus grandibus, tempestate grandi à se invicem segregatis, postquam 15. Maji ex Dania discesserant. 2. Junii Holstatus navi sua Groenlandiam detexit, nonnullis glacieis circumvallatam, ut parum abfuisset, quin fcapham fuam perdidisset. In insulis homines nulli, sed multa eorum vestigia animadversa sunt. Insulæ ipsæ 62. gradum & 20. minut. altitudinis Borealis habent, ac 30. milliaribus ulterius in interno Freti recessu sitæ sunt. Sinum, in quo stationem *Monck* habuit,

Pestis horrenda.

septes fecerat, nonnulli Mercatores Hafniæ fociatatem ineuntes, duas naves anno 1636. in Groenlandiam miserunt, quæ in fretum Davis pervenientes magnam ferorum hominum copiam mox offendernt, qui in navim venientes mercium fuarum cumulum quendam conspexerunt, idem facientes cum mercibus Danorum, quas fuis permutare cogitabant, ac eamdiu aliquid de mercibus modò dementes, modò addentes, donec de permutatione convenissent. Tunc temporis Dani in litore videbant monocerotem ejusmodi piscem quem bovi marino magnitudine respondentem fluctus marini recedentes in terra reliquerant. In terra fcipsum trahi non potest. In mari indomitus & ferox, ut Rhinoceros Elephantum, ità ipse balænam aggreditur, ac dente suo interficit. Tantas hîc piscibus vires esse ajunt, ut naves dentibus impetentes submergant. Dictum piscem indigenæ videntes mox occiderunt, ac denem Danis vendiderunt. Nauclerus, qui illarum cursum dirigebat, tirum quendam noverat arenâ refertum, quæ instar auri splendens ejusdem pondus habebat. Hac navem fuam onerabat, fociis ingentes divitias pollicitus, ac in Daniam redibat. Auri fabi arenam examini subjicientes nihil invenerunt. Num debirum examen ipsis ignotum fuerit, an verò arena nihil auri continuerit, ambigitur. Nauclerus sive rapidò, sive alio aliquo casu paulo post fatis concessit. Ex Norvvegiâ sequuto tempore arena talis auro pergenus allata in examine debito illud exhibuit. Hoc itaque, pacto etiam hujus navigationis fructus evanuit.

Navigatio Novam Islandiam.

Anno 1619. Daniæ Regis Christiani IV. jussu, *Capitaneus Munck* cum duabus navibus, una majore 48. & alterâ minore 16. hominibus instructâ 16. Maji ex Dania solvit, & Fretum *Hudson* petit, tentaturus, num in Indiam Orientalem transire posset. Nomen suum hic locus debet cuidam Anglo *Hudson* appellato, qui cum nomine suo vitam ibi reliquit. 20. Junii dictus *Munck* venit ad caput *Farvel* 60. gradui & 30. minuris subjectum, unde ab occasu ad Septentrionem deflexit, ut glacicm, & nimium aquæ fluxum evitaret. 8. Julii nocte densissimam nebulam, & frigus tam ingens habuit, ut cuncti fines nautici glacie ingrerent, & longis ac durissimis Stiriis obrati essent. Sequenti die hora tertia pomeridiana tantus calor fequutus est *usque* ad folis occasum duraus, ut vestimentis depositis solo indusio corpus texerit. Fretum quod Christianum, à Rege Christiano, denominavit, intrans 17. Julii quosdam in insulam, quam offenderat, misit, qui hominum quidem vestigia sed nullos homines viderunt. Sequenti die ferorum hominum arcubus & sagittis oneratorum cœtus apparuit, qui vitis Danis arma à tergo congerici cujusdam lapidum occultarunt. Hæc Dani ceperunt, & signis quibusdam hanc litarem summatentantibus moti repetentibus eadem restituerunt. Sequenti die *Munck* insulam reliquensi maximâ glacici copiâ in eandem repulsus est. Homines amplius nullos vidit, ut pote qui aufugerant. Magno in insula Rangiferorum numero capto, illam *Resusland*, & portum *Munckmer* appellavit. Insula 61. gradum & 20. minu. altitudinis Borealis obtinet. 22. Julii discessit, ac tantâ tempestate glacici moles ad naves volvente oberuras est, ut in extremo periculo versatus inter duas insulas omnes fuas anchoras fundo infixerit, & proximè terram naves retinuerit, ubi fluxus maris aluens eas in ficco fundo reliquit, ac refluxus incredibili rapiditate rediens tantam glacici copiam reduxit, ut vix ac ne vix quidem eas conservarit. Moles glacici ibidem 22. orgyas crassa, quæ à terra feparabatur, in duo fructa diffidens horrendo fragore in mare cecidit, & tantis fluctibus illud commovit, ut parum abfuisset, quin fcapham fuam perdidisset. In insulis homines nulli, sed multa eorum vestigia animadversa sunt. Insulæ ipsæ 62. gradum & 20. minut. altitudinis Borealis habent, ac 30. milliaribus ulterius in interno Freti recessu sitæ sunt. Sinum, in quo stationem *Munck* habuit,

Quarta.

Cum Rex ulteriore harum terrarum investigatione

Biblioteca Museo Franz Mayer

buit, *Horsendo*, id est leporum sinum appellavit: Horum enim animalium multitudo ibi incredibilis. 9. Augusti inde discessit, Insulamque grandem reperit, cui *Snoeuland* nomen indidit, quoniam nive tecta erat sub 62. gradu & 20. min. elevationis polaris cursum suum tenebat. Nebulæ densissimæ terram ex oculis eripiebant, cujus utrumque litus vix 16. milliaribus à se invicem distare credebatur. Ex freto in mare Hudsonium egressus illud Christianum à Rege suo denominavit: Alteri vero mari ex hoc meridiem versus progredienti Maris Novi nomen dedit. Ad gradum 63. & 20. min. pervenientem glacies obsedit, & ibidem hybernare coëgit. Tractui illi, ad quem 7. Septembri naves suas appulit, Novæ Daniæ, & portui, in quo totam hyemem commorarus est, *Mouckenes Winterhaven*, id est, *Mouckeni* portus hyberni nomen imposuit. Hic tenoria sibi in terrâ fodi navales erexerunt, & contrà hyemis adventum, quocunque pacto poterant, se muniverunt. 7. Eundem mensis *Mouck* scapha flumen proximum, quod non congelatum erat, ingressus ob frequentes scopulos & scopulos ultrà milliare & dimidium pergere non potuit. Hinc aliquot militibus & sociis navalibus stipatus terram intravit, ac 3. aut 4 milliaribus confectis totum tractum hominibus vacuum reperit. Per aliam viam rediens in lapide erecto diabolum cornibus & ungulis efficium, ac passim planos lapides in formam altaris compositos, & tres parvos carbones in cruentem sibi invicem incubantes ibi impositos, vestigiaque hominum vidit. Animadvertit quoque ossa animalium arrosa, canes frenatos, & ligneis vinculis ligatos, tentoriorum vestigia, & fracta pellium ursorum, leporum, cervorum, caprarum, cuniculorum & vitulorum marinorum, ex quibus omnibus, hanc terram incolas suos habere colligebat. Dani de lignis, leporibus, perdicibus aliisque avibus sibi prospiciebant, ac quatuor vulpes nigras capiebant. *Mouck* primum ursum occidit, quem comederunt, & eo comesto bene se habuerunt. 27. Novemb. tres Soles, & 24. Januarii duos, ac 10. Decemb. Lunæ Eclipsin conspexerunt.

Hyems fuit durissima & asperrima: Glaciei moles diverså poli, & ipsa pedum crassitie concreverant. Cerevisia, vina, imò vinum adustum ipsum planè congelatum erat: Doliorum circuli frigore nimio difficilime dabant. Securibus cerevisiam, & vina secta igne liquefaciebant, ut biberent. Si quid liquoris in flanneis & cupreis vasis per noctem reliquerant, matutino tempore eadem rupea invenichant. Miseros fluxus veneris corripuit, & unum post alterum vitâ spoliavit. Vere advenience Scorbutus accessit horrendis doloribus eos excrucians, & consumens. 12. Aprilis primam habuere pluviam, quam 7. mensibus non habuerant. Cum vere omnis generis aves advolabant. Circà medium *Maium* adcrant anseres feri, olores, anates, hirundines, perdices, rusticulæ, corvi, falcones, aquilæ, & infinita parvarum upuparum copia. Tandem ipse *Mouck* in morbum incidens de sanitatis recuperatione plane desperabat. Post quatriduum nonnihil virium adhuc senciens ex tentorio suo erepsit, vidit, quomodo cum sociis suis comparatum esset. Ex 64. duos superstites reperit, à quibus ad locum deductus est. Nive submotâ nonnullas radices eâsu invenerunt, quarum esu paucis diebus sanitati pristinæ restituti sunt. 18. Junii glacies liquefieri incipiebat, ut truttas, & salmones piscati fuerint. 16. Julii relictâ majore navi, minorem ingressi sunt, in patriam redituri, & in enati Christiano à fluctuantibus glacici molibus scapha sua spoliabantur, quam tamen decem diebus post iterum inventam recuperarunt. Glacies jam liquescendo, jam iterum concrescendo, singulis diebus mirâ variatione navem vexabat, ut feré quotidie ejus jacturam eximescerent. Tandem ex Freto Christiano, seu Hudsonio in mare apertum elabsi horrenda tempestate 3. Septembris excipiebantur. ex qua agerrimè evadentes 21. Septembris in portum Notvvegiæ navem appulerunt, in quo fruito Anchoræ, quod supererat, fundo affixæ nova tempestas insultans jam omni periculo, ut putabant, defunctis mortem & interitum minabatur. Servati tamen navi sua in Daniam incolumes redierunt.

Postquam aliquot annos *Mouck* in Dania commoratus fuisset, quosdam nobiles & mercatores Danos nova incelite dictas terras investigandi cupiditas, ut collatis sumptibus duas iterum naves instruerent, quibus nominatus Capitaneus *Johannes Mouckius* præficiebatur. Cum jam in procinctu esset, à Rege accersitus, cum ex uno sermone alius, atque item alius, ut fieri soler, nasceretur, increpabatur, dicente, quod prioris navigationis damnum ipsius directioni & gubernationi negligenti acceptum ferendum esset. Cui altercare responsione egganiem, ab ipso fato istum baculi sui machcho suo excepit, ac demum rediens, ledoque affixus decem diebus post tædio, animi agritudine, & fame vitam finivit.

Hæ sunt Navigationes Veteres & Novæ Groenlandiæ investigandæ causa susceptæ. Verus Groenlandia illa est, quæ è Regione Islandiæ versus Septentrionem sita à Norvvegis, Illandis, & Danis olim frequentabatur. Nova Groenlandia hoc seculo, & in fine superiorem innotuit. Verisimile autem est, quod trajectus ex Islandia in Groenlandiam Veterem glacici interventu obturata sit, adeò ut nauras veterem quærentes, glacici feries illa ad Cap *Farvel*, Groenlandiam novam & Feetam Davis dederit, atque ita Novam illam terram detexerit. Chronica Illandica mentionem faciunt loci cujusdam in media ex Islandia in Groenlandiam via, quem *Gunderbiorne Skerr* vocant. Parex sunt Insulæ scopulis & rupibus referta, ac per totum illud mare dispersæ, unde rumque habiracula, ubi verisimile est, quod glacici moles innumerabiles congregatæ ac succellu temporis tandem quasi superstruclæ viam inter utrumque terram, Islandiam nempe Insulam, & Groenlandiam penitus obstruxerint, ita ut eò jam navibus perveniri impossibile sit, & ob montium, rupium, & glaciei multitudinem terra ipsa penitus omnem navibus aditum neget.

MARE

MARE BALTHICVM,

CVM

LOCIS SUIS MARITIMIS.

Fines.

IQUITIAM, ET NORWEGIAM spacioso intervallo pertumpit Oceanus ab occasu ad ortum inter ueramque regionem se in terram immergens, ac postea obliquato cursu ab Aquilone ad Notum progressus, dextro suo latere *Intia* ac *Hiisitia* litora ferit, sinistro autem *Hallandia* & *Skania* Daniæ Regni Provinciarum oras maritimas lavat. Utrique littori, dextro nimirum & sinistro, interjacentes Insulas ambit, *Selandiam* videlicet *Hafniæ* regiâ Metropoli superbam *Fioniam*, cum nonnullis aliis minoribus priscibus vicinis. Inter *Selandiam* & *Scaniam* apud *Hesinoer* & *Helsenburgum* oppida, quorum illud in *Selandiâ* & hoc in *Scaniâ* situm, angustissimis faucibus utrumque litus segregat, & fretum illud efficit, quod *Sund* vulgari nautis vocabulo nuncupatum omnibus illis navibus transitum largitur, quæ *Hafniam*, *Lubecam*, *Rostochium*, *Wismariam*, *Stralsundam*, *Stetinum*, *Dantiscum*, *Regiomontum*, *Rigam*, *Revelam*, & *Petersburgum* petituræ, ex Occano Septentrionali Mare *Balthicum* ingredi cupiunt, aut ex omnibus locis nominatis discedentes per Mare *Balthicum* in Oceanum remeare studeut. Omnes autem *Danis* regi in fauces has regnâ sui fundum dissecantes imperium obtinenti vectigal hîc pendere tenentur. Olim Angli præter alias nationes negotiationi cum Moscovitæ incolis præcipuè intenti, fauces dictas tranlire, & æquè ac aliæ gentes eodem mercaturæ genere occupatæ per Mare *Balthicum* ad Moscovitæ fines cursum tenere coacti fuerunt: Hodie tamen omisso veteri ex Oceano per Mare *Balthicum* cursu, *Norwegiæ*, *Finmarchiæ* & *Lappiæ* litora legentes, per Mare Album *Archangelum* Russiæ emporium navigant, ac per Oceanum iter conficiunt. Proximè & à tergo Insularum *Danicarum* sinus hic Septentrionalis magnus *Ipsitatis* litora ad Austrum pergendo præterlabitur, donec ad Imperialem *Lubecam* perveniens litoris ab Occidente ad Solis ortum se inflectentis ductum sequatur, ac *Megapolitanos*, *Pomeranos* ac *Borussos* tractus maritimos præterlapsus Orientem Solem petat, unde etiam *Belgicum* sibi cognomen peperit, ut *Ostiæ*, id est, Mare Orientale appelleur, eò quod majore dextri sui lateris parte ad ortum vergat. A *Churlandia* iterum ad Septentrionem properans, inter dictam regionem & *Livoniam*, tellurem magno sinu immenso excavat, & Rigæ emporio navigationem commodam facit. Sinus ejusdem odium muniunt Insulæ duæ *Oesel* & *Dagherort*. Porro inter *Livoniæ* apicem, & *Finlandiæ* in *Suecia* angulum, iterum in terram irrumpens, oblongo sed tamen angustiore Sinu inter *Livoniam* & *Suetiam* ad Eurum se proiectat, qui *Finnicus sinus* appellatus dextro suo latere ab Emporio *Revalia*, & sinistro ab oppido *Erebe* in oppositu *Revaliæ* litore sito, longe ad ortum *Wyburgum* civitatem usque procurrit. Atque hoc est dextrum Maris *Balthici* latus, si illius ex Occano in terram progressum respicias. Sinistrum vero quod attinet, illud ab extremo *Skaniæ* apice incipio tumpeo pedetentim inter *Daniæ* litus & Insulam *Bornholm* ab occasu ad ortum, ac postea prope Insulam *Oelandiam* secundum *Suecica* litora à meridie ad septentrionem se protrahit, donec *Finlandia* & *Finlandiæ* sejunctus, alteri sinui longiori & latiori, cui *Boddicus Sinus* nomen est, ingressus in terram usque ad *Finmarchiæ* & *Lappiæ* fines patet.

Finnicus Sinus.

Sund.

Boddicus Sinus.

Sinus hic amplissimus & spaciosissimus, Oceani magni Septentrionalis soboles, qui hodierno tempore *de Ooster*, id est, Mare Orientale ob causas modo allegatas, ac Mare *Balthicum* dicitur nomine derivato ab Insulâ *Baltia*, quæ appellatio *Helmoldi* ac *Adami Bremensis* temporibus enata. *Sinus Codanus* est *Plinii* & *Pomponii*. *Sinus Cimbicus*, ac Mare *Suevicum Taciti*, quod *Suevi* accolæ *Sueuicum*. hoc nomine participes recididerunt. Tabula hæc nostra præsens sequentia litora oculis subjicit, quæ ordine suo descripto hæc præterev ehendo inspiciet, ac initio sumpto à *Pomerania* Ducatus ora maritimâ, usque ad extimum *Scaniæ Daniæ*, regni Provinciæ angulum *Falsterbon* dictum circumducet. Maris enim *Balthici* introitus, cum Insulis, quas includit, ac exteris tractibus maritimis, qui ad *Pomeraniæ* Ducatus litora, & *Falsterbon Scaniæ* Promontorium pertingunt, sequenti tabula lectoris benevoli curiosæ contemplationi exhibetur, ac descriptione debitâ enucleatur.

Mare Suevicum.

POMERANIÆ DUCATUS Litora ordiuntur Sinus maris inter duo oppida *Rohnitz* & *Damgardon* in terram incurrens; quorum illud 3. milliaribus intervallo, ab urbe *Rollochio* se subducens virginum nobilium cœnobio ornatur, ac limitibus suis Ducatui *Megapolitano* inficitur; hoc vero *Pomeraniæ* ducibus obtemperat. Utrumque oppidum, ut & utriusque Ducatus limites difficiat *Rekenitz* fluvius, *Rekenitz.* qui utriusque finibus pererratis per offium suum in *Baltheum* Mare aquas educit. Funiuntur autem eadem litora ponè urbem *Pantzke*, vel *Pantzkerwyck*. Districtus *Pomeraniæ Balthico* Mari pulsatus plurimorum fluviorum & amnium ostiis farcitur; ad plicibus omnes opulenti & divites litus omnis generis pisciu affluentiâ mirâ cumulant, adeò ut communis fama ferat, septuaginta piscium genera diversa in hoc Ducatu capi. Fertilitate solum stupenda luxurians, omnigenis mercibus abundat, ac negotiationi lucro plenissimæ ansam præbens, mariti mum suarum urbium incolas mercaturæ locupletis studiosissimos reddit. Tam negotiantes, quàm agrum colentes dirare frumentum optimum, ac copiosum, mel, cera, sal, res pecuaria, melioris notæ lana, pelles, corium, & butyrum. Supradicto sinui incumbit civitas *Kordom*, *Kordom.* *Berris*, vel *Barth*, juxta quam *Barta* amnis in lacum us- *Barth.* das suas præcipites agit. Emporium negotiatione mediocri celebre, pulchris ædificiis ordine scito extructis, ac privilegiis & immunitatibus multis se extollit. Arx Ducalis *Pomeraniæ* Ducum olim sedes cum horto pulcherrimo haud parum etiam ad urbis ornatum ornamenti confert. Inprimis vero elegantiæ ejus haud minimam sibi partem vendicant forum, aut area laxo spacio se diffundens, & typographia, atque pædagogium, ubi juventus bonis artibus & disciplinis imbuitur. *Stralsundæ* 3. *Rostochii* 7. & totidem milliaribus ab urbe *Grifswaldâ* dirimitur. Hîc silentio non præterenda est optimi saporis cerevisia, quam artificiosè coctam incolæ exteris communicant. Navibus enim cum ex hac urbe in aliarum regionum maritima commodissimus sit trajectus, in *Daniam*, *Norvvegiam*, *Sueciam*, & alios tractus translata, haud exiguum autoribus suis lucrum remittit. Porro pergentibus se objectant fauces Insulæ *Rugiæ* & Ducatus *Pomeraniæ* litoribus contractæ, *Rugia.*

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

Itelle. quæ nomine *Itelle* inter nautas notæ 3. milliaribus ab urbe *Borkò* versus ortum exordio facto, Borrhobycum à tergo relinquunt, ac angusto spacio inter utramque litus trajecto ad Notæpelloren se devolvunt. Ex Borrhobybyci plagâ fauces onerariis navibus ingressum concedere detrectant, nec permittunt, ut *Straalsundum* navigaturæ viam Borrhobybyco vertro ad urbem illum ducentem ingrediantur. Aqua enim 2. præcipuè aut 3. milliaribus ab emporio illo non satis profunda, & diversis in locis vix 6. pedum, imò etiam paucorum profunditate maris fundum tegens, nullatenus navigiis majoribus tranfitum permittit, adeò ut hâc vià omissâ Insulam *Rugiam* circumeundo per ostium Notæpelloræ objectum introire cogantur.

Straalsunda. *Straalsunda* civitas in faucibus dictis haud procul ab introitu earum, qui Borrhobyco objicitur, sedens, emporium est negotationis famâ celeberrimum, quod undique aquis circundatur, tribus locis excepti, qualem continenti ægerribus angustiis; & admodum contractis annectitur. *Anno* 11. Francorum Rex Anno 145. vel 146. eam fundasse, & à suo nomine *Sunonium*, vel *Sundum* cognominasse perhibetur. Nomen, quo hoc tempore utitur, aut ab Insula *Strela*, quæ tamen ubi sita sit aut fuerit, hodie ignoratur, ortum ducit; aut etiam ab aditu, qui ex mari aperto à diversis locis tanquam variis fluviis & amnibus, aut quasi radiis, ad urbem patet, derivat. Fidem huic denominationi facere videtur, radius, quo urbis insignia ornantur. Nulla ejus in historiis cognitio aut notitia est antiquior, quam ea, quâ *Jaromer Rugiæ* princeps anno 1209. eam restaurasse, incolis ex Germaniâ orundis repleviste, & ædificiis amplificasse dicitur. Sitam fuisse habet in Principatu *Rugiæ*, qui cum Insula *Rugia* civitates *Straalsundum*, *Barth*, *Grimmen*, *Tribbeses*, & *Lotte*, earumque territoria circumjacentia, limitibus suis circumscribit. Principum *Rugiæ* stirps postquam ultimi principis fine liberis obeuntis decessu anno circiter 1325. exarsisset, ac bella inter eos oborta essent, qui hunc principatum hæreditario jure ad se pertinere contendebant, tandem eum urbe *Straalsunda* ad Duces *Stettino-Pomeranos*, à quorum partibus civitas, discordiis istis mutuis regionem hanc lacerantibus, semper steterat, devolutus est. Emporium igitur hoc nobile in *Pandulicarum* civitatum ordine quartum locum tenuit, in *Hanseaticorum* emporiorum conventu sextum subsellium occupat, ac Circuli *Saxoniæ Superioris* ac *Imperii Romani* extimos fines armis suis defendit. Privilegiis & immunitatibus egregiis fruitur. *Imperio Romano* oneribus bellicis onerato nullis aliis tributis exogandis, aut auxiliis mittendis pecuniisque pendendis obstringitur: Propria sui defendione satisfacit. Si quid facit, non legibus coacta sed liberâ id voluntate facere censetur. Nec milites ad bellum mittendi huic emporio imperari, nec etiam à principe præfigi loco imponi possunt. Præfecto litoris *Straalsundensis* oræ maritimæ, quæ Insulam *Rugiam* totam ambit, cura injuncta est, ac ad alium non pertinet. Ex eâ frumenti feracissimâ sine *Straalsundensis* Magistratus permissu frumentum nemini exportare licet: Nemini cerevisiam in eâ venditionis causâ coquere integrum est; Nec ædificandarum in eâdem civitatum facultas datur, undefit, ut nec oppida nec civitas ibidem inveniantur. Inter immunitates autem plurimas hæc non est minima, quod *Straalsundenses* cives per totum *Principatum Rugiensem*, ac *Ducatus Stettinensem & Pomeranum* nullum vectigal pendant. Annis 1316. & 1504. binis obsidionibus civitas quidem cincta, sed nec expugnata nec deditione capta fuit. Per tempus aliquod *vicegestice* Regimini subjecta difficultatibus quibusdam implicabatur, dum *Julium Philippum Pomeraniæ* Dux, qui anno 1625. virâ functus est, senatum mutare & reipublicæ illius administrationem ad alium formam reducere conatus est. Ac quamvis anno 1615. his inter Ducem & civitatem pactione inità sopita esse videretur, utrinque tamen simultates oborta dissidentiam mutuam aluêre, donec anno 1628. obsidionem à *Cæsarianis* gravissimam pulsa, ac 17. Kalend. Junii assulta vehementissimè tentata, tandem victorum *Danis* ac *Suecis* Regum auxiliis adjuta, virili & animosâ fortitudine periculum præcipitissimum ac internecionem horrendam à se amolita fuerit. Ab eo tempore hactenus in *Sueorum* potestate versatur.

RUGIA INSULA. latere suo ad Notolibyc. Rugia. cum converso freetum illud *Straalsundum* urbem ac *Pomeraniæ* litus præteriens ab alterâ parte claudit, ac longitudine suâ 7. latitudine verò 2. milliaria continens frumenti proventu copiosissimo famæ celebritatem mereetur. Ligni penuria laboratur, & nec lupos nec glires alere dicitur. Celebris olim duobus emporiis opulentis, ac potentibus, *Arcona* & *Carentia*. Martio mense anni 1630. Succorum militum præfectus *Tubal* impressione in hanc Insulam facta primo patvas *Rugiæ* adjacentes, *Hiddense*, *Witten*, & *Jessemund*, in potestatem suam redegit, postea mense Junio ultimi munimenti bellici, quod *Caserianus* adhuc retinebat, potitus est. Ipso *S. Johannis Baptistæ* festo die *Gustavus Adolphus Suecia* Rex classem suam in hanc Insulam appulit, ac ex eâ in Insulam *Usedom* ad *Pomeraniam* exercitum suum trajicions belli Germanici ab ipso & *sua Regina Serenissima* hactenus gesti initium fecit. Dicta Insula in quatuor angulos definit, fundo anchoris figendis idoneo navibus stationes commodas præbentes. *Dornbusch* angulus Septentrioni expositus in Insulâ *Dornbusch-Hiddensee* locatur, undè in Insulam *Bornholm* navigatur. *Insulæ*, tionis cursus ad Hypocræsim directus 13. aut 14. in *Falsterbonam* ad Circium sive Gallicum, & Fhersecem seu Gangeticum conversus 11, in *Wirmond* Pro- *Wirmond.* montorium Hypocræsi occurrens, 3. milliaria emetitur. *Wirmond* Eous apex in Insulâ *Wittow* celebris emporii *Arcona* olim sedes fuit. Ab hoc loco anfractuoso flexu litus ad Insulam, seu partem illam hujus Insulæ, quæ *Jasmund* dicitur, properans, angulo admodum *Jasmund.* isthmo priori posteriorem annectit. Utrinsque partis anguli ad Eurum sive Vulcanum 2. milliaribus distant, & sinum nautis formidabilem includunt. Extimum in Insulâ *Jasmund* acumen arboribus vestitur. Hinc prioni longè angustior isthmus, à Septentrione ad meridiem se oblongo tractu extendens, *Jasmund* cum *Rugiâ* conjungit. Ultimus in hoc flexu angulus in latere Australi à Belgarum nautis *'t Peerdt*, id est, *'t Peerdt.* equus, & *groote Bucht op Jasmund*, id est, magnus hiatus in *Jasmund* nuncupatur, post quem mos sequitur altus minor, isdem *Yseren hoofs*, id est, caput ferreum dictus, qui à priori uno milliari distat: *Jasmund* verò, & *'t Yzere Peerdt* 2. milliaribus disjuncti sunt. Ad latus anguli *Yseren hoofs*, quod Meridiem spectat, 2. *Yzere* loca vadosa acutisque repleta lateribus opposita transl. *bucht.* ium profundum confringunt, qui *'t Bisenwve Diep* Belgico idiomate vocatus idem sonat, quod nova profunditas, si Latinè reddatur. Per eum navigatio patet ad sinistram in ostium fluvii *Peen*, quo adv. 150 boetinum usque naves ascendunt, ad dextram verò *Gripswaldam* haud procul à litore istam navigandi iter ducit. Sufficiant hæc de *Rugiæ* Insulâ, ex quâ ad litus redeundum.

Gripswalda emporium haud contemnendum, 2. *Gripswal-* fluvio maris, cui quidam fluvioli per ostia sua erum- *da.* pentes se immergunt, adjacens, 4. mill. intervallo Straalsundâ abest, 10. vero mill. itinere pedestri *Rostochio* segungitur, si eâ vià utaris, quæ per *Tribsees* & *Grimmam* oppidula in dictum locum ducit. Appellationem nacta hæc civitas, quod multis fabibus & silvis undique cingatur; Originem verò promo cœnobio *Eldena* ad ortum accubanti, quod cum omnibus reditibus suis *Gustavus Adolphus Suecia* Rex laudatissimus scholæ *Gripswaldensi* dono dedit, adscribere dicitur. Incolis hic satis referta, mercimoniorum exercitio modicoti suo quantui consistit, quamquamvis à 3 mari mill. remota sit. Brachium enim quoddam, seu canalem in terram mare exporcigit, per quem navibus majoribus ad unius mill. quadrantem urbi appropinquare licet: merces ex onerariis verò lembis & scaphis portò in urbem deferendæ sunt. Ante portum in Cœmiterio muris muniro erectum est templum satis pulchrum, in quo superioribus temporibus vir quidam teetg mandatus esse refertur, qui haud parvæ inter suos authoritatis Zenodochio & Eleemosynis inter pauperes erogandis præfectus fuerat. Quoniam verò avarus suum impiè administrans pauperesque eleemosynis suis erungendo sibi fatisque divitias coeradere studens facilegium horrendum committit, divino permissu Diabolus ex sepulchro eruram cadaver ipsius per cœmiterium. in quo vestigia aliquot reliquit, abripiens, proximæ molæ alatæ alis impositit, ac cum eo adversus ventum aliquoties circumducto evanuit. Postea molendinum illud adverso vento se semper movit, cum tamen exæera omnia vicina ordinario cursu, secundo nempe vento, moverentur. Vestigia autem Cœmiterii terræ à Diabolo impressa nunquam removeri, aut terrâ compleri possunt. In ejus rei memoriam historiæ Tragicæ narratio lapidæ tabulæ inscultæ, ac templi muro affixa est. Molendinum autem illud anno 1631. ibi adhuc visum fuisse homines fide digni testantur. Miro corporis vestitu faminæ in hâc civitate utuntur, dum harc expanno partim cerruleo partim viridi, illa ex rubro unâ & alterâ parte flavo, alia iterum alio modo pallâ confectâ fe exonare solet. Urbem hanc 16. Kal. Quintilis anni 1631. deditione occuparam Sueci opere muninsteerum & aggerum bellicorum à dmirabili adeò fortem reddidêre, ut jam inter fortissima totius Pomeraniæ fortalitia merito referatur, & præter valla & propugnacula validissima pontes 50. pensiles habeat.

Viadus fluvius. Ab æstuario supradicto Pomeraniæ litus proficiscitur ad ostium Viadi fluvii inter Germaniæ fluenta haud minimi, qui paludem seu æstuarium maris grande, *Dat groote Haff*, vel *Frisch-Haff* appellatum petrumpens, 3. diversis alveis aut canalibus in mare exitum quærit, ac 2. Insulas constituit. *Vsedom* scilicet, & *Wollin*, quæ meridionalibus suis marginibus Septentrionale paludis illius latus occludunt. Fluvius hic fontes suos aperit ex *Moravia* montanis *Silesiæ* finibus contermiais, ac Ducatus *Troppaviensem*, *Ratiboriensem*, *Oppelensem*, ac *Fratislaviensem*, in Silesiâ perstringens, à dextrâ parte sequentes fluvios admittit. *Oftram*, & *Bissam* ex *Teschinensi* Ducatu emunpentes supra civitatem *Ratibor*; *Kladsitzam* verò infra *Kosselam* vel *Kossam* ibi influciat. *Malpenam*, *Rhonitzam*, *Brinnitz*, & *Stobra* fluvii inter civitates *Oppelam*, & *Brieganı* se in eum immittunt. A finistra autem ipsi accedunt, *Mohr*, *Hoffnitz*, & *Oppa*, qui infra civitatem *Troppau* aquis consociatis in eum illabuntur. Porro *Viadus* inter *Raulam* & *Oppelam Brandisebam*, juxta *Schurgastum* pagum supra *Brieganı* civitatem situm, *Possam*, & *Glevium* Silesiæ Metropolin Vratislaviam tranleuntem, eundem hic pertenlabens, suscipit. Inde citato cursu per reliquam Ducatus *Fratislaviensis* portionem, Ducatum *Wolaviensem*, *Glogoviam magnam Glogoviensi*. Ducatus civitatem petit, ex quo in Ducatum *Crossensem* devolutus, ac urbem *Crossenam* prætervectus, in *Electoralem Ducatum Brandenburgensem* illabitur, ac *Francofurtum* ad *Viadum* civitatem insignì Academia nobilem alluit. Inter *Fratislaviam*, & *Francofurtum* sequentium flaminum affluentium augmento fulcet, ac accrescit. Dextro latere ils adjungunt infra *Fratislaviam* *Ivyda*, supra *Glogoviam Barsch*, inter *Beuthaniam* & *Crossen* *Kargo-Schwasser*, & *Malchah*; & inter *Crossen* & *Francofurtum* *Plessa*, & *Kunek*. Sinistro latere se conjungunt inter *Fratislaviam* & *magnam Glogoviam* *Lew*, *Weistritz*, & *Polnitz*, quæ fluenta supra *Lissam* coëunt, & infra civitatem *Fratislaviam* se in *Viadum* devolvunt. Porrò sequuntur *Lentzbach*, *Katzbach* infra *Lignitz* civitatem, *Kalbbach* supra *Steinaw*, *Golbach* supra *magnam Glogoviam*, *Wistr-*

furth, *Sager*, *Schwartzwasser*, & *Ochel* inter *Beuthaniam* vel *Beuthen*, *Bober* infra *Crossen*, ac haud procul inde *Neissa*, & denique *Schlanbe* supra *Francofurtum*. *Francofurto* interum descendens *Custrinam*, dextro latere *Warnam*, & inter *Custrinam* & *Reitzen*, *Mietzel* sub posteriore loco autem sinistro latere *Fahnam*; & juxta *Vierraden* *Wollam* absorbet, quo in loco postremo *Electoratus Brandenburgensis* finis cum in *Pomeraniam* transmittunt. Hunc Ducatum perstringens inter oppida *Gorau*, & *Grisenhagben*, quorum hoc dextræ, illud sinistræ ripæ insidens, translitum fortissima defendione muniunt, transeundo, multas oblongas ac in angullam contractas Insulas efficit, supra *Dommam* *Stettino* objectam *Plenam* arripit, *Stettinum Pomeraniæ* Ducum sedem præterlabitur, paludem *Dat groste Haff* appellatam penetrat, & inter duas Insulas *Vsedom* & *Wollin* aquas suas in mare invehit.

Pomerania Metropolis ac Ducum sedes *Stettinum* si- *Stettinum.* tuatur *Viadi* ripæ alludens. Emporium est admodum celebre, & inter *Hanseaticæ* fœderæ confociatas civitates haud minimum, cui præter ornamentum, quo insignis & pulchrâ ædificiorum structura eam decorat, *Viadus* negotiationis commoditatem satis magnam affert, utpote cujus operâ mediocres naves ad civitatem adnavigare, & omnifarias merces apportare, & exportare possunt, præfectum cum 16, aut 17. tantum milliarium itinere confecto in mare ipsis exire licear. *Grosse Haff*, id est, *Magna Haff*, magna & oblonga *Grosse* quidem sed non admodum lata palus Septentrionali *Haff.* continentis litore, & meridionalibus insularum *Vsedom* *& Wollin* lateribus includitur. Piscium miræ feracitatem numerum alere dicitur, ut unâ vice pisces in eo capti 12. imperialium millia reddiderint. Quia res ferè incredibilis esse videtur, ipsonione eum ita, qui hæc recitaverat, sæpe ab iis, qui adinvenerunt, certarum est. Illi testimonio ex Cancellariâ Ducis *Stetini* petito rem confirmarunt, ac certaminis victoriam obtinuerunt. Singulis annis unotinnum piscatu alumnis suis liberatur, reliquo verotempore à piscando immunis privilegio fuo gaudet. Percarum quoddam, *Kaulbarsch* incolis dictarum, hic frequentissimus est occursus. Pisces haud ità magnus in capite lapides habet parvos, albos, & aliquantum latos, oryzæque grani fere similes, quorum eam virtutem esse experientiâ collectum est, quod vertigini & Epilepsiæ insalubres medeantur. Ea de causâ etiam in *Pomeraniâ* diligenti cura conservantur, ac in Pharmacopolio venales proftant. Habet autem Palus ista, cui 8. milliarium longitudo, & 4 latitudo ascribitur, 3. in mare exitus, per quos mutuâ reciprocatione suas cum marinis undis commiscet. Ille qui ad sinistrum latus continentis & Insulæ *Vsedom* litoribus coërcetur, *Pene* est fla- *Pene.* vius, ab aliis *Linda* etiam cognominatus, qui *Anclam* civitatem præterlapsus, & regione Anguli Insulæ *Vsedom* Occidentalis, & in canalem paludis Occidum incidit, & consimuni cum eo appellatione fluens in mare fertur. Canali dicto impositum est *wulgast* arce Ducali *Wulgast.* exornatum, & *Penemundensi* portu dotatum oppidum. Inde ad alterum ferè milliare in Insulam *Vsedom* in litore mari obversi sedem habuisse dicatur *Vineta* emporium olim & florentissimum, & celebertimum, quod multis ante *Iulium* annis & authoritate & divitiis, & potentiâ, nomines sui celebritatem in omnes regiones propagaverat. Hanc citrenis aquarum tempestas, & horrenda æstis inundatio cum toto suo splendore delevit, ejusque magnificentiam aquis texit. Cœlo sudo existente ac vento ex terrâ flante tranquillitas clatior ædificiorum rudera & collapsas parietinas sub aquâ in oculorum conspectum producit. Reliquæ, quæ adhuc in fundo pellucidarum undarum beneficio conspici possunt, *Lubeccum* civitate magnitudine antecedere dicuntur. Mense Junio anni 1630. ad finem currente Serenissimi *Suecia Regis* pecculiti *Pomeraniam* portus cessit. Jam fortunam sequuta est Insula *Vsedom*, quæ tunc temporis etiam *Imperatoria* fadtum ce-

Biblioteca Museo Franz Mayer

ptæfi. Haud meliori conditione fuit monimentum ante civitatem *vvolgasti*, & arx eidem adhærens, quæ Augusto initium fumente capta cum civitate, firmissimis aggeribus & propugnaculis ad omnem vim hostilem excipiendam munita est. Verum eandem locum *Cæsarum* anno 1637 ad finem properante recuperante, quarto mense Septembri anni 1638 eundem denuo amissum habemus *Saxorum* imperio reliquante. *Vsedum.* *Vsedom* Insulæ longitudo ad 7. milliare excurrit, latitudo in diversis locis vix milliare conficit, imò quibusdam in locis altricubo est, ac in litore paludi *Hoff* contermino ejusdem nominis oppidum habet. Ejus fere medio litori Austrino à regione oppositus est exitus *Vekera* fluminis juxta *Vekermundam* oppidum arce ornatum. Ie in paludem *Hoff* præcipitem agentis. Fluentorum hoc ex *Vekersee* lacu à tergo urbis *Brentzkow* in *Electoratu Brandenburgensi* sito effluctu, aquas suas in *Pomeraniam* agit, ac oppidulum *Postwalck* infelicissimum, quod crudelissima militum *Cæsareorum* rabies incolarum sanguine innocentissimo conspersit, subluens alterumque *Torgelow* prætervolans, sub hoc posteriori *Radow* fluvio iccum abreptus juxta *Vekermundam* in paludem *Grosse Hoff* emanat. *Swyne.* *Swyne* alter est *Piasi* per paludem *Grosse Hoff* in mare exitus, qui Insulas *Vsedom*, & *Vvollin* interfecat. In posteriori, alio nomine *Vvollinisch vvorder* cognominato, situm suum habet civitas *Vvollin* arce Ducali pulchra, & parvo diverticulo fejuncta ab initio tertii exitus *Piasi* per paludem *Grosse Hoff* in mare, qui est inter Insulam *Vvollin*, & continentem, cui illa ponte subiicio ex civitate in continentem *Divenam* eunte jungitur. Canalis hic, cui *Divenæ* nomen, Occidentalis est exitus, *Swyne* medius, & *Pene* Occiduus. Insulæ *Vvollin* cum civitate *Serenissimus Suecia Rex* potitus est anno 1630; civitas autem ipsa Octobri mense anni 1638 à *Saxis* militibus post direptionem incendio ferè tota concremata est. In hoc territorio repositum olim fuit celeberrimum, & potentissimum emporium *Julianum*, cujus ambitus plusquam milliare *Germanicum* collegbat, & incolæ idolum triceps vulgari nomine *Triclaf* dictum divino honore affecere loebant. Hic, ac per totam Insulam *Otto* Episcopus, postquam ferus Evangelii sancti concionibus hominum animos ab horrendâ Idololatriâ revocasset, 1165 incolas sacro Baptismate Christi Ecclesiæ inferuit. Aere sereno ac tranquillo aquam claram ac pellucidam reddente, haud procul *vvolino* civitate sub paludis *Crosse Hoff* undis cadaver tam florentissimi corporis, quale civitas *Julinum* fuit, in collapsis raderibus & parietinis *Julinum* *Julin.* dilapsum jacens, oculis conspicuum est. Episcopali cathedræ ornatus locus anno 1167, vel 70, à *Waldemaro* ejus nominis primo *Danorum* rege diutius, ac postmodum aquarum inundatione suffocatus, *Caminum* Episcopalis sedis hæredem reliquit. *Divenam* Canalis *Vvollino* descendit ad *Camminsche Seden* sinum qui rotundo flexu maris æstum ingredientem absorbet, egredientem rejicit, ac inter insulam *Vvollin* & continentem interjacet. Ollii ejus meridionalis, quod *Divenæ* canalem suscipit, dextro lateri insidet *Camminis* civitas, rudera, & ferè solo æquata ædificia, quorum major ibi, quàm palatiorum copia conspicitur, vetustatis fœtes tectes producens. Arcis Ducalis, & viridarii olim ornatissimi & celeberrimi nullâ prorsus vestigia conservavit. Cathedralæ templum vetustum & lacerum nihil à ruinâ tutatur nisi locus, in quo concio haberi solet, & qui reparationem suam concionibus acceptam fert. In lacro recessu ostenduntur aliquot vestes lacræ veteres, pedum Episcopale eburneum, & mitra Episcopalis, quæ Episcopis ad eam dignitatem delectis imponi solet. Vetus quædam cistula eburnea ibi continet capsæ & ossa S. Cordulæ, quæ Coloniâ ad Rhenum eò delata sunt. Est aliud etiam armarium, aut receptaculum quoddam, quod reliquias & ossa sanctorum alia conservat. Martino itineri *Camino Iasundam* in *Engeli* Insulâ ad Eurum seu Vulturnum tendenti 14 milliarium diverticulum adscribitur. A *Divenæ* canalis exitu litus porrò provehitur usque ad æstium fluminis *Rega*, qui ex paludæ *Gratzhofana* in *Nova Marchia Electoratus Brandenburgensis* portione sitâ exordio capto, paludem *Drawier See* interfecat, oppidulum *Schiefelbein* in *Pomerania*, ac inde *Regenvvoldam* præterlabitur, ac cursu suo ad urbem *Treptevvo* directo ei superatâ, *Treptevv.* ac multis in vià fluminibus absorptis, undas suas marinis intingit. Civitas illa haud longo à mari insertitio *Rega*, vel *Regenis* fluvii ripæ inhærens, amœnitatis causa, & adsiduorum pulchritudine haud displiciere peregrinis potest. Accedit haud minima commendationis pars, solum scilicet Ixtilissimis agris & pascuis admodum fœcundum. Originem suam debere fertur *Belbogo* Cœnobio vicino, privilegia vero & immunitates eximias, quæ anno 1280. confecquuta est, *Bogislao* IV. *Pomeraniæ Duci*, & Abbati ejusdem Cœnobii; unde incrementis haud exiguis accrescens, emporium satis commodum evasit, præcipuè cum successcenti haud parva adjumenta fluvius navigationis capax afferret. Ulterius in litore si digressus fueris, *Colbergum* cernis *Colberg.* ex *Hanseaticis* fœdere conjunctis civitatibus minimè posthrema, quam pulchritudine, fortitudine, ac ædificiorum splendore se jactantem margine suo fustinet *Persant*, vel *Parsant* fluentum juxta hanc civitatem se in mare *Balthicum* consciens ac portum admodum commodum formans. Hinc mercimoniorum tractandorum laude celebris, Incolarum copiâ affluens, ædificiorum munditie & amœnitate superba, divitiis grandibus accumulata, nulli in toto hoc territorio vicino vel minimum concedit. *Cassubia*, quæ posteriorisita *Pomerania* portio est annumerata, districtus illius caput dicitur, ac propriâ suâ jurisdictione gaudet. Magnanimus Heros *Gustavus Adolphus Suecia Rex* eam post diuturniorem obsidionem *Cæsareanis* erreptam 6 Nonas Martii anni 1631 sub imperium suum revocavit. Ab hoc loco litus te deducit ad paludem seu æstuarium *Iamesche See*, aliquot fluentorum ex continente irrum- *Iamesche See.* pentium receptaculum, à quo angusto conteneneis *See.* acumine secernitur alterum æstuarium *Buckowische* *Buckowische See*, quod à Mari *Balthico* continentem interlecante *sche See.* cum priori efficitur. Ex his locis porrò delaberis in ostium fluminis *Vvipper*, quod *Engenvvoldam* præter- *Vvipper.* Ipsum sinistro margine suo *Grabowv* fluvium haud longo à Mari *Balthico* interfitio devorat. Navigationis longitudo *Colbergi* usque ad paludis *Iamesche See* interitroitum, quem *Belgarum* nautica cohors *Het gat van Cassin*, id est, *Cassini* foramen appellat, vergens, ac Borrhapeliotæ occurrens 3. inde verò ad *Gat van Ruvvolde*, id est, foramen *Ruvvoldi*, per quod *Vvipper* fluvius infra *Ruyv-vvoldam* se in *Cadanum* sinum effundit, versus Aquilonem profecta 4. ac porrò ex ostio fluenti *Vvipper* ad *Garshoff*, itidem versus Aquilonem se volutans 3, atque ità in universum pro tota illâ quæ inter *Colbergum* & *Garshoff* interest dit, distantiâ 10. milliaria con- *Garshoff.* gregat. *Garshoff* sinister est angulus in ostio fluvii *Stolpe*, quem ex *Pomerella* flagrum *Podias* eructat. *Stolpe* vero civitas satis longa infra & intercapedine undas suas in Mare *Balthicum* ejici cernit. *Stolpemundi*, quod nomen fluvii *Stolpe* ostio competit, Literis tractum ulte- *Stolpe.* riorem sequutus incides in sinum seu æstuarium *Ga-* *Garzische* *rzische See*, latis profundum sed tamen angustiore ritu *See.* maris æstuantis undas admittens, per cujus dextrum marginem infra urbem *Schmolsin* fluvius *Lupavvv* irruit. Propè cernitur *Rettfel* mons excelso jugo eminens, ac rotundo ambitu se extollens, qui procul conspicuus in eorum oculos incurrit, qui ab Insulâ *Bornholm* ad hanc litora navis cursum dirigunt. *Garshoff* & *Rettfel* ad Subsolanum 3 milliaribus divellantur, *Rettfel* & oppidulum *Lyba* vel *Lebe* ex aquarum sup putâ- *Lebe.* tione 3. milliarium intercapedinem invenierunt. Hoc posterius ab utroque latere 2. finibus ejusdi satellitibus stipatur, Occiduus *Lebensche See* vocatur, Eous *See.* ejusdem cognominatur. Ille grandi, & oblongo circuitu maris æstum coercens medio fere margine lacu fluminis *Lebe* participet red ditur, ac per angulum admodum fora-

men in *Balthicum* mare elabitur: Hic ex 2. parvis & oblongis lacubus compositus longo & angusto alveo juxta civitatem *Lebe* in priori ostium influit. *Lebe* & *Serowvisse* 4. milliarium distantiâ separantur. Huic litori incumbunt 3. nigri colles arboribus consiti, qui procul cernentibus instar facoreum iforum grandium & crassorum qui lanâ farciri solent, in litore jacere videntur, qua de causa etiam *Vvollscheen* apud Nauticum è Belgio vulgus audire solent. *Sarrenzin*, *Serowisse*, *Serowvisse.* vel *Serowvisse*, aut *Serowvitz* oppidulum obsidet, & ab Austro in Aquilonem producto æstuario, quod ingentem copiam item conchæ fit, ac in magnas angustias contracto exitu inundantes Maris aquas remittit, appositum est. Inde 1. milliaria usque ad *Rysthoofe* numerantur. Extimum hoc est litoris in *Pomerania* Ducatu acumen, quod quasi finistrum eorum prominet ex finu Lunato, qui corniculatæ Lunæ instar inter 2. promontoria, illud nempe modò nominatum, & alterum oppositum, quod in Borussiâ nomine *Brusser-ort* tanquam dextrum cornu, dextrum tanti æstuarii lacum tuetur. Intercedens, longo recessu ludibundis maris æstibus spacium concedit. A Borrodiy- *Rysthoofe.* eo ad Notæpeliotem inter Promontorium *Rysthoofe*, & oppidulum *Hela* 6. aut 7. milliarium tractu oblongo quidem sed quoad latitudinem in angustias contracto litus producitur, aut potius in finum æstum ità incurvatur, ut angulo, cui *Hela* oppidulum insidet, finitus, sinum quendam parvum in magni latere finistro efficiat, qui *Pautzerovvyck* vocatur ab adjuncta sibi civitate *Pautzer*, quæ *Pomeraniæ* Ducatus finis, ac *Borussiæ* initium nos ad leqventia litora porrò dimittit.

BORUSSIA. BORUSSIÆ DUCATUS Mari *Balthico* pulsata ora, à *Pautzer* civitate reliquum fupradicti sinus marginem complectitur, ac porrò ultra urbis *Memel* territorium se exporrigit. Sinus autem ineer plures, quos recipit fluvios, *Vistula* fluminis famosissimi aquas sibi etiam adsciat, cujus cursum & ambages flexuosas compendiosa descriptione à fontibus repetere operæ pretium erit. Fluvius hic inter eos qui *Germaniam* & *Poloniam* perstringunt, magni nominis, ex *Silesia* regionis Ducatu *Teschenof* exsilit. Fontem ejus cernere est supra *Skotzavv* in montium *Carpathicorum* portione illa, quæ *Silesiam* ab *Hungaria* disterminat: Inde emanans dicto Ducatu *Teschenſe* & ditione *Plosa* peneratis urbem *Plessam* prætergreditur, atque sub eâ fluvio *Pila* augmento accrescens in *Poloniam* parvam *Cra-* *vviviam* properato cursu festinat. Per finisteam ripam ipsi sese insinuat fluvius *Brendenitz* communis *Silesiæ* & *Poloniæ* in in locis terminis, per dextram *Sola*, & supra *Cracoviam Rudawa*. A Regali Sede Regnique Metropoli *Cracovia* porro decrescit *Szendemiriam*, postquam in itinere secum absolutis irrumpentes fluvios, à finistra *Nidam*, à dextra *Dunajetz*, *Vvisloc*, & *San* supra *Szudemiriam*, à qua urbe iterum discedens adit urbeculam *Steczyczam*, admisso que flumine *Vvisprze*, *Vvarsoviam* civitatem petit, sub quâ *Bugh* fluvii aquis augescit. In alboreus præterqreditur civitates *Plocko*, *Radzijevv*, & *Thorn*, inter duas posteriores filii adjungens *Drivventz* fluvium. Hinc porrò decurrens justa *Verdon Ers* flumen, ac aliquanto inferius in *Calmigerii* in dextro margine prope *Grudentz* civitatem *Ossam*, & tandem in finistro, haud procul *Morvv*, *Ferz* flumen sibi adsciscit. Ubi ad oppidum *Falckenevv* pervenit, in duos alveos dispertita *Vistula* utroque Insulam ambit, cui *Grosse vverder* nomen est. Dexter alveus urbem *Marienburgh* intersecans, aliquo infra illam spacio iterum duobus alveis aquas suas displiciat, quorum, qui ad dextram recedit, *Vetus Nogat*, & qui ad finistram se recipit, *Novus Nogat* cognominatur. Ille civitatem *Elbingham* petens è regione illius immergitur fluvio *Elbingh*, qui supra civitatem eodem nomine infignitam ex stagno *Drausen* erepit, & infra eandem xituatio *Frisch Hoff* absconditur. Hic cum priori alveo, & *Elbingh* flumine Insulam parvam *Elbrinch* communi nomine notam circumcipit, ac iterum in duas partes dissiliens finistro canali in finum *Frisch Hoff* fertur, dextro vero triplicem exitum quærens, duobus se in idem æstuarium *Frisch Hoff* præcipitat, tertio vero Occidentali fluminis *Elbingh* brachio se insinuat. *Elbingh* civi- *Elbingh.* tas sui nominis fluvio adsidens, quamvis grandiori ambitu se non dilatet, pulchrè & ornatè tamen extructis ædificiis se effert, ac in tres partes distribuitur. Vetus & nova civitas Insulæ *Elbrinch* inhærent, tertia *Speicher* vocitata in continente eidem habet, ac duobus pontibus veteri conjungitur. Maximo ornatu hunc locum decorat turris curiæ annexa elegantis formæ, & hic longè pulchrior, quæ Cathedralis templo adjuncta, & artificioso opere oculis undique pervia, ac ambulatoris circumsectrix affabrè circumducto exornata, coloreque hinc inde aureo & viridi picta, insigne decus totis civitati conciliat. Templum ipsum intus ædificio alte elevato assurgens multeas oftentat imagines veteres, & duo organa admodum splendida. Evangelicæ Confessionis adsectæ in eo liberum Religionis suæ exercitium habebant, quo jam carent, postquam anno 1618 Romano-Catholicis illud concedere coacti sunt. Regia Majestatis in *Polonia* tutelæ anno 1454 civitas se submisit, & hactenus etiam subjecta est. Accessi sibi imperantem, & quasi frænum injicientem cives solo æquarunt. Mercium variarum dives copia, in Emporium nominis fama celebre mutarunt, frumentisque copiosis affluxus multorum granariorum & horreorum ante urbem extructorum origo est. Multi *Angli* in eadem hâc civitate domicilia habentes pannificio & aere tinctoria quæ tuebant negotiationem tractant. *Gustavus Adolphus Suecia Rex* & Heros incomparabilis, postquam ejus potiens esset, mœnibus, vallis & propugnaculis admodum fortibus anno 1626 armavit, verum postea pace cum *Polonis* initâ *Serenissimæ Majestati Regiæ in Polonia* restituit. Tertiæ portio, quam *Drausensee* lacus, & dextra *Vistulæ* alveus limitibus suis definiunt, *Fischauer vvorder* vulgo nuncupari solet. Sinistrum *Vistulæ* brachium dextro majus & latius à vico *Fokgrave* digreditur ad oppidum *Dorschey*, & vicum *Furstenverder*, juxta quem iterum duobus alveis in transversa agitur, ita ut ille, qui ad dextram fecedit, duobus brevibus canalibus Insulam parvam efficit nubus in æstuarium illud magnum *Frisch Hoff* incidat, alter verò ad finistram recedens *Danzicum* subluat, ac Jandzigum infra urbem eam mari *Balthico* se tradat. Ad quartam ferè milliaris partem vel dimidium milliare pervenus *Danzicum* urbem fluvium *Radaun* arripit. Eâ de causâ onerariis iftis navibus ad ipsam urbem accedere non est integrum, sed aliquo sub eâ spacio subsidere cogantur: merces vero minorum navigiorum operâ porrò in urbem transferuntur.

Danzicum civitas celeberrima & *Poloniæ* emporium *Danzic.* nobilissimum, sanæque celebritate per totum *Europam* com- notissimum, copiosissimam fai & deserendi & laudandi sylvam suppeditat. Verum quoniam hujus scripei ratio prolixitatis vitandæ gratiâ quævis in compendium contrahere jubet, compendiosa autem laudatione tantæ urbi multum detrahitur, ejus encomio depingendo in præsentia supersedebimus. Lectori benevolo sequentibus paucis satisfactum iri arbitrantes. Ex civitatibus *Anseaticis* vinculo constrictis nulli cedens, situs ac loci commoditate negotiationem sibi quæ nullibi amplissimam fecit. Distissimum igitur, & opulentissimum emporium, tam terrestria quàm maritima negotia gerit amplissima, cum mercium incredibilis copia *Vistula* & *Motelavia* fluminum beneficio ex *Polonia* Provinciis aliisque disjunctioribus locis advectentur, & ex mari itidem commodissimis bonorum multitudo navibus affluat. Potens item & quamplurimis incolis habitata, ædificiorum pulcherrimorum & numero & splendore merito se jactat, & ad limisque mercatoribus, ac viris multis, doctissimis justa ac prudentissimis abundat. Frumenti negotiatio hic tanta est, ut singulis annis multarum aurifonnarum precio illud redimatur,

Biblioteca Museo Franz Mayer

ac maximo incolarum emolumento per maria transiens, in alia regna, & regiones diversas, *Belgium* præcipuè, navibus transvehatur. Alias merces plurimas silentio sciens præterco, quæ ex longinquioribus locis vel *Polonium* terrestri itinere transeuntes, vel ex eâ flaminibus secundis devectæ *Dantiscum* appostentur, inde iterum per mare in alia loca transmittendæ, aut quæ sociis & per mare invehuntur, ac Poloniæ & exteris regionibus ulterioribus communicantur, ut ex unico vino Malvaticoo cæteris silentio involutis patet, quod *Dantisco* vectum per omnes totius *Poloniæ* Provincias distribuitur. Sinistri ac majoris *Vistulæ* alvei vehicula duo, quæ supra *Dantiscum* secreta partim in Sinum majorem, partim vero in minorem *Frisch Haff* aquas ejus devehunt, quæ minore illo oblongam & admodum angustæ latitudinis Insulam termino suis circumscribunt; quæ diversis ambagibus à pago *Wischelmunde*, ubi *Vistula* ostium sibi in sinum majorem aperit, usque ad *Konigsberger Tieff*, id est meatum, qui ex mari in æstuarium *Frisch Haff* patet, se obliquat. *Frisch Nerung.* *Frisch Nerung*, vel *Danziger Nerung* nuncupata diversis vicis & pagis constrata cernitur. Inter hanc Insulam & continentem oblongo & angusto tractu se expatiat *Frisch Haff* æstuarium longitudinis suæ 14. mill. numerans, ac literarum curvitatibus, vadorum ætate notorum locis, & tempestatibus crebrioribus haud exiguum navigantibus periculum exhibens, per quod *Cranckenberg* vel *Regiomonte* in ostium alvei dextri, qui ex sinistro & majore *Vistulæ* alveo in *Frisch Haff* defcendit, navigatur, eoque adverso descenditur usque ad *Hovert* vel *Hoopt*, id est caput, unde per sinistrum & majorem *Vistulæ* canalem *Dantiscum* descenditur, si *Regiomonte* *Dantiscum* maritimo itinere quis proficisci statuerit. Civis quidam Regiomontanus nomine *Gregor Rommelaw cerevisiarius*, 53 dus Sexitis anni 1558 cum duobus aliis dictum iter maritimum abeuno cupreo, quo cervisia coqui solet, conficiens, totum illud æstuarium *Frisch Haff* felicissimè transiit, & *Dantiscum* incolumis advenit, tubarum sono ac populi plausu magno acceptus est. Litus continentis Aquilonare, quod æstuario *Frisch Haff* undis fertur, sic se habet. Inter primum *Vistulæ* in *Frisch Haff* exitum & fluminis *Elbing* ostium appetet litus Insulæ *Gras werder*, quod fluvio *Sckrewete* cum duobus adhuc aliis fluviolis, aut potius rivulis extimum concedit. Inde sequuntur *Lenz*, *Telcremit*, fluvii *Nerie* dictum, & *Frauenberg*, vel *Frauenberga*, quam anno 1626. *Gustavus Adolphus Magnus Suecia Rex* in dictionem suam redegit. Oppidum haud grande, ac non procul à navali statione remotum, ubi opera Hydraulica ingenio magno confecta monstrantur. Cathedrale templum munit amposium ac domicilii cinctum, quæ nobilibus Canonicis tam *Germanis* quam *Polonis* inhabitantur. Hi Episcopi *Heilsberga* 15. pisinas, & duas arces possidente. Optimi sapores & vilis pretii pisces in æstuario hoc capti in hujus urbeculæ fisco piscario vendi solent. Postea cernitur ostium fluminis *Passerge* juxta vicum *Passerg*, ad quod altius in terrâ conficitur licet civitatem *Brunsberg*, vel *Brunsberga*, an. 1255 excitatam à *Brunone Pragensi* & *Olomucensi Episcopo*, qui cum *Rege Bohemiæ Ottocaro* tum temporis *Regiomonte* civitate condendâ occupato in hæc confinia delatus erat. Causa fundationis dictæ civitatis erat, quod habitaculum Episcopo novo, qui postea *Warmiensis* dictus, constituebatur, ut *Dubravius* memorat prodidit. Duæ non ita magnæ, attamen incolis scatentes urbeculæ unam colligunt, quæ splendido & magnifico *Jesuitarum* collegio *Stanislai Hosii* opera sub *Regis Poloniæ* protectione erecto caput exerit. *Heiligpeil* vel *Heilgenpeil* parvum & fortidum oppidulum, *Lautze* fluvio irriguum, qui illud præterveclus mox finitimum subit in æstuario *Frisch Haff*, cui inter duos vicos *Passerge* & *Balga* intercedentes *Rosenbergisch Werk* nomen est. Hic *Borussiæ* Regalis, quæ *Poloniæ Regibus* immediate subjecta est, maritimus tractus subsistit.

Brunsberg.

BORUSSIA DUCALIS, sive BORUSSIÆ BORUSSIA DUCATUS ea Borussiæ pars est, quæ *Regi Poloniæ* SUA DUCALIS quidem subdita est, sed ab *Electorali* familia *Brandeburgica*, ut feudum regni *Poloniæ*, possidetur. Æstuario *Frisch Haff* adjacent *Brandeburgum* urbecula aperta & muris dena data juxta ostium fluvii *Hunten*, cum arce splendidâ recens extructâ, & proximè portum locatâ, unde haud procul veteris à *Marchione Brandeburgensi Ottone* anno 1266 condituæ ruderæ collapsi conspectui se exponunt. *Regiomontum*, mercimoniis & habitatoribus florentissimum emporium, hujusque nov. *Ducatûs Borussiæ* primaria sedes, *Germanis Konigsberg*, Polonis *Krolewiec* dicta, *Dantisco* 20. & dimidia, aut 18 ut alii volunt, mill. intervallo disjungitur, ac fluvii *Pregel* ostio incumbit. Hoc interlabente in tres diversas civitates divisa ribus etiam nominibus dignoscitur. Vetus enim urbs primum, *Lobenicht* alterum, & *Knipkof* tertium membrum, totum hoc corpus constituunt, multis & magnificis domiciliis, quorum plurimæ palis ex alnis arboribus humidioribus fundatæ majoris causâ infixis innituntur, exornatum & splendidum. Regio planitie pulchra & amœna civitatem ambiens nullis montibus exasperatur, & fertilissimo solo gaudet. Civitas magnitudine & amplitudine *Dantisco* antetire fertur, quod verum esse conjecturis. Onerariæ naves quam proximè ad civitatem & quidem ad pontem *Pregelæ* fluvio impositum, qui ultra 60. passus in longitudinem non est protentus, accedere possunt. Ex *Lituania* & *Polonia* longis & latis navigiis *Regiomontum* mituntur ligna conficiendis doliis idonea, cinis, hydromel, corium, pelles, triticum, siligo, hordeum, oryza, millium, cannabis, mel, cera, ac similes aliæ merces. Lignum doliare ex truncis quernis paratum in *Belgium*, *Angham*, *Gallium*, *Italiam*, *Candiam*, atque alia loca invehitur, ut ex eo vietores affectes ac dolia, ac fabri lignarii alia opera lignea communi usui necessaria fabricentur. A mi arbores ac lignum columnum incendio in cineres redigunturque doliis impacti, & finegmati conficiendo utiles, perinde ac prius lignum quaquaversum transmittendi conscreverent. Quamvis autem omnis generis mercium in hanc urbem ex *Polonia* & *Lituania* sit concursus, argumento sunt currus quamplurimi, quorum uni equis, 2. 3. aut pluribus junctis, unodie saepius mille, & quod excurrit, eò advenant, ut de navibus mentionem nullam faciam, quæ per *Pregelæ* fluenta delcendunt. Merces foris, ex *Suecia* nimirum, *Anglia*, *Hollandia* & aliis locis advenantes sunt ferrum, plumbum, stannum, pannus, vinum, butyrum, casei, sal, aromata, & alia infinita, quas *Poloni* & *Lituani* precio redemptas magno numero auferunt. Ex negotiatione igitur tantâ mirum est quantum emolumentum cives quotannis percipiant. Solent sæpe civitatibus solennia & ludicra esse exercita, quibus cives statutis temporibus omnium curarum molestias à se amolluntur. Hic tucetum ejusmodi, quâ origine, haud constat, ex pane & carne alimentis nostro corpori necessariis natum. Antiquo enim more receptum est, ut lanionesKal. Januarii, quæ novum annum inter Christianos auspicantur, farcimen longissimum, ex poecorum arcnis & perexis ac intestinis minoribus confertum; per omnes civitatis vicos & plateas deambulando circumportente, ac pulsoribus dono dent; qui obdongam panem album, dubus fartis foramine in medio conjunctis coctum, illis remunerationis loco exhibent. Combinata hæc duo munera, farcimen nempe illud, & panem, trium Regum festo illæ pilsotum & lanionum societates in diversorio abliguriunt, ac vinum & cerevisiam adjungentes frontem exportigiunt. Farcimen anno 1558 à lanionibus solennis spectaculo circumductum 198 ulnas longitudine sua complexebatur. Illud quod anno 1593. 91 homines circumduxerunt memorabilius est. Nam 598. ulnas longitudine sua congreganti 30.

pernæ

pernæ porcinæ infartæ erant, ità ut pondus eius esset 414. librarum. *Pregel* fluvius ex fontibus suis in *Lituania* surgens in via, præter minoris notæ aquas plurimas, quas condit, finitimo margine duos grandes absconditque fluvios, *Angerap*, & *Alla*, ac supra *Regiomontum* aquis dispertitis totam civitatis partem, quæ *Knipkof* dicitur, circumluit, & infra eam divisas undas in unum emensus est, in superiorem æstuarii *Frisch Haff* partem, quæ à meatu *Konigsberger-tieff* appellato ad ostium hujus fluminis tendit, ejaculatur. *Regiomonte* ora *Borussiæ Ducalis* maritima ulteriùs promovetur ad *Fischhausen* oppidulum sinui maris adjectum, cujus Occiduum latus longâ cuspide à Septentrione in Austrum derivatum extremitate sua Insulæ *Frischnerung* angulo Borrhapelioeen spectanti opponitur. Utreque angustias oppositu suo meatum efficit *Konigsberger Tieff*, id est, *Regiomontanum* profunditatem nuncupatum, qui introitus est ex *Mari Balthico* in æstuarium hoc *Frisch Haff*. Subinde, atque etiam sæpius subitò mutatur propter vehementes aquarum fluxus, qui arenam modò hinc, modò illinc subtaram, iam hinc, jam illuc propellunt, quod etiam fit, quando glacies confracta magnis mollis per hunc meatum in mare erumpit. Idem usu venire solet *Vistulæ* ostio, per quod *Dantiscum* navigatur. Magistratus tamen horum locorum curâ solerti providetur, ut quovis mutationis tempore dolus impactis, & alijs signis in aqua erectis vera profunditas ad navigationem necessaria signetur, ne naves alicubi impingendo detrimentum aliquod patiantur, aut naufragium faciant. Prædictæ cuspidis extremitati incumbit *Pillau* vicus ut plurimum piscatoribus inhabitatus, quia acipenserum seu thuriorum piscatus ibi quæstuosus. Munimentum propugnaculis fortibus armatum proximè vicum fedet, & ingressui tuteili fuâ patrocinatur. Vicinus item est collis, aut mons rotundus & arboribus coopertus, in quo vestigialium hujus loci præfectus domicilium fatis amœnum vitadi æque amœno loco insidens inhabitat. Ex eo longissimus in portum & mare totum circumjacens prospectus patet, qui oculos maximâ jucunditate pascit, Omnes naves aut ingredientes, aut exeuntes, propugnaculum illud prætenavigaet, inspectioni mercium debitæ se submittere, & vectigal injunctum præfectio pendere coguntur. Ut omnia in compendium contrahant, locus est amœnissimus juxta, & jucundissimus, qui corpus delicatorum ciborum pabulone reficere, & animum mirâ jucunditate afficere solet, ut non immerito *Borussiæ* Paradisus nuncupetur. Hinc litus à Meridie ad Aquilonem conversum, *Lochstede* pagum, & *Brusterort* extimum hujus oræ acumen, finisque hujus magni angulum Orientalem peragrat, & ab eo iterum discedens Occiduâ coeli plagâ relicta usque ad tractum *Curisch Nerung* Eorr se obvertit. Maris hic difficilius per militaria aliquot fuccini seu electri pulcherrimi feracissimus, Boreâ aut Zephyro flante, magnâ illud copiâ in Boreale hujus regionis ad dextram à *Brusterort* concedens, vel in Occidentale ad sinistram eadem loci recedens litus ejicit; Hoc ab accolis piscatu ea undis eruntur in loca destinata seu cameras succini (ut vocantur, & qualis etiam est in pago *Lochstat*) defertur, ubi quodvis dolium succino repletum dolio sale pleno compensatur; Eam laboris mercedem, qui succinum piscantur, ferunt. Usus & dimidio à *Pillau* mill. *Grebe* locus est, qui cæteris abundantior. Boreâ tempestatem excitante, & triduum durante, sæpius 15. aut 20. dolia plena piscantibus exhibet, adeò ut hic maxima electri pars piscando acquiratur. Accurata diligentia hic custos est, ne quid suffurando abalienetur, eumque rei causâ aliquot in litore patibula erecta, ut in accolas sibi vel minimum retinentes se veritimè animadvertatur. Annos esse aiunt, quibus succini piscatus *Electori Borussiæ hujus Duci* 12. millium florenorum emolumentum attulit. Dolium quodvis 100 vel etiam 150 lor. vensi solet, prout melioris aut

Biblioteca Museo Franz Mayer

ex Mediterraneis sibi afciris ostio diviso parvam Insulam efficit. Alter *Osse*, & tertius *Tabe* oblongam Insulam à litore ad sectionem utrisque fluminis in acumen definentem formant. Quartus & ultimus *Ausse* tredecim metribus brevioribus *Iuxta Carunam* se intermittens diversis Insulis parvis litus interfecat. *Tabe* effluens, & primus aut proximus *Ausse* fluvii exitus facilis magna inter se distantia diffidenter, ita ut ex Insula hac exteriorum maxima adhuc tres fluvioli proreptantes lacui immerguntur: Eorum nomina sunt *Inse*, *Ley*, & *Karckol*. Ostiorum, & exituum *Inse* fluvii, à meridie incipiendo ad Septentrionem progrediaris, nomina accipe 1. *Acmena* exiccatus alveus nullam amplius aquam prodit; 2. *Schorwinder*; 3. *Alt Ause*, id est, Vetus *Ause*; 4. *Quaype*; 5. *Troppe*; 6. *Ause*, vel *Holm*; 7. *Kalaupp*; 8. *Tajsa Zagis*; 9. *Vimis*; 10. *Bandolopes*; 11. *Sildale*; 12. *Sulbeck*, qui navigorum capax est; 13. *Arlomath* plurimorum piscium nutritor, qui se flumini *Ause* exitui commiscet. Proximus his exitibus sinus est grandior, cui fluvius *Nimien* aquas suas absorbendas tradit. Borcali ejus angulo incumbit oppidulum *Windburgh*, à quo litus recta via transit ad *Memelam* civitatem. *Borussiæ Ducalis* & *Borussiæ* totius Interum mari *Sabbius* obiectorum terminus. *Memel*, *Memmel*, vel *Memmelburgh Charlandico* idiomate *Clenpeda* dicta, & à *Martino Cromero Troppes* nuncupata, arx est munitissima, & vallis ac follis firmissimis circundata, cui civitas mediocris adjungitur. Utramque ambit fluvius *Tange*, profunditate navibus onerariis recipiendis satis commoda in *Curonensem lacum* illabens. Hujus loci originem ad an. 1230. authores referunt. Arx in fluminis ostio sedens ipsi lacui assidet. *Livonia* olim finibus accensebatur. Hodierno vero tempore *Brandenburgensi Electori* serenissimo, utpote *Borussiæ* Duci, subjungitur. Terrestre itex *Memelam* decem 12 mill. longitudine sua conficit.

Memel.

LITUANIÆ ora maritima hic brevissimo districta inter *Borussiæ* & *Charlandiæ* litora inficitur, ac post *Memela* urbis territorium initio tanto mox *Pysa* fluvii ostio terminatur. *Memela Hexagonam* vergens litus Meridiem seu Theacio adversatur, trimoque milliarium intercapedinem percurrit: *Heidegens Sevenbergen* Promontorium collibus & montibus asperum per 4 mill. tendens Circio seu Gallico occurrit.

LITUANIA.

CHURLANDIÆ tractum secundum *Balthicum* mare decurrentem *Pysa* fluvius, & territorium *Duna* fluvio contiguum claudunt. *Sevenbergen* promontorio & *Libæ* oppiduli maritimo adjacto montium tractus interfitium ad Hyspaquilonem spectat, & 1. aut 4. millior. longitudinem habere dicitur. Sinus dictus aquarum ex *Pysa* irrepentium receptor est. *Libæ* ad civitatem *Windaw* cuffus in Hyspaquilonem directus 12. aut 13. milliar. conficitur. Inter utrumque hunc locum occurrunt *Stickerorst*, *Suckerwyck*, & *Stickerort*. *Duc Dalven Slot*. *Stickerort*, vel *Stickerora*, ad tertium *Libæ* milliare litori impendet, cui fundum maris vicinum scopulis & cautibus inæquale providam nautis curam commendat, ut sibi à periculo cavere possint. Navis *Hornæa Hollandis* Septentrionalibus ann. 1599 in aliquem scopulorum insficiei casu impingens hic submersa est. *Suckerwyck* 2. aut 3. mill. *Windawiâ* remotum locum tenet, ubi spacioso anfractu à maris fluctibus exesum litus in terram recedit. *Duc Dalven Slot*, id est, *Ducis Albani* arx, collis est aut potius mons multis arboribus consitus, cujus lateri Orientali aliquot colles minores adhærent. Nomina à *Duce Albano* Meriviri rationem non assequor. Maris nominum impositionibus nautæ fagius ludere solent. *Backerort*, id est, furni, colles sint aliquot afpicientibus furnorum forma apparentes, quos unius circiter mill. intervallum *Windawiâ* separat. *Windawy*, vel *Windaw* arcem significat & civitatem eodem adjectam, quarum *Sueci* ann. 1603 primâ, & ann. 1625 altera vice potiti sunt. Ex *Lituania* flumen exitem eodem cum his nomine infignitur, justaque ea fluctus suos in mare *Balthicum* præcipites agit. Ad 2. milliare litoris in Mesaquilonem progressus ostendit *Lyserort*, & porrò ad 9. aut 10. mill. in Cæcium vel Hellespontum & Hypocæcium cohærat extimum *Churlandiæ* spicem, ac Austrinum Magni sinus *Livonie* angulum *Domesnes*. *Domesnes*, vulgari lingua appellatum, qui cum infidente sibi oppidulo *Domesnes* vocabulum hoc commune habet. Ad 2. aut 3. mill. ab hoc promontorio ad Occidentem declinaveris, insignis altitudinis, ac coloris cærulei mons visui patebit. qui nomine *Duenberg* Orientali suo latere declivitatem abruptam exhibet, Occiduo vero sensim versus *Lyserort* se deprimendo descendens duplici linea ad dictum locum defcendit, ubique autem locorum arboribus vestitur. Locorum hactenus descriptorum, aliorumque, quæ adhuc sequentur, distantia hæc est.

Memel, & *Brosserort*	Millar. 12 vel 13
Memel, & *Dunisum*	24
Memel, & *Rygbo hoeft*	22
Memel, & *Zerrbolmo*,	48 vel 50
Memel, & *Hoeburgh*	28
Sevenbergen, & *Rygbo-hoeft*	25
Sevenbergen, & *Snydersudden*	36
Windaw, & *Rygbo-hoeft*	40
Windaw, & *Bornholm*	60
Windaw, & *Hoeburgh*	28
Windaw, & *Ossergarde*	22
Windaw, & *Gottsche Sand*	23 vel 24
Windaw, & *Dagherort*	25
Domesnes, & angulus Insulæ *Oesel* Australis	3

Ab angulo *Domesnes* ad Meridiem Insulæ *Oesel* angulo, qui Notum spectat, 2. milliar. longitudine ad Mesolibanotum & Libanotum in mare se extendit, scopulosus & lapidosus tractus *Sudrorort* nautis dictus, qui quibusdam in locis versus Insulam *Oesel* siccis cautibus figura aquam prominet, aliis iterum 2. aut 3. orgyarum profunditate sub aquis latitat. Latus item hujus loci sol's occasui obversum plures ejusmodi tractus scopulis & cautibus inæquales & asperi aliquantò à terra remotiores obsident, qui secundum litora Insulæ *Oesel* ad Aquilonem vergentes quibusdam in locis 3. aut 4. orgyis profundiores non sunt, & navibus insidiosè sub fluctibus recondit periculum haud parvum creare possunt. *Domesnes* exordium & angulus est magni sinus *Livonie* Occidentalis, qui abhoc apice magno anfractu ad meridiem se inflectit, ac finum peculiarem, magni partem, efficit, qui angulo dicto & fluvii *Duna* ostio inclusus peculiari nomine *Kouwerwyck* insignitur. 6. à *Domesnes* milliar. ad Mesocæcium, & 12. à *Duna* ostio milliar. ad Phœnicem five Gangeticum & Upophœnicem parva insula cernitur, cui *Buyseu* vel *Kuse* nomen est: Hujus latus Notolibyco obversum multis cautibus & saxis acutis atque asperis obiectum est. Inter *Domesnes* & insulam prædictam aquæ profunditas 22. & 23. inter *Buyseu* verò & *Dunemunde* 23. aut 24. orgyas complet.

Sudrorort.

Kouwerwyck.

Buyseu.

Dunemunde.

LIVONIÆ oram maritimam ostre ostium fluvii *Duna*, vel *Dewina*, qui cum fluviis *Borysthene* & *Wolga* ex eodem territorio in *Moscovia* exortus, magni illius Ducatus limitibus superatis, superiorem, vel Borealem *Lituaniæ* partem perambulando, plurimorum fluviorum aquas secum absorpsit, ac *Semigallam* & *Livoniam* alveo suo tanquam communis limes dilterminans, 2. infra *Rigam* civitatem millaribus justa *Dunamundam*, dextro ostii sui angulo incumbentem accem, in magnum *Livoniæ* sinum aquarum suarum copias ingerit. Arx illa operibus bellicis maxime firma introitum in *Dunam* tutatur, ac à *Sueorum* Rege *Gustavo Adolpho* aggeribus & propugnaculis mirum in modum aucta est. Alveus *Dunæ* ab ostio *Rigam* usque admodum variabilis & mutabilis mutationis suæ causas agnoscit vehementem & fontem aquarum affluxum, ingens fluvii annuum incrementum, & glacici exonerationem violentam, quæ quotannis fluvii cursum variare solet. Ingredientibus igitur, & exeuntibus navibus peritis nautis opus est, qui profunditatis, & meatuum bolide exploratorum accuratam cognitionem habeant. *Riga Dunæ* fluvii dextræ ripæ injecta, ob situs commoditatem, & negotiationis frequentiam, emporium famæ celebratæ notissimum, non ita magnum suo circuitu spacium circundat, fed ædificiis splendet, ac arce ad latus *Dunæ* fluvio incumbente validiores sibi vires acquirit. Inhabitat eam *Regia Majestatis Suecie* nomine *Generalis Livonie & Ingrie aut Ingermanlandie Prafectus*. In ipfa vero civitate domicilium habet *Gubernator*, qui militi præsidiario *Sueico* urbem tutanti cum imperio præest. Pulchritudine, amœnitate, ac fortitudine insignis, planicies jucunda insider, ac *Revelia* 50. *Derpto* 36. & *Vilna Lituanie* metropoli 40. milliar. itinere sejungitur. Paulò infra eam *Duna* 4. ferè milliaris partem lata navigorum onerariorum est capax, quibus ad ipsam urbem accedere integrum est. *Suecie Rex Serenissimus Gustavus Adolphus* post sex fepeimanarum obsidionem acerrimam 15 Kalend. Octobris anni 1621 deditione in suam potestatem redegit. Anno 1635 cum *Polonia Rege Serenissimo Sueci* inducias pacti sunt, quarum vigore *Livoniam* cum omnibus in ea occupatis locis, ipsaque hac urbe, usque ad indicianum eritum habemus in potestate sua retinent. *Carolus Suecie Rex Gustavi Adolphi* patet anno 1605 infelici obsidione eandem fibi subjicere tentavit, utpote qui à *Polonis* fraga miserandâ cæsus, ægrè admodum fugiendo vitæ suæ consuluit. Populosa, & frequentibus incolis habitata, negotiorum per mare *Baltbicum* exercitio frequenti, fortunæ bonis haud exiguis annuatim augetur. Plurimum autem ad divitiarum, quibus abundat, conquisitionem conferunt navesex aliis regnis & regionibus, *Hollandia* præcipue, hac adventantes, quæ unoquoque anno insignem mercium copiam afferunt & auferunt. In finistrum ostii, per quod *Duna* fluvius in magnum *Livoniæ* Sinum egreditur, è *Dunamunda* arcis regione, latus fit immittit *Boldra* fluvius *Mussa* alio nomine appellatus, qui ab urbe *Mitau Churlandiæ* Ducum sede delabitur. Magni fi nus *Livoniæ* litus à *Duna* fluminis ostio ulterius pergens Austro à tergo relicto in Septentrionem vergit, atque in itinere ad alterum ferè *Dunamunda* milliare insidiosè sub fluctibus recondit periculum haud parvum creare possunt. *Domesnes* exordium & angulus est magni sinus *Livoniæ* Occidentalis, qui abhoc apice magno anfractu ad meridiem se inflectit, ac finum peculiarem, magni partem, efficit, qui angulo dicto & fluvii *Duna* ostio inclusus peculiari nomine *Kouwerwyck* insignitur. 6. à *Domesnes* milliar. ad Mesocæcium, & 12. à *Duna* ostio milliar. ad Phœnicem five Gangeticum & Upophœnicem parva insula cernitur, cui *Buyseu* vel *Kuse* nomen est: Hujus latus Notolibyco obversum multis cautibus & saxis acutis atque asperis obiectum est. Inter *Domesnes* & insulam prædictam aquæ profunditas 22. & 23. inter *Buyseu* verò & *Dunemunde* 23. aut 24. orgyas complet.

Riga.

Boldra.

Livonia.

Kouwerwyck.

Buyseu.

Dunemunde.

LIVONIÆ oram maritimam ostre ostium fluvii *Duna*, vel *Dewina*, qui cum fluviis *Borysthene* & *Wolga* ex eodem territorio in *Moscovia* exortus, magni illius Ducatus limitibus superatis, superiorem, vel Borealem *Lituaniæ* partem perambulando, plurimorum fluviorum aquas secum absorpsit, ac *Semigallam* & *Livoniam* alveo suo tanquam communis limes dilterminans, 2. infra *Rigam* civitatem millaribus justa *Dunamundam*, dextro ostii sui angulo incumbentem accem, in magnum *Livoniæ* sinum aquarum suarum copias ingerit. Arx illa operibus bellicis maxime firma introitum in *Dunam* tutatur, ac à *Sueorum* Rege *Gustavo Adolpho* aggeribus & propugnaculis mirum in modum aucta est. Alveus *Dunæ* ab ostio *Rigam* usque admodum variabilis & mutabilis mutationis suæ causas agnoscit vehementem & fontem aquarum affluxum, ingens fluvii annuum incrementum, & glacici exonerationem violentam, quæ quotannis fluvii cursum variare solet. Ingredientibus igitur, & exeuntibus navibus peritis nautis opus est, qui profunditatis, & meatuum bolide exploratorum accuratam cognitionem habeant. *Riga Dunæ* fluvii dextræ ripæ injecta, ob situs commoditatem, & negotiationis frequentiam, emporium famæ celebratæ notissimum, non ita magnum suo circuitu spacium circundat, fed ædificiis splendet, ac arce ad latus *Dunæ* fluvio incumbente validiores sibi vires acquirit. Inhabitat eam *Regia Majestatis Suecie* nomine *Generalis Livonie & Ingrie aut Ingermanlandie Prafectus*. In ipfa vero civitate domicilium habet *Gubernator*, qui militi præsidiario *Sueico* urbem tutanti cum imperio præest. Pulchritudine, amœnitate, ac fortitudine insignis, planicies jucunda insider, ac *Revelia* 50. *Derpto* 36. & *Vilna Lituanie* metropoli 40. milliar. itinere sejungitur. Paulò infra eam *Duna* 4. ferè milliaris partem lata navigorum onerariorum est capax, quibus ad ipsam urbem accedere integrum est. *Suecie Rex Serenissimus Gustavus Adolphus* post sex fepeimanarum obsidionem acerrimam 15 Kalend. Octobris anni 1621 deditione in suam potestatem redegit. Anno 1635 cum *Polonia Rege Serenissimo Sueci* inducias pacti sunt, quarum vigore *Livoniam* cum omnibus in ea occupatis locis, ipsaque hac urbe, usque ad indicianum eritum habemus in potestate sua retinent. *Carolus Suecie Rex Gustavi Adolphi* patet anno 1605 infelici obsidione eandem fibi subjicere tentavit, utpote qui à *Polonis* fraga miserandâ cæsus, ægrè admodum fugiendo vitæ suæ consuluit. Populosa, & frequentibus incolis habitata, negotiorum per mare *Baltbicum* exercitio frequenti, fortunæ bonis haud exiguis annuatim augetur. Plurimum autem ad divitiarum, quibus abundat, conquisitionem conferunt navesex aliis regnis & regionibus, *Hollandia* præcipue, hac adventantes, quæ unoquoque anno insignem mercium copiam afferunt & auferunt. In finistrum ostii, per quod *Duna* fluvius in magnum *Livoniæ* Sinum egreditur, è *Dunamunda* arcis regione, latus fit immittit *Boldra* fluvius *Mussa* alio nomine appellatus, qui ab urbe *Mitau Churlandiæ* Ducum sede delabitur. Magni fi nus *Livoniæ* litus à *Duna* fluminis ostio ulterius pergens Austro à tergo relicto in Septentrionem vergit, atque in itinere ad alterum ferè *Dunamunda* milliare insidiosè sub fluctibus recondit periculum haud parvum creare possunt. *Domesnes* exordium & angulus est magni sinus *Livoniæ* Occidentalis, qui abhoc apice magno anfractu ad meridiem se inflectit, ac finum peculiarem, magni partem, efficit, qui angulo dicto & fluvii *Duna* ostio inclusus peculiari nomine *Kouwerwyck* insignitur. 6. à *Domesnes* milliar. ad Mesocæcium, & 12. à *Duna* ostio milliar. ad Phœnicem five Gangeticum & Upophœnicem parva insula cernitur, cui *Buyseu* vel *Kuse* nomen est: Hujus latus Notolibyco obversum multis cautibus & saxis acutis atque asperis obiectum est. Inter *Domesnes* & insulam prædictam aquæ profunditas 22. & 23. inter *Buyseu* verò & *Dunemunde* 23. aut 24. orgyas complet.

Ösel.

nuncupato Borcho-Libycum è regione spectat. Tertius Orientalis obiectu suo ostium freti *Moonsund* cum continente compescit. *Arensburgh* arx in hac Insula cum suburbio angulcho à *Livonia Germanis* incolitur, ac in latere Magno sinui *Livonie* adversò sita, à Meridionali Insulæ angulo ad Aquilonem 9. à pago *Albrick* ad Mesocircium seu Thracium 3. aut 4. milliarium discessionem facit. Occiduus hujus Insulæ margo inter Circium seu Gallicum, & Phœnicem seu Gangeticum exporrectus jacet, ac diversis finibus & altuariis confractus 12. milliarium longitudinem usque ad angulum *Hundsort* conficit. In eo duas offendes navium stationes *Wyel* & *Reevke*, quas naves mercium recipiendarum causâ invisere solent. Altera Insula hic occurrens priore minor aliquo pacto etiam Trianguli effigiem refertæ fitu suo videtur, ac *Dagbert* vel *Dagbden* appellari consuevit. *Hundsort Ossilie* Insulæ angulus, & meridionalis Insulæ *Dagherort* apex, à Circio five Gallico ad Gangeticum five Phœnicem 6. circiter milliarium distantiâ difficiuntur. Meatus utramque insulam divellens, ficco & profundo vado, quod passim acuto, faxoso, & inæquali fundo consternitur, onerarias naves à transitu arcet. Ejus lateri occiduo nautæ *Hundsvwyck* nomen imposuêre. Posterioris Insulæ acumen ad Boreho-Libycum se convertens *Dagherort* etiam dictum eidem cum sua Insula appellatione gaudet, atque ad *Sybarghoefe* promontorium duplicato angulo per 5. milliaria procurrit. *Grangrunden* in tractum *Moonsund* loca sunt pro- *Grangrunden.* fundiratæ carentia, quæ nautis præcipiunt, ut à naufragii discrimine vigili cura sibi caveant. *Granholmen* à gramine nomen nactæ Insulæ 2. admodum exiguæ, gramine viridi obducuntur, à quorum latere occiduo uno milliari femota est *Offenholm* parva itidem insula bobus appellationem debens. Occurrunt hic porrò 2. alia loca vadosa & navibus non pervia, quibus *Oster* & *Wester Grayground*, id est, Orientale & Occiduum fundum grauiosum, nomen est. Eorum locorum illic ad Septentrionem, & Hypaquilonem parvo milliari ab *Offenholm* segregatur: hic è regione *Granholmen* Insularum situs est, vel illas & continentem interjacet. Si fueris ulterius in continente progressus, obviam habebis finium cum Insula exili, & *viscbia* vel *Piscia* Provinciæ Metropolin, cum arce munitissima *Habsal* dicta, situi assidentem, ubi Cathedrale Episcopi *Oesiliensis* templum conspectui patet. Distantiæ loco- *Distantiæ.* rum sunt sequentes.

Hundsort in *Ösel*, & *Dagherort* in *Dagherört*

	Milliar. 6
Sybrichoefe & *Offenholm*, vel *Granholm*	3 aut 4
Angulus Insulæ *Oesel*, & *Pernaw*	12
Idem Angulus Insulæ *Oesel* & *Alerick*	7 vel 8
Idem Angulus, & *Runoen*	10
Dagherort & *Rychoefe*	60
Dagherort, & *Ossergarde*	28
Dagherort, & *Gottsche Sand*	20

Orgelholm & *Odelholm* parva iterum est Insula continentis litori fe objiciens, in qua promontoria duo in mare fefe exerunt, quæ *Klein Rege*, & *Groot Rege*, id est, parvum *Rege* & magnum *Rege* nuncupata, atque objectu laterum mutuo se aspicientia, claustro suo angusto *Iluminis Asfa* exitum ominent. Proximum hinc est *Domeka* fluvii ostium, cique succenturiatum sinus grandis, qui *Revel*, vel *Revalum* civitatem allnit. *Harria Livonica* provinciæ Metropolin *Wiedemaro* hujus nominis secundo *Dania* rege conditore circa an. 1220 exorta, unde etiam insignia ejus tribus Leonibus exornata sunt, an. 1174 pretio redempta *Magno Livoniæ Magistro* cessit. Anno 1561 *Moscovitico* bello pressa & diversata, *Suecia* regis vicini fui tutelæ & defensioni se commisit. Olim Emporiorum celeberrimum numero ascribebatur, & adhuc hodierno tempore *Lubecensi* juxe uticar. Ambitu suo haud multum dilatatæ forti-

Biblioteca Museo Franz Mayer

tudo, amœnitas, ac ædium structura haud exiguum decus conciliant. Ad lapidis jactum à maris litore secreti binis obsidionibus à *Moscowitis* oppugnata quidem, sed non expugnata, *Serenissimi Suecia Regis* patrocinio periculum à se amoliri coacta est. Arx munitissima & validissima editiorem locum occupat. Ædificia plerasque ex lapidibus constructa elegantiam & nitorem præ se ferunt, inter quæ præ cæteris templum primarium maxime excellit. Vinum magno precio hic venditur, cervisia autem non optimi saporis coquitur. Pedestri itinere *Rigâ* ad hanc urbem ducenti, 30. milliarium longitudo attribuitur. *Sibrichofsa* in Insula *Dagherort* & Insula *Ostgetholm* 5. milliar. distantiâ discriminantur. Ab *Ostgetholm ad Groten Rogt* navigationis cursus Mesocræcie obversus 5. milliarium intercapedinem perstringit, indeque ad Subfolanum tendens, 4. milliaribus cuneisis insulam *Nargen* ante Occiduum sinus *Revelensis* latus fetam attingit. Ad tertiam circiter milliare ab Insula *Nargen* apice Austrino versus Subfolanum & Mesocræcium manifestat se Insula *Wulf* unam ferè milliare, longitudine sua consequens. Ad alterum circiter milliare parvum ab Occidentali angulo Insulæ *Wulf*, cui & aliud nomen *Piso* est, versus Borrholibycum, & Hypocircium, ac ab Aquilonari Insulæ *Nargen* acumine versus Borrhapelioten & Hypocræcium, cautes aut scopulus aquis conditur, quem marini fluctus vix 3. aut 4. pedum profunditate tegunt, adeò ut æstivo tempore fluctibus ob tranquillitatem quiescentibus, cumque feriendo non fabricantibus, nullo pacto animadverti queat: Hunc nautæ nomine *Revelsten* insigniverunt. A termino Insulæ *Wulf* Occiduo ad 4. ferè milliaria partem se in longitudinem versus hunc scopulum *Revelsten* sub undis protrahit saxosus & scopulosus tractus, cujus finis 5. aut 6. scopulos extra aquam parum eminentes denudat. Haud procul ab Orientali Insulæ *Nargen* margine scopulis refertus & siccus eiusmodi locus itidem in aquis navigationem circa se periculosam reddit. Apex finus *Revelensis*, qui Austro obvertitur, *Surp* nomen habet: acumen vero, quod Septentrionem objicitur, *Wulfsort* nautica tuba vocitare consuevit; à quo litus Occiduè plagâ deserta ad Solis ortum se convertit, & civitatem *Nervam* petens *Livoniam* terminat. *Wrangher* Insula ad Occidentale sinus *Revelensis* latus locata, ab Insula *Nargen* ad Hyperum 5. aut 6. & a. parvorum milliarium diverticulo ab Insula *Wulf* ad Eurum, seu Vulturnum fecedit. *Klein Wrangher* exigua & angusta longitudine protracta Insula ad 4. circiter milliaris partem ab Insula *Wrangher* dissidet, ac inter Borrholibycum ac Notapelioten se extendit. Ab angulo Orientali Insulæ *Wrangher* ad unum circiter milliare versus Aquilonem, & ad alterum milliare parvum ab Insula *Kleyn Wrangher* versus Mesocircium vel Thracium sita est insula exiguæ admodum magnitudinis, à quibusdam *Kuycken*, ultrà autem *Kuycksboer* appellata. Parvus est scopulus gramine & arboribus denudatus, qui 2. milliarium intervallo ab Insula *Wulf* ad Hypocræcium progreditur. Ab Insula *Wrangher* ad alteram *Ecetholm* vel *Exholm* navigantes 10 milliarium iter confiendum est. Inter Borrholibycum & Notapelioten extensa, utrumque finem extollens, in medio valle quadam humilione deprimitur. Ab eius latere Occiduo 22. numerantur milliaria usque ad arluarium quoddam in continente habitandos maris fluctus celans, cui nautarum cohors: *Muscowitarum* nomen fecit. Quatuor autem milliarium intercapedine ab eiusdem margine Eoo sita cernitur arx *Tolsburgh*, vel *Tolsburgh*, cujus Occidenti obversum latus *Semskebeeck* fluvio *Finnico* finum petens labitur.

Revelsten.

Wrangher.

Klein Wrangher.

Kuycksboer.

Ecetholm.

Muscowitarum voyck.

Finnicus finus.

FINNICUS SINUS Maris *Balthici* brachium latius juxta insulam *Dagherort* inter *Livoniæ* & *Finlandiæ* litora, longissimo tractu ab occasu Solis ad ortum in terram se projiciens, Provinciarum *Livoniæ* & *Ingriæ* Aquilonaribus, *Finlandiæ* vero & *Careliæ* Austrinis distinctibus maritimis compescitur. Ab Insulâ *Ostgetholm* extremo *Livoniæ* ad mare *Balthicum* litori vicina initium ducens, *Livonica* litora legit usque ad *Narvam* Germanicam, ac Provinciarum *Harriæ, Virix, & Alentakis* oras humectat. A *Narva Germanica* ex Austrina plaga se sensim in Borealem circumducens, *Wyborgum* attingit, interim in via per meatum quendam magnum paludem *Ladogam*, vel *Ladingh*, *Succiam* à *Russia* separantem, aquarum suarum participem reddit. *Wyborgho* rursus regnum vertens ab Oriente Sole ad Occidentem cursum sinum instituit, ac *Careliæ*, *Nylandiæ*, & *Finlandiæ* Provinciarum *Succiæ* regno subjectarum oras maritimas præterveclus cum *Botnici* sinus exordio finem invenit.

Margini *Septentrionali* fluvioli alius est vicinus, qui *Wyckeberga* dictus. Vicum hunc apertum, cui optimè munitum, & in editiore loco situm castellum situs pulchrum annectitur, ut & *Tolsburgum* 3. inde milliaribus dissitum, *Succi* anno 1581 *Moscowitis* ereptum sui juris fecêre. Inde 15. milliarium itinere *Narvam* tenditur. *Tolsburgo* autem ora maritima ad Hyperum maximam partem vergens, 12. circiter milliarium spacio *Narvam Germanicam* excurrit. *Narva Nerva*, vel *Narwa* civitas, quæ *Waldemarum I. Dania* regem conditorem habuisse, & circa annum 1223 excitata esse perhibetur, appellationem suam mutuata est à rivo aut fluvio *Narva*, qui 2. infra civitatem milliaribus *Finnico* sinu absconditur. Exoritur autem ex Palude *Peipus*, vel *Beibus*, ac dimidiæ ferè supra urbem hæreviâ de excelso & admodum abrupto scopulo se præcipitem agit, ut omnes merces, quæ ex paludè *Beibus Narvam* deferuntur, ibidem loci exonerandæ, atque dimidii milliaris itinere terrestri in civitatem illam transferendæ sint. In paludem *Beibus* infundit se *Embeck* fluvius à civitate *Derpt* dictus. Palus autem ipsa partim *Livoniæ* finibus accenditur, partim vero etiam *Moscoviæ* limitibus annumeratur: unde alter fluvius *Wielke Moscowiticus* civitatem *Plescow* præterlapsus emanans, in eandem paludem se precipitat; *Plescovia* inter *Nervam* ducens 40. milliarium longitudine absolvitur, & bidui spatio vento favente per paludem navigatio confici potest. *Nerva* ibidem & *Novogrod* vel *Novogorod* in *Moscovia* pactibus 40. milliarium distantia differunt. Quamvis verò *Nerva* civitas ambitu haud ità magno distendatur, validè tamen munita, & optimè sita plurimos *Germanos* incolas habet, & ante negotiationem *Plescoviam* translatam, emporium haud contemnendum fuit. Arx urbi addita ornatu & commoditate suâ non caret. Salmonum capturis copiosa emolumentum incolis satis grande confert. Trans flumen cernitur *Nerva Russica* seu ARX *Ivanogorod*, locus turribus, muris, vallis, & propugnaculis munitissimus. Anno 1558 *Moscovitæ* in has oras hostili impetu fulto *Nerva* civitate potiti sunt. Anno 1581 *Sueci* hæc loca cum ditissima Diœcesi *Livonica Wittenstein* impetio fuo subjecêre: *Ivanogorod Moscovitis* anno 1590 recuperato, *Nervam* civitatem incursionibus hostilibus admodum fatigarunt, ut tandem *Sueci* arcis *Ivanogorod* quietam ipsis possessionem ex pacto concederent. Tandem autem *Sueci* anno 1599. iterum superiores facti omnia loca denuo sub imperium suum redegerunt, & ultimæ cum *Moscovitis* à *Gustavo Adolpho* initæ pacis beneficio sibi servarunt, & hactenus servant.

Uno ferè & dimidio aut potius 2. milliar. ab Insula *Ecetholm*, quâ Mesocræcium, aut Cæcium vel Hellespontium spectat, ac unius & dimidii milliaris spatio à continente, muris fundum 2. ferè milliarium longitudine sub aqua perstringunt *de Kalckgronden*, locus *Kalckgronden*. scopulis, ac cautibus se attollens, vadosilique suis paribus haud exiguum nautis discrimen minans, qui in Corum vel Caurum, ac etiam Subfolanum procedens cursum continuat usque ad loca profunditate carentia, quæ juxta Insulam *'t Hoofd*, vel *groote Hoofd* occurrunt. Hæc ad Mesocræciam 4. aut 5. circiter milliaribus ab Insula *Hoogelande* fe sejunxisse dicitur. Ut quidam referunt, duo hæc loca *Kalckgronden* & *'t Hoofd*, fundo sub aquis continuo ita copulata sunt, ut inter utrumque nullus navibus transitus aperiatur. *Kleyne Tutjers*, duæ parvæ Insulæ haud multum extra aquam se erigentes, scopulis & saxis circumcirca obsepiuntur. Ad Notum 2. & dimidio milliaribus ab Insula *Hoogelande* absunt, ac ab Insulâ *'t Hoofd* in Septentrionem se convertunt. *Groote Tutjers* & *Kleyne Tutjers* ad Subfolanum 2. ferè mill. spacio dirimuntur. Idem intervallum intercedit inter *Groote Tutjers*, & Insulam *Hoogelandt*, cuisa navigationis ad Mesophœnicem directo. Omnium horum locorum scopulis ac saxis exasperatorum latera Septentrionem respicientia parvam aspectant Insulam natis *'t Eylandt met de Steegh* denominatam ab oblongâ pertica, seu potius malo procero in eadem erecto, quæ à *Kleyne Tutjers* vel *Tutjers* ad Mesocorum 2. circiter milliarium, & ab Insula *Hoogelandt* ad Mesafricum 3. magnis divertitur: Ab Insulis vero *wrangher* & *Exewsel* ad Mesocræciam 15. mill. digreditur. Insula *Hoogelande* à Phœnice seu Gangetico ad Circium seu Gallicum per 3. circiter mill. longitudinem suam dilatat, sed latitudine vix unum pedendens, passim plurimis arboribus viretcit. A litore ejus Noto-Lybico adverrante navigationis cursus in Notapelioten velis compallas, 12. milliarium spacio emenso *Nerva* fluvii ostium contingit. Ex parte insulæ dictæ in Eurum, vel Vulturnum conversa, & a. mill. à *Russ Hacken* interstitio, locus se offert paucâ aquâ tectus, quem *Slimme-groeden*, id est, perversa, vel prava funda nautæ appellitare soliti, Longus & in angustum contractus inter Phœnicem seu Gangeticum, & Circium seu Gallicum distenditur. Fortuitous factâ refluire cernuntur. Quarto à *Russ Hacken* mill. fi ad Circium aut Gallicum digredianis, insula obviat parva *Rutte Sarre* nomine, quæ à *Sarre* mere 4. mill. divertiendo migrat; *Simmers* verò Insula exilis vel potius scopulus aut mons saxeus, qui 3. collibus se supra aquam attollit, ad 5. millaire *Hoogelandt* Insulam à le remotam cernit, quâ Mesocræcie obvertitur. Insulis, quæ hoc in maris districtu occurrunt, perspectis, in continentem redeamus.

't Hoofd.

Kleyne Tutjers.

Groote Tutjers.

Eylandt met de Steegh.

Hoogelandt.

Slimme groeden.

Rutte Sarre. Simmers.

INGRIA. INGRIÆ Litora à *Nerva* fluvii ostio recedentia occasum Solis deferunt, & curvitate flexuosâ ab Austro ad Septentrionem se provehunt, donec ad *Russ Hacken* perveniant, ubi se in apicem coarctando Sinum, cui provincia hæc accumbit, terminant. Inter ostium illud & promontorium hoc ad Circium sive Gallicum maritimi itineris miliaria 4. intercurrunt. Hinc aliud promontorium promittitur, cui urbecula *Callram* indicens nomen *Callram* fecit. *Rode Hel* vel *Rohel* grandis & aspera insula medium sinum instar epiphippiorum effert, atque ingressum æstuaris *wyborgum* tendentis occupat. Qui Boream spectat, in rubrum apicem coarctatur, cui plures perticæ procerriores inseruæ sunt. In Mesaquilonem nave curvente, à *Russ Hacken* in hanc insulam 18. mill. itinere mare transmittitur. Inter utrumque diversi fluvii ex *Russia* emanantes in *Finnicum* sinum incidunt. Litus grandi anfractu æstuarium hoc reflectit, ac primo 10. circiter milliaribus ad Cæcium seu Hellespontium pererratis fluvii *Nieuwel* Nöa vel *Orosschack* exitu discindirur. Hic locus ille *Orosschack*, est grandis *Ladoga* vulgari nomine, & à nautis *Ladoga*. nuncupatus, qui *Russum Moscovitarum* imperio subjectam à *Suecis* Regni provinciis divellit. Meatus ex *Finnico* sinu in paludem illam naves deducit, ad cujus in paludem exitum sedet *Nutteburgh* firmissima *Ingriæ* totius, & vicinarum regionum arx, ac *Russiæ* olim clavis. *Ingria* enim Provincia inter transitum illum, & *Narvam* flumen locum habet, ac etiam *Ingermannia*, vel *Ingermanlandia* dicitur. Trans meatum autem illum *Careliæ* litora initium sumunt.

Russ Hacken.

Callram. Rode Hel.

Nieuwel Orosschack.

Ladoga.

CARELIA *Finlandiæ* olim pars fuit: Oborto autem inter *Suecos*, & *Moscovitas* bello vehementi, tandem pestilitæ hæc regio divulsa in duas partes *discessit*. Sed cum *Magnus Moscovia Dux suam Westeroosi, Suiki à Polanis* bello gravi urgeretur, ac viribus impar esset, à *Carolo IX. Suecia Rege* suppetias petiit, qui *Iacobum de la Garde Lecorvia Comitem* cum copiis equestribus & pedestribus ipsi auxilio misit, postquam Dux pollicitus esset, se sumptuum compendiorum omnium nomine illam, quam possiderat *Careliæ* partem, *Carelogoradum* nimirum, & *Kexholmum*, *Suecis* traditurum. Promissis tamen non stetit. Quâ de causâ *Suecia Rex* ipsum bello adortus est, quod *Gustavus Adolphus* filius eius eo tandem perduxit, ut *Moscovitarum Dux Magnus Michael Federowitz* anno 1617. antecessoris sui pollicitum non solum effectui dederit, dum præditas regiones cesserit, verum etiam arces *Noteborgum*, *Ivanogorodum*, *Iamogorodum*, & *Capariam* vel *Caparium* cum regionibus ad eam pertinentibus, *Ingriæ* nempe, & aliis, in æternum *Suecis* possidendas tradiderit, ac præterea cum *Suecia* regno æternam pacem & literis confignatam, & juramento firmatam pepigerit. Arx *Natteburgh* nunquam nisi illo tempore peregrino dominio subjecta est. *Suecia Rex* inauditâ fame ejus potitus est; Obsessis enim carnis excrescentia in gutture arque ore oborta omnem cibi & potus usum impedivit, ita ut omni alimentorum copiâ affluentes horrendâ tamen fame prementerur. In *Kexholmia* provincia pulus est illa spaciosa, cujus aliquoties mentionem fecimus, quæ *Ladoga*, vel *Ladesia*, *antea* nomine 26. mill. Germanica longitudine complectitur, ac latitudine 20. continet, cujus 5. ferè partem *Sueci Russi* reliquam fecêre, reliquam vero maximam dominio suo adjunxêre. In eâ *Careliæ* parte, quæ *Suecis* divitione illâ obtigit, *Viburgum*, æstuario maris terram altius penetranti appositum, emporium vallis, fossis, & propugnaculis, ac arce admodum firmâ probè munitur. Aliquot vicibus à *Russis* & *Moscovitis* pluriquam 100000. militibus frustrà obsessum fuit. Totam *Careliæ* & *Finlandiæ* oram maritimam quamplurimæ passim Insulæ, ac scopuli, & cautes infinitæ obsepientes maximiffimam reddunt, adeò ut nullibi ferè, sine peritorum nauclerorum, qui horum locorum exactissimâ cognitione præditi sunt, ductu adiri posse videatur: Imo tota quasi in rupes & saxa divisa ac concissa apparet. *Kexcksboer* juxta *Wrangher* insulam, & *Rode Hel*, ante introitum æstuarii *wyborgum* usque terram penetrantis, sinum suum habens, 11. mill. dimentione diremptæ Insulæ, *Revalia wyborgum* 37. aut 38. mill. navigando fulcanda esse loquuntur. Sinuosum sinus *wyborgum* vergentis latus tectus angulus *Ian Lamberts hoeck*, quo nomine inter nautas notus est: Inde ad alium apicem incurvatur litus, *Lowe hoeck*, qui *Confuefo* nomine figuratis cum priore fidis largum in terram ingrediens æstuarium complectitur. Posteriori *Lubeensee* nautæ nomen *Kruyssorde* indidêre; à *Rode Hel* ad Mesaquilonem duobus arque dimidio plus minus mill. distinguitur. Hic incipiunt innumeræ Insulæ, rupes & scopuli; qui infinito numero litoris seriem sequentes ob innumerabilem copiam hic nominari non possunt, tantum abest ut debità explanatione lectori ob oculos ponantur. *Kleyne Pyscher*, id est, parvus piscator, glabra & omnis graminis expers rupes in aqua *Pyscher*. ante reliquas eminens conspecta, parvo mill. ad Cæcium sive Hellespontium à dicti situs promontorio *Confuefo* absit. Inde machinæ majoris bellicæ ictu uno ad Notapelioten & Mesecurum, apicem extremum supra aquam conspicientem exhibet scopulus niger, qui procul cernentibus Leonis

Kexcksboer.

Lowe hoeck.

Kruyssorde.

Kleyne Pyscher.

Biblioteca Museo Franz Mayer

maritimi, *Rokbben* nuncupati, caput esse apparet. Inter utramque sine periculo cautis nauclerisque transire integrum. Hunc confequitur *Goefcheer*, vel *Groote Visscher*, id est, magnus piscator, insula oblonga, & quasi in frusta contracta, urpote quæ 7. scopulis aut rupibus conspicua est, eaque de causa aliud etiam nomen invenit, ut *Zevenklip*, id est, 7. scopuli dicatur. Quà præcedens scopulus Cæciæ vel Hellespontio opponitur, inde hæc 3. milliaribus semota eodem pacto cæteris insulis ac scopulis præfigitur, & primo conspectui 4. collibus, instar insularum parvarum, se depressiorum se offert, ac eâdem, quâ prior, distantiâ, juxta se habet cæcam & admodum periculosam rupem aquis occultam, cujus vitandæ causâ naves prætervehentes dimidii milliaris spatio propius accedere non audent. *Elfsscharen* scopulorum est congeries, grandis ante cæteras cautes in aquâ fixarum, à quibus *Goefscharen* ad Cæciam 8. mill. intercapedine segregantur. *Schæren* vel *Scheren* Latino idiomate scopulos vel cautes signant. Ad Orientalem partem ex aquâ exsurgit ingens scopulus solus in confinio regnum tenens, cui *Quade Schaer*, id est, malus scopulus nomen. *Putsagra* maxima inidem rupes insulæ speciem præ se fert, in qua nauclerii meatum hoeum per scopulos omnes admodum periti, cum aliis piscatoribus plerisque omnibus eadem patria prædicis, commorantur. Ad Meridiem vel Thracium ab insula *Hoogbelandt* 4. aut 5. & à scopulis *Elfsscharen* ad Subsolanum 3. mill. removetur. Qui per *Scheren*, id est, scopulos navigare cupiunt, ut ieus applicent, aut in continenti portu aliquo anchoras jaciant, hinc nauclerum, aut piscatorem aliquem petunt, cujus ductu scopulos periculosos tranare queant. *Vimi* fuk lingua hunc locum *Pytà fagra*; & *Elfsscharen*, *Perrelschaeren* nuncupant. In continente ferium suam obtinent *Vermax* vel *virlax* urbecula flumini adjacens, *Wreelax* oppidulum in litore, *Olsby* itidem oppidulum litori incumbens, *Hertes* urbecula alia apici ex litore in mare protuberanti injecta, *Beesanborgh*, ac eandem *Pelsingh* oppidulum Occidue parti acuminis ex litore prominentis superjectum. Inter hunc apicem, & ostium fluminis, cui civitas *Elfsvoor* adhæret, sinum amplum & spaciosum innumerabiles insulæ & scopuli complent. Eidem adjuncta sunt oppida *Erumal*, *Parna*, & *Borge*. Ante *Pelsingh* sedeneos cautes & scopuli, nomine *Pelsingh-schaeren* noti, 4. milliar. divortio à scopulo *Putsagra* secernuntur. Orientale harum cautium latus præcipitatur transitus *Pelsingh-sonds*, qui omnes hos scopulos litori obtentos permeans ad urbem *Pelsingh* naves deducit. Eiusmodi meatus etiam ad urbem *Elfsvoor* transit, cujus introitum *'t Gadt van Elfsvoor*, id est, fretum *Elfsvoor*, à transitu *Pelsingh-sonds* ad Subsolanum, & Hypeurum 8. vel 9. mill. divortium disjungit. Introitum in *Pelsingh-sonds*, totumque trajectus ad Borchapelioten progreditur. Ante projectum, qui *Elfsvoor* tendit, occurrunt 2. excelsæ & glabræ cautes *Taleben* appellatæ, & à *Ately* rotundo & grandi scopulo uno milliari scjunctæ. Proximè se exhibet *Santam* oblonga & parva insula, vel potius longus & tenuis scopulus. Tres hi scopuli Orientale obsident latus in introitu, qui ingressum in trajectum ad civitatem *Elfsvoor* meantem præbet. Occidum latus alio iterum obsidetur scopulo edito, & rotundo, cui *Knbben* nomen est, & excelsas malus inserit ut: distantia inter hunc & *Ately* dimidium milliare parvum complet. Horum signorum operæ nautæ inter tot scopulos confligentum introitum *'t Gadt van Elfsvoet* reperire noverunt. Distant autem

Groote Visscher.

Quade Schaer. *Putsagra.*

Pelsingh Elfsvoor.

Pelsingh sonds.

't Gadt van Elfsvoet.

Taleben. Ately.

Kabben.

Enchelon insula & *Elfsvoor.*	12. mill.
Insula *Hoogbelandt*, & *Pelsingh-schaeren.*	6.
Insula *Hoogbelandt*, & *Putsagre.*	5.
Insula *Wrisf*, & *'t Gadt van Elfsvoet.*	12. vel 11.
Insula *Wrisf* & *Pelsingh-schaeren.*	15.

NYLANDIÆ Litora. Inter *Hvitsbogbvon* & *Abo* civitatem sequentia oppida & pagi intercurrunt: *Cuma*, *Ecsanes*, *Helsinga*, *Ispra*, *Lauxa*, *Rasckerogh*, & *Aliito*. Inter scopulos autem occurrunt *Eckensondt* trajectus haud procul à scopulo *Kabbe* ingressum habens, & ad civitatem *Ecsanes* naves transmittens; *'t Gadt van Luys*, id est, foramen *Luys* transitus per scopulos ad *Luxum* patens, ad cujus dextram cernere est *Lugbo Eylandt*, id est, *asperam* insulam. Ab introitu hoc extremos scopulos legendo ad Subsolanum & Mesocircium 21. vel 12. mill. navigatione *'tGat van Elfsvoet* attingitur. Proximè *'t Gat van Luys* constituto cœlum subtus ac vapotibus crassioribus ferenâ tempestate deforcatum Livoniæ litora oppolita cernere permittit. In medio fere inter *Luxum* & *Rasckerogh* interjecto spacio, ad latus Insulæ *Monerof*, 7. circiter mill. ab urbe *Abo* distantis, Orientale, à quis occultur cæteris immunis scopulus Magnetis naturam ac proprietatem habens, vel ipse potius, magnes, circa quem, fundum omne magneticè, & actractivâ ejusmodi virtute prædictum esse videtur, siquidem in omnibus navibus prætervehentibus pyxidum muticarum acus Magneticæ, more consueto, punctum Septentrionale non ostendunt, verum celeri mobilitate se in gyrum vertunt, quod tamdiu fit, quamdiu naves milliari toto per locum istum vehuntur: tandem loco hoc superato ad officium redeunt. *Wrtsey* magna Insula impolito magno malo, cui dolium insidet, nautis curtius per mare tenendi præmonstratur est: inde ad Subsolanum navigantibus 16. mill. absolvenda, prinsquam ad *'t Gadt van Luys* perveniant. *Corpsondt* meatus ab Insula *Corpe* denominationem derivans, & scopulos permeans, ad sinistrum latus Insulam nominatam in introitu suo relinquit, & ad *Finlandiæ* civitatem *Abbo* festinat. Juxta Insulam vero dictam sita est alia *Cyssellsbon*, & tertia atque ejusdem *Ercke*, proximè quas tres *Corpsondt* provehitur. *Abbo* Episcopalis sedes *vyborgo* dictum 8. itinere abesse dicitur. Hæc est litorum ratio, quæ in Provinciis *Carelia* & *Nilandia Finlandiæ* portione *Finnico* sinui, *Balthici* maris parti haud exiguæ, contermina sunt, ac eundem sinum hoc in loco finiunt. *Balthicum* autem mare aliud rursus brachium hic inter *Finlandiam* & *Sydandiam* extendit, dum ab Austro in Septentrionem longissimo aquarum procursu interrupta incutsando, *Finnico* majorem, longioremve, & Ixniorem efficit recessum, quæ *Nordsiodem*, vel *Alandsche Haff*, vel *Sinus Botnicus* cognominatus, tam alee in Septentrionem penetrat, ut navis aliqua vento secundore vela faciens vix 5. dierum spacio ad finem ejus perventura sit, ubi civitas *Torne* vel *Toreo* ad fluminis *Torne* ostium haud procul ab alterius fluvii *Kimi* exitu conspicitur, ac *Finlandia* & *Suecia* terminis suis separantur. Grandis hujus æstuarii medium introitum occupat Insula *Alandia*, diversis aliis Insulis parvis & scopulis pluribus stipata, quæ sinui *Alandsche Haff* nomen faciens inter extremos *Vplandiæ* & *Finlandiæ* apices, ubi *Balthicum* mare in tertam irruit, locatur. Distantiæ locorum descriptorum sunt hæ.

Insula *Orgerholm* & *'t Gadt van Luyck.*	mill. 11. & 12.
Sybrickbosa, & Insula *wrtsey.*	15.
Wrtsey & Insula *Ercke.*	7.
Norgen Insula, & *wrtsey.*	24. aut 25.

SUECIÆ litora *Balthico* mari imminentia, haud procul ab *Alandicis* Insulis & in *Botnicum* sinum introrsum primo dimm capiunt. Inter *Suecia* oram mare *Balthicum* attingentem, & Insulam *Dagberort*, illi tamen quam hoic propiores sitæ sunt tres Insulæ parvæ, aut scopuli potius, apices ex flochibus efficientes, qui *Lucicrum* naucleris *Gnana Sara* nomine noti sunt, *Refgarum* verò turbæ nauticæ *Bogbfcharen* dicuntur. Ab *Bogbfcharen* usque ad *Dagberort* angulum Insulæ *Dagberort* occasum Solis spectantem 16. mill. numerantur. *Stockholmsche Lindt* alveus seu canalis *Stockholmicus* strictum aditum præbens, inter continentis litus ad dexteram sedet & tres Insulas ad sinistram jacentes, à Noto-Libyco ingreditur, ac ad Borrhapelioten pergit, donec *Bergbaven* perveniat, unde iterum ortu deserto ad occasum Solis se inflectit, ac longæ & grandis paludis *Meler*, quæ à tergo civitatis *Stockholmiæ* longiore quam latiore expansione se in terram diffundit, aquarum in sulas caufatur, aquas excipit. Palus illa in angustias prope *Stockholm* se contrahens infra illam tribus alveis iterum undas suas diffocatas, terramque perstradam in plures Insulas dispescit. Alveorum unus

Ideſunds. foramen pagi *Wellerwyck*, aliis *Ideſunds* cognominatum, à caute ingenti *Idhoe*, Boreali lateri adjacente. Meatus eſt ſcopulos permeans, ac navibus *Silloy* & aliis in his litoribus loca navigaturis aditum idoneum præbens. Dextro ingreſſus lateri, vel Boreali ejus parti, annectuntur *Idekanckers*, quo nomine multæ rupes, & faxoſæ moles, aut pulvini lapidei aquarum congeries abſconditi notantur. Hi 2. fere milliaria ab oſtio meatus *Ideſunds* in mare proreptant. Continenti ac eximo Inſulæ *Oelandiæ* apici interjectus ſcopulus rotundus excelſitate inſigni aquæ ſuperficiem excedit, cui *Swedeſche Leuger*, id eſt, *Sueſica virgo* nomen naturarum vulgus fecit. Altitudine ſua eminente procul conſiſtentis navibus facili negotio ſe conſpiciendum præbet. Hinc in oſtium meatus *Ideſunds* 6. milliaria navigatione tranſmittuntur, 7. vero mil. iter in ultimum Inſulæ *Oelandiæ* angulum, cui *Nordercrodern* nomen eſt, navi capitur.

Ideſunds.

Swenſkaſkoſſer.

GOTLANDIA, vel *Gotlandia* inſula, hactenus indiscutis *Sueciæ* litoribus in continente, Mari *Balthico*, oppoſitis è regione objicitur, quæ à Libonoto ad Aquilonem exporrecta jacens 13. mill. Germanic. longitudine Balthicum mare conſternit, 4. verò aut 5. tantum latitudine ſua colligit. Utramque extremitatem in acuminatam cuſpidem coarctans mediam tantum partem in latius ſpacium explicat. Primum, qui in Occiduo latere conſpicitur, locus eſt *Roſwyck* vicus, cui apex inſulæ Occidentalis ſuccedit. Hoc è regione ſe opponunt 2. parvæ Inſulæ, 3. fere mill. ab angulo Libonotum reſpicientes recedentes, quæ excelſitate ſuâ ſupra aquæ ſuperficiem ſe attollunt, ac communi nomine *Karels*, major autem *Groote Karel*, ac minor *Kleyne Karel* appellantur. 2. inde aut 3. mill. ad Boreo-Lybicum conſpectui patet Inſula *Zerſholm* è regione loci *Wiſtergarde*, unde litus propellitur ad *Wisby*, *Wisbuen* vel *Wisbiam*, civitatem emporii celeberrimi nomine olim ſe jactantem, quamvis jam collapſi ferè nil præter ruderа oſtendat. *Anglatiro* fundere conſociatæ civitates longo tempore hæc in civitate negotiationis ſuæ ſedem habuêre, ac jura & leges maritimas antiquas ſibidem compoſitas conſtituêre. Quamplurima paſſim adificiorum colliſa ploram cadavera ex marmore pulcherrimo, aliſque lapidibus artificioſè cæſis conſtantia urbem elegantem & magnificam fuiſſe teſtantur. Hodie adhuc 7. templa, & nonnulla comobia ſingulari artificio conſtructa videntur. Civium ædes adeò magnificæ ſunt, & ſuperbæ, ut *Norimberga aut Colonia* ædificiis vix cedant. Cum *vineta Pomeraniæ* urbs inundatione horribili ſubmerſa eſſet, hujus Inſulæ habitatores navigiis eò profecti marmora, ferrum, æs, ſtannum, argentum, ac duas ex ære ingentis ponderis confectas portas, quæ omnia ſub aquis conſopiſſerant, ſecum abſtulerunt. Ropibus haud procul extra urbem ſitis epitaphia diverſa ſunt inſculpta, quorum literæ *Gothicæ* eſſe feruntur. Ab urbe *Wisby* Inſulæ ora maritima portò ad extremitatem Boream excurrendo milliarium circiter 7. intercapédinem perſtringit. Angulo iſti Boreali præſixa eſt Inſula quædam parva, angulo ſinito, quod *Farofunds* nomen habet, à terræ divulſa. Ultra eam remotiore ſpacio alia occurrit major, *Godſche Sands* nuncupata, cujus diſtantia Aquilonі obverſa ab Inſulæ *Gotlandiæ* Boreali extremitate *Faro* nomine 5. & à ſcopulis *Karels* ad Boream, & Meſiæquilonem 16. milliaria abſolvit. Parva eſt Inſula litore albo circumdata, quam plurimæ arbores tegunt, nulli autem incolæ inhabitant. Inde ad alterum milliare in Caurum, & Hypocorum, in oculos ſe inſert *Koperſteen* ſaxis & ſubcibus in mari ſeſſorus locus, non tamen uſque adeò magnus. Fucubus *Farofunds*, relictis, *Gotlandiæ* litus ex Septentrione in Meſiſidem procedens, ſequentia loca ſibi inhærentia ob oculos ponit, *Sliet haven* navale à tergo quarundam Inſularum parvarum: Sinum alium porum efficientem, qui *Oſſergarde* Inſulæ obverſatur; Hæc medium ferè locum tractus litoris inter angulos Borrhapelioten & Noto-Libycum intercedentis occupat, & glabra, nullas penitus arbores habet. Uno milliari parvo ad Eoum, portus *Landeryck*, lacus recedit, qui apta ſitus ratione fluxionem navibus commodam exhibens 2. milliaribus à vico *Norwyck* diſtinguitur, ubi etiam arbarum quoddam parvum ſinuoſo ſitu litus excavatus 1. mill. 4. egryarum profunditate navibus ancoratum ſigendarum commoditate ſubſervit. Unius & dimidii milliaris ſpacio ora marinis fluctibus allatarata alio porro navium neceſſitati ſuccurrit. *Hiſlekholm* ipſi nomen eſt, ſed frequentatio rarior ignotiorem reddit. Hinc 4. mill. emenſis litus in acumen deſinens angulo meridionali finitur, quà turris exceſſa pene fluvioſum extremitati huic injecta *Hoburgh* nomine ſignari ſolet. Locorum, quæ recenſuimus, diſtantiæ ità ſe habent.

Gotlandia.

Gotlandi Sands.

Sliet haven.

Oſſergarde.

Landeryck.

Norwych.

Koperſteen.

Oſſergarden & Farofunds.	mill. 5.
Hoburgh & Oſſergarde, 9. aut 10, unde apparet Inſulæ hujus longitudinem ad 15. mill. aut 20. milliaria excurrere, ut quidam tradunt.	
Hoburgh, & Oelandiæ Aquilonalis extremitas.	9.
Carels, & Swediſche Inoffren.	10.
Carels, & introitus in æſtuum *Stockholmiam* duodecim.	16.
Carels, & Boeghſchaer.	10.
Godſche Sands, & Boeghſchaer.	15. vel 19.
Godſche Sands, & angulus *littus Boreici.*	25. vel 26.
Godſche Sands, & *Wisby.*	28.
Oſſergarde, & Caninghsberger Tieff.	38. vel 39.
Oſſergarde, & Eyghlhoeft.	34.
Hoburgh, & Hanoſtuart.	31.
Hoburgh, & Eyghlhoeft.	26.

Carels.

Roſwych.

Wisby.

Godſche Sands.

Wisbuen

Wisbiam

Oſſergarde

Eyghlhoeft

Hoburgh

Hanoſtuart

Caninghsberger Tieff

Boeghſchaer

Godſche Sands

Farofunds

Oſſergarden

Koperſteen

Gotlandiæ

Sliet haven

Oſſergarde

Landeryck

Norwych

Hiſlekholm

Hoburgh

Carels

Swediſche Inoffren

Stockholmiam

Godſche Sands

Godſche Sands

Godſche Sands

Oſſergarde

Oſſergarde

Hoburgh

Hoburgh

OELANDIA Inſula *Sueciæ* litoribus, quà *Calmar* arx notiſſima locatur, ſecundum longitudinem 18. mill. explentem, objecta, proximiorate ſua fauces exiguas aquæ inter utrumque ludenti permittit. Quicquid longitudini accedit, latitudini decedit, cum ea vix unum milliare contineat. Amœnitate inſigni commendata 12. Parochias numerat, ac præter arcem *Burgholm*, *Eſchburgh* munimenti firmiſſimi defenſione omnem impetum hoſtilem amolitur. Litus ejus præternavigantibus 18. turres acuminibus aut cuſpidibus ſuis carentes conſpicientur. Angulus Inſulæ, qui ad Septentrionem ſe convertit, vulgari inter nauticam cohortem nomine *Nordet Oerden* notatur, alter meridiei adverſus nomine *Zuyder Oerden* inſignitur. Margo ejus è continentis regione Solis occaſum aſpectans arcis *Burgholm* ſedes eſt; In Aquilonari limite locum habet *Copenwych*, receſſu ſuo ſinuoſo anchoris inſiſtentes navi cetans. Lapides ibi grandes, qui ædificiis conſtruendis, & ſepulchris tegendis adhiberi ſolent; navibus immittuntur in alia loca tranſvehendi. Cæterum equorum generoſorum hæc Inſula etiam ferax eſt.

Oelandia.

Calmar.

Burgholm.

Eſchburgh.

Copenwych.

Continentis porro in Sueciâ maritimi tractus perſequendi. Ad alterum & dimidium fere milliare à *Burgholm* vel *Borckholm* in Borrho-Libycum, aut Iſtrum ſpacium Favonio aliquanto propius accedens portus eſt ſcopulis plurimis circumfluſus, quem naves petendarum trabium cauſa frequentant. In ejus limite Boreali ad Circium, & Hypocircium alter occurrit *Atmilleraa*, qui commoditatem ſtationis onerariis excipit. Tribus ad latus arcis *Calmar* Boreale milliaribus acumine *Skeggenes*, vel *Schencke-nes* litus in aquam eminet, à quo haud procul è regione objicitur *Backer* inſula parva. In eodem tractu à fortalitio *Calmar* ad Boream dimidii milliaris parvi intercapedine aquis circumvallatur *Skallen* vel *Skallo* inſula ſitis exigua, ac latitudine in angustias coacta, è cujus regione à maritima *Sueciæ* ora uſque ad illam

Sueciæ.

Calmar.

Backer.

Skallen.

illam grandis, oblongus, & lapidum ac ſaxorum nomine diſcrimen grande intercatus navibus tractus ſub aqua pertingit. Inter Inſulas autem *Backer*, & *Skallo* fundi marini profunditas admodum inæquali ſerie variatur. *Calmar* civitas & fortalitium opertis bellicis munitiſſimum præcipuis *Smalandiæ* locis annumerari meretur, quamvis exigua ſit, ac magno circuitu careat. Phœnicei injecta 40. milliaribus à *Sueciæ* Metropoli *Stockholm* ſecernitur. Domicilio Regali ornata, ſimiliſſimo vallo, ac propugnaculis fortiſſimis cingitur, & in *Smalandiæ* litore ſedet, quà illud ortum Solis aſpicit, fauceſque anguſtias cum *Oelandiæ* inſulæ termino occidentali coarctat. *Carolus Sueciæ Rex* Anno 1599 eas potitus eſt; Anno 1611 in *Danorum* poteſtatem rediit, qui tandem anno 1613 eandem Sueciæ reſtituerunt. Locorum coarctatorum diſtantiæ ſic ſe habent.

Calmar.

Smalandiæ.

Stockholm.

Carolus Sueciæ Rex

Calmar & Schengenes.	Milliar. 3
Schengenes & Schwediſche Inoffren.	5
Noorder Oerden, & Idefunds.	7
Noorder Oerden, & Farfunds.	12
Noorder Oerden, & Heworing.	16
Noorder Oerden, & Landsuart.	17 vel 18
Heworing, & Landsuart.	5 vel 6

Schengenes.

Schwediſche Inoffren.

Noorder Oerden

Idefunds.

Noorder Oerden

Farfunds.

Noorder Oerden

Heworing.

Noorder Oerden

Landsuart.

Heworing

Landsuart.

A finibus fortalitii *Calmar*, aliquanto remotiore à litore interſtitio, videre eſt *Gronſchar*, ſcopulum haud exiguæ magnitudinis, in quo longa arbor, acumine dolium ſuſtinens, crecta naturarum cohorti, & litoris & loci præſentiam manifeſtat. In latere meridionali ponè *Calmar* portò ſequitur *Steenſie* lapidibus & ſaxis exaſperatum acumen à fortalitio præſidio dimidii milliaris intervallo ſecedens, quod excelſitate altitudine ſupra terram ſe attollens per dimidium militare à Septentrione in meridiem producitur, ac ſtationem anchoris figendis aptam in ſinu, quem condit, efficit, ubi anchoras mari immerſerat claſſis *Danorum* navalis, cum *Calmar* anno 1611 ab ipſis obſidione cingeretur. Paſſim introitus fundum ſcopulis & cautibus conſternitur, ut navigiis ingreſſuris perito, & circumſpecto nauclero opus ſit, qui navem petite dirigendo & ſæva & periculum declinet. Duodecim milliarium intenere, & rectâ viâ progredienti continentis obliquitas viretur, inde ad *Hoſtmengrand* pervenitur. Locus hic periculoſum, & diſcriminum pleniſſimus ſcopulorum & cautium multitudine, ante cæteras capies, in mari ſibi ſedem elegit. Hinc ad unum milliare, quà litus Auſtro obvertitur, *Bercherhoven* ultimus portus *Sueciæ* litoribus ſuum imponit, nautiſque trabes quernas grandes coëmendas, & navibus injiciendas ſubministrat. Navali huic ad bonæ ſtationis laudes nihil deeſſet, ſi magnus ſub aquis latentium ſcopulorum & ſaxorum, quæ dimidii ferè milliaris ſpacio ante illum fundo inhærent, ac in mare ſua ſerie proiciuntur, multitudo ingreſſum & egreſſum periculis non ſubjiceret. Altius ex litore in continentem ingredienti occurrit *Bremſcheer* pagus in *Sueciæ* & *Daniæ* regnorum limitibus, *Sueciorum* tamen dominio ſubjectus, quem Pax accepiſſima inter utriuſque regni proceres Anno 1645 ibidem conſtituta celebratæ maximâ nobilem reddidit.

Calmar.

Gronſchar.

Steenſie.

Danorum.

Hoſtmengrand.

Bercherhoven

Bremſcheer

Sueciæ

Daniæ

DANIA. DANIÆ Regni, ejuſque Provinciæ *Blekingiæ* maritimam in oram jam delabimur, ac primò *Chriſtianopolim* offendimus civitatem munitiſſimam ad Eoos fines à *Bercheenhoven* 2. milliaribus diſtitam, ac parvæ inſulæ incumbentem, ponè quam ſuperioribus temporibus in continente urbecula *Overſchoer* ſita erat, quæ jam huic annexa eſt. Fundatorem habet *Chriſtianum* I V. *Daniæ Regem*, qui cum *Danicis* finibus eutelæ causâ impoſitam ſuo nomine cohonеſtavit. Anno 1611 Sueci eam ſtrategemate occupatam ac diregeam incendio deturparunt. Inter *Chriſtianopolin* & Inſulæ *Oelandiæ* angulum Auſtro objectum irrumpit mare in ſinuoſi continente & *Oelandiâ* citatas, quas *Calmarſund* accolæ cognominarunt à civitate *Calmar* ei accumbente. 18. milliaria 18. aut fere 12. *Calmariâ*, & *Chriſtianopoli* eorundem diuturnis pacis manentibus, 2. aut 3. à continente milliaribus in aquâ congregantur nonnulli parvi ſcopuli, ac rupes exiguæ *Der Klippen* appellatæ, à quarum latere Septentrionali aliquo ſpacio ſeparatur inſula diversis nominibus gaudens, utpote quæ à nonnullis *Fruwen Eylandt*, id eſt, Fœminarum inſula, à quibuſdam *Gruene Eylandt*, id eſt, viridis inſula, ab aliis *Ruyghe Eylandt*, id eſt, hiſpida inſula, ac tandem *Wilegghers* vocatur. Ab eâ ſcopulofus, plerumque ſaxis conſtans diſtridus ad continentem pertendit, per quem naves difficili negotio elabi poſſunt, ſi peritorum & experiorum nauclerorum directione deſtituantur, qui tamen etiam haud ſine magna difficultate & moleſtiâ locum hunc ſuperare poſſunt. Porro in continente ordinem ſuum tuentur urbeculæ *Stoboen* & *Rottenboy*, vel *Rotenby*, quæ poſterior cujuſdam ſtuvii oſtii adjacens commoditate portus, quem exiens flumen formát, fruitur. Stationem hanc anticipat ſcopulus ingens *Malpaterom*, qui à terrâ firmâ interſtitio aliquo recluſus. *Elebolm* oppidulum prajacente navali exornatum paludis *Salen* in terræ interioribus aquas ſuas diffundentis exitui adjacet. *Hannen* vel *Hannen* exceſſæ rotunditatis inſula exiguo à fluminis cujuſdam exitus diverticulo disjuncta eſt. Fluminis illius navigiorum parvorum capacis beneficio *Selbergam* aſcendit portò. Hinc ſinus tendit ad civitatem *Aboyæ*, quæ ab inſula *Hannen* verſus Septentrionem aliquantum in occaſum inclinantem 8. aut 9. milliaribus removeri dicitur. *Aboya* fluvio ex interioribus regionis partibus effluente irrigatur: hic interdum ad 10. vel 11 pedum altitudinem aſcendit, ſi nempe aquarum plurimarum fuerit affluxus: Alioqui vix 4. aut 5. pedes profundus eſt. Piſcatus, quo hic locus locupletatur, parvi haud eſt ponderis; Optimi ſaporis anguillarum affatim æſtivi menſes piſcantibus offerunt. In hanc urbem deſinunt *Helsingiæ* provinciæ litora, quæ *Chriſtianopoli* civitas arduitur.

Chriſtianopolis.

Oelandiæ.

Calmarſund

Calmar.

Bercheenhoven

Chriſtianopolin

Chriſtianum I V.

Daniæ Regem

Danicis

Oelandiæ

Der Klippen

Fruwen Eylandt

Gruene Eylandt

Ruyghe Eylandt

Wilegghers

Stoboen

Rottenboy

Rotenby

Malpaterom

Elebolm

Salen

Hannen

Hannen

Selbergam

Aboyæ

Aboya

Helsingiæ

Chriſtianopoli

SKANIÆ provinciæ tractui maritimo adhærent ſequentia loca. *Somerhoven* urbecula portum ſinuoſum flexui maris ſinuoſo acceptum ferens, & verſus Septentrionem 4. fere milliaribus ab oppido *Aboya* diſjecta. Hinc uno milliari ad Upolibsnorum litus aliam accedit urbeculam *Sandhamer* nuncupatam. Angulo *Barnholmia* inſulæ Boreali & urbeculæ *Sandhamer* illi tamen quam huic propior intercedit locus lapidoſo fundo verſitius, & multis ſcopulis locupletes, qui haud magnus, aut ſpatioſa latitudine ſe capicans, ſex oegyarum profunditate ſub undis ſitus eſt. Nonnunquam in eo conſpicuntur piſcatores in ſcaphis ſuis piſcaturæ operam navantes, ac piſcibus retium jactu inſidias ſtruentes. Ab oppidulo *Sandhamer* in occaſum unius milliaris ſpacio litus vergit ad *Goesbeer* angulum excelſitate ſua aſſurgentem, à quo maris linea extrema litus legendo ab ortu in occaſum deſcendit, & extremo *Scaniæ* Promontorio *Falſterbon* terminatur. Hinc ad ſecundum milliare in occaſum ſe deſtectit litus ad *Wolfe*, vel *Vſted* oppidulum altâ tutri inſigne, & receſſui terræ excavationi maris cedentis aptum. Litus inter *Goesbeer* & *Sandhamer* interjacens locum planum & 7. vel 8. cantum egryas profundum ſub mari longo tractu protrudit. *Wolfe* & *Dreelberg* 6. mill. diſtantia diſparantur. Intermedium locum occupat *Bleeker* vicus cum prajacente loco vadoſo, ſiccoo, & periculoſo, cui ad octavam aut nonam orgyam nautæ appropinquare non audent. *Dreelberg* & *Falſterbon* duobus grandibus milliaribus dividuntur.

Somerhoven

Aboya

Sandhamer

Barnholmia

Sandhamer

Goesbeer

Sandhamer

Scaniæ

Falſterbon

Wolfe

Vſted

Goesbeer

Sandhamer

Wolfe

Dreelberg

Bleeker

Dreelberg

Falſterbon

BORNHOLMIA Inſula litus è regione ſibi appoſitum aſpectat, quod angulo *Goesbeer*, & urbe-

Biblioteca Museo Franz Mayer

culæ *Sandhamer* interjectum est. Equuleos produxit ob parvitatem quidem haud conspicuos, sed tamen fortes & laboriosos, ac adeo animosos, ut etiam pertinacissimos equites ex ephippiis excutere, ac in arenam dejicere audeant, quâ de causâ etiam in alias regiones frequenter transmittuntur. Ad lævus ejus Boreale, quâ tamen se aliquantum ad Subsolanum inclinat, *Ertholms.* *Ertholms* insulæ quædam parvæ mari insidentes, ac mutuo inter se spacio distantes, ab Insulæ hujus apice Boreali ad Mesocæsium & Hypaphicum tribus, & termino Notapheliotæ obverso ad Septentrionem & Notum quatuor milliaribus distinguuntur. Distantiarum reliquarum ratio hæc est. Distant enim. *Distan-tiæ.*

	Milliaribus
Hennen, & *Der Klippen.*	8 vel 9
Der Klippen, & *Kalmar.*	11 aut 12
Der Klippen, & *Snyder Orden.*	6
Sandhamer, & *Der Klippen.*	13 vel 14
Angulus Insula Bornholm Borealis, & *Abonys.*	8
Angulus idem, & *Hennen.*	9
Angulus idem, & *Der Klippen.*	12
Angulus idem, & *Snyder Orden.*	16
Angulus Insula Bornholm Orientalis. & *Snyder Orden.*	18
Snyder Ordens, & *Reefsoel.*	18
Snyder Ordens, & *Ryshoufs.*	25
Snyder Ordens, & *Konigsberger Tiuf.*	36
Snyder Ordens, & *Memel.*	36
Snyder Ordens, & *Sevenbergen.*	36
Skyder Ordens, & *Windau.*	42
Snyder Ordens, & *Angulus Insula Gotlandia Australis.* vel 18	17
Snyder Ordens, & *Grote Karel.*	20
Angulus Insula Bornholm Meridionalis, & *Twin.*	10
Idem *Angulus*, & *Kollergen.*	12
Idem *Angulus*, & *Reefsoel.*	18
Ertholms, & *Ryshoufs.*	30
Bornholm, & *Memel.*	48 vel 50
Bornholm, & *Lyba*	50 vel 52
Bornholm, & *Windau.*	60
Bornholm, & *Ossergaerde.*	64 vel 68
Bornholm, & *Hinburgh*, vel *Angulus Insula Gotlandia Australis.*	38
Angulus Insula Bornholmiæ Borealis, & *Snyder Orden*, vel *Angulus Insula Oelandiæ Australis.*	19

MARE

MARE GERMANICVM

SEV

MARIS MAGNI SEPTENTRIONALIS PARS EA, QUÆ GERMANIAM ET ANGLIÆ PORTIONEM ALLUIT.

Mare Germanicum.

MARE GERMANICUM, seu Oceanus Septentrionalis, aut Germanicus, Germanis, *der Teutsche Ater*, & *Mitternachtische Meer* dictus, à *Caletes* in Gallici litoris extremitate portu ultimo *Drouthemium* in *Norwegiam*, oram suam Orienti obvertentem protendit, Occidentalem verò limitem ex *Anglia* portu *Dovveren* usque ad *Hollandiam* vel *Schetlandam* inter *Scotiam* & *Islandiam* sitas insulas producit. Pars est magni Oceani Septentrionalis, seu *Mare del Nort*, quo nomine omnem illum Oceanum complectimur, qui ad latus Æquatoris Boreale inter orbem Veteribus tantum cognitum, & eum, qui novus superiorum temporum memoriâ demum innotuit, interpositus est. His autem finibus circumscribitur. A faucibus *Gallam* & *Angliæ* dirimentibus Orientalis lateris, *Drouthemium* in *Norwegiam*, uti dictum est, excurrentis, undas latrantes *Belgii*, *Germaniæ*, & *Norwegiæ* litora coërcent. Latus hoc dextrum est: Sinistrum seu Occiduum ab iisdem faucibus incipiens *Angliæ* & *Scotiæ* regnorum oras Solis ortui obstantes præterlabitur. Borealis ejus terminus Verticis Polaris Oceano confinis est. Eoum latus, *Belgii*, & *Germaniæ ac Norwegiæ* oras sibi objectas feriens, primò perlustrabimus, inde in Occiduum *Angliam* & *Scotiam* verberans vela faciemus, illudque præterveli navigationum & commerciorum totum hoc mare percurrentium mentionem faciemus. *Fines.*

CANALIS nomine nautica tuba signat fauces angustas, quibus perfossis *Anglium* à *Gallia* sejunxit Oceanus, ut nonnulli conjiciunt. Inter *Caletum Galliæ* portum, & *Dovveren Angliæ* stationem navalem, angustum fretum intercipiunt, ubi maris fluctus perrumpentes, utrumque Promontorium *Gallicum* & *Anglicum* recipiendo huxin pulsando, jam ex *Britannico* Mari in *Germanicum* irrumpunt, jam verò ex hoc in illud erumpunt. *Belgii* fretum hoc *de Hoofden* à duobus promontoriis, *Gallia le Pas de Calais*, *Angliæ the Streit of Calleis* dicitur. Utriusque litoris vicinitas transitum hunc ità coarctat, ut promontorio utroque vix 6. milliarium intercapedinem habente, cum cœli serenitas aëris crassiem deforcat, ex *Gallia* tractu marinos cautes cretaceæ litori Anglico insidentes conspici queant. Omnes naves ex *Suecia*, *Dania*, *Germania*, *Belgio*, ex Orientali *Angliæ* & *Scotiæ* regnorum latere in *Galliam*, *Hispaniam*, *Africam*, Mare Mediterraneum, Orientalem, & Occidentalem *Indiam* vela facturæ, aut ex posterioribus in priora loca remeaturæ, Canalem hunc transire cogantur. Societatis tamen Eoæ, quæ in Belgii Unitis Provinciis conscriptæ est, naves in recuando *Hollandiam* & *Zelandiam* repetitur fretto hoc evitato *Hybernium* & *Scotium* circumcurrunt. Causa est sinuitas, seu lis, quæ cum *Anglia* regno Societati dictæ intercedit. De hoc fretto sic loquitur *Cambdenus* in *Cantii* descriptione: Horrendis, ut verè inquit *A. Marcellinus*, hoc frectum attollitur æstibus. Attollitur enim se Lunâ ad Meridianum, & sub Horizonte in opposito jam demersâ, supra modum hîc intumescit Oceanus, & immensa aquarum moles vasto cum murmure in litora irruit. *Canalis.*

OCCIDENTALIA LITORA, quæ ab Orientalibus Oceani Germanici fluctibus pulsantur.

Occidentalia Litora.

Flandria.

FLANDRIÆ ora maritima *Calete* in *Gallia* finibus fero usque ad *Sebrecure* fluminis ostium, quod prope *Sluisam* insulam *Cadsant* à Flandricis limitibus avellit, protruditur. Totam ex arena colles veluti serie cohærentes, ac ordine per litus perpetuo quasi dorso dispositi, contra fluctuum rabiem, impetumque maris insidiarum tutantur. Cuniculis infinitas hîc sunt latibula, qui venationis exercitio jucundo & amœno incolas occupatos tenent, ac cochlearis artificiosè apparatu in cibum delicatum redacti palatum miro sapore afficiunt. Regio post arenas in colles cumulatas latitans fertilissimâ planitie se explicat.

Calais. *Calais* vel *Calez Gallica* quidem jurisdictionis civitas est, sed eam hac transfetimus, quod hujus litoris exordium facit. Munitissimum & vallis ac propugnaculis firmissimum locum firmiorem reddit castellum portui & civitati defensione sua succurrens, unde 1. milliario perversitur *Gravelingam* primum in hoc litore Flandrico civitatem, quæ ad *Hispaniarum* regem pertinuit, à Duce verò *Aurelianensi* 4 Kal. Sextilis an. 1644. *Gallis* regis dominio adjecta est, sed ab Hispanis anno 1652. recuperata. Dextræ exitus, quo flumen *Aa* in mare aquas suas inferit, parvo admodum à litore intervallo assidens, sex propugnaculis, opere uno cornuto, ac duplici fossâ impetum hostilem à fe amolitur. E regione operis cornuti Fluvio *Aa* alter se adjungit *Oye* nomine, cui aliud adhuc fortalitium Hispani imposuerant, *Fort l'Escluse* illud appellantes. Fluvium enectariis ingredi licitum, quando Oceanus fluctuum augmento illum attollit. *Gravelingæ Duynkerkam* inter portiungens 3. milliaribus portuosa. Portus ex huic civitati annexus famæ celebritate notissimus, in quo Regis *Hispanorum* naves bello insecvientes ædificantur, & stationem habent: Hinc quotannis in Oceanum missæ ingenti damno mercatorias Provinciarum Unitarum naves afficere solebant: Jacturam tamen aliquot annis potentissimi Domini Ordines prudentissimo consilio præcaverunt, dum æstivis mensibus portum illum classe suâ Bellicâ obsidendum curavêre. Civitatis fundamenta anno 906. jecavit *Baldwinus Flandriæ Comes*, à quo tempore lentis augmentis accre- *Gravelinga.* *Dunkerkam.*

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

scens se pedetentim ampliavit, quamvis 111. annos in *Anglorum* manibus fuisse dicatur. Haud prolixa inter-
Mardyck. capedine ab ea vicus est *Mardyck* tumulis arenosis sede fixa impositus, quem *Hispani* ante aliquot annos propugnaculis & aggeribus bellicis armarunt. In via quæ *Dunkercka Gravelingam* ducit, litus præsidio suo defendebat. Ejus Auctionariis Dux 6. Idus Quintilis anno 1645, postquam aliquo temporis spacio obsidione cinxisset, dedizione potitus est. Idem tamen fortitudinem hyeme sequenti stratagemate Hispani eccuperarunt. Utrumque locum postea in potestatem suam redactum Galli tam diu possiderunt, donec obsidione anno 1652. cincti, dedizione in Hispanorum potestatem redierint. *Dunkerka Hispani* Admiralitatem habebant; id est, Consilium, ex diversis Senatoribus constatum, cui rerum maritimarum, quæ *Hispanicæ* in *Belgio* Provincias attinebant, curandarum, & regendarum provincia demandabatur. Naves bellicæ, quæ ex portu *Dunkerkano*, naves Unitis *Belgii* Provinciis proprias deprædandi gratia, solvere solebant, duorum erant generum. Regis Hispaniarum nomine & impensis extructæ & emissæ Regiæ naves bellicæ nuncupabantur. His adjungi solebant aliæ privatorum mercatorum provincias *Hispani* subditas inhabitantium impendiis fabricatæ naves, quæ cum prioribus Oceanum *Germanicum*, *Britannicum*, & *Atlanticum* pervagantes, aut *Hollandorum*, & *Zelandorum*, *Frisiorumque* navibus captis, mansuris hostium locupletes *Dunkerkam* revertebantur, aut *Hollandis*, *Zelandiæque* præda fiebant, aut ad minimum vulnerati & occisis omisse ad suos redibant. Perdæ publicæ auctione dividuæ portionem aliquam Regiæ Majestati solvere privatis in unctum erat. *Dunkerkâ Neoportum*
Neoport. via dicenis 5. milliaria permeditur. Dimidio ferè milliari à maris termino in planiciem immigravit, oppidibus bellicis plurimis munitum in modum ab Hispanis firmata. Ad confluentes sedet *Cosne* & *Yperæ* fluvios, qui confociatas aquas inde in mare educunt, ita ut navigiorum majorum illis solum ad urbem ascendere detur, quæ non adeò profundè aquis se immergunt. Quamquam enim fluxa maris abeunte, flumina à civitate decerentis alveus aquis planè destitutus siccitate sua naves admittere recusat, illo tamen relicunte singulis diebus 12. pedum altitudine contegitur. *Nieuwe Poort* nomen novam urbem indicat, unde etiam cives *Poorters* nuncupantur. Prope hanc civitatem 6 Nonas Julias anni 1600 inter cumulos arenam congregantes commissum est celeberrimum illiad prælium, quo *Auraicus Princeps Mauritius* superior factus, *Hispanorum* exercitum *Alberti Austria Archiducis* imperio parentem cecidit, ac *Arragonia Admi-*
Oftenda. *rantem* captivum fecit. *Oftendam* 3. *Neoporto* millia-ribus distitam, & naturâ sita firmissimo contra bellicos insultus armavit, & fortalitiorum constructionibus ars incredibilibus operibus bellicis firmarit, adeò ut hoc in loco natura & ars in munimenti alicuius firmissimi & fortissimi constructione conspiceverint. Sempiternæ famæ locum hunc commendavit triennis illa obsidio, quâ *Hispani* sub *Archiducibus Alberto* & *Isabella* civitatem hanc cinctam tandem occupavêre. 3 Nonas Julias anni 1601 *Hispano* milite ac caltris hostium circumfederi cœpit civitas; 4 autem Idus Septembris anni 1604 in Hispaniarum regis dominium iterum concessit, *Utarchiane Ambrosio Spinola*, qui 17 Kal. Octobris anni 1630 in novo Castello *Serravi* in *Italia* diem obiit, obsidionem tantam ad finem perducente. Ab hac civitate fodiendo fossa seu canalis, *Hispanorum* opus, deductus est *Brugas*, cujus beneficio navibus ultro citroque commeari potest. Portus ejus maris introcuntis brachium *Gandæ* nuncupatur. Obsidionis tempore *Hispani* in eo obtestando multum laboris & sumptus collocarunt, ut naves *Ordinum Belgii unitæ Generalium* adita ad urbem prohiberent, quinvio conatus semper irritus fuerit. Machinarum grandium seu tormentorum amocrum, quorum opera in obsidione adhibita, fragores ac tonitrua tam vehementia fuisse ferunt, ut etiam *Londini* in *Anglia* habitantium aures quandoque ferirent. A 3 Nonas Julii usque ad Nativitatis Christi festum 161500 ictus in urbem missi, & dimidia ejus numeri pars ex urbe in castra remissa dicuntur. Alii vero referunt, ex machinis, 30, 40 & 50 librarum globos emitteretibus, viginti mensium spacio urbium ducentos & quinquagies mille vicibus petitam esse, præsidiumque ejus militare centum mille globis remissis pari patione retudisse. De *Trojana* obsidione multa apud veteres garriuntur miris fabularum involucris involuta: Hæc nostro sæculo verissimè gesta recenti memoriæ inhæret. Et fuit profecto hæc urbs totius *Europæ* theatrum militare, & Gymnasium militiæ hodiernæ, utpote cujus obsidio artem, & disciplinam militarem triennii exercitio indefinenti in scenam produxit, & usu cruento addocuit. Ac quanquam certum & exploratum non habetur, quot homines ab utraque parte in ejus obsidione ceciderint, cum agri, ac vulnerati in alia loca, inprimis verò ex urbe navibus in *Zelandiam* transmissi fuerint, communi tamen rumore occidiorum in urbe calculus ad 73900 hominum numerum reducitur, ut *Calvisius* affirit. *Hispani* ex suis 50000 militum periisse affirmant, *Tuanus* septuaginta sex millium nongentorum & sexaginta mentionem facit, atque hoc addit, rationes, *Bruxellæ* patates, in urbe ab Unitarum Provinciarum, & extra eam ab *Hispanorum* parte, intersectorum & mortuorum, calculo centies & sexagies mille hominum numerum patefecisse. Ex Indice aut catalogo quodam invento cognitum est, obsidionem hanc in ipsa civitate 7. Gubernatores, 25. Colonellos, 29. tribunos majores, quos *Sergeants Majors* appellant, 566 Capitaneos, 2188 locum tenentes, 323 signiferos, 9100 Corporales vel tribunos, 8000 peregrinantes, qui *Passagiers* vocantur, 2100 semivas, 54641 milites gregarios, atque ita hominem 74978. si flamma positæ in unum contrahantur, in universum consumptos. Obsidionis initium monstat Chronostichon, etheDe nobIs paCeM, finemque illud indicat, oftenDaM InIela paCIs. Ex priori, inquit, quo obsidione cingi cœpit, numerus majusculis literis notatus colligi potest. Posterius majusculis suis literis ejus anni indicium est, quo deditione, & pacti certi conventione ac consentientibus potentissimis *Belgii* Uniti Ordinibus Generalibus, præsidium militare urbem *Hispani* reliquam fecit. *Oftendâ* pergendo
Brugas. finus prodeambulat *Blankenbergam* vicum, pont quem *Blankenbergâ* à vicino illo loco denominatum tumulis arenosis inseruêre, postraquam urbis *Slays*, vel *Sluys* jacturam fecerant. Hinc fossa in alteram, quæ *Brugis Oftendam* procurrit, novo *Hispanorum* labore deducta, scapbis aliisque ejus generis paulo majoribus navigiis navigationem his locis communem facit. Porro ad Oceanum prona hæc ora prolatatur ad ostium æstuarii matinos fluctus incursantes limitibus suis coercentis, quod *Flandria* littora, & Insulæ *Cadsant* marginem dirigiens, *Swin*, vel *Sluysficke Gat*, id est fo-
Sluysfe. tamen *Sluysfe*, vel *Onde Haven*, id est, vetus portus, nominari consuevit. Ejus ripæ *Flandriæ* immoratur nonnulla fortalitia *Hispanica*, alterique oppositâ in insula *Cadsant* ad Unitas *Belgarum* Provincias duo munimenta pertinentia, quorum uni *Orange* alteri *Nassaw* nomen est. Extremitatem ejus, quâ *Brugis & Damme* per tria milliaria ducens fossa seu Canalis os fluvii in hoc æstuarium inferit, *Schlays* vel *Sluys Slays.* attingit, fossæ prædictæ ostio ea ratione interjecto, ut civitas ipsa in dextro latere Upophonicem aspectantem consistat, fortalitia autem oppositæ ripæ incumbentia finistrum latus tueantur. Civitatem hanc ex *Flandriæ* munitissimis unam, & in hujus comitatus limitoræ extremam, quo tempore *Oftenda* obsidione alla gravissimâ premebatur, 14 Kalend Sextilis anni 1604

Mauri-

Mauritius Princeps Auraicus inedit ad deditionem compulit, postquam ab anno 1537 in *Hispanorum*, qui eodem tempore munimenti ponè *Blanckenbergam*, & Insulæ *Cadsand* potiti erant, potestate versata fuisset. Emporium maritimum olim potentissimum fuisse memoriæ proditum est. Tunc temporis, ut nonnullis placet, *Lammins-velier* nuncupabatur, quo nomine rejecto, à cataractis, vel obicibus aquatis, quibus aqua prohibita retineri aut dimitti potest, aliud sibi ascivit, ut jam *Sluys* appelletur, quandoquidem Belgæ ejusmodi cataractas *Sluyfen* vernaculâ sibi linguâ appellitare solent. In arce ejus in circuitu 12. turribus rotundis saltigiatâ locus monstratur, in quo *Albani Dacis* jussu diversi magnates, qui captivi detinebantur, capite truncati esse feruntur. Pacta dedizione 4000. milites, & 1400. mancipia, quorum plæraque ex *Turcis* Imperatoris dominio ortunda erant, ex civitate excedentes, illam *Auraico Principi* tradidere. Inde oriunda *Flandria* incommoda, & damna, factionis & munimentis circumquaque positis amoliri, hostilisque excursiones prohibere *Hispani* studuerunt. Operibus itaque bellicis à reliquo *Flandriæ* corpore hanc sejunxerunt. Litus *Flandricum* inter *Duynkerkam* & *Oftendam* urbes, pulvinorum arenam passim ex maris fundo extollentium crebritate, navigationem difficiliorem habet. Proximè *Duynkerkam* altius in mare se projicuit. Sparia, quibus disjunguntur, fatis profunda ubique navibus transcundi potestatem largiuntur. Similes pulvini ante *Sclusin* fluvii ostium, insulam *Cadsandt*, & *Walcheren* insulam, finitimumque litus, maris fundum confervant. *Cadsand* Insulæ litus mari se opponens plurimi tumuli, & calles arenosi, à maris fluctibus impetuosis defendunt, ac marginem plagam Occidentalem spectantem *Zweine* fluvii alveus à *Flandria* dirimit, unde canalis quidam in *Stadlis* exitum deductus ejusdem fines meridionales
Cadsand. destinendo iterum à *Flandria* extremitate Boreali secernit. Quâ verò Eurum aspicit, alvei ex *Stadis* fluvio derivati, & *Hond* appellati, fluctibus pulsatur, ac *Vlissinge* urbi & *Rammekens* Castello rectâ opponitur.

SELANDIA. SELANDICARUM INSULARUM tractus, Oceano limites suos constituentes, præcedentium litorum sunt successores, qui Oceani æstuariis irrumpentibus partim locum cedentes, partim verò diversis ex *Stadis* fluvio erumpentibus per ostia sua aquis in mare exitum largientes, in tantâ aquarum colluvie finibus suis Insulas circumeunt, quas nomen commune *Selandia* complectitur. *Stadis* celebertimus fluvius, *Stadis Belgis*, per diversos alveos & ostia fluctus suos in Oceanum propellens, in *Picardiæ Gallici* regni Provinciæ districtu *Vermandois* nominato justa *Bean revoir* proximè *Chaslelet* ex montis cujusdam vicefertibus enascitur, ex quibus & alii duo fluvii *Seme* & *Sombre* scaturiunt. Primò *Camaracensem* Episcoparum perstringens, ac Bortho-Libyco obviam procedens, *Vaucelle*, *Crevecœur*, & *Camaracum* aut *Cambray* undis suis conspergit. Inde ad Botthapelioten cursu inflexo, *Nigedaigne* & *Bouchain* profectus, juxta posterius, fluvio *Scarpe* advenienti dextram ripam, & portio, inferius alteri *Selle* finistrum margicem aperit. His aquis accrescens, *Hannonii* peterrată *Valenciennes* aut *Valenchiennes* attingit, unde navigiorum minorum patiens in *Flandriam* proregpit, *Condé* & *Tournay* urbibus salutatis, ac inter utramque recepto flumine *Scarpe*. Postea proficiscitur *Gudenardam* ac *Gandavum*, quo in loco flumina duo *Lys* & *Lieve* cum aliis nonnullis minoribus colligit. *Dendermondam* veniens fluentum *Dender* secum rapit, ac aliquanto inferius finitivo margine *Durmam*, postè *Rupelmundam* autem dextro *Rupelam* flumina recondit. Hinc alveo dilatato nobilissimum *Brabantiæ* emporium, *Antwerpium* præterlapsus inter diversa ripis suis indidentia munimenta bellica, quorum præcipua sunt *Lillo*, & *Lieftenshoeck*, ad Unitas *Belgii* Provincias pervenerat, *Santvlietam* propterat, munimentum in Marchionatu *Bergensi* parvo spacio à dextrâ ripâ distans, quod, pagus olim, ante paucos annos ab *Hispanis* aggeribus & operibus bellicis cinctum est. Sub monimento præfato aquarum divortium faciens, uno alveo *Honde* vel *wyster-Schelde* cognominato ad Solis occasum aut declinabit. Hic à *Flandria* Insulam *Zuydbevelandi* avellens, insulis *walcheri* & *Cadsand* pertegeis, in Oceanum fluctus suos immergit. Altero autem alveo *oosler-Schelde* nuncupato, ad meridionalem cœli regionem cursum sum incurvat, ità ut insulâ *Zuydbevelandi* & Brabantiâ dirempta, *Bergam op Zoom* civitatem lambat, receptoque titulo *Zoom*, Insulas *Zuydbevelands* & *Ter Tolen* disjungens, recto cursu ad Insulam *Nordbevelandi* se præripiat: ubi in duos iterum alveos dissilit, quorum ille, qui ad finistram concedit, *Zuydbevelandi* & *Noordbevelandi* insulis disjectis, fluctibus marinis suos immiscet, alter verò, qui ad dextram incedit, *Noordbevelandi* & *Duyvelandi* insulis secretis, inter Insulas *walcheren* & *Schouwen* undis marinis suas associat. Infrà *Bergam op Zoom* urbem *Oosler-Schelde* sive Scaldis Orientalis, alio tamo parvo à federato, Insulam *Ter Tolen* à Brabantiâ disjectam, aquarum partem in alterum *Mosæ* fluvii alveum præcipitat.

WALCHEREN, sive *Valachria*, prima *Selandicæ* WALCHE-*ramæ* insularum, *Flandriæ* litora proximè sequitur, ac REN. circumcirca Neptuni in domicilio locata est. Qualitas ejus Noto se obvertit, & insulæ *Cadsand* Septentrionalem marginem *inspicit*, nobile juxta ac munimentis bellicis validum oppidum *Vlissinga* mox visui *Vlissinge.* se subjicit. Nomen non ab Ulyssi derivatum, quod magè quorundam fabulantur, sed à lagenis, quæ *Phlisgenei*, quibus etiam urbis insignia exornatur, denominationi originem inceolæ præbuisse feruntur, quos tam masculini quàm fœminini sexus adconvivia & epulas pronos lagenarum ac dioturnum Bacchi nobilioris plenarum amicos esse dicunt. De veritate quidem aut magnitudine nulla ratione gloriari potest. Sed oppidum munitissimum, portuque optimo præditum, *Selsei* maris jure ac merito clavis habetur. Ob eam causam Cæsar Carolus V. ex *Belgio* discedens, filio suo *Philippo* locum hunc, ut ejus maximum præ aliis rationem haberet, seriò commendavit. Ex omnibus enim *Belgii* portubus maximi esse hic momenti censetur. Cum *Dux Albanus* anno 1572 decimi nummi onere gravillimo *Belgium* totum premeret, eoque ipso tempore *Comes de Lumey* inopinato stratagemate, quod ex occasione temporis insperato enatum erat, *Briclam* urbem sibi subjecerat, *Vlissinga*, heroico ausu Hispanicum jugum à cervice amovit, à Regiâ Majestate Hispanicâ defecit, cujus exemplum plures aliæ civitates *Belgicæ* æmulatæ sunt. *Vlissingâ* inter maritimum *Blanckenbergam* in *Flandriâ* ad Africum tendens 7. ferè milliarium distantiam comprehendit. In gradum ab Æquatore ad Aquilonem secedentium ordine 51 & 30. scrupulum locus præfatus cum meridionali Insulæ hujus latere obtinet. *Rammekens* Ca- *Rammekens.* stellum validum admodum & firmum, unius horæ secessu à priori civitate seclusum, 4 Non. Octob. anno 1573 deditione se Unitis *Belgii* Provinciis adjunxit. Insulæ *walcheria* apici Eoo injectum, congregationi inferviebat navium majorum, & minorum, quibus *Auraici Principes* in *Flandriam* expeditionem facere solebant. *Middelburgum Selandiæ* Metropolis, & com- *Middelburgum.* mercium laude insignis hoc nostro sæculo civitas, aliquanto altius in terra situm habens. Orientali Insulæ *walachriæ*, vel *walgriæ*, vel *walcheri* lateri immoratur, & lati admodum canalis beneficio onerarias naves cum mercibus suis in mare emittit, easque ex aliis locis mariximis redeuntes intromittit. Circuitu suo grandioso spacium obambulantem munimenta, & opera bellica, turres nimirum, propugnacula & valla, fortem, ædificia pulchra & elegantem, reddunt. Poli longitudo hic 17 gr. & 16 scrup. latitudo verò 51 gr. & 48 scrup.

Biblioteca Museo Franz Mayer

attingit. Anno 1121 pagum tanram hoc in loco fuisse Annales *Zelandiæ* referunt. Citra urbis muri admodum altè, in qua pulcherrimum hoorologium admirationem haud exiguam meretur, exornata, cuius in judicio visa digna esse censetur. Porrò locus hic sedes est vinum concernentis mercaturæ, utpote qui forum celebrat vinarium nobilissimum, ad quod maxima vinorum pars ex *Gallia*, *Hispania*, *Lusitania*, &c. convehitur. Aër tamen ibidem, ut & in aliis *Zelandiæ* rum Insularum urbibus & pagis durior, & valetudini magis adversus, peregrinis præsertim, minus est tolerabilis, quippe qui ab initio duris plerumque & acutis febribus corripiuntur. In dictissimâ *S. Nicolai* Abbatiâ Romanorum Imperator *Wilhelmus Hollandiæ & Zelandiæ* Comes & conjux ejus tefera mandati, sumptuosissimis & elegantissimis monumentis tegnetur. Ille an. 1255. diem obiit. *Wilhelmgenses* & cæteri Unitarium Provinciarum affectæ *Principis Auraici* nomine civitatem hanc anno 1572 obsidione cinxerunt, & 8 Idus Februarii anno 1574 à jugo *Hispanico* ad libertatem transiatam *Wilhelmo Auratæ Principi* tradiderunt. Postquam *Hispani* fame horrendâ divexati essent, & muros jam omnes ac glires, catoique comedissent, deditione facta sub Gubernatoris *Mr. Dragon* imperio ex eâ exiverunt. Deditionem etiam promoverant auxiliares copiæ, *quæ à Duce Ludovico Requesenio Belgii* præfecto universali subsidio missæ, & 9 Kal. Jan. ejusdem anni ante *Bergam op Zoom* civitatem cæsæ fuerant. Obsidionis hujus biennis spacio *Hispanorum* Rex septuaginta mille millia florenorum Hollandicorum, id est, 7. milliones, aut 70. tonnas auri huic civitati obsidione liberandæ impendit. Patria autem est *Pauli* Mathematici excellentissimi, & *Nicolai Everhardi* Jurisconsulti incomparabilis. 64. milliaribus *Londino* Angliæ regni capite distat. Intervallo ab eâ haud longo, in eâdem fertè Solis orrum spectante, est *Armuyden* negotiationis gloriâ inclytum olim emporium, quam *Middelburgo* & *Vlissingâ* civitatibus commerciorum facilitate surgentibus amisit. Multa ædificia in hac urbe vacua, & habitatoribus orba, gruentesque in plateis per lapidum junctiuras crescendo emergens, decrementum ejus liquido testatur. *Middelburgo* terrestri itinere militare unum emensus pervenies *ter Veer*, vel *Feram* oppidum in Septentrionali Insulæ margine locatum, quod denominationis originem repetit à trajecto, quem Belgæ *Veer* idiomate suo vocitant. Ab hoc loco *Auratæ Principes Veræ* Marchionem se appellare consueverunt. Atque hæc præcipua sunt loca Insulæ hujus, quæ ea in parte, quâ Sol se inclinat, maris fluctibus ingruentibus plures tumulos & colles, quos arenâ naturæ genius congessit, opponens, in cæteris partibus, quæ *Vlissingâ* ad Septentrionalem usque angulum à tergo urbis *Veræ* situm excurrunt, incredibilis magnitudinis & craffitici aggeribus maris impetum remudit.

SUYDBEVELANDIA altera *Zelandicorum* Insularum *valebria* latet. Orientali vicina inter se & illam Oceanum admittit, cæteris ejus litora utroque Scaldis fluminis alveo, Eoo, & Occiduo, humectantur. Nomen suum fortasse putant nonnulli à *Severis*, quorum insignia etiamnum in scutis ibi cernuntur. Olim 20. milliaria circuitu suo ambisse dicitur, de quo numero 10. & quod excurrit, decessere. Spacium tantum maris inclementis fluctus rabiosè absorptum sui juris fecere, civitatemque *Borsalen* in eo spleniodè exædificatam horrenda inundatione anno 1532 operuere, ut *Bertius* memoriæ prodidit. Reliquiæ, quibus Neptunus tunc temporis pepercit, validissimis & sumtuosissimis aggeribus & vallis ex terrâ congestis conservantur. Duo tantum alicujus notæ hic loca occurrunt, *Remerswael* scilicet oppidum exigua intercapedine ab urbe *Berg op Zoom* dissidens, & circumcisa terris aqua immersis cinctâ, sibi *Zelandiæ* Comites olim juramentum præstare solebant. *Ter Goes* oppidum æquè ac præcedens. Aquitonari litori immittitur, *Scaldis* alveo Orientali affidet; exiguo tamen spacio inde remoretur, &, canalis cujusdam ex alveo illo artificiosè egestatione derivati beneficio, navigationis emolumento fruitur.

TER TOLEN tertium in *Zelandicorum* Insularum numero locum obtinens *Suydbevelandiæ* literi objacet. Ejus nomen nonnulli à vestigalibus *Belgico* idiomate *Tollen* dictis accersunt: *Tol* enim *Belgis* tributum antvectigal significat. Meridiem spectante margine Orientalem *Scaldis* alveum contingit: Qua se Sol inclinat, *Noordbevelandia* Insulæ vicina est. Parte ad Septentrionem peonâ *Duyvelandiæ* Insulæ partim objacitur, partim verò magno illo alveo qui ex *Mosa* divortio defcendit, humectatur. Orientalem ejus marginem parvus ex Orientali Scaldis alveo canalis in alterum *Mosæ* grandem procumpens à *Brabantiæ* finibus seponit. Præter pagos duas civitates habet; *Ter Tolen* nempe oppidum dicto canali parvo adjectum, cum munimento quodam in tripâ oppositâ sito, & *Brabantia* extremitati impolito ac alterum *S. Martins Dyck* id est, *S. S. Martini aggerem*, quod oppidulum in latere meridiei se *Dyck*, obvertente considens à litore aliquanto remotius est.

WOLFERSDYCK, id est, *Wolferdi* agger seu vallum, Insula admodum parva extruitur inter *Noordbevelandiam* & *Suydbevelandiam* Insulas; quarum hæc ex eo DICTE. nomen invenit, quod prioris respectu meridionali celi plagæ obvertatur, illa verò pari ratione iræ cognominata, quia, posteriorem si respicias, ad illum aëris distridium proclivis est, qui Septentrionalis dicitur. Inter utramque igitur parva hæc Insula longiore quàm latione tractu extenfa, angusto & brevi soo circuitu duobus tantum vicis sedem concedit.

NOORDBEVELANDIA medium ferè locum occupans inter Insulas illas quatuor, *Walcheren Suydbeveland*, *Ter Tolen*, & *Schouwen*, anno 1532 fertè tota aquis submersa est. Pedetentim tamen temporis progressu restaurata pristinum nitorem aliquo modo recuperare videtur.

SCHOUWEN vel *Scaldia*, è regione *Nordbevelandiæ* habet insulam, quâ meridiem cœli plagam Sol versatus meridiem efficit: Oceano ab occasu irrumpenti occidentem litus cum Aquilonaris parte unâ opponit; Altera litoris Borealis pars è regione objectam habet insulam, quæ *Ter Tolen*, & *Schouwen*, anno 1532 fertè tota aquis submersa est. Pedetentim tamen temporis progressu restaurata pristinum nitorem aliquo modo recuperare videtur.

SCHOUWEN vel *Scaldia*, è regione *Nordbevelandiæ* habet insulam, quâ meridiem cœli plagam Sol versatus meridiem efficit: Oceano ab occasu irrumpenti occidentem litus cum Aquilonaris parte unâ opponit; Altera litoris Borealis pars è regione objectam habet insulam, quæ *Ter Tolen*, & *Schouwen*, anno 1532 fertè tota aquis submersa est. Pedetentim tamen temporis progressu restaurata pristinum nitorem aliquo modo recuperare videtur.

Armuyden.

Veer.

SUYDBEVELANDIA altera *Zelandicorum* Insularum *valebria* latet. Orientali vicina inter se & illam Oceanum admittit, cæteris ejus litora utroque Scaldis fluminis alveo, Eoo, & Occiduo, humectantur. Nomen suum fortasse putant nonnulli à *Severis*, quorum insignia etiamnum in scutis ibi cernuntur. Olim 20. milliaria circuitu suo ambisse dicitur, de quo numero 10. & quod excurrit, decessere. Spacium tantum maris inclementis fluctus rabiosè absorptum sui juris fecere, civitatemque *Borsalen* in eo spleniodè exædificatam horrenda inundatione anno 1532 operuere, ut *Bertius* memoriæ prodidit. Reliquiæ, quibus Neptunus tunc temporis pepercit, validissimis & sumtuosissimis aggeribus & vallis ex terrâ congestis conservantur. Duo tantum alicujus notæ hic loca occurrunt, *Remerswael* scilicet oppidum exigua intercapedine ab urbe *Berg op Zoom* dissidens, & circumcisa terris aqua immersis cinctâ, sibi *Zelandiæ* Comites olim juramentum præstare solebant. *Ter Goes* oppidum æquè ac præcedens. Aquitonari litori immittitur, *Scaldis* alveo

Remerswael.

Ter Goes.

rat. prœlio navali felicissimo superarunt, ipsumque *Brouwershaven.* *Davidum* capitrum fecerunt. *Brouwershaven* in Aquilonari Insulæ margine oppidum collocatum aggeribus & vallis Bellicis cingitur, defensioneque necessarii & tutum reddens vim hostilem amoliitur, ac, canalis beneficio, navigationis ex remotiore à mari distantiâ ortum defectum compensat.

DUVELANDIA, vel DUYVELANDT nominis sui originem columbis, quas Belgæ *Duyven* appellant, acceptam ferre videtur. Eam à vicinâ Insulâ *Schouwen* aquæ angustus transfeus segregat. Anno 1530 Oceani inundationis fluctibus immersa maximam incolarum miserè aquis pereuntium partem amisit. Ab illo tempore necessariis iterum circumvallata aggeribus habetur ab inundationum injuriâ prohibetur. Civitatum celebrium, aut oppidorum gloriâ se jactare non potest: pagis tamen & vicis quibusdam exornatur. *Duvelandia.*

Hasticus enumeratæ sunt 7. Illæ insulæ, quæ uno nomine, sic dictæ, *Zelandiæ* appellari consueverunt. à mari ea omnes undis fais circumeunte, quod Belgarum idiomate *Zee* vocatur, ut ita *Zeelandi* idem quod maris regio, seu regio in mari, sonet. *Texandri* vel *Texandri* incolæ ejus antiqui *Texandrum* nomen illi fecêre, quod cum habitatorum memoriâ evanescente in desuetudinem abiit.

HOLLANDIAM à *Zelandiâ* distinguit *Mosa* nominis celebritate notissimus fluvius, qui aquis fuis in diversos alveos diductis cæteras hîc insulas efficit. Ejus descriptio sequens datur. Ex *Vogesi* montis visceribus juxta Provinciæ *Gallicæ Langres* extremos fines, ubi *Sona* & *Marne* fluvii haud incelebres ex fontibus fuis etiam effluunt, ebulliens, ac à Subsolano ad Boream-Libycum & Zephyrum profluens, sequentia loca interfluit. *Neufchastel* scilicet, *Commercy*, *Verdun*, *Affemah*, *Monfort*, *Sedan*, *Giers*, & *Mesieres*, ubi *Gallia* regni limites transgreffus, *Hispaniarum* Regi Provinciasi subjectas, *Lutzenburgensem* Ducatum, & *Namurcensem* comitatum, cum *Leodiensi* Episcopatu Electori Colonienfi subdito, fluxu suo permeat, ac invisit *Charlemont*, *Dinant*, ubi fluvium *Sambre* in se admittit, & *Namurcum*, pone quam civitatem cursu ad Solis ortum inflexo iter accelerat ad *Huy* & *Leodium* civitatem famæ celebritate nobilissimam. Hinc ad Septentrionem reversus accedit *Mosæ Trajectum*, *Ruremundam*, & *Venlo* urbes, ac sub postremâ cursu iterum murato ad Solis occasum declivo aliuit *Gennep* munimentum operibus bellicis validissimum, *Grave* civitatem ædificiorum structurâ elegantem, & *Ravenstein* fortalitium munitissimum. Postea insulam *Voorn* attingem, cum *Valbek* fluvio insulam efficit *Bommelerwerth* appellatam, ac infra caftrum *Loevestein* ducetum illud sibi adjungit. Secundum finistrum enim insulæ dictæ marginem defendenti, & *Valbekum* secundum dextrum latus decurrentem sub arce præfatâ absorbens, *Gorcum* ac *Worcum* urbes adit, ac posteriorem præterlapsus partim in *Biesbosch* per diversos exitus erumpit, partim cursu servato aquarum reliquias *Dordracum* Hollandiæ meridionalis urbem laudibus insignibus celebratam deducit *Biesbosch*, id est, juncorum ilvea, herbæ hujus multitudini nomen debens, inter *Dordracum* & *Gertruydenbergam* palus est haud exiguo spacio dilatata, quæ distinctum terræ superioribus sæculis floreentissimum hodierno tempore tegit. Novembri enim mense anni 1421 tempestatis horrendæ violentia ineffabilis aggeram & vallorum terrestrium repagulis diruptis tantam aquæ ex mari propulsæ copiam in has terras effudit, ut summâ vi irruentes fluctus 72. parochias cum multis nonnullum millibus suffocatis submerserint. Magna hæc aquarum collavies, quâ tam pulcher hujus regionis tractus obductus est, limites suos ad terram à tergo urbis *Geertruydenbergæ* sitam extendens dextro suo margine *Dordracum* usque defendit, civitatem insulæ impesignat, cujus dextrum latus *Mosa* cum hac palude, finistrum verò palus *Yoha* obambulat. Hæc aquarum suarum mole inter *Hollandiam* *Brouwershaven.* *Davidum* capitrum fecerunt. *Brouwershaven* in Aquilonari Insulæ margine oppidum collocatum aggeribus & vallis Bellicis cingitur, defensioneque necessarii & tutum reddens vim hostilem amoliitur, ac, canalis beneficio, navigationis ex remotiore à mari distantiâ ortum defectum compensat.

DUVELANDIA, vel DUYVELANDT nominis sui originem columbis, quas Belgæ *Duyven* appellant, acceptam ferre videtur. Eam à vicinâ Insulâ *Schouwen* aquæ angustus transfeus segregat. Anno 1530 Oceani inundationis fluctibus immersa maximam incolarum miserè aquis pereuntium partem amisit. Ab illo tempore necessariis iterum circumvallata aggeribus habetur ab inundationum injuriâ prohibetur. Civitatum celebrium, aut oppidorum gloriâ se jactare non potest: pagis tamen & vicis quibusdam exornatur. *Duvelandia.*

Hasticus enumeratæ sunt 7. Illæ insulæ, quæ uno nomine, sic dictæ, *Zelandiæ* appellari consueverunt. à mari ea omnes undis fais circumeunte, quod Belgarum idiomate *Zee* vocatur, ut ita *Zeelandi* idem quod maris regio, seu regio in mari, sonet. *Texandri* vel *Texandri* incolæ ejus antiqui *Texandrum* nomen illi fecêre, quod cum habitatorum memoriâ evanescente in desuetudinem abiit.

HOLLANDIAM à *Zelandiâ* distinguit *Mosa* nominis celebritate notissimus fluvius, qui aquis fuis in diversos alveos diductis cæteras hîc insulas efficit. Ejus descriptio sequens datur. Ex *Vogesi* montis visceribus juxta Provinciæ *Gallicæ Langres* extremos fines, ubi *Sona* & *Marne* fluvii haud incelebres ex fontibus fuis etiam effluunt, ebulliens, ac à Subsolano ad Boream-Libycum & Zephyrum profluens, sequentia loca interfluit. *Neufchastel* scilicet, *Commercy*, *Verdun*, *Affemah*, *Monfort*, *Sedan*, *Giers*, & *Mesieres*, ubi *Gallia* regni limites transgreffus, *Hispaniarum* Regi Provinciasi subjectas, *Lutzenburgensem* Ducatum, & *Namurcensem* comitatum, cum *Leodiensi* Episcopatu Electori Colonienfi subdito, fluxu suo permeat, ac invisit *Charlemont*, *Dinant*, ubi fluvium *Sambre* in se admittit, & *Namurcum*, pone quam civitatem cursu ad Solis ortum inflexo iter accelerat ad *Huy* & *Leodium* civitatem famæ celebritate nobilissimam. Hinc ad Septentrionem reversus accedit *Mosæ Trajectum*, *Ruremundam*, & *Venlo* urbes, ac sub postremâ cursu iterum murato ad Solis occasum declivo aliuit *Gennep* munimentum operibus bellicis validissimum, *Grave* civitatem ædificiorum structurâ elegantem, & *Ravenstein* fortalitium munitissimum. Postea insulam *Voorn* attingem, cum *Valbek* fluvio insulam efficit *Bommelerwerth* appellatam, ac infra caftrum *Loevestein* ducetum illud sibi adjungit. Secundum finistrum enim insulæ dictæ marginem defendenti, & *Valbekum* secundum dextrum latus decurrentem sub arce præfatâ absorbens, *Gorcum* ac *Worcum* urbes adit, ac posteriorem præterlapsus partim in *Biesbosch* per diversos exitus erumpit, partim cursu servato aquarum reliquias *Dordracum* Hollandiæ meridionalis urbem laudibus insignibus celebratam deducit *Biesbosch*, id est, juncorum ilvea, herbæ hujus multitudini nomen debens, inter *Dordracum* & *Gertruydenbergam* palus est haud exiguo spacio dilatata, quæ distinctum terræ superioribus sæculis floreentissimum hodierno tempore tegit. Novembri enim mense anni 1421 tempestatis horrendæ violentia ineffabilis aggeram & vallorum terrestrium repagulis diruptis tantam aquæ ex mari propulsæ copiam in has terras effudit, ut summâ vi irruentes fluctus 72. parochias cum multis nonnullum millibus suffocatis submerserint. Magna hæc aquarum collavies, quâ tam pulcher hujus regionis tractus obductus est, limites suos ad terram à tergo urbis *Geertruydenbergæ* sitam extendens dextro suo margine *Dordracum* usque defendit, civitatem insulæ impesignat, cujus dextrum latus *Mosa* cum hac palude, finistrum verò palus *Yoha* obambulat. Hæc aquarum suarum mole inter *Hollandiam* & *Brabantiam* decurrens, ac *Willemstad*, id est, *Willebolmi* urbem attingens, *Hollandiæ Diep* nuncupatur, ac infra urbem eam in duos alveos curfum fuum dishiens, dextro, cui *Polcherack* nomen est, & finistro, qui superiori parte fuâ *Butterveldewaert* nomine infignitur, inferiore verò *Haringbuisdeel* appellatur, insulas *Overflachee* & *Goeree* limitibus fuis coërcet, ac tam unius quam alterius undas cum marinis commiscet. Porrò *Dordracum Mosa* fluvius præterveétus, iterumque per duplicem alveum in Oceanum demigrans, uno ad finistram concedente, & prione canali *Hollandæ Diep* nominato, ejusque dextro alveo 2. nominibus, *Dortervliede* nempe & *Harincbuisdeel* nuncupato, 2. insulas oblongas formar, quæ parvo & angusto canali utrinque aquarum communicationem admirente dispescuntur. Utrique unum & generale nomen *Het Landt van Voorn* competit. In priore insulâ sunt *Het oude Landt van Strijen*, id est, antiqua regio *Strijen*, *Nieu Cromstreyen* vel Novum *Cromstreyen*, *Willemsadt Nieu Landt*, vel nova terra in *Mosa* latere Occidentali, *Oude Beyerlandt*, sive antiquum *Beyerlandt*, & *Nieu Beyerlandt*, aut novum *Beyerlandt*, & *Korendyck*, sive frumenti agger. Posteriores partes sunt *'t Landt van Putten*, id est, regio *Putted*, & *'t Landt van Voorn*, id est, Regio *Voorn*, qui titulus etiam utrique insulæ est communis, uti dictum est. Ultramque hanc partem iterum discriminat navigabilis quædam fossa, ex canali utramque insulam disjungente in *Mosa* alveum supra urbem *Brielam* deducta. *Briel* vel *Briela* in posteriori insulæ *Briel.* parte posteriore fita civitas latus ad Boream convertum occupat, ac nomen fuum à *Rheni* ostio *Helio* deriware videtur, cum idem ferè sit, ac fidiceres *Brebeele*, vel *Brebeffa*, id est, *Brevele Helium*, sive latum *Helium*, ut *Plinio* placet *Cluverio*, c. 2. de Rheni alveis, & eorum accolis augurator. Opinionem fuam proculdubio ex *Hadriani Iunii* Batavia hausit, quod *Zuerius* in Theatro Hollandiæ pag. 360 placet. In veteribus literis & codicibus *Briele* appellata *Zelandiæ* insulis olim annumerabatur; hodie verò in *'t Landt van Voorn*, id est, in regione seu Insulâ *Voorn* metropolis est, quæ cum totâ Insulâ anno 1572 in *Hollandiæ* Comitum potestatem translata ejusdem Comitatus membrum hactenus manfit. In ostii fluminis *Mosæ* finistro latere sita ob loci opportunitatem, navigationem commodissimam reddentem, mercaturâ & negotiatione felix, populosa, ac locuples. omnibus commoditatibus fruitur, frumentique optimi largissimam copiam ex circumjacentibus agris mira fertilitate luxuriantibus colligit. Naves Halecum piscatui idoneæ, quæ à civitatibus ad *Mosam* fitis in Oceanum singulis annis emittuntur, ex hujus urbis portu solventes. mare ingrediuntur. Halecis sale confpergendi ac condiendi modum ac rationem primus inter *Belgas* excogitavit *Guillelmus Buecle-dine* artis piscatoriæ peritissimus qui anno 1347 *Biervlietæ* diem obiit, ut *Zuerius* dictus citati libri pag. 48. commemorat, ubi plura invenire est de Halecum conditura, ac in primis epigramma illud notatu dignum, quod in *Arnoldi Egmondani* sexti *Geldriæ* Ducis cœnaculo parieti inscriptum erat:

Hales assatum convivio est bene gratum,
De filo capite faciunt bene fercula quinque.

Anno 1572 *Wilhelmus Comes de Lumey* ex celebertrimâ Comitum de *Marck* prolapsi oriundus heros, *Wilhelmi Auratæ Principis* nomine naves aliquot bellicas, in *Angliæ* regni portu, cui *Downern* nomen est, apparatas & confructas, velis ventisque committens, *Enchusam*, quæ tunc temporis ab *Hispaniarum* rege defecerat, proficiscendi animo in Oceanum se contulerat. Vento autem adverso cursum ejus remoante, Regisque in *Angliâ* edicto in præditum portum ipsi redeuntem negante, omnibus suis navibus *Mosæ* ostium nolens volens intrare coactus est. Casui inopinato suffragata est temporis opportunitas, quæ ipsi civitatem hanc *Brielam* in manus tradidit. *Mosæ* enim cum nautica turbâ in terram expositus mendicali poene

Biblioteca Museo Franz Mayer

incendio subjecto, scalis partim mœnia superavit, partim per Septentrionalem portam inmensa turbâ civitate potitus est. Ultimus *Mosæ* alveus ponè *Dordracum* urbem ad dextram recedens, ac defcendendo *Crimpam* invisens, *Lecæ* fluvii aquis influentibus augetur, & postrò decurrens *Ysselæ* fluvii ab urbe *Gandâ* defluentis aquas intercipit: Inde Rotterodamum properat, emporium illud navigationis & mercaturæ ghotii incly-tum, ac post *Amsterdamum* in *Hollandiâ*, secundum locum obtinens. Ulterius festinans, *Delfshavem*, *Schiedam*, & *Vlaerdingam* oppidula prætervehitur, & cum præcedente alveo de *Swel*, vel *onde Maese*, id est, *Vahalis*, vel vetus *Mosæ* dicto, Insulam interamnicam efficit, quæ obiongo latu inter utrumque alveum protenfa *berland sfilmunde*, id est, Regio *Isfelmunda* appellatur. Sub hujus apice Occidentali utriusque alvei aquæ iterum consociatæ per latum admodum & oblongum ostium inter *Hollandiæ* Continentem, & Insulas *Putten* & *Voorn*, in Oceanum eluctantur. Hæc sunt ostia sive exitus duorum illorum fluminum nominis celebritate inclytorum, *Scaldis* nimirum & *Mosæ*, quæ Oceano trumpenti undas suas maritimis, lieus inter *Flandriam* & *Hollandiam* tot foraminibus perforant, ac tantum Insularum numerum fluctibus suis circumfundunt.

Hollandiæ Comitatus.

HOLLANDIÆ Comitatus à *Mosâ* ostio proximo initium ducens, inter plagas cœli Septentrionalem & Orientalem longo admodum tractu litus suum procurrens, usque ad meatum illum protendit, per quem inter *Hoofslooten* pagum, & *Texelum* Insulam, aquarum pars ex Australi *Hollandiæ* sinu in Oceanum erumpit. Totus autem hic ditissimus littoralis, eâdem ratione, quâ Flandriæ ora mari, objectui collibus & tumulis ex arenâ naturæ beneficio coacervatis, se contra Neptuni, tempestatum vehementiâ irritati, & horrendos fluctuum cumulos evomentis, iram & inclementiam tutatur. Colles ipsi infinitæ cuniculorum multitudini latibula præbent, qui propaginem suam fertilissima generatione conservant. Portus in littore nullus occurrit ad vadosum maris fundum, quandoquidem Oceanus hic omni profunditate caret: navibus onerariis ad oram terrestrem accedendi facultatem non permittit. Pagi passim collibus insidentes à piscatoribus incolun-tur, qui quotidiano piscatu vitæ alimentis consalentes navigiis suis piscatoris Neptuni aulam frequentant.

Cum locis in littore maritimis ita comparatum est: In extremo apice à tergo collium arenoforum delitescit *Gravesande*, populosa olim civitas, cui splendoris antiqui parum reliqui vetustas temporis fecit. Remotiorem reddiderunt alluviones indefinentes tam *Mosæ* fluvii terram secum vehentis, quàm maris continuas arenas ejicientis, unde incrementa litori adjecta aquas majoribus angustiis constrinxêre. Conspicuum autem est oppidum turri admodum excelsâ, quæ procul in mari consistentis in oculos incurrit. *Ter Heyde* parvulus vicus piscatorius in tumulis ex arenâ coacervatis arenoso maris littori sidjacet. Incolæ piscatores navigiis fuis, quæ *Pincken* Belgico idiomate appellata unum tantum malum habent, frequenter mare ingressi, pisca-tus exercitio crebertimo sibi de victu & amictu pro-spiciunt. Porrò litus pererranti se offert alius pagus piscatorius *Scheveningen*, qui collibus littori arenoso objectis inhærens, piscatoribus itidem in Oceano pis-cari solitis domicilia præbet. Spacium olim longè ma-jus circuitu suo obambulavit, quod crebris Oceani in-undationibus temporis successu adeò diminutum est, ut templum, quod tunc temporis, cum adhuc in flore suo constitutus nullam sui diminutionem hic locus sensisset, medium in papo locum occupaverat, hodier-no tempore in ejusdem fine colli quidam proximè o-ram arenosam impositum conspiciatur. Hic admira-tione sumrâ digni ostendantur currus, quos *Mauritius Principes Auriacus* fabricandos curavit. Malos ha-bent, cui vela applicantur. Incredibile dictu est, quan-tum itinera spacium vento secundo propulsi, & lieu arenosum percurrentes, tam exiguâ temporis brevita-te conficere, & celeritate omnem fidem superante decurrere queant. Dimidiæ horæ vix, aut paulò ma-jore spacio, pagus præfatus abest. *Hoyd Comitis*, celeber-rimâ ibi *Hollandiæ* Comitum sede, ubi hæc nostra ætas *Fratrum Belgii Provinciorum Ordines Generales Po-tentissimi*, ac *Auriaci Principes* commorari solent. Sudo cœlo ad deambulatiunculas invitante magna homi-num multitudo pedibus, equis & curribus hunc lo-cum invisere, ac deambulando, & genio indulgendo se recreare solet. *Scheveningâ* litus tendit ad alium pa-gum piscatorium *Curwyck op Zee*, id est, *Curwyck* ad ma-re appellatum, quo cognomento discernitur ab alio ejusdem tieuli vico, qui post colles latens *Curwyck op Rein* appellatur à *Rheno*, qui ibidem loci finem inve-niens per nullum ostium in mare effundetur. Fluvius hic *Rhenus* nominatus, *sagaPsych te Dwyssende Vitreje-ctini Epistopatus* oppidum ex *Lecâ* fluvio ad lacus fecè-dens, *Epistopatus Vltrajectinus* ac *Hollandiæ* perterratis, *Vl-trajectinum Vtrechtum*, & *Leydam* civitates intersecat, & ad dictum vicum *Curwyck op Rhein* pertendit, ubi Rhe-no olim per ostium suum in mare exitum patuisse, no-menque hoc, fluento huic superbes manssisse, fertur. Deambulatione haud insolenti loca hæc, quæ flumini dicto incumbunt, ut & vicum illum maritimum, animi recreandi causâ frequentare solent cives, ac cæteri *Leydæ* urbis celebertimæ habitatores, ut & studiosi, qui studiorum suorum causâ ibi admodû frequentes commorari solent. Haud procul à nominato vico di-stans alius nomine suo *Noordwyck op Zee* distinguitur ab *Noordwyck op Zee*. ejusdem nominis pago *Noordwyck*, qui non in ipsis colli-bus sed post eos in planitie fertilissimâ locatus uberri-mis pratis & agris undique cingitur. Proximè succedit piscatorum aliud receptaculum *Sanvoort* pari cum *Sanvoort*. cæteris modo collibus arenæ impositum, ac litori are-noso objacens, inter quod & *Harlemum* urbem arena-rum acervi in colles surgunt ex latis spatiosâ latitudine intercursant. *Harlemenses* cives deambulationibus jucundissimis urbis fastidium levaturi in more positum habent, cum conjugibus, liberis, & amicis, animi & corporis recreationem hic quærere, ac temporis sere-nitate allectante in Oceani litore ambulando se refi-cere. Omnes hi pagi, quorum modo mentio facta est, ut & sequentes, singulis septimanis, imò quovis fere die, civitatibus illis à mari remotioribus pisces mari-nos suppeditant, & in eorum foris piscatoriis venum exponunt asellos majores, & minores, passeres, rhom-bos, linguladas, soleas, rajas, arancos marinos, carabos & cancros, cum pluribus aliis ejus generis, quos in ma-ri piscantur. *Ter Heyde* pisces suos deportat *Gravesan-dam*, & in pagum *Monster*; *Scheveningæ* magnæ *Comitis* desert; *Curwyck op Zee Leydam*; *Sandvoort Harlemum*; *wyck op Zee Beverwyckam*, & *Amstelodamum*; & *Egmond op See Alcmariam*. A vico *Sandvoort* districtus maritimus progreditur ad alium nomine *wyck op Zee* piscato- *wyck op Zee*. ribus refertum, qui etiam collibus arenosis litori oppo-sitis affidet. Hinc via quædam *Beverwyckam* in me-diterraneis paludi *wyck* accumbentem pagum infignem ducit. Postea in conspectum venit *Egmond op Zee* sive *Egmond op See*. *Egmond hosten*, id est, *Egmond* exterius, ità appella- *Egmond*. tum ad differentiam alterius, quod *Egmond binnen*, id est, interius *Egmond* cognominatum, intra tumulos arenæ situm est. Illud extra colles sedens, vel potius ipsis collibus insidens, quà litus arenosum contin-guit, casis aut tuguriis ejusdem domicilia, refertum est. Anno 1304 ob ædificiorum splendorem & co-piam hoc in præcipuarum *Hollandiæ* civitatum numè-rum referri meruebat. Verum anno 1315 à *Frisiis* hot-tibili incendio devastatum, ac fœdatum est. Primi ejus possessores Domini erant de *Egmond*, qui postmodum Comitum titulo exhonestabantur. In Comitum or-dinem primus cooptatus est Dominus *Iohannes de Eg-mond*, cui anno 1486 *Maximilianus* Cæsar *Bruxelli* hunc titulum donavit. Anno 1517 eadem civitas, postquam elegantibus ædificiis & lucis pristino fulgo-ri restituta esset, alterâ vice à *Geldris* hostibus incensa conflagravit. *Lamoral* 4. Comes Egmondanus prædie nonas Junii anni 1568 *Bruxellæ Albani* Ducis tyranni-co jussu morti adjudicatus, ac capite truncatus, pro optimis suis meritis pessimum mercedem tulit. Filius ejus *Lamoral* 6. in ordine Comes anno 1617 *Brugis* in *Flandria* fine hæredibus ex hac vita migravit. Comitatus autem *Egmond* ut & aliæ ad dictum Comitem pertinentes possessiones, ob maximam avis alienj, quod conflaverat, onus, diversitâte sunt; ut debitoribus sa-tisfiecit. *Ad vicum Egmond op Zee* litus vergit ad *Hondsloth*. *Hondsloth* admirabilis artificii & operis aggerem, qui hujus littoris oræ impositus, tumulorum ex arena coacerva-torum, qui hic finiuntur, vice fungens; maris fluctus tumultuantes retundit. Ejus successores sunt pagi *Niew Petten*, id est, *Novum Petten*, *Out Petten*, sive *vetus Petten*. *'s Gogh* sive oculus, & *Huysduynen* ultimus hu-jus littoris vicus, pone quem Hollandiæ tractus mariti-mus mari Germanico oppositus finitur, postquam à *Mosæ* ostio hic usque ad Libosotium & Aquilonem 28 mill. intercepedinem emensus est. *Curwyck.* *Curwyck op Zee.*

SUYDER ZEE, id est, sinus Australis, seu pa-lus, aut lacus meridionalis, magna est aquarum con-gerries, quam Oceanus Germanicus à Belgii anfractu admodum grandi receptam ex visceribus suis ejectat, ac magnâ violentiâ per Insularum sibi adversantium in-tervalla in terram profundo & admodum lato recessu eodestem propellit. De ejus situ, ac propietate pau-ca commemorare sufficiet. Maxima ejus pars, imo to-tus feré ipse sinus, continens olim terra fuit, hinc inde quibusdam parvis lacubus repleta, aut paludibus non-nullis tectis, in quas *Rhenus* fluvius aquas suas immitte-re, ac iterum per eas in Oceanum deducere consueve-rat. Postea Neptunus multis ac variis sæpe tempesta-tibus & procellis irritatus, summâ vi per interstitia, quæ inter Insulas patebant, irruens, sensim tecatus il-los ampliavit, ac tandem inundatione horribili se in hæc loca effundens, cuncta sui juris fecit. Sinus autem hujus ora maritima sequenti ratione constituta est. *Suyder Zee.*

Texelum Insula Hollandiæ extremitati è regione oppo-sita transitu angustiore, quem cum Hollandiæ littore includit, Oceano introitum largitur, navibusque o-mnibus onerariis, ad civitates Australi Sinui adjacen-tes, ac in *Anglia*, *Gallia*, *Hispania*, *Mari Mediterraneo*, *Barbaria*, & *Indiis Orientali* ac *Occidentali* mercaturam exercentes, pertinentibus, ingrediendi & exeundi fa-cultatem concedit. Meatus hujus ostio duo pulvini ex arena conflantes præterduntur, qui distantibus fuis intervallis tres canales efficiunt. Primus inter extre-mum Hollandiæ apicem, in quem continenris litus de-finit, ct pulvinum Australium, quod *Lando-diep* Belga-rum nautis dicitur. Alter iisdem *Slenck* appellatus u-trumque pulvinum dirimit. Tertius alterum pulvi-num, & alium oppidum minorem Insulæ *Texelæ* inter objectum, intersecat. Hunc *Spanjaerts-gat*, id est, *Hispanorum* foramen vulgari nomine signant. Totam autem *Hollandiæ* oram maritimam, quæ paludis hujus aquis humectatur, agger quidam magnitudinis & craf-sitiei haud exiguæ ab inundatione maris terrâ hoc in loco altioris defendit. *Helder* vicus est exiguus adver-sam fibi insulam *Texelam* rectâ prospectans, ubi litus aliquantum & inflectens angulhoge districtu à Borea-peiore ad Boreo-Libycum transfertur; inde per ea-dem lineam exterum longo & valido admodum ag-gere, cui *Dyck van 't Kat-gras* nomen est, ex Aquilone ad Libonotum, & postò diversis sinuosis anfractibus ad Borealì cœli plagâ ad Orientalem properat, donec *Enchusam* civitatem inveniens, iter suum immutet. Pri-mus itaque in hoc litore occurrit agger *Zypum* præfi-dio suo contra Australis lacus undas impetuosas mu-niens. Stagnum fuit olim piscibus incolis nutrimenta grata sufficiens, quod artificiosis machinis, aquam ex-haurientibus, undis suis orbatum, Ceteris minoribus possessoribus hodie dirat. Agger vero ulterius procur-rens, ac *Vl'ervingher Vlaert* obambulans, pagis *Solhorn*, *Enkwond*, *Lammert Schaga*, ac urbe *Medenblick* exorna- *Texelum* inter-sel hollandiæ li-tus, & Insulam *Texelam*. *Hondsloth*. *Medenblick*.

tur. Si antiquitatem respicias, inter ostinos *Hollandiæ* civitates hæc meritò familiam ducit. Sin verò de di-gnitate agatur, penultimum in earum ordine & sessio-ne locum tuetur, at post quam ultima *Purmerendæ* pro-ximè sequitur. Nominis originem trassit fertur à *Bavio Atedemalacha*, cujus nulla penitus vestigia aut signa hoc nostro ævo animadverti aut indagari possunt. Val-lis atque aggeribus validissimis horrendos & rabiosos Oceani insultus reprimit. Terribiles visu tempestates atque procellæ sæpenumero tantâ violentiâ fluctus in aggerem propellunt, ac projiciunt, ut illum ac infi-dientes ipsi ædes transvolando homines in planeis ma-defaciant, quod fidem omnem is excedere videri pos-set, qui altitudinem aggeris infignem, cui adhuc alerta addiciorum accedit, considerare velit. Valla autem ejusmodi aut aggeres ex cespitibus congestis & arctè compressis constructi, latere adhuc illo, quod omnem maris violentiam sustinere cogitur, carieis aut gramì-nis marini quodam genere, quod *Belgæ* idiomate suo *Wier* nuncupant, munimur. Aliquot pedum enim crassitie dicto lateri prætenditur, atque applicatur, temporis verò decursu adeò arctè unitur, & tam fir-mater compingitur, ut instar scopuli alicujus vehe-mentissimos fluctuum irruentium ictus excipiat. Gra-men illud siccum & aridum albo colore splendet, ejusq; que proventus ubertimus est in Insula *Wieringen*, recto intuitu inspectante sinuosum illum littoris flexum, qui inter urbem *Medenblick* & *Vlieringen Vlaert* interje-ctus est. Quantum vero ad *Medenblick* magnitudinem attinet, non admodum spatiosa est civitas, quamvis incolarum copiâ abundans, mercimoniorum & navi-gationis exercitio annuo, munere suo fungatur, ac di-vitiarum locuplete affluentiâ ditetsat. Arce ornata, portu commodo navibus stationem fecuram largiter, navisimque plurium architecturâ emolumentum sibi magnum parit; ut rem pecuariam tacitus præteream, quæ pascuorum latorum, quibus circundata est, oc-casione incolarum plures etiam occupatos tenet. *Frisiorum Regem Radbodum*, qui anno post Christum na-tum 720 vel 21 denatus esse dicitur, in ea domici-lium habuisse ferunt. *Enchusa* & *Horna* 2. & dimidii milliaris itinere distat. *Enchusa* 3. *Horna* milliaribus *Enchusa*. dimota, extimæ *Hollandiæ* Septentrionalis cuspidi in *fin.* Sinum Australem prominenti, & extremo *Frisiæ* an-gulo cui *Stavoren* incumbit, adversanti, injecta, co in loco sita est, ubi brevissimâ latitudine inter *Hollan-diam* & *Frisiam* Australis sinus contrahitur. Elegans & sic satis magna civitas trium negotiationum haud vilium, navigationis nimirum, boum mercatu, & ha-lecum piscatura celebratur. Cives enim navigationis maximam rationem habent, & plures in mare naves mittendo mercaturam insignem exercent. Cujusvis autem anni tempore verno infignis macilentorum boum numerus ex *Holsatia*, *Iutia*, & *Dania* regno *En-chusam* navibus transvehitur; quos *Hollandi* coemptos in pascuis suis latissimo gramine affluentibus pingues reddunt, ut Novembri mense aut aliis eos vendant, aut macatos & sale conspersos hyberno tempore pro culina sua conservent. Apud *Hollandos* enim solenne est, boum macatione, eorumque carnem sale condien-do, de hybernis alimentis sibi prospicere. Porrò sin-gulis annis quadringentæ plus minus naves, quæ *Busses* appellatæ peculiari structurâ halecum piscatui aptan-tur, ex hujus civitatis porta solventes in mare *Scotia* *Scotia*. *infolito* extremis proximum se conferunt, ac halecibus piscandis totâ æstate operam navant. De nominis origine in diversas sententias abeunt authores. Quì-dam ejus ortum ab ædium raritate petunt, illudque *Enckhuysen*, id est, *Enckelhuysen*, sive unicas & separa-tas à se invicem ædes dici volunt, eò quod ex primis incunabulis surgens pagi instar ædificata hæc civitas, ædificia hinc inde dispersa, & intervallo aliquo inter se distira habuerit. Aliorum vero sententia est, quod à halecibus, quos *Haringen* Belgæ nominant, denomi-nationem suam traxerit, & corruptè jam *Enchuysen* Nan pro

Biblioteca Museo Franz Mayer

In *Albis* fluvii ostio tres pulvini arenâ confertim undas crumpentes in quatuor alveos dividunt. Horum ille, qui ad dextram medii pulvini se effundit, *Norder Elbe* Septentrionalis *Albis*, dicitur, ac alter, qui secundum sinistrum eusdem pulvini latus decurrit, *Suyder Elbe*, id est, Meridionalis *Albis* nuncupatur. Fluvii hujus ortum, progressum, ac cursum compendiosâ narratione expedicimus. Fontes fuos aperit in Regni *Bohemiæ* Diœcesi *Koningsgratzer kreys* appellatâ, in quâ ex montium excelsorum, qui *Isergenberge*, id est, Gigantium montes, nominantur, visceribus, prope oppidulum quoddam *Hohen-Elbe* in Silesiæ finibus situm, emittitur. Emissus sinuoso lapsu profertur, aquarum affluxione hamediat civitates *Koningshoff*, *Jaromir*, ubi aliquot fluentorum influentium augmento accrescit, & *Koningsgratz*, in cujus vicinâ *Orlitz* & *Chrudnice*, ac paulò inferius *Czaslau* fluviorum particeps redditur. Postea Diœcesium *Kaurschimerkreys* & *Bunzlerkreys* finibus circumpeis, se promovet ad oppidum *Brandeis* & fluvii *Gitzera* vel *Iser* undas advectas secum in districtum *Litomerisser kreys* invehit, ac *Melnik* urbem attingens, *Moldaw* fluvium *Pragâ* celeberrimâ regni metropoli defluentem cum fluctibus fuis copulat, copulatumque secum ad urbem *Leutmeritz* devehit, ubi *Eger* fluenti consortio gaudet. In *Misnia* limitibus, pone *Teschlem*, *Pulnitz* fluenti aquas attrahit. Omnes has aquas congregatâ festino cursu in Meridiem defrens, *Schandau*, *Pirn*, ac *Dresdam* urbes salutat, indeque fluvium *Wesenitz* secum *Torgam* deportat, allociatis in itinere *Hana* & *Calnitz* fluviorum undis. Supra *Wittenbergam* dextro fuo margine *Elster* fluvium irrepentem devorat, ac infra eandem urbem *Saxoniæ* superiore relictâ in Principatum Anhaltinum *Illigkias*, *Zerbita* & *Dessam* præterit, *Tamnamque* aquas suas apportantem sinistri margini hiatu allicit. In Comitatu *Barby Salam* fluvium comitem nactus, & *Magdeburgensium* Archiepiscopatum pererrans, *Magdeburgam* civitatem celeberrimam & *Wolmerstede* oppidum visitat, fuperque illud *Olbre* fluvii undas finistro margini immersas absconditr. Porrò itinere continuato in Marchionatum *Brandenburgensem* festinans, ac *Tangermundam* oppidum invitens, ab alveo suo *Havelbergum* deportatur, ubi *Havel* fluvium aliorum fluentorum plurium augmento tumidum suscipit. Inde se in Ducatum *Megapolitanum* inferens, ad muniimentum *Dommitz*, & *Boitzenburg* oppidum, undas suas devovit. Ab eo discedens, Principatum *Lawenburg* pervagatus, ac civitatem *Lawenburgh* præterlens, fortalitio *Lune-*

Biblioteca Museo Franz Mayer

burgensis vtriusq; typographiæ, eodemque superato aquarum fluvarum divortio pluribus ita lustr, ut insulas interminicas diversas complexus, tandem celeberrimum & pœne ditissimum emporium *Hamburgum Hanseaticorum* civitatum decus maximum, attingit, ubi tam late aquas suas dispergit, ut maximis navibus onerandis ad civitatem illam aditus pateat. Inde latissimo alveo *Holsatiæ* ac Archiepiscopatus *Bremensis* limites segregans, in Oceanum præceps ruit.

HOLSATIA. HOLSATIÆ margo maritimus à dextro oſtii, per quod *Alba* in Oceanum ruunt, angulo exorſus, tract Auſtrum & Septentrionem longitudinem ſuam projicit. *Dithmarſia* provinciæ ora maritima in hoc Ducatu prima eſt, quæ à dicti oſtii *Alba* fœminis apice uſque ad fluvii *Eyder* exitum tranſcurrit. In eo locatæ ſunt civitates *Friderichſtadt*, & *Tonningen*, quæ hujus fluvii beneficio mare navibus intrantes, negotiatoni & lucro ſummis conſentibus incumbunt. *Eyder* fluvius 5 mill. ſpacio à latere *Albis* Septentrionali diſtitus, per exitum grandi ſpatio dilatatum, undas, inter plura arenoſis & vadoſis pulvinis obſeſſa loca, dilapſas in Oceanum invehit. Altius in mare oculos ſi conjeceris. *Heyligе Landt* inſulam parvam cernes, quæ *Eyder* fluvii oſtio è regione obverſa, ac Oceano circumfuſa jacet. Diſtinctus dextrum ſive Septentrionale oſtii, per quod *Eyder* fluvius effunditur, latus claudens. *Eyderſtede* nominatur. Margine ſuo Auſtrali *Eyder* fluminis oſtium attingit, ſitus ejus Occiduum Oceanus alluit; Septentrionalis terminus maris æſtuario oblongo eſt conjunctus, quod *Hever* nomine, regiunculæ *Eyderſtede*, & inſulæ *Strandt* fines diducens, terramque penetrans, *Iſeſum* civitatem ſubluit. *Tonningen* ab urbe *Iſeſum* 3. mill. diverticulo ſegregata civitas; portu commodiſſimo & arce ſplendidiſſima nominis celebritatem acquiſivit. Ad Ducatus *Slesvicæ* dominium pertinet, cum diſtrictu *Eyderſtede*, qui tanta ſoli fertilitate luxuriat, ut quorundam judicio cum Hollandiâ paria facere dicatur, ab alia vero etiam iſti regioni planè præferatur. Vix ullibi tantæ magnitudinis boves & vaccas reperiri, lactiſque tanti copiâ vaccarum ubera diſtenta eſſe ajunt, cum æſtivo tempore novem cantharos lacte plenos, id eſt, 16. libras *Lubecenſes*, ſingulis diebus una reddere queat. Hinc tantum caſeorum multitudinem quavis æſtate confici, & in alias regiones tranſmitti perhibent, ut plerumque tranſmiſſorum numerus ſex millena millia librarum conficiat. *Heſum* & mercaturæ gloriâ excellens, & arcis adjunctæ ſplendenti ſtructurâ ornatum oppidum, an. 1582. ab *Adolpho Holſatiæ* Duce & jus civitatis, & privilegia egregia accepit. Inſula *Strandt*, quadrangulari ferè figurâ ante *Slornbergh* Ducatus litora locum habens, ſedes olim fuiſſe fertur *Strandiorum*, ſeu *Nortſtrandiorum*, qui *Friſiorum* ultimi verſus Septentrionem fiebre, ad quos vicus ingens *Pahwurm*, vel *Pöwurm*, cum pulchro vico, aut potius oppidulo *Berckſede* pertinebat. Quamvis autem Incolæ *Donerum*, ac *Holſatiæ* ducis imperio ſubjecti ſint, nihilominus tamen adhuc *Friſiorum* idiomate in colloquiis ſuis quotidianis utuntur. Tempeſtatibus vehementioribus obortis interdum uſu venit, ut magno detrimento afficiantur.

JUTIÆ. JUTIÆ tractui maritimo diverſæ ſe objiciunt Inſulæ, quarum hæc ſunt nomina: *Fare*, vel *Foeta*, *Amerou*, *Silt*, *Rom*, *Mano*, & *Phan*. A tergo inſulæ *Fare*, inter *Vrahingarde*, & *Dredsul*, qua Oceanus æſtuario quodam ſe infundit, & inſulis quaſdam circumfundit, alluvione quadam terram & arenam advehente Neptunus imperio ſuo excidere incipit. Locum Holſatiæ dux aggeribus cingendum, & aquam exhaurientibus ſiccandum, Belgis quibuſdam permiſſione ſua indulſit, qui & multum pecuniæ & haud parum laboris huic rei impendentes, vori ſui contentione ſummâ participes fieri ſtudent. Ab hoc ablinc milliaribus in littore cernere eſt civitates *Tunderen*, & *Ripe* vel *Rypen*, quæ poſteriori in loco antiquitatis pleno commentans, vetuſtiſſima *Cimbrorum* in *Jutiâ* civitas eſſe exiſtimatur. *Nibſa*, limpidiſſimis aquis ſuperbiens fluvius, tribus alveis, in quos diffunditur, eum permeat, antequam Oceano infundatur, unde trium ſcopum, quibus inſignia ejus ornantur, effigiem enaram eſſe neqnuſa crediit. Caſtellum ipſi adjunctum in fortiorum numero ponendum eſt. Templum magnum ex lapidibus, quadratis conſtructum, & mitræ altitudinis, turri exornatum. *Denia* regi *Erico II.* auctori, pulcherrimi & elegantiſſimi ſplendoris ſtructuram acceptam fert. Tectudo gradibus artificioſiſſimè compactis totum chorum ambiens, inſigne ipſi ornamentum conciliat. Ab urbe *Ripen* litus ſe ſiſtuans, prope *Dudenberg* angulum format obliquo anfractu ſe in Oceanum incurvantem, & à ſe longo tractu in mare ablegantem. *Eſſum* pulvinum arenoſum, in anguſtam latitudinem quidem contractum, ſed admodum magnâ longitudine ſe in aquas extendentem, utpote qui ad Aſticum per 9. milliaria excurrit. Locus periculum navigantibus creans, unde etiam nomen ſibi *Duyvenbora*, id eſt, Diaboli corvo apud nautas invenit. Inde ad 3. ferè miliaria parvo à litore intervallo terra in montem excelſum erecta conſurgit. *Blawberch* dicitur à colore cerruleo, quo procul accedentibus pictus eſſe videtur. Lateri in Meridionalem plagam prono inſidet pagus *Wellerzyde*, piſcatoribus incolis domicilia præbens. *'t Landt van Nomet*, inſula extenſatum latitudinis ſpatium comprehendens, longitudine per aliquot milliaria producta litori objacet, cujus quo ſitus longitudinis ſatum formæ diebus octo ſolis pervium, quorum unum ad Auſtrum patens, ac ad pagos *Nomet* & *Herdbergh* ducens, *Knockeperdorp* nomen habet, ac in interiorius ſui latere ſiniſtro vadum arenoſum *Gladde ſarp* nautis dictum oſtendit, alterum verò juxta *Treſmondt* pagum patenti hiatu naves admittit. In Mediterraneis duo ſita ſunt oppidula *Hollebeeg* & *Loyeberg*, ſub quibus duo fluvioli aquas ſuas confluentes uno alveo prope *Hincopen* in ſinum præfatum agunt. Ab oſtio Aquilonari ponè *Treſmondt* aliud æſtuarium, ab occaſu ad eorum æſtivum terram penetrans, exiguo iſthmo à ſinu *Lymfiorde* diveliitur, qui ex Mari *Baltheo* illabens uſque ad hunc iſthmum ſe profundit. *Borcumbergh* oblongus mons in medio excelſum ac rotundum collem templum ac turrim ſuſtinentem attollit. Ex ſpacio liberius inter *Borcumberg* & *Holmen* interjecto longiſſimo progreſſu in Oceanum prorendit. *Indſiebe Eyf* pulvinus illegrandis, qui ab orta in occaſum iter faciens, in latere Auſtrino auſtris lapillis ac ſcrupis piſa ac ſubas magnitudine referentibus oppletus eſt, in latere verò Boreali arenis cumulatis obdiicitur. Quia verò 7. vel 18. orgyarum latitudine aquæ ipſum ſuperemineut, navibus transeuntibus periculo vacuus tranſitus datur. Ad 7. milliare ab *Holmen* pago in litore conſpicuus eſt *Robbelmuyde* vicus ad Borrhapelioten à priori recedens, cum monoſq; cujus jugo impoſitum eſt templum & turris acuminato faſtigio illuſtris. Inde 3. mill. numeranter ad montem *Hartsholt*, à quo *Schagen*, extremum Jutiæ Promontoriorum in regione *Vronſoſſel*, & Oceani Germanici his in partibus limes, 6. mill. itinere abeſt. Litus vero à priori loco poſteriori appropinquans in Cæciam ſeu Helleſpontum convertitur.

MARE BALTHICUM. MARE BALTHICUM Oceanus in terram irruens hic oritur. Nam inter *Norwegiæ* & *Vronſoſſel* regiones, limites maritimos, à Noto Libyco ad Borrhapelioten iter ſuum inſtituens, lato hiatu cum tellurem diveliit: inde curſum ſuum obliquum, ac à Septentrione ad Zephyrum diverſens, aquis ad dextram concedentibus, *Iutie* & *Holſatia* fines ibi objectos lambit, & ſtuibus ad ſiniſtram compulſis *Davia* terminos maritimos pulſat: medius verò undis *Danicus* inſulas circumluit. Hasreliquens, ac ab occiduo ſole in ortum, indeque ulteriùs ad Aſticum eosdem deflectens, *Oeſt-ſee* five mare *Baltheum* omnium adjacentium regionum litoribus inclusum efficit, cujus ſitum & proprietates in præcedentis hydrographicæ tabulæ deſcriptione perſequuti ſumus. Mare hoc bifariam diſtribuitur, in Septentrionalem nempe, & Orientalem partem: Illa initio facto à promontorio *Schagen* ad *Pomeraniæ* fines proximos pertendit, & inter Septentrionem ac Auſtrum interjacens extremo *Scaniæ* promontorio *Falſterbon* terminatur. Hæc major hujus maris portio inter occaſum & ortum exporrecta prioris reſpectu Orientalis eſt, cujus deſcriptionem, uti jam dictum, in præcedentis typi Hydrographici explanatione dedimus. Illam autem minorem, hac effigie Hydrographicè comprehenſam, hæc deſcriptione enucleemus neceſſe eſt: quæ iterum in duo membra dividitur, Septentrionale ſcilicet, & Meridionale: Illud eis Inſulas *Danicas* ſitum earundem initio finitur: Hoc cum dictis inſulis ad mediam cœli regionem ſe convertens in Auſtrali parte locatum eſt. In litoribus his omnibus ob oculos ponendis hunc ordinem nobis præſcribemus, ut primo hujus partis, *Baltheici* maris univerſi, Septentrionalia litora Orientalia, *Iutiæ* nimirum, *Holſatiæ*, & *Megapolitani* Ducatus ora maritimas exponamus, ac poſtea ad tractum *Daniæ* occidunum nos conferamus.

Litus igitur Orientale, *five Iutiæ, Holſatiæ, & Megapolitani* Ducatus ora maritimæ, Septentrionalem maris *Baltheici* portionem, ſeu ejus Occidentale latus attingentes, quæ proſpectu ſuo Solem ab Eoâ cœli plaga emergentem intuentur, exoſſus ſuos capiunt ab extremo *Iutiæ* promontorio *Schagen*, & ſequenti ferie ſibi invicem ſubordinantur.

JUTIA. JUTIA primum in ordine locum tenet. Ejus litora ſic ſe habent. A promontorio *Schagen* ad pagum *Seeburg* navigaturo ex Noto in Zephyrum curſus per 5. milliaria dirigendus eſt. Ad 3. à promontorio *Sibargen* & 2. à *Seeburg* milliare aliquot exiguæ occurrunt inſulæ, quæ inter utrumque locum dictum interjacentes *Fleyne Holmen* dicuntur. *Seeburg*, & *Aelburger Diep*, inter Notum & Zephyrum intercedentes, 5. mill. differentia ſejunguntur. Hic magno ac profundo ſinu Oceanus *Iutiam* divaricatâ, aquas ſuas uſque ad ſitus Occidentale ejuſdem Provinciæ, quod mari magno contiguum eſt, protrudit. ibique à tenui terræ parte juxta *Treſmond* prohibetur, quominus penitus diſtrictum hunc diſſecans regionem *Vronſoſſel* circumfundat, & à Jutia ſeparatam inſulam efficiat. Introitum ejus nautæ *Aelburger Diep* appellant, totum verò *Lymford* nuncupant, ut paulò ſuprà diximus. Notum ingreſſus deducto ab urbe *Aelburgh*, 3. ab oſtio milliaribus diſtet, & æſtuario tamen ipſi accumbente. In oſtii autem margine ille, qui Polum Arcticum intuetur, *Aelburg* navigantium viſui ſe objicit, ac ex oppoſita litori parte inter *Seeburg* & *Hals* remotiore à litore ſpacio in mari *Leſoe* inſula exterior. Ab eâ verſus Septentrionem in medium locum, quà naves has maris *Baltheici* regiones inviſere ſolitæ curſum tenent, pulvinus vadoſus & lapidoſus recteſit, qui triangulari formâ in longitudinem profectus, 2. ferè jugerum magnitudinem habet, *Trundel*, vel *Trundel* nautis dictus locus, formidabilis certe eſt, & incautis navibus naufragium minatur, quandoquidem ab aquâ vix 4½ pedum altitudine tegitur. Sinus *Aelburger Diep* oſtium, ſequitur proximè alterius æſtuarii litus diſſecantis introitus, cujus receſſui interiori impoſitum eſt oppidum *Marinker*, cum altero *Hobro*, quod intimum receſſus iſtius angulum obſidet. Oſtio poſtea tangit oſtium fluvii *Randerſon* cum ejuſdem nominis oppidulo: Hic ab oppidulo *Schanderburgh*, alveo in plures ſexus ſinuoſos diſtorto, aquas ſuas in *Coldinum* ſinum educendas commiſit. *Stevnsbuyſs*, *Stenchrech* alias, angulus eſt, quem litus majori eminentiâ cæteris ſuis partibus aquæ renitentibus præterndit. A ſinu *Aelburger Diep* curſus navium in Upophœnicem directus 7. mill. percurrit. Promontorio hujus latere Meridionalem plagam inſpicienti immoratur *Grandbay* oppidulum, cujus ſucceſſor eſt *Grimſund* maris ſinus per angultas fauces ad oppidulum *Grimſtede* aſcendens. Hinc in mari ſe contemplandas exhibent *Inſulæ Groote Holm* & *Syre*, quarum hæc à litore remotior, illa verò ipſi propior: Ita litore verò in oculos incurſat *Ebeltoft*, vel *Ebeltoft* oppidulum, unde navigationis curſus in Libonotum tendente, 5. aut 6. miliaria numerata itineri aſcribuntur. *Vero* parva inſula, illi quæ *Groten Holm* appellatur; vicina eſt; à qua *Vedderoe* dicitur. *Ebeltoft* oppidulum & inſula *Samſoe* à regione oppoſitorum ſitum habent. Aliquanto ulteriùs oculos ſi conjeceris, alia adhuc duæ Inſulæ in conſpectum venient: Uni *Eebele*, & alteri *Endelen* nomen eſt. Cæterum inter *Iutiæ* litus & inſulam *Samſoe* interjecta maris regio paſſim vadis & pulvinis profunditate deſtitutis obſeſſa eſt, & quæ de cauſa navigio majoribus nullam navigandi ſecuritatem policetur: Imò noctumam navigationem planè non admittit, cum navigationis nullus omninò certus certus teneri queat. Ab oppidulo *Ebeltoft* litus Meſocoro & Cauro obviam procedens, 4. mill. itinere expedito, *Aerhauſen* attingit, eoque loco poſt ſe relicto viſitat *Horſens*, oſtium fluvii *Vevel*, & *Atelverſond*, vel *Atelverſond* fauces, angulto divortio inſulam *Fognoe* à *Iutia* tractu maritimo diſparantes, quæ obliquo meatu inter utrumque litus excelſitate ſua elatum undas 20 aut 25 orgyarum profunditate ludentes ferunt.

In urbis *Koldingen* confinio *Iutiæ* Borealis limites conſtituit litus in alterum *Iutiæ* partem tranſmittunt, quæ regionem cœli à Sole medium orbem occupante denominatam reſpicit. *Koldingen* civitati non ſpacium frequentiſſimarum ædium ſerie dilatatum, ſed venuſtas & amœnitas gloriam parit. Hic Chriſtianus III. Rex, an. 1559. die eodem, quem ſibi antè prædixit, fato functus eſt. Idem paulò poſt uſu venit Friderico II. Regi, qui eodem quoque tempore, quod ſibi præſagiendo vaticinatus eſt, *Kalumburgi* in inſulâ Zelandiâ ex hujus vitæ contubernio migravit; cum aliquandiu ibi cæſativus detentus fuiſſet. Nomen ſibi feciſſe dicitur à colle, & ſylvâ quadam ſub eodem ſita. Eam nobilitant arx munimentis & operibus bellicis firma, communique tutelæ conſulens, & veſtigal optimum, quod pro quovis bove & equo in Holſatiam & alia loca abigendo, & pontem tranſeunte, ſolvendum. Ab hâc civitate litus tranſcurrit ad locum *Hoderſoen*, vel *Hoderslew*, qui nullis pomœriis cinctus hadtenus apertus jacet. & ſoſi tantum aquæ plenâ circundatur, quæ vix an. 1292. civitatis jus conſequutus eſſe perhibetur. Latis & elegantibus plateis ac foro ſpacioſo & amplo ornatur. In templo Cathedrali ſeu primario ſepulchrum oſtenditur *Knubaldi* Siléſiæ Ducis, quod *Danie Rex Ericus* ſuis ſumptibus in honorem ejus conſtruendum curavit. Legatus eò miſſus erat à *Sueſſonide* Imperatore, ut tranſactioni, Ducatum *Sleſvicenſem* concernenti intereſſet, ac ſtribus inter Regem & Comitem *Holſatiæ* natis operam daret: quâ in re poſtquam Imperatoris nomine ſtrenuam operam navaſſet, tandem peſte correptus ex hac vitâ ſeceſſit. Civitatis hujus ornamenta præcipua ſunt Xenodochium, aut Noſocomium, elegantî architecturæ artificio excellens, Schola juventuti liberalium artium & diſciplinarum cognitione imbuendæ deſtinata, portus capacitate ſuâ plurimas navibus à ventorum injuriâ tutelam præſtans, & ſolum circumjacens, quod hortis & agris fertilibus incolis quævis neceſſaria ſufficit. Arx extra urbem perpulchra, ac pulcherrimo eminente & auro fulvo ſæcellum ſplendens oſtentans, *Johanni Holſatiæ* Ducis opus quod in nominis ſui memoriam *Hamburg* nominavit. Incepto tamen operi extremam manum imponere præmaturâ morte, quam an. 1580 oppetiit, impeditus. *Frederico* II. Daniæ Regi ædificium tam ſplendidum ad finem perducendum reliquit, qui hæc dictatis jure in honorem ejuſdem Ducis poſſeſſionem ſuccedens Jibadtandè abſolvit.

SLESWICENSIS DUCATUS Linea ſic ſe habet: Civitatem *Hoderſoven* excipiunt *Apperade*, & æſtuarium maris navigabile *Flenſborgum* naves deduc-

SLESWICENSIS DUCATUS.

Biblioteca Museo Franz Mayer

cem. Inter *Appenrade*, & *Tondern*, in opposito litore Occanum magnum ateingere angustissimus harum regionum, quæ hanc Cherſonesum occupant, est tractus. *Flensburgum* civitas assurii intimo angulo inhærens, navalis admodum idonei beneficio & navigationis & negotiationis participes est, ac 4. fluii. diverticulo ab urbe *Slesuick* dirimitur. Nominis originem deducit à nobili genere ostiendo *Flenone*, qui hoc in loco aliquot cælas piscatorias, & tuguria rustica posfidit, retinorum annuum solventia. Situs commoditate allecti postea plures se habitandi gratiâ in hunc locum contulerunt, adeò ut tandem civitatis extructa initium factum sit circa annum 1200, ut Bertius tradit, ac nomen à dicto nobili ipsi impositum, qui haud procul ab eâ arcem *Flensburg* in possellione sua habuit. Postquam in civitatis magnitudinem excrevit, *ex voldemari ejus Ducis* munificentiâ & liberalitate civitatis just ipsi accessit. Inter excellentes montes situm nacta, loci amœnitate, aëtium elegantium structurâ, aëris sanitate valetudini conducente, fontium pellucidorum limpiditudine, & soli ambientis ubertate, magnificè se ipsam extollit. Ædes artificiosæ, architecturæ specimina, serie duplici ordinem elegantissimum conservantes, plateæ latæ, quarum 1341 passuum longitudinem habere prædicant, differminantur. Arx moeni extra civitatem exclusa imposita est. Bellorum rabie inter *Danie reges & Holsatie* Duces furentes, pluriens æruminis discruciata hæc civitas, infinita damna extantavit, imo iliade malorum divexata fuit. Illustris est *Sepulchro Sophie Waldemari Danie regis filie, & Marchionisse Brandenburgensis*, cujus monumentum in templo cernitur. Nativitatem item *Melchioris Lorichii* pictoris celeberrimi, qui hic in lucem editus patriam dulcissimam semper in honore habuit. In Chronicis civitatum *Holsatie Andreæ Angelus* capite tertio sequentibus verbis ejus mentionem facit: *Slesuick est, inquit, in Sutia Australis ex parte, quæ ad Ducatum Slesuicensem pertinet, & quidem in territorio Angelen ad Maris æstuarium profundiore meata terram disfindentis, ubi commodâ navigatione adiitur navigiis omnis generis parvi.* Brachium, quod Codanus sinus *Flensburgum* usque extendit, & *Sita*, *Sita*, vel *Afse*, Diocesin *Angleu*, vel *Angelen*, limitibus suis definiunt. Posteriori latus extitus eli fluenti, arcem *Gottorp* & urbem *Slesuick* lavantis, quod aquas per hunc æstuarium in mare *Baltheum* devolvens oneræ suo levari gestit. Primaria Ducatus *Slesuicensis* civitas *Slesuick*, olim *Hleidorf*, & *Heydebe*, vel *Hedeby* dicta, nomine derivato ab *Hetha* Daniæ regina quâdam, nostro ævo Saxonico titulo signatur: In vocabulo enim *Slesuick*, compositio ex *Sler* & *wick* verbis, posterius locum significat, qui sinuoso flexu fluctibus maris, aut fluminis, terram excavantibus spacium cedit: *Sler* autem dicto vel *Sclevenico* idiomati originem suam debet, vel ab æstuario *Slea*, vel *Slya* altius terram hic perterebrante, cui commoditissimo fretu adhubitat, nomen sibi adeptavit. Portus aptissimâ statione navibus securam quietem largiens, negotiationi & navigationi exercendi optimam occasionem offert: quæ hoc tempore mediocriter hic vigent, olim longè frequentiores; adeò ut magnum & celebre emporium, in floretissimo statu versata, fuerit, donec anno 1064 rerum secundarum vicissitudine fasta, à *Vandalis* hostibus tanta clade afficeretur, ut splendore suo priftino orbata, nunquam postea ad præteritam magnificentiam reverendi facultatem nancisci potuerit, sed ad deteriorem partem se applicarit: Unde nostro hoc ævo parva est, & ædibus non adeo splendidis ornata. Opificibus industriis & artificiis affluit, ac eorum inprimis copiâ abundat, qui insignis elegantiæ, ac aciei admodum acutæ & firmæ cultros conficiunt, eorumque manubrias argenti filamenta artificiosissimo opere inferunt. *Otto Magnus* Imperator, Episcopatu *Slesuicensi* confinxit, eam Episcopo sedem ordinariam destinavit. In templo quorundam veterum Regum monumenta ostenduntur. Proxime hoc adhærentem habet *Gottorp* arcem magnificè

Gottorp.

& splendidè excitatam, & *Slesuick* ac *Holsatie* Ducum habitationem celebrem, quam *Adolphus Holsatie* Dux fossis, propugnaculis, & aliis ejusmodi operibus bellicis eo pacto firmavit, ut omni vi hostili ferè superior esse videatur. Operosissimo architecturæ artificio magnifica, lectosi admodum vestigiali accessione loquletatur, de quo constat quod quinquiam annis 9000. boum, qui ex *Danie* per *Holsatiam* agebantur, vectigal solverint. Medium ferè locum inter *Slesuick* & *Kiel* civitates situ suo occupat *Eckelsorf*, vetustissimum *Holsatie* urbium numero adscribenda, ac nominis sui particeps teddita ab arce quadam veteri *Ekernborg*, antea *Ekernsorf* appellata, ex cujus ruinis emersit. Portus excellens quotannis naves in *Daniam*, *Norwegiam*, *Sueciam*, *Ruſſiam*, *Livoniam*, *Borussiam* & *Pomeraniam* emittit. Cum Oceano ferè tota circumfundatur, aquis tamen perennibus, & dulci fusurru ex terrâ fontibus tibus ditata, cervisiam tenuem qualem ac exilem coquit, quæ tamen ob instatum alvum purgandi efficaciam valetudinis causâ in alia loca transportatur, & *Cacabella* nominatur. Ex piscatu frequentiore haud parum lucri etiam ipsi accedit, cum omnis generis pisces marini in piscantium retia hic incidere soleant. Anno 1580 tantæ magnitudinis piscis captus fuit, ut lingua ejus 308. cor verò 80. librarum pondus habuerit: ipso jecore duo & dimidium dolia repleta fuere. Portas duas introitum in urbem permittunt. Earum altera, quâ ad urbem *Angelen* via tendit, ponti fublicio 100. ferè pedum longitudinem habenti vicina est. Nobiles quamplurimi, quamvis arces suas extra urbem in territorio circumjacente, & reliqua regione, possideant, tamen in hac ipsâ etiam splendidâ sibi habitacula ædificarunt. Insigne est Xenodochium cum sacello ante urbem, Alexiis nobilis cujusdam opus. Haud longè ab urbe hâc abest *Levisen* fluvioli ostium, ac *Slesuicensium* litorum finis.

HOLSATIÆ ora spatiosa sequitur. In quâ chi- Holsalenium vel *Kiel* appellatione accepta à nomine *Kiel*, elegantioris structuræ civitas, se adjunxit ramo æstuarii terram hic perfodientis, in quod *Swentin* fluvius ex stagno juxta *Plone* vel *Plone* civitatem erumpens, aquarum suarum molem deponit. Navalis commoditatis operâ negotiationis & navigationis emolumentos fruitur, & comitiorum annuorum, quæ in *Holsatia* celebrantur, sedes est. Arx *Rantzoviorum* elegantissimo architecturæ artificio superbiens, ac palatio splendido exornata, excelsiori loco insidet. Ex hâc *Rantzoviorum* prosapiâ celeberrimâ, & nobilissimâ, plures oriundi in templi primarii sacello sepulchra sua omni ornamentorum genere exornata habent. In Xenodochii templo cernere est monumentum *Adolphi* I. V. qui *Holsatie* Comes, antea monachi cucullâ indutus fuit, ac postea regiminis onere susceptio *Danie* Regem *Waldemarium* I. prælio superavit. Abeli autem urbs hæc *Eckelsorf* 3. & ab Insulâ *Femeren*, quæ *Heiliger Hafen* è regione sita adspicit, 8. mill. intercapedine. In litoris à *Heiligerhafen* ad *Bravo* ostium procurrentis partibus fluminum duorum exitibus terra secatur. Ad ipsum verò *Travo* vel *Travena* fluvii egressum in mare sibi sedem elegit præclarissimum & celeberrimum emporium *Lubeck*, 2. mill. diverticulo à maris *Lubeca.* tractu in terram recedens, quam urbem inter alias pulcherrimarum ædium structurâ, & elegantium platearum ordine eminentem alius adhuc fluvius *Wakenitz* nomine in flumen *Trave* aquis suis exonerans ambit. Aliquot fluminum confociatio & in Mare *Balthicum* sestinatio eam non solum ab omni hostili impetu fortiter defendunt, verum etiam commodissimo navali exornant, adeò ut negotiationis exercitio opulente gaudeat, amplissimaque divitias corradendi occasionibus opimis fruatur, imò etiam *Hanseatico* federi dominantium civitatum caput exiitat. Navium plurium fabricas frequentes colit, ac navibus suis omnia maria peregrando, tam in *Balthico* sinu, quàm in Oceano,

Oceano, navigationi & negotiationi operam dare, locupletissimas fortunas quotannis concervat. Prolixiore & accuratiore descriptione eam, fulioreque stylo dignaremur, nisi præsentis instituti ratio nobis aurem vellicaret, ac in alind tempus illud rejicere juberet.

MEGAPOLITANUS Ducatus. *Wismar. Rostock.*

MEGAPOLITANUS DUCATUS. Litora prioribus succedunt, in quibus *Wismaria*, perveritum & elegans emporium negotiationis & navigationis laude excellit. Medium locum inter *Lubecam* & *Rostochium* urbes obtinent, æstuario maris profundiore arcu terram excavanti & adjuncti, commodiorem navigationis occasionem captans. *Rostochium* excellentis & nobilis emporii titulo gaudens, & inter *Hanseaticas* non minimi nominis, famam Academiâ celebri, & ceteruiâ nobilissimâ & optimi saporis, quam coctam terrestri & maritimo itinere pluribus aliis nationibus communicat, propagavit. Æstuarium maris longiore & arctiore alveo in *Megapolitanum* agrum se immergem, eam extremitate sua attingit, cujus opera navali adjuvo utitur, ac negotiationis & navigationis exercitio frequentioribus occupatur: 7. milliaribus *Wismaria* distans *Warnow*, *Parse* vel *Parow* fluvio adjacet, qui se cum æstuario maris dicto per ostium *Warnemunde* in *Codanum* sinum effundit, postquam unius dimidii milliaris intervallo ab urbe *Rostock* digressus est. Cum hâc urbe *Baltici* maris oram ad Orientem & Septentrionem pronam dimittemus, ac ad eam nos convertemus, quæ Occidentem spectat, postquam eas insulas prius enarraverimus, quas inter utrumque litus in mari collocatas videmus.

INSULÆ IN SINU CODANO.

INSULÆ, quæ inter Orientale *sinus Codani* latus, sive *Holsatie & Sutie* districtus maritimos, & ejus sinus Occidentalem marginem sive *Scanie* oram maritimam intercedunt, & partim in litorum confinibus locantur, partim verò mediam aquam occupant, ac Meridiei & Orienti obverrantur, diversæ sunt, quas sequentibus in enarrationis nostræ theatrum producemus.

FEMEREN.

FEMEREN, alias *Fimbria*, vel *Cimbris* parva nominatur. Quæ *Heiligerhaven* portum adspicit, ab Holsatiæ litoribus angusto freto disjungitur, ac longitudine suâ 2. ferè mill. conficit, latitudine verò unam complet. In eâ conspiciuntur oppidum *Burgh*, vel *Burgh*, & pagi duo *Peterisburn*, & *Stalow*. Freto eam à continente segreganti 5. vel 6. orgyarum profunditas adscribitur. Quâ Meridiem hæc insula spectat, 1. mill. interstitio à fine insulæ *Langelandi* meridionali secedit, acuto ostio *Travæ* fluvii *Lubeck* descendentis ad Borthapelotem, & Noto-Libycum, 14. ferè mill. longitudine remota est.

ALSEN.

ALSEN ad dextram æstuarii in terram introeuntis, & *Flensburgum* adscendentis, quod *Flensburger Fahrt* vocatur, insula sita, inter *Holsatie* litora ac magnam insulam *Funen* interjicitur, & *Flensburge* 3, *Slesuick* verò 6. milliaribus abest. Longitudo ejus per 3. mill. spacium ferè extenditur. In civitate ejus *Sunderburg Holsatie* Dux *Johannes* anno 1595 cum aulicis suis domicilium habuit.

ARR.

ARR. exigue magnitudinis inter *Alsen* & *Langeland* insulas uno oppidulo ornatur, cui *Koping* nomen est.

LANGELAND.

LANGELAND insulis *Funen* & *Laland* interjecta civitatem unam habet *Kuskoping* nomine, ac ex meridionali plagâ in Septentrionalem longitudine sui excurrens 6 circiter milliar, intercapedinem longa est.

OLMS.

OLMS parva admodum & haud magni momenti, inter Orientalem insulæ *Funen* apicem, & *Laland* aleram insulam vicinam locata est.

TASSING.

TASSING uno latere, Occidentali nimirum, *Nyeborgum* oppidum in insulâ *Funen* adspicit, altero vero, Orientali nimirum, oppidum sibi urbem *Kuskoping* in vicinâ *Laland* inspectat, ac præcedente major est.

FRISSEL.

FRISSEL tres parvæ insulæ Orientali *Funen* insulæ margini assident, ac Occidentali insulæ *Zelandiæ* litori opponuntur.

SPRO parva insulæ vicinius habet *Knuthoost* ex insulâ *Funen* promontorium in mare prominens, sed *Cassiter* in insulæ *Zelandia* ora maris finibus oppositâ iidem oppidulum ab eâ remotius est. *Spro.*

FIONIA vel *Funen* aut *Fyonen* longitudinis & latitudinis satis prolixæ insula quidem est, sed magnitudine sua vicinæ *Zeelandiæ*, inter quam & Meridionalis *Sutie* litora collocatur, mulcum cedit. Aliquot oppidis exornatur, inter quæ familiam ducit *Odensee* civitas, æstuario eodem longiore & angustiore tractu terram intersecanti, & à Septentrione ad Austrum tendenti, adjacens. FUNEN.

LALAND Australi suo latere insulæ *Funeren* objecta, ac Septentrionali margine Australi *Zeelandiæ* insulæ lateri obversa, medium inter insulam *Kaiser*, ad quam Orientali sua parte prona est, ac alteram *Langeland*, cui Occidentale suum litus objectat, locum possidet. Præter pagos notiores in conspectum producit *Aterburg* Mediterraneum, & *Maskow* & *Rudy* maritimæ oræ adhærentia oppida. LALAND.

FALSTER inter *Laland* & *Moen* interposita insula, præcedentem magnitudine sibi superiorem agnoscens, 4. ferè milliaria longitudine sua complectitur. Inter eam & *Laland* insulam transitus est maris utriusque insulæ litora interfecans, cui *Gulberssund* appellato urbs *Nicopingh* appolita cernitur. FALSTER.

MEUN insula prioti longitudine sua respondet, latitudine vero cedit. Freum inter utramque se projicienti *Greensund* appellatur: alterum verò, quod hujus Borealem marginem à *Zeelandia* insulæ Australi oræ separat, *girlsund*, vel *inlosund* vocatur. MEUN.

SEELAND vel *Zeeland* omnium *Balthici* maris insularum maxima 18. longitudini suæ mill. & 12. latitudini assignat. Nominis celebritatem ipsi conciliant Regia Sedes *Coppenhaven*, vel *Hafnia*, regni *Daniæ* metropolis, & 15. urbes, cum 12. arcibus Regiis, & 136. parochiis. Marginis Eoi angulus Australem, cui *Steden* nomen est, ab apice lateris, quod in *Scania* regione ad occasum vergit, meridionali, in quo *Falsterbon* vicus sedem habet, 3. circiter mill. aut paulò majore spacio distat. E metropolis regiæ *Hafniæ* regione in conspectum profilit *Draker* insula *Draker.* admodum exigua, ac inter *Scaniam* regionem ac *Seelandiam* alias 2. haud multò majores *Southolm* & *Huena* vel *wiena* se conspiciendas exhibent. Posterio- *Wiena.* rem, transitu sive freto *Danico Sund* appellato propiorem, nomanis tamã & celebritate notissimam cedit *Frandeburgum* arx pulcherrima Regis *Friderici* ac *Tychonis Brahe Dumini de Knudstrup*, nobilissimi ac rerum Mathematicarum peritissimi viri, auspicio anno 1580 excitata, ac quam pluribus instrumentis Mathematicis, quæ singulari artificio excellunt, locupletata. Freum, sive maris fauces, *Scaniæ* sive *Schonen* regionis litus Occidentale ab Orientali Seelandiæ secernentes, inter promontorium, lateris in *Seelandiâ* Orientalis, Boreale, & marginem *Scaniæ* ad occasum Solis vergentem, angustissima sunt, atque communi vsitateque appellatione *Sund* appellantur, quas *Sund.* omnes naves ex *Germanico* mari in *Balthicum* navigaturæ, aut ex eodem in mare *Germanicum* profecturæ, transire, ac *Daniæ* regi vectigal pendere solent, ex quo maximus in *Daniæ* regnum fructus redundat, ac ingens pecuniæ vis cogitur. Transitus autem hic tractu dimidium milliare magnum lato, aut totum parvum, ut alii tradunt, *Scaniæ* & *Zeelandiæ* oras maritimas dirimit. Angustiæ litoræ in mare emergenti ac fauces dictas confringenti impositum cernitur *El-Elsinor.* *sinor* vel *Helsinor* oppidulum haud ignobile, ac fortis & mercatibus anniversariis, quos diversos celebrat, non incelebre: cujus lateri Septentrionali adhæret arx *Cronenburg*, *Danie Regis Friderici* II. opus, architecturæ artificiosissimæ magnificentiâ superbum, ac firmitudine apparatuque bellico ad omnem impetum hostilem excipiendum maximè idoneum, cui anno 1584 extrema manus imposita est. Admirandæ

Biblioteca Museo Franz Mayer

& magnificæ structuræ ædificium potrem adiacentem rustatur, ac faucibus maris ita impetat, ut sine Regis voluntate nulli navi transitus pateat. In propugnaculis torpentorum bellicorum majorum 80. numerantur, quæ globos majores ejaculantia, navibus transitoni de securitatem ædimere possunt: quod idem etiam podulante necessitate præstant illa, quæ in alterâ arce opposito litori insidente, cui *Riczeburg*, vel *Horsenburg* nomen est, eundem in finem propugnaculis imposita sunt. Hinc mutua defensione utraque arx freto huic imperans impedimento est, quominus navis aliqua, nisi cum summo periculo, vectigalis debiti solutionem à se amoliri queat. Marginem Insulæ Septentrionalem profundo ingressu penetrant æstuaria duo, quorum alterum in terram altius se infringentis fini adjacet *Ruhild*, vel *Zuchilde* civitas, 4. tantum mill. divortio à *Koppenhaven* metropoli distans. Celebris olim, vetustatis gloriam & monumentorum regiorum splendorem hodie ostentat, ac ab Academia fuit nobilitatur. Atque hæ sunt potiores ac majoris momenti insulæ, quæ *Balthici* Maris tractum inter Orientales & Occidentales terræ oras conthenant. Ad Occidentale itaque ejusdem maris litus nos convertamus necesse est.

Ruhilde.

Skania.

OCCIDENTALE LATUS hujus in mari *Balthico* districtus exordium sumit ab extremo *Scaniæ* apice *Vasserhorn*, à quo Meridionali plagâ relicta longitudine sua in Aquilonarem cœli districtum proficiscitur, & *Danicarum* Provinciarum *Scaniæ* ac *Hallandiæ*, Regni item *Sueciæ* ex parte aliquâ, ac tandem *Norwegiæ* regni litora complectendens, juxta civitatem *Anslo* vel *Opslo* sui tradus finem invenit.

SKANIÆ Provinciæ litus sequente arcu incurvato, & duobus acuminatis promontoriis intercepto, quorum illud, quod ad Austrum se invertit, *Vasserhorn*, atque alterum, quod ad Boream protrum est, *Kolapellatus*. *Vasserhorn* oppidulum, prius promontorium sui nominis particeps facie, & haud longè à se situm demonstrat *Schonen*, vel *Alvasserhorn*, id est, vetus *Vasserhorn* vicum, *Malmogin*, *Malmæ*, vel *Malmoyen* venustum & ædificiis pulchris decoratum oppidum mercatorium, munitâ admodum arce defensionis incrementum fenit, ac alio quodam adhuc nomine *Elbogæ* nimirum, gaudet. *Landscron* oppidum sic satis splendidum, & è regione insulæ *Ween* situm, etiam aliquid laudis elegantiæ suæ mediocri adscribit. *Helsenburg* arci *Cronenburg* oppositum oppidulum, arcem quoque habet splendore & magnificentiâ *Cronenburgo* minimè respondentem, sed commodo situ monticulo incumbentem, quæ antiquis illis temporibus multis regibus domicilium, & conventibus regni fœdem præbuit. In *Divæ Mariæ* æde, primariæ nobilitatis *Danicæ* monumenta & sepulchra, cernuntur. Ad fauces has *Danicus* sive *Sundi* commodam admodum sedem nactum hoc oppidulum, mediocri negotiatione quathui suo prospicere potest. Qui litus ab eo ad promontorium *Kol* prosequitur, in medià ferè viâ, aquæ substernuntur aliquot periculosæ rupes & saxa undarum integumento navigantes decipientia, quæ à litore altius in mare penetrante, ac *Swyneheden* nuncupantur. *Kol* extremus *Scaniæ* provinciæ, quâ Boream ibi adversum habet, apex, longiore acumine, quemadmodum *Vasserhorn*, se in mare exporrigit.

Vasserhorn.

Mal-mogen.

Landscron.

Helsenburg.

HALLANDIÆ Provinciæ ora maris fluctibus expolita, à promontorio *Kol* usque ad civitatem *Gottenburg* procedit. Promontorii *Kol* Borealibus fluctibus subjecta tota latus oblongo & angusto sinu, aut potius fluvii ex terrâ defcendentis ostio, cujus introitum oppidulum quoddam *Engelholm* finistro ejus margini incumbens occupat, stipatur. Haud prolixo ante angustum, qui hunc maris in terram introitum complectitur, finistrum spacio, insula parva *Swederoer*, vel *Swedero* apparet, pago exili *Torche* in ipso apice fedenti è regione obiecta. Prædi situi proximus est alius duos diversos fluvios per ostia sua irrumpentes absorbens, quorum unus juxta oppidum *Lahulm* adstrum sibi patefacit, alter verò proximè urbem *Helmsse*, vel *Helmsted* exitum invenit. Ad Septentrionem verò si ab isto situ recedas, alterius fluenti undas marinis commiscet fluctibus cetnes. Belgarum mutis dicitur *Rivier van Falckenburg*, id est, *Falckenburg* flumen, ab oppidulo ejusdem nominis, quod undis suis perfundit. Vicinus hujus fluminis ostio sinus litus iterum excavat, ac oppiduli cujusdam, cui *Warrishergen* nomen est, confinia *Wyrgerallnendo* lavat. Ab hoc loco terminus terræ in hâc, *bergen.* & sequentibus provinciis, ut & *Norwegiæ* reliquis distrctibus, fluctibus marinis pulsatus, in plurima quasi fragmenta diffilire incipit, ac distractam contractumque litoris sui faciem fluviorum, quibus paludibus & stagnis mediterraneis clapsi in mare cuclum suum accelerant, frequentiæ partim accepeam fert, partim verò insularum parvarum, scopulorum, ac cautium, quibus omnis hæc ora obsessa, & tanquam vallo quodam continuo obsepta est, multitudini infinitæ adscribit. Omnes has manitias prolixâ & copiosâ enucleatione hic persequi nimis longum foret: à quo cum præsentis nostri instituto ratio penitus abhorreat, omissis parvi momenti locis potiora tantum in conspectum prodire jubebimus. *Monckersfund* oppidulum fluvii cujusdam aquis alluitur, & *Conshael*, aliud ejusdem generis, æstuario cuidam maris in terram se immittentis appositum est.

Falckenburg.

Schelphil.

Anslo.

SUECIÆ Regni litora, haud procul ab oppidulo *Conshael* conspectu exordium sumentia, exiguo admodum districtu inter *Hallandiam* & *Norwegiam* hanc *Cedani* situm extremitatem attingunt, ac proinde brevire cursu mari se legenda exhibent. *Gottenburg* elegantioris splendoris civitatem recenti origine super cæteras Belgæ potiores incolæ, qui ex *Belgio* sedem suam eò transtulerunt, privilegiis & immunitatibus à *Suecia* rege Serenissimo concessis invitati, pulchrioribus ædificiis exornarunt, & negotiatione ac navigatione incrossa locupletarunt, commoditate loci inprimis consum ipsorum promovente. Vicina sunt *Nidem*, & *Babus* oppidula duo, propè inconspectu exitus, quem fibi *Wonder* fluvius in mare egrediens aperit. Eum *Wonder Wonder.* *Wyndar*. lacus *Suecia* ingens aquarum suarum mole se lewatis eructat. Quâ fe in mare præcipitat, aquis suis in diversas partes distortis duarum insularum est effector, quarum minori ad dextram *Mosseland* nomen indirum est. Inter eam & continentem in ipso maris frontispicio alia parva insula, cui *Masserland* nomen est, & parvum quoddam oppidulum insider, se conspectui exhibet. *Pater Nosser*, magnus & in longitudinem protensa scopulorum & cuptum series, grandi longinquitate spacium à litore decurrentem in mare producit. *Britto* excellum montem in rotundam fere figuram naturæ tornavit. Litus hoc *Suecia* maritimum, & *Istia* extremitas, quæ nomine *Schagen* signata est, è regione se mutuo alpectu contuentur.

Gottenburg.

Nidem.

Babus.

Wonder.

Mosseland.

Pater Nosser.

Britto.

Schagen.

NORWEGIÆ Tractus maritimus, partim maris *Balthici* fluctibus humectatos, partim Oceani *Germanici* undis percussos, excedit a *Babuys* & *Dronthemium* abiegat, quæ ejusdem litoris pars in præsenti tabulâ hydrographicâ ante oculos stanturi. Reliquam partem ea in oculis conflituit, quæ Finmarchiæ & Lappiæ litorum effigiem exhibet. *Babuys* ara in extremis *vesternorthen* limitibus excitata, cæteris medium flumen *Trolhetta* occupantis, acuminis imposita ætemitur.

NORWEGIA.

Babuys.

Vesternorthen.

VIKIA vel *Vigsden* prima *Norwegiæ* districtus, ad *Volga* quam *Kongel Vädewal*, & *Mossfrand* civitates pertinent, hic litora sua inspicienda offert, cum quorum situ sequenti pacto comparatum est: *Korchsond*, ingens sta- *Kerchsond.* minis ex penitissimis locorum mediterraneorum visibus receptus perfugium præbet. In Austrina parte *Sandsfiord.* conspicitur parvum quoddam æstuarium, *Sandsford*, vel *Sandsford*, quod proximè comitatur alterum haud majus *Longen* nomine, ac postea mox alind magnitudine priora superans, quod *Oxesford*, vel *Oxevers* nomine innotuit. *Trom* & *Mardon* nomina duarum insularum, simul cuidam maris præfixarum, in cujus margine conspicua sunt duo oppidula *Hosnes*, & *Nidenes* o-

Vigsden.

Volga.

Kongel Vädewal.

Mossfrand.

Korchsond.

Sandsfiord.

Sandsford.

Longen.

Oxesford.

Trom.

Mardon.

Hosnes.

Nidenes.

altius in

Ostrum.

altius in terram se ingerentis, cui *Ostrum* nomen competit, latent Austrino accumbentibus. Situs dicto adhærent diversa oppidula, *Osborgh*, *Odlerus*, *Alesses*, & *Dragesse*, ubi diversis negotiis pinguibus, ut sevo, ac aliis ejusmodi pinguedinibus, navis onerantur. *Acherfond* insula *Schephil* & *Ostrum* sinuum 2. litori interme- *Schephil.* dio objacet. *Schephil* sinus commodus navalem stationem navibus largitur, quæ pinguedines ac perticas abiegnas petendi causâ eò confluunt. Porrò tres adhuc sinus alii occurunt, *Graerwyck* nempe, *Elfange*, cui aliquot insulæ parvæ, *Suffers*, id est, soeores nominatæ, objacentur, & *Enge*, apici huic, quem continens in mare emittit, adjunctus, ubi hujus Diœcesios litoribus terminus constituitur.

Anslo vel *Opslo* Episcopatus tractus maritimi priori- *Anslo.* bus subjungitur. Inter *Enge* & continentem terram à tergo insulæ *Fardar* maris æstus ingentem sinum excavavit, qui haud procul à *Enge*, quà naves ingredientes dextrum ejus marginem legunt, fluentum quoddam condit, aquas fuas ex aliqhot stagnis collectas in unum alveum cogens, ac per paludem *Sperdilen Vand* adducens. Quæ idem sinus finitro margine introitum claudit, alterius fluvii ex palude *Eradern* accelerantis accessu incrementa sumit. Inter utriusque fluenti ostium altius in terram ascendens *Soen-water* à Belgarum nautis cognominatur, ac *Anslo* sedem Episcopa- *Opslo.* lem, quam incolæ *Opslo* appellare consueverunt, attingit. Alidens ipsi ars *Aggershuss*, vel *Agershuss*, sedes fecis forum est Judiciale, ubi omnes lites forenses per totum *Norwegiæ* regnum excitatæ Judicum Regiorum sententiis æquissimis decidantur, & sopiantur. Juri- *Gerichtus Gottenburg.* dictionis hujus potestari obnoxiæ sunt *Norwegiæ* Regni primariæ Dioeceses, *Tellemarck* pars, *Hedemarck*, & *Romarick*. *Ball* insula in lateris finistri quod ejusdem finus ingressum cingit, confinibus sedem sibi fixit. Eidem vero margini ad larvam sito *Coyerwyck*, & *Brackenesse* duo haud magni momenti oppidula incumbunt. *Tonsbergh* Cognitione structura, oppidi titulum meretur, ac finui alteri annectitur, qui ad dicti æstuarii grandis Borealem partem finu suo recessit. *Laerwyck* longâ latitudine, & prolixâ magnitudine dilatatum æstuarium oblongum immigratione, terræ disjunctæ, se insinuans, extremâ sui parte fluvii cujusdam ex Mediterraneis adventantis undas fuis adjungit, ac loca plura possidet, quæ à Belgarum nautica turba crebris navigationibus visitari solent, cum omnis generis ligna abiegna navibus imponenda, & in Belgium avehenda fubministrent. Proximè succedit aliud simile *Langesund* nomine, quod haud minus latum, quàm profundum terram longo hiatu discindo ejus penetralibus interioribus se immergit, ac fluentum quoddam fuciapit duplici ostio litus perrumpens, postquim aquas suas ex palude quadam eduxit, cui *Norsowvant* nomen incolæ largiti sunt. Brachium hoc maris altius terræ nunquam commodissimâ flatione, quam navibus anchoris incubuntis offert, cæteris omnibus totius *Norwegiæ* navalibus antecellit. In ejus introitu aliquot insulæ parvæ sedem suam collocavêre. Finem hic invenit Episcopatus *Opslo* extremitates marienæ, locum his cedentes, quibus sequens territorium Episcopale maris fluctibus impetus reiicit.

Ostrum.

Schephil.

Anslo.

Opslo.

Gerichtus Gottenburg.

Tonsbergh.

Laerwyck.

Langesund.

Norsowvant.

Stavanger Episcopatus primo exhibet perlustranda litora Diœcesios *Nidenes Leen*, quorum series secundum maris oras procurrens sequenti pacto ordinem suum tuetur. *Isserland*, vel *Inserland*, id est, virginum regio in Orientali latere portæ situr commodissimo, qui *mukkel* appellatus navibus tempestate laborantibus tuto recessus perfugium præbet. In Australi parte ædificiis exornatum, & negotiatione ac navigatione incrossa locupletatum, commoditate loci inprimis consum ipsorum promovente. Vicina sunt *Nidem*, & *Babus* oppidula duo, propè inconspectu exitus, quem fibi *Wonder* fluvius in mare egrediens aperit. Eum *Wonder Wonder.* *Wyndar*. lacus *Suecia* ingens aquarum suarum mole se lewatis eructat. Quâ fe in mare præcipitat, aquis suis in diversas partes distortis duarum insularum est effector, quarum minori ad dextram *Mosseland* nomen indirum est. Inter eam & continentem in ipso maris frontispicio alia parva insula, cui *Masserland* nomen est, & parvum quoddam oppidulum insider, se conspectui exhibet. *Pater Nosser*, magnus & in longitudinem protensa scopulorum & cuptum series, grandi longinquitate spacium à litore decurrentem in mare producit. *Britto* excellum montem in rotundam fere figuram naturæ tornavit. Litus hoc *Suecia* maritimum, & *Istia* extremitas, quæ nomine *Schagen* signata est, è regione se mutuo alpectu contuentur.

Stavanger.

Nidenes Leen.

Isserland.

Sandsfiord.

Sandsford.

Longen.

Oxesford.

Trom & Mardon.

Nidenes.

Soen-water.

Agershuss.

Eraderen.

Enge.

Fardar.

Sperdilen Vand.

Coyerwyck.

Brackenesse.

Tonsbergh.

Laerwyck.

Langesund.

Norsowvant.

Osborgh.

Odlerus.

Alesses.

Dragesse.

Acherfond.

Graerwyck.

Elfange.

Suffers.

Enge.

Fardar.

Soen-water.

Opslo.

Aggershuss.

Gerichtus Gottenburg.

Eraderen.

Sperdilen Vand.

Coyerwyck.

Brackenesse.

Tonsbergh.

Laerwyck.

Langesund.

Norsowvant.

Stavanger.

Nidenes Leen.

Isserland.

Mukkel.

Nidem.

Babus.

Wonder.

Wyndar.

Mosseland.

Pater Nosser.

Britto.

Schagen.

Ostrum.

Schephil.

Anslo.

Opslo.

Gerichtus Gottenburg.

Tonsbergh.

Laerwyck.

Langesund.

Norsowvant.

Osborgh.

Odlerus.

Alesses.

Dragesse.

Acherfond.

Graerwyck.

Elfange.

Suffers.

Enge.

Fardar.

Soen-water.

Opslo.

Aggershuss.

Gerichtus Gottenburg.

Eraderen.

Sperdilen Vand.

Coyerwyck.

Brackenesse.

Tonsbergh.

Laerwyck.

Langesund.

Norsowvant.

Stavanger.

Nidenes Leen.

Isserland.

Mukkel.

Nidem.

Babus.

Wonder.

Wyndar.

Mosseland.

Pater Nosser.

Britto.

Schagen.

Biblioteca Museo Franz Mayer

per totam Europam quotannis distribuit. Mostibus excellioribus circundata portu tutissimo naves adventantes à maris tempestatibus & injuriis defendit, unde hoc nomen ipsi obtigisse plures opinantur, cum *Herbergen* vel *Herbergen* Germano idem sit, quod latinis est abscondere, aut occulere, quandoquidem navali ejusmodi securo naves occultantur. Antiqui'quidam in hac civitate consuetudine superioribus temporibus barbarum quidam & inanitatis mos invaluerat, ut mercatorum ministri, qui ad ascili arefacti mercaturam animam adjecerant, præter mortem humanam & Christianam horrendis modis & cruciatibus indignis divexari fuerint, antequam ad mercaturæ ejusmodi exercitium admitterentur, & ascitorum arefactorum mercatores evaderent. Verum pessima ejusmodi & homine Christiano indignissima consuetudo jure ac merito jam in desuetudinem abiit. Et portus commoditas & negotiationis lucrum frequens plurimas naves allicit, quæ quotannis ad hanc urbem confluentes mercaturæ exercitium mirum in modum promovent. Ab urbe *Bergen* litora iterum sursum fluminis promoventia sinus sequentes offenduntur *Sandwyck* nimirum insulæ *Harlee* advertunt, *Kosster*, & *Osserre*. *Vyfwerckhoppe* concentuariorum scopulorum congeries 2. aut 3. milliaribus, extra cæteras litus obsidentes cautes, satis longo spacio in Oceanum prodeambulat. *Olde* vel *Oldo* excellæ eminentiæ rupes aliquo à litore intervallo in mari extra undas acumen sursum attollens, aliquot scopulorum & saxorum facilitio dispartit. *Dryffter* fluminis cujusdam exitus est: *Oldesond* nomen sinum proximum notat: *Eynsond* admodum parvum æstuarium naves altius in terram ad *Waldorf* & *Elterdal* oppidula sibi appolita deducit. *Eyn* ad 3. ab *Oldesond* milliare ingentis magnitudinis scopulis jugum attollit, duobus grandibus collibus acuminatum, quibus ungulæ vaccinæ, aut mitræ Episcopalis effigiem repræsentare videtur. *Ornsel* ad 3. milliare à præcedente alii rupes ingentis magnitudinis, inter rotundi & excelsi montis in Mari sedet. *'t Lands van Staats* litoris hujus portio, ex terra in Oceanum oram circumjacentem eminentiâ superante & projiciens, 3. angulos habet, *Snydebeeck* nempe sive apicem Australem, *Middelsbeeck*, id est, medium angulum, & *Norderbeeck* aut Boreale acumen. Cæterum tractus hic maritimus nullis grandibus scopulis, aut insulis obscurus, navigationem secundum litus liberam largitur, adeò ut omnia navigia, & *Norwegica* celoces ex *Finmarchia*, & à promontorio *Nordcap* Bergam transmittere, passim per scopulos & insulas litori objectas transire cogantur, sed hoc in loco libero mari vrantur. Quà vero maris extremitas litus ipsum ferit, parvis illud cautibus & saxis pluribus minimum offendit. Inter *Ornsel* & angulum promontorii dicti, qui meridiem spectat, grande quoddam æstuarium largo divortio terram dirimpens, *Bergen* navibus petentibus per interiores terræ partes confractas transitum aperit. Haud longo spacio ab angulo Septentrionem inuente regionis hujus extremitas mari incumbens, ad Borrhapicitorem itinere suscepto, per plurimarum insularum, quæ *de Eylanden van Flerwick*, id est, insulæ *Flerwick*, Belgis dicuntur, congeriem, 6. milliarium longitudinem deducit. Partim majores partim minores compluribus saxis & rupibus infertis circumvallantur. *Syvaen*, vel *Svinoe*, id est, porcorum insula, ingens est moles saxea, unius milliaris plus minus spacio extra dictas insulas *Flerwick* locata. *Bretsond* in earundem insularum fine, quarum illa, cui *Hesten* nomen est, postremum locum obtinet, interitum offendit ex Oceano ad urbem *Romsdale* ducentem. Maris brachia & sinus, quibus reductis utrinque litoribus, ex Oceano in terram aditus patet, his in locis incredibili fere parvarum insularum numero obvallantur, quibus de *Romsdalsche Eylanden*, id est, *Romsdalenses insulæ*, nomen ab urbe *Romsdale* commune fastum est: Eas consequuntur *Romsdalsche Schaeren*, seu infinitus rupium & scopulorum numerus, qui litus hoc præter cæterasque, cum angulo seu promontorio *Bur* vel *Burde* finiuntur. Omnes verò hæ insulæ, cum cæteris locis omnibus, quæ spacium litoris inter insulam *Hesten* & promontorium *Bur* vel *Burde* interiectum occupant, civitatis *Romsdale* foro & juri subjectæ sunt. *Bretsond* navale in Australino promontorii *Bur* vel *Burde* latere nonnullis scopulosis collibus circumvallatum, introitum & stationem totam navibus haud invidet. A promontorio *Bur* ad alterum *Stemmetholsset* 2. parvorum milliar. iter emetitur litus ad Borrhapeliotem vergens, ac eam frequenti tractu multum, ut quasi continuum scopulis esse videatur. Proinde onerariis navibus ob loci difficultatem & periculum nulla hic navigandi facultas conceditur, quæ remotiorem à litore cursum instituere necesse est, nisi in præsentissimum discrimen se præcipitare velint. Navigiis vero minoribus, quibus *Norwegia* incolæ uti consuevêre, hæc loca pervia sunt. *Stemmetsser*, vel *Stemmetsset*, excelsus apex ex litore in Oceanum prominebat, duobus collibus dorso insidentibus gressui in mare constituit, clarè conspicitur, ac *Normer* Regionis ad insulam *Fiskholm* limites suos extendentis exordium est. Regio, quæ sequitur, *Hitteren* appellata, angulo *Agenes* terminatur. Oras has maritimas obsequunt multi scopuli, ac cautes, ac plurimæ parvæ, ac & aliquot grandes insulæ, inter quas & continentis litus, meatus navigabilis *het Lied van Dronthem* nuncupatus, intercedit, qui naves inter utrumque vela facientes ad civitatem *Dronthem* deducit. Initium ejus est justa *Stemmetholsset*, unde occasui solis tergum vertens, ad Orientem cursum suum producit, donec ad angulum *Agenes* pertingat, ubi progressum suum mutatum à Septentrione ad Meridiem convertit, ac iterum mutato itinere ab Occidente ad ortum pergens, tandem civitatem *Dronten* vel *Dronthem* attingit. *De Swarte Ox* sive niger taurus, ad tormenti belli jactum ab apice supradicto, nigro colore obdutus scopulus, in solitudine quali constituitur, & in rotunditatem tornatus haud ita magnam, nonnihil eam ante se cautem habet grandem, albo colore micantem, vel potius insulam saxosam exigua admodum magnitudinis, quæ pallido colore in conspectum prodeat, *Witholm* nomine infignita est. Dimidii circiter milliaris spacium à prioribus duabus rupibus ulterius in mare recessit majoris quidem & latioris magnitudinis scopulus, qui *Vogel*, id est, avis nominatus, ad tantam tamen altitudinem non assurgit, ac maris æstu confueto undas attollentes, parvo apice aquam superat, atque ab eâ, præter moem consuetum quandoque elatâ & effervescente, planè tegitur. Ad dimidium milliare magnum à priori scopulo, quâ se distribus hic maris ad Circium inclinat, multi scopuli & cautes, quibus *Atzeholmen* nomen est, conspectui patent. Dextri lateris, quod *Lied van Dronten*, id est, *Lied van Angelliæ* inter insulas & continentem *Dronthemium* *Dronten* extendentes habent, ora maritima inter utrumque promontorium *Stemmetholsset* & *Dromsoes* multis insulis obvallatur, quæ omnes serie ordinatâ & æquali fere mutuò consequuntur. Sed ea litoris ora, quæ ab angulo *Dromsoes* ad alterum *Agenes* provehitur, nullis scopulis aut insulis intercidit, nisi quod nonnulli portus inveniantur ortum suum ostiis attribuentes, quæ flumina nonnulla in mare labentia sibi aperuerunt. Quamvis autem inter *Dromsoes* & *Agenes* scopuli hinc inde occurrant, litori tamen adeò propinqui sunt, ut navigantibus in commodum quilibet afferre possint. A promontorio *Agenes* litus *Dronthemium* progredienti, nullis etiam cautibus perfringitur, ostiis fluminum exceptis, quibus in anguftas has maris fauces se immittentibus perforatur. Ante *Trondheim* grandius æstuarium situm suum habens, insulis quibusdam introitus obsidentibus securius redditur, ita ut navale exoperatum navium stationi probè inservîat. Fascium maris dictarum, quæ litinere maritimo naves *Dronthemium* promovent, latus sinistrum sic se habet. Pri-

mo scopuli *Atzeholm* & *Flesland* occurrunt. Posterius nomen transitum signat, qui scopulos *de Elssen*, id est, lagenas, coalescere non finens, permeari potest. Sunt autem saxa tria Oceano insidentia, quæ mutuo ordine sibi faccedunt. Deinde cernitur *Cryp*, insula quidem tenuis & parva, ac rotundo ambitu formata, & piscatoribus pluribus inhabitata, qui ad 8. milliare à continente in Oceanum navibus suis concedentes, piscatui operam navant. Ante illam, qua *Lied*, sive tractus maris *Dronthemium* proficiscentes respicit, plurima scopulorum hanc Oceani regionem possidentium pars, superficie maritima superior, fluctibus non tegitur. Quà verò insula dicta cum scopulis vicinis faciem suam ad ortum solis convertit, è regione sibi objectos spectat plurium scopulorum & cautium congeriem, cum qua meatum maris *Cryssond* ab insula dicta cognominatum constringit. Postea diversæ ac plures insulæ, scopulorum ac rupium plurimarum comitatu cinctæ, sequuntur, quæ ferisim sibi deducunt ad *Romsdale* meatum quendam Oceani navibus patentem, quem iterum aliquot insulæ, & ipsi immixti scopuli subsequuntur. Denique regio *Hitteren* conspectum non fugit. Duæ sunt oblongæ, & in angustam latitudinem contractæ insulæ, quarum margo fluctibus Oceani plurimum insularum parvarum & rupium valla objicit; ille verò qui interior est, ac fauces seu transitum *Dronthemium* transcuntem constringit, scopulorum & cautium orbitate, navigationis securitati consulit. Utrinsque longitudo si conjungatur, 5. milliarium spacium complebit. In duas autem insulas disjungentur à fauces quibusdam angustioribus, per quas Oceanus ludentis suas undas reciprocando, in *Lied van Dronthem* immittit, & recipit. Faucibus *Romsdale* proxima *Zuyder Hitteren*, & ab iis remotior *Norder Hitteren*, id est, Meridionalis & Septentrionalis *Hitteren* appellatur. Inter Septentrionalem illam, & alteram *Ewiland* situs magnam insulam, quæ fecuris effigiem repræsentans, manubrium secundum fascium *Dronthemiorum* longitudinem protendit, & alteram partem suæ civitati *Dronthem* accumbenti adjungit, insulæ duæ exiguæ, nimirum *Norder & Suder Lexen*, id est, *Borealis & Meridionalis Lexen*, quæ conjunctâ longitudine dimidii ferè milliaris intervallum conficiunt, in Oceano sedem habent. Postremo *Nidrosia* vel *Dronthem* apparet. *Regni Norwegiæ* olim Metropolis fuit, & Regum atque Archiepiscoporum sedes, cui, hodierno die vico quam civitati similiori, ex antiquo splendore præter regiam arcem, & Episcopale templum, temporis vetustas, omnium rerum edax, nihil reliqui fecit. Atque hæc sunt Occidentalia Germanici Oceani litora, quæ à freto *Gallicum* ab *Anglia* sejungente *Dronthemium* in *Norwegiam*, provehuntur, & Orientalem Maris ejusdem marginem retundunt.

ORIENTALIA LITORA.

ORIENTALIA LITORA, quæ ab Occidentalibus Oceani Germanici fluctibus feriuntur.

ORIENTALIA MARIS GERMANICI LITORA, quæ ejusdem Occidentalibus fluctibus lavantur, ad Angliæ ac Scotiæ regna pertinent, ac ab oppido *Dovorea* ad fretum *Anglium* & *Gallium* dividens fino exordium capientia, Meridionali cœli plagâ relictâ, Septentrionalem petunt, donec extremum *Scotiæ* regni apicem attingant, & in insularum *Hiland* confinia exitum inveniant. Complectuntur igitur *Angliæ* & *Scotiæ* regnorum latera Oricnti Soli adversa, quæ passim navalibus stationi navium commodissimis à natura, dotata, non solum navigationis commodum mirum in modum promovent, verum etiam negotiationis exercendæ occasionem utrique regno locupletissimam offerunt.

ANGLIÆ REGNI oram maritimam *Dovereos* oppidum, cujus modò mentionem fecimus, inchoat, ac *Barwyck*, in *Scotiæ* finibus oppidum, terminat, ita ut ab Austro ad Septentrionem curriculum sinum conficiat. *Dovereos*, *Calei* civitatem in Gallico litore sitam è regione oppositam habens. Harum navibus idonearum non invidet, & celeberrimâ nominis fama præ cæteris portubus insignitæ, quod ibi potentissima Hispanorum classis à *Martino Harpertz Tromp Hollandia* Thalassiarcho anno 1639 aliquandiu obsessa, ac tandem capta fuerit. Hâc urbe à tergo relictâ, litus dorso gibboso inter Austrum & Septentrionem usque ad apicem extremum lateris, quod dextrum ostii, *Tamisis*, celeberrimo fluvio exitum largientis, marginem occupat, provehitur. *Tamisis*, vel *Temsa* fluvius, per cujus alvesum naves oneratæ ad Regiam Metropolin *Londinum accedere* possunt, ex fontibus suis in agro *Buckingamensi* effusus *Tama* appellatur. In Oxoniensi vero districtu sub *Oxonio*, ubi *Isis* & *Churwellus* aquas suas confundunt, cum priore & nomen & aquas confociat, ac *Tamisis* nuncupatur. Postea muris fluminibus secum abreptis continuatum *Middelsex* pererrat, Londinumque prætervectus latissimo ostio, sub *Gravesende* oppido, Neptuni imperio fluctus suos fubjicit. Dextra ejus ripa, qua se in Mare effundit, ad Comitatum *Kent*, vel *Cantium* pertinet. Sinister verò margo Comitatus *Essex* terminus est Meridionalis. Quanta verò hujus fluminis beneficio mercatura *Londini*, ac per potiorem horum comitatuum partem, exerceatur, toti mundo innotuit. Ad dextram fluvii *Tamisis* latè suas undas effpantis altus nomine *Medway*, qui ab urbe *Rochester* decscendens, plurimos fercundos agros fubluit, *Schepey* insulæ objectu disjunctus, duobus æstuariis in *Tamisis* æstuarium infert, & *Cantii litora* claudit.

Essex Comitatus ora maritima diversorum fluminum ostiis interrumpitur. Ex grandis sinus proximi margine dextro erumpunt *Chelmer* & *Blackwater* fluvii, prope *Wickham* amicâ consociationc aquas suas conjungentes, & unigno ostio effundentes. Ex finibro autem emergit alius *Colne*, vel *Colne* vocatus, qui ab urbe *Colchester* iter suum in Oceanum facit, ac per duplex ostium effusis terram in sinu ex aquis emergentem in duas insulas dispertit. Ab hoc æstuario litus progreditur ad aliud *Orwellaven*, quod nomen sibi adscivit ab *Orwel* fluvio in illud se effundente. Duplici autem ostio flumina duo recipit, *Stoure* nimirum, quod *Essexiam* & *Suffolciam* limes differminat, & *Orwel* ex Comitatu *Suffolcè* advenians. Apici sinus Meridionali *Harwich* oppidum insidet.

Suffolciensis Comitatus litorea hanc locorum seriem habent. *Eadrwey* vel *Sandrwey-haven* portus, & ostium *Debeni* fluvii, quem alii *Throdlow* vocant. *Orforderwes*, vel *Orford-haven*, ab *Orford*, vel *Orford* denominatus portus. Fuit hoc oppidum frequens & amplum, cui Oceanus fenfim recedens commoditatem naves excipiendi subduxit. In portum hunc duo flurioli se immittunt, quorum posterior duplici ostio aquarum onere levatur. *Aldburg* flatio navium tutis & quietioribus commoda & frequens. *Dwrwich* amplum olim oppidum, hodie fluctuum violentiâ maximam partem abreptum, & quasi in solitudinem redactum. *Sorly* vel *Sorwolde* portus fluviolum exiguæ profunditatis excipiens. *Easmaresse* promontorium longius in ortum protuberans. *Nieuwey* fluvius Mari appropinquans, duplici alveo in Oceanum undas suas evehit, ac alterum, Borealem nempe, cum fluvio *Hierra* vel *Garsone* communem habet, utroque autem insu-

Biblioteca Museo Franz Mayer

lum non exiguum efficit, quam alii *Lovinghland*, alii *Lathingland* vocant. *Lenghtat* vel *Lestof* vilius oppidulum Meridionali ostio habetur. Caeterum fluvius *Waveney* inter *Suffolciensem*, & *Norfolciensem* comitatum limitis vice fungitur.

Norfolciensis Comitatus maritimi districtus sunt sequentes. *Iarmouden* emporium haud ignobile, incolis abundat res mercatoriæ studentibus, ac halecum piscatui peculiarium incumbentibus, qui in hac Oceani ora est uberrimus. Nundinæ hic habentur ad festum *Michaelis* frequentissimæ, in quibus incredibilis halecum copia quotannis emenso & vendendo distrahi solet. *Yonderton*, vel *Yonderdoun* promontorium nominis sui, inter *Iarmouden* & *Hasburgh* in Oceanum se projicit, à quo haud procul conspicua sunt *Cromer*, vel *Crommer*, & simosum æstuarium à reducto litore admodum, quod Anglis idiomate suo *Hunburnemouth* dicitur, ac fluvioluum ablambet *Clay* & *Blackeney* dividentem, quorum posterius *Carmellarum* fuit Collegium superiori sæculo admodum celebre. In Regione hac, præsertim illa, quæ *Walsingham* vicum circumdedit, optimi croci proventus est mirificus. *Wells* oppidulum est, quod litori se reducenti, ut finium maris admittat, opponitur. Acumen extremum, quod in sinu hoc grandi occurrit ac *Capelle* nomen habet, Anglis *S. Edmundi Capelle*, id est, *S. Edmundi Sacellum*, nuncupare solent. Æstuarium hoc lato intervallo patens, & profundiore immissione *Norfolciensem*, & *Lincolniensem* agrum disjiciens, communi nomine *The washes* ab incolis *Angliæ* insignitur. Ac quamvis spaciosâ largitate se dilatans longè latèque aquas suas diffundat, plurimis tamen vadis arenosis & pulvinis consternatur, inter quos meatus navigabiles profundiore aquâ transeuntes navibus onerariis commodum transitum largiuntur. Cæterum æstuario dicto accumbit, *Snettisham* oppidulum, post quod ostio tangit *Ouse* fluvii ostium *Norfolciensem* comitatum à *Cantabrigiensi* secernentis, ortum suum ex *Buckinganensi* comitatu ducentis, *Bedfordiensem*, & *Huntingtoniensem*, comitatus peragrantis, ac Episcopatu *Cantabrigiensi* perlustrato sub civitate *Lyn* in supradictum sinum se effundentis.

Lent, vel *Lyn*, vel *Kings Linne* oppidum amplum, ac profundâ fossâ ac mœnibus maxima ex parte cinctum haud magno intersititio à fluminis *Ouse* exitu abest, ut portus idonei commoditatem nactum mercatoribus incolis affluat, ac pluribus ædificiis exorneturr. Duobus fluvialis exiguis dividitur, partesque divisæ pontes plus minus 15. conjungunt. Inter *Nyne* & *Ouse* fluviorum ostia litus est reguncule *Merthland*, quæ lacubus, & flagnis repleta aquarum colluviem & copiam tum maris tum fluviorum *Ouse* & *Nenne*, vel *Nyne*, *Welland*, & *Grand* acceptam fert. *Nyne* fluvius ex Comitatu *Norfolciensi* ortum nactus unius & dimidii circiter milliaris spacio ab *Ouse* fluvii ostio in æstuarium *The washes* undarum turcinam deponit ac Norfolciensem & Cantabrigiensem Comitatus à Lincolniensi segregat.

Lincolniensis Comitatus margo Mari contermina sequentia loca offendat: *Wellands* fluvii ostium ad tertium ferè milliare Germanicum à prioris fluvii ostio. Oritur autem in Comitatu *Northamptoniensi*, ac in itinere flurium *Grant* sibi adjungit. Sub oppido *Boston Wishama* fluvius incredibili copia optimi piscis lucios piscantibus offerens, undis suis in supradictum æstuarium *The washes* illatis, onere suo levatur. Flavium hunc emittunt fontes in *Lyrefriensi* Comitatus finibus siti, unde defluens, postquam fluctibus suis oppidum *Grantham* humectavit, *Lincolne* hujus Comitatus Metropolin petit, (ubi Henricus, Regum eorum, qui hoc nomen habuerunt, primus hunc fluvium cum *Trenta* flumine fossâ 7. milliarium longitudinem habente conjunxit) inde ad oppida *Tatersthal* & *Boston* descendens infra posteriorem in dictum Oceani sinum se præcipitem dat. Exterius hujus æstuarii promontorio Boreali nempe *Longernesse* nomen est à quo litus *Lincolniense* ad *Humber* fluvii ostium magno æstuario patens festinat, ac in, itinere directiorum fluvioloruin ostiis interfecatur.

EBORACENSIS Regionis maritima loca sic *Torck* describuntur: Initium sumunt ab exitu *Ouse* fluvii in æstuarium hoc irruentis secundum cuius latus finistrum usque ad extremam ejus apicem *The Spurnheade*, vel *Spunheade* cognominatum decurrunt. Litus autem hoc in loco latiore hiatu didutum oblongum sinum admittit, qui profundiorem in terram ingressum sibi aperiens diversis fluviis se in eum exonerantibus hospitium præbet, ac communi nomine *Humber* appellatur. Illuvii, quos recipit, sunt *Ancham* latiore alveo pluribus anguillis cereo gaudentes natriens, qui pone *Market Kasin* in *Lincolniensi* agro ex fontibus suis emissus supra oppidum *Barton* in hoc æstuarium infertur: *Trenta* & *Ouse*, qui communi *Trenta.* ostio aquas suas effundere gaudent. Ille ex præcipuis *Ouse*, totius Angliæ fluviis haud minimus in *Staffordiensi* Comitatu ex 2. fontibus juxta *Newton* oppidum supra *Stone* situm ebullitis, perlustratis *Staffordiensi* & *Northinghamensi* Comitatibus, posteriorem & *Lincolniensem* disterminat, & pluribus aliis fluviis & rivis devoratis in æstuarium *Humber* aquas suas invehit. Hic *Eboracum* seu *York* civitatem amplam in duas urbes dispescens, postquam diversos etiam fluvios deglutivit, cumprimi eundem aquarum suarum exitum quærens per commune sibi & alteri ostium fluctuum suorum molem in eundem sinum devolvit. Ostio fluvii *Hul* ejusdem nominis civitas adjacet. Pulchrorum & *Hul.* difficiorum copiâ obsessa, ac numerosâ navium multitudine abundans negotiationis & navigationis frequentî & indefesso exercitio & divitiis accumulat, & omnibus rebus copiosè affluit. Proximè sinuoso litori adjacet *Headon*, olim urbs mercatoria celebris quam & *Hulæ* vicinitas, & portus cobructio splendore suo orbarunt. A promontorio *Spunheade* ultrà *Holderness* *Spunhead* appellato, quod sinistrum exeuntis æstuarii *Humber* latus finit, tractus maritimus se retrahens curvo flexu ad Septentriones progreditur, ac *Bridlington* oppidum offendens fluvioli ostium proximum præterpgreditur, unde ad promontoriolum *Flamborger hoofd* *Flamborough.* Belgis, & *Flamborowhead* Anglis dictum, & acumi- *Gyr hoofd.* natum, *Angliæ* regno adjicitur, reliquâ verò parte, quæ plures alios fluvios ex *Scotiæ* montibus oriundos sui juris facit. *Scotiæ* jurisdictioni se submittit. Piscium plurimorum, Salmonum imprimis fer acissimus, accolis haud parum lucri suppeditat.

SCOTIÆ REGNI maritimos fines Solis ortus Scotia. sui adversos, qui occidens Maris Germanici fluctibus alluuntur, *Tweeda* fluvii ostium tanquam eorum exipur ab Austro in Septentriones transmittit, ubi locorum Boreali extremitate finiuntur. Regionum itaque dicto Oceano contiguarum littera sequentibus locis conspicua sunt. Inter *Tweeda* ostium, & magnum Scotiæ æstuarium *The Frith* cum quo *Forthæ* fluenti undæ commiscentur, *Merchia* & *Lothiensium* provinciæ interjacent.

Merchiæ, quæ etiam *Mereb*, & *Mers* appellatur, tra- *Merchiæ.* ctus Germanico Oceano se opponentes sequentia loca continent. *Hume* castrum, *Lamertoun* oppidulum, *S. Abbead* promontorium nauticæ Belgarum turbæ *S. Abbenhoofd* dictum, & *Fallecastel* castrum à firmitate appellationem suam derivans.

Lauden, vel *Lothien*, aut *Lothian* in orâ sui maritimâ *Lauden.* partim Oceano contigua, partim secundum æstuarii *The Frith* longitudinem usq; ad fluvii *Amond* post *Edinburg* situm ostium se extendente sequentium locorum complectum exhibet. *Dunbar* casti olim munitissimi cadaver, *Tyni* fluvii ostium, *Tantallon Castel* castrum, cum insulâ oppositâ *The Basse*, quæ portus mons est grandis marin fluctus excelsitate sua longè superans, *Nordberwyck*, *Dirlton*, *Aston*, vel *Seaton*, *Musselburrow* in *Esa* fluminis exitu situm, & *Edinburgh Scotiæ* regni *Edinburg.* Metropolis, & regum sedes haud longo ab exitu fluvii *Leth* intervallo remota, ubi commodissimus portus *Leth* navibus refugium præbet. Civitas hæc non solum inter omnes cæteras regni Scotiæ primas tenet, verum etiam Regum Scotiæ imperatrium commoratione, & habitatione nobilissima, emporii celeberrimi titulo jure optimo gaudet, utpote quæ mercatoribus dicissimis scatens, & navigationis, & mercaturæ commodo opulento fruitur. Post eum sequitur ostium fluvii *Amond*, cum *Avon* fluminis exitu post quem *Forthæ* fluentum sibi in æstuarium hoc aditum aperit, ac dextrum ejusdem latus, quod hinc curvo flexu in mare procurrit, terminat.

Fifa vel *Fife* Peninsula Meridionali suo margine æ- *Fife.* stuarium tangens, ejusdem latus sinistrum à dicti fluminis ostio ad Occidentem decrescens, efficit. *Forthæ* & *Tamæ* fluenta duo in Mediterraneis ferè integram circumlunt, quam deinde æstuaria duo fluvios illos recipientia cum Oceano circumdabit, ut hoc pacto parum abfit, quin tota insula evadat. In æstuarii margine præternavigantium oculis apparent *Culros*, *Dunfermling*, *Kingborn*, & *Dysert*, ubi multi carbones fossiles ex terra eruuntur. A fluvii *Levin* ostio litus sinuum descendit ad *Fifnes* vel *Fifeness*, id est, *Fifæ* promontorium, & extremam hujus lateris sinistri spacem, unde litus secundum Oceanum decurrens ad alterum æstuarium se extrahit. In medii ferè litoris intee utrumque æstuarium interjacentis parte finum sibi elegit *S. Andrea* turbs Episcopalis, apertum Oceanum amœno prospectu inspiciens, in qua collegia tria juventuti liberalibus artibus & disciplinis imbuendæ inferviencia diversis professoribus, & haud exiguo studiosorum numero domicilia præbent. Haud grande ab eâ diverticulo *Ethan* five *Eden* fluvialus cursu præcipiti in mare fertur.

Angusia, vel *Angusi* Provinciæ litora *Taus*, vel *Tauus* *Angusi.* vel *Tai* maximi tractus Scotiæ fluvii, hoc spes æstuarium à peninsulæ *Fifæ* maritimis discriminat, in cujus margine ad dictam Provinciam pertinente hæret *Dundee* oppidum *Hollaris Bontii* viri doctissimi natale solum, cujus finis æstuario commodè incumbens negotiationis maritimæ exercitium sic satis opulentum largitur. Proximè in ipso finus hujus introitu in oculis versatur *Brochyeragh*, arx, à qui litus maris dudum sequenti

Dunbam. *Dunstanesse* Episcopatus litora inter *Tese* & *Tina* fluviorum ostia interfant. In iis loca in conspectum prodeuntia visuntur; *Marlepoole* vix 7. supra *Tese* ostium milliaribus promontorio insidens emporium navalis commodi beneficio, locupleto navigatione, & negotiatione fruitur. *Were*, vel *Weare* fluvii ostium, qui *Durham* primariæ hujus regionis urbi undas suas circumfundit, & ad *Micheles wiremouth* in Oceanum *Hartlepoole.* se infundit. *Tine* ostium hujus Episcopatus finis sequentem regionem *Northumberlande* orditur.

Northumberlande. *Northumbria* distinctus maritimis fluctibus se objicientes a *Tine* ostio ad *Twe* de fluminis exitum pendentium, Angliæ que oram maritimam Solis ortui adversam mariqueGermanico contiguam terminant. *Tinam* fluentum duo fontes ex visceribus suis ejiciunt; Eorum unus Soli medium diem facienti obvertitur, alter contrarium cœli plagam, quæ Septentrionali est, inspectat. Illi *Sourth Tyne*, huic *North Tyne* nomen est. Limes autem hic fluvius, *Eboracenses*, & *Northumbrienses* fines distinguit. In eius ripâ ædificium elegantis a *Tine* ostio ad *Twe* de fluminis exitum pendentium, Angliæ que oram maritimam Solis ortui adversam mariqueGermanico contiguam terminant. *Tinam* fluentum duo fontes ex visceribus suis ejiciunt; Eorum unus Soli medium diem facienti obvertitur, alter contrarium cœli plagam, quæ Septentrionali est, inspectat. Illi *Sourth Tyne*, huic *North Tyne* nomen est. Limes autem hic fluvius, *Eboracenses*, & *Northumbrienses* fines distinguit. In eius ripâ ædificium elegantissimi structi Anglicæ fluvii haud minimus in *Staffordiensi* Comitatu ex 2. fontibus juxta *Newton* oppidum supra *Stone* situm ebullitis, perlustratis *Staffordiensi* & *Northinghamensi* Comitatibus, posteriorem & *Lincolniensem* disterminat, & plurib

Newcastel. tia superbit *Newcastle*, vel *Nie Kastel* emporium celebritatis nostræ, cui *Tine* portum largieur & securum & profundum ejusque occasione negotiationem & navigationem locupletem. Primas autem hic ferè obtinet mercatura Carbonum fossilium, quorum quotannis incredibilis copia non solum *Londinum* & in exteras *Angliæ* urbes complures, verum etiam in exteraeas regiones transmittuntur. Nam & Belgarum, & aliarum gentium naves onerariæ maximam ejusmodi carbonum copiam quotannis recipere, & in regiones suas transvehere solent. In *Hollandiâ*, & plurisque Provinciis Unitis fabri ferrarii ad ferrum, antequam incudi malleis formandum imponetur, ignicndum ejusmodi carbones adhibent. Anno 1644, cum a partibus regis fuit flatet, & *Angliæ* Regni Parlamento ie opponeret, à *Scotiæ* dicto Parlamento suppetias ferentibus gravi obsidione oppressa & expugnata tandem deditione in eorum potestatem redacta est, ac bello tam gravi exhausta & virium & bonorum jacturam haud parvam fecit. Qua *Tine* fluvius descensu suo in Oceanum in-

Tinmouth castel. vehitur, ad finistrum latus sedet *Tinmouth-Castel* munitissimum castrum, cui undiqui ostii provincia incumbit. Inde sequenti pacto tractus maritimus iter suum ad Septentriones promovet. Haud longo à *Hartley* divortio exiguæ magnitudinis fluvioluus suas in maritimarum undarum communionem confert. Idem facit proximum ipsi flumen *Pont*, & aliud *Wansbeck* cum fluvioluo adhuc alio *Lynck* quæ *Bucness* omnia liquore diverso ex ostiis suis evadentes fluctus suos cum aquis communes esse volunt. Arx *Newberingehow*, vel *Newbringston* exigui fluvioli ripæ imposita mox liquore in conspectum producitur. *Coquedale* vel *Coquet* *Coquedale.* flumen, proximè *Newcastle* accem pulchritudine mirabili insignem, aquarum suarum fœcundum communicatione jucundum, primordia sua capit ex *Northumbriæ* regione *Devisi* montibus pluribus exalperatâ. In viginis autem arcis *Newcastle* visa dignum occurrit sacellum ab arte ingeniosâ in rupe excavatum, & locatum. Qua *Aglemouth* litori impositum hæret. *Ayle*, seu *Alaunus* fluvio lieus, huiu diductu, ostium pattacit. *Ednbury* & pulchritudine & amœnitudine fuit *Ednbury.* *Barnbury.* *Barwyck* le efferens castrum civitatem æmulari possit. *Barwyck* civitatumin Angliæ regno postrema, & Scotiæ finibus proxima, eâque de causâ inter duo regna quasi in medio constituta invitas fortunæ vicissitudines sensit, & diversis expugnationibus devicta modo Scotorum imperio adjecta est, mox iis erepta ad Anglos redita hoc tamen fluctus ex tot vicissitudinibus tandem consecuta est, ut subinde novis & firmioribus moenibus bellicis refergens temporis progressu maximam sibi firmitatem acquisiverit, & jure jam fortissimis & munitissimis Angliæ oppidis annumeretur. *Tweda* fluvius finalis Angliæ oppidis annumeretur. *Tweda* fluvium spaciosâ profectione inter *Anglium* & *Scotiam* iter faciens utrumque regnum terminis suis circumscribit, atque eâ quidem parte, quâ insita *Roxburgh* promontoriolum *Flamborough* *Flamborough.* *Gyr hoofd.* *Coquedale* *Ednbury* *Barwyck* *Tweda*

consicienda offert *Redhed*, id est, rubrum promontorium altum longe conspiciendum se porrigens, & ostia in Oceanum se exonerantium fluminum *Lunen*, *South*, *Esh*, seu *Esse* Meridionalis, & *North*, *Esh*, sive *Esk* Borealis, inter quæ duo posteriora *Montros*, vel *Montrose*, id est, Mons rosarum oppidum interjacet.

Abrois. In *Hernia* Regiuncula multa Mari Germanico objecto hæc memoranda se offerunt. *Barvy* oppidulum est fluvioli cujusdam ostio vicinum: *Downarpy* castellum ex arduâ & inaccessa rupe prope ostium fluvioli *Crany* mare despectat: In confinio sunt fluviorum *Doe* & *Done* exitus, cum vetere & novo *Aberdon* vel *Aberdon* oppidis, quorum utriusque finis maritimo accubat, in quem *Done* fluvius aquas suas infundit.

Buchanie. *Buchanie* sive *Rughan* Provincia Scotiæ & totius hujus litoris, quod Mari Germanico objacet, Orientalis, Provincia ultima oris suis maritimis complectitur promontoriorum *Boncleuffe* à quo litus se magno flexu tettahens vasto æstuario locum cedit, quod profunda intersitione terram excavans regiunculas *Buchan*, *Alnalam*, *Murey*, *Sutherlande*, & *Cathneffe*, undis suis lavat, ac plurium fluviorum ex terrâ aquas suas devehentium oneribus suscepta extremo Scotiæ Promontorio *Cathneffe*, vel *Cathneffe*, quod exteremi litoris Scotici Boream inspectantis, terminus est Orientalis, finitur. Inde maritimus tractus à Solis ortu ad occasum itinere suscepto se ad Caledoniam mare protrahit, cujus deficiepso sequetur.

Orcades. *Orcades* Insulæ, quarum 33. numerantur, *Stratavarnia* Provinciarum Scoticarum postrema, & Septentrioni vicinæ objacent. In earum confinio æstivo tempore Halecum capetura exordium capit.

Holandt. *Holandt*, vel *Heerlandt* insula tandem Germanici Oceani Occidentale latus, & eodem pollatum litus Orientale claudit. In ejus vicinâ quotannis celeberrimus & lucrosissimus Halecum piscatus exercetur.

NAVIGATIONES. NAVIGATIONES intercaturæ promovendæ & divitiarum corradendarum gratiâ Germanicum Oceanum quotannis permeantes variæ sunt, ac multiplices, quæ infinitis sumptibus, & multis tormentum auri millibus peragustur, ac incredibile lucrum parant. Nam si primo loco commercia, quæ Orientalis hujus Oceani lateris accolis, aut Occidentalis litoris incolis, *Norwegis*, *Jutis*, *Suecis*, *Livonis*, *Borussis*, *Pomeranis*, *Danis*, *Hollatis*, subtum, *Lubecæ*, *Hamburgi*, *Bremæ*, *Emdæ*, & Provinciarum *Hollandiæ*, *Frisiæ*, ac *Zelandiæ*, inhabitatoribus cum mercatoribus *Londini* & in cæteris *Angliæ Scotiæque* emporiis commotantibus, intercedunt, consideraverimus, admiratione stupescamus necesse est. Mutuæ enim negotiationes, quæ omnes has nationes occupatas tenent, tantæ sunt, ac tam variæ, ut à nemine ad calculum reduci queant. Navigationum enim perpetuarum beneficio regna hæc & regiones atq; Provinciæ utrique hujus maris margini Orientali nimirum, & Occidentali accumbentes bona & divitias commutare, & fœcundarum suarum fœcundum participes reddere possunt. Quarum opes *Angliæ* ex sola pannorum ac lanæ mercatura, dum merces eas in alia regna, & provincias transmittant, quovisanno cogere possint, toti mundo innotuit, cum in remotissimas terras populi habitantes pannis Anglicis cognitionem habeant & ejusque desiderio teneantur. Halecum piscatus, de quo in hujus quintæ partis Introductione mentionem fecimus, & qui in maritimis insulis *Schotlandiæ* tractibus vicinis & cæteris hujus Oceani proximis regionibus ab omnis generis nationibus *Europæis* loca ex aliquot navium millibus invisentibus, quotannis exercetur, omnibus Septentrionalibus regnis & regionibus alimentum gratissimum exhibet, ac mercatorum sumptus suos impendentium, fœnusq; incredibilia licet incrementa adjicit. Quanta pecuniæ vis quotannis impendatur ligno ac picis ex solo *Norwegiæ* regno petitis, ac in alia loca transfectis quantum vero etiam emolumenti merces ex mercatoribus afferre soleant Æsilium arefactum taceo, cujus infinitis fere multitudo ex *Norwegiâ* navibus advecta per totam *Europam* distribuitur. *Hollandia* sola unius anni spacio tantam cannabis copiam funibus nauticis ac velis conficiendis consumit, ut eam aliquis judicii trutinâ examinare possit, num omnes illæ regiones tantam quotannis vim ejus cannabis præferre queant, quantam quidem *Hollandi* ad suos fines & vela conficienda requirunt. Boum macilentorum haud pauca millia iidem *Hollandi* navibus suis vere ineunte ex *Holsatiâ* & *Daniâ* in *Hollandiam* transmittunt, quos toto æstivo tempore in pascuis lætissimo gramine pinguefactos autumno extremo, & primâ hyeme mactant, ac sale conspergunt, ut sibi partim de hyberno alimento prospiciant, partim etiam æstivo tempore navalibus sociis mari se committentibus victum necessarium suppeditent. *Suecia* regnum metalla sua ex montium visceribus eruta, ferrum nempe, cuprum, & tormenta bellica ex iis fundendo efformata, sibi soli non servat, sed cum aliis etiam regionibus & regnis eorum affluentiam communicat. Omnis generis pelles pretiosæ, quibus non ad ornatum modo utuntur homines, sed etiam frigoris inclementiam à corporibus suis rejicere solent, abundanti multitudine Boreales regiones singulari naturæ beneficio ejusmodi animalibus affluentes, quæ villosis pellibus fœtus à corporibus protubere possunt, cæteris earum penuria laborantibus subministrant. Frumenti, quod ex portubus & emporiis ad *Eidrhicum* Mare fere per illud & *Germanicum* Oceanum in *Belgarum* ad vehitur, copia est tanta, ut omnem fidem superet. Viceversa optimi saporis butyrum, & caseos excellentes, ac admodum pingues *Hollandia* in alias regiones transmittit, ubi in maximo precio habentur.

Anglia & Scotiæ cum aliis regnis & Provinciis commercia.

Lanæ, ac pannigotium.

Halecum piscatus.

Æsilium.

Cannabis.

Boves.

Pelles.

Ferrum.

Cuprum.

Frumentum.

Butyrum.

Calæ.

GALLIÆ

GALLIÆ REGNI
ORÆ MARITIMÆ BOREALES,
ET
ANGLIÆ REGNI AUSTRALES, QUÆ
CANALEM COMPLECTUNTUR.

Angliæ & Scotiæ Regnorum Litora Occidentalia, & totius Regni Hiberniæ Maritima.

Hujus Oceani finis.

OCEANUS præsenti tabellâ Hydrographicâ oculis subjectus magni Maris Septentrionalis vulgaris ac recenti nomine *Mar del Nort* appellati, quod inter antiquitati notum orbem, & alterum recens inventum à Polo Antarctico usque ad Æquatorem protenditur, portio à freto in angustias fauces marinos fluctus contrahente, quà *Calesium Galliæ* portus alteri *Angliæ*, cui *Dover* nomen est, è regione se opponit, exordiatur, ac fluctibus suis Australis in *Galliæ* litora Borealia insultat, Boreabilus vero undis *Angliæ* oram Noto obversam operit. Canalis verò nomine nautica *Belgarum* cohors non solum fretum illud signat, per quod Oceanus fetor, quà *Angliæ* & *Galliæ* litora quàm proximè coëunt, sed etiam reliquam illam Maris partem intelligunt, quam Mare, aut Oceanum Britannicum appellatam, partim in magni Maris Septentrionalis, partim etiam in Germanico Oceani descriptione illustravimus. A Solis ortu in occasum fluitans, cum utriusque regni, *Galliæ* nimirum & *Angliæ* apices extremos, quorum Australis ex *Bretagne Gallia* Provincia prominens *Cabo de Finr* nuncupatur Borealis verò ex *Cornwallia* Angliæ Comitatu projectus *t'Landesende* nomine notatur, attingit, appellationis suæ finem sortitur. Reliqua autem maris hujus pars ab Austro ad Septentriones inter *Angliam*, *Scotiam*, ac *Hyberniam* se immergens, ac Orientem Solem spectantibus undis, priorum regnorum Occidentali margine pulsato, in Oceanum *Celedonium* ecumpens, alterum sibi transitum aperit. Occidentalibus verò fluctibus non solum *Hybernia* Orientalis litora humectat, verum etiam reliquas omnes insulæ istius oras 4. partibus cœli cardinalibus obversas circumluit. Nos ejus ductum sequentes ordine debito maritima loca regnorum eâdem quibus cunctæ hujus maris partes coërcentur, descriptione nostrâ perfequemur. Eam autem in duas partes dividentes, priori ea litora declarabimus, quæ Canali ipso magno Oceani hujus undis coarctant, posteriori vero reliqua maritima tractabimus.

Canalis.

Litora quæ Canalem comprehendunt.

LITORA, quibus tanquam cancellis Canalis ille grandis includitur, duplicia sunt. Ea quæ Septentriones inspiciunt, ac Meridionale Oceani in has angustias coarctati latus reprimunt, ad Galliæ Regnum pertinent. Cætera meridiem inspectantia, Oceanique hujus fluctus Septentrionibus objectas cohibentia Angliæ Regnum sibi vendicat.

GALLIÆ ora maritima ab orientè Sole in Occidentem procurrens sinistrum Canalis latus constituit, ac sequentia loca exhibet.

GALLIÆ.

Picardiæ Comitatus. *Picardia Provincia maritima. Calei* urbe aggeribus & munimentis bellicis probè firmata in *Germanici Maris* descriptione declaratur. *S'wartenes* à *Calckhof* unius milliaris spatio distemm promontorium saxoso acumine maris fluctus à se rejicit. *Revier van Bennen* fluvius 3. mill. intercapedine à dicto promontorio distans. Atque hæc *Guines* Comitatus sunt litora: ad

Boulogne Comitatus. Comitatum *Boulogne* sequentia pertinent; Ejusdem nominis civitas primaria in duas dispertita est portiones, quarum una *Haute Boulogne*, id est, alta *Bolonia* superiori loco insidet, altera vero *Basse Boulogne*, id est, humilis *Bolonia* in depressiore planicie ad centesimum pallim à priori sedens *Liane* fluvii præterfluentis & mare subeuntis fluctibus lavatur. *Tour d'Ordre* sinistro lateri. quà naves ad urbem *Bolonium* accessuræ fluminis ostium ingrediuntur, *à Belgarum* nautis *de Oude Atan*, id est, Senex eunctatur, ac turris est vetus, quæ excelsiori spice exsurgens ignibus nocturno tempore excitandis, quibus navigantibus interitus mortiferatur, inservit. Fluvii hujus ostium, ac alveum ad urbem nonnisi tam ascendentem Neptuni cohors *de Revier van Bennen* appellat. Hinc ad *Cauche* fluvii ostium litus dilabitur. Hic ex *Artesia* Provincia emissus, finitime *Turnoi* sub urbe *Hesdin*, quà dextrum marginem affluenti aperit, suscepto, ad civitatem *Montstreul* se confert, eâque iterum post se relictâ, *Etaples* urbem prætergressus, Oceano fluctus suos tradit. Alveus ejus vadosus utrumque marginem versus, profunditatem navibus debitam nescit, adeò ut naves nonnisi medium, & quidem à marinâ aquâ altiore ostium ingredi queant, & in navigando alterutri margini appropinquare non audeant. Hinc exordium capit *Pontheu* Comitatus fines suos ultra *Somme* fluvium extendens, qui ab *Autby* fluento quà *Picardiæ* & Comitatus *Artesiæ* fines mutuo contactu jungantur, oriundo, ac ab urbe *Dourlans* descendente, mediisque fere hujus tractus litore dissecto, in Oceanum se effundente, in duas quasi partes dispertitur. Intercapedini inter *Cauche* & *Somme* fluminum ostia intersectæ 8. mill. iter navigatione conficiendum assignatur. *Somme* fluentum navigiorum capax fupra & *Quintin Picardiæ* oppidum ex fontibus suis eluctans, *Feronne* & *Corbie* oppidis humectatis, ad totius *Picardiæ* Metropolin *Amiens* incolis & opibus refertam defertur, ac tandem inter urbeculas, *Crotoy*, & *S. Valery*, quarum hæc sinistro, illa dextro ejus margini incumbit, aquas suas in largius Oceani æstuarium immittit. Flumine adverso fi 4. milliaria navi adscenderis, in sinistro margine sicam offendes *Abbeville* comitatus hujus *Pontivi* *Abbeville.*

Cauche fluvius.

Somme.

Tour d'Ordre.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

d Eu. tibien civitatem primarium. A fluvii *Somme* ostio ad alterum, qui *d'Eu* vocatur, & in *Treffort* oppidoli confinia Neptuni imperio finditus toot lubmittit, exitum, litus pergens *Picardiam* provinciam relinquit, ac *Normandiam* ingreditur.

Normandie. Caux region. Treffort. *Normandiæ Provinciæ tractus maritimi.* Prima quæ hic occurrunt litora, ad regionem *Caux* superioris Normandiæ portionem pertinent, & sequentia loca exhibent. *Treffort* fluenti *d'Eu* ostio appositus locus portum habet minus commodum, & aquâ altiore naves oneratas tantum admittentem, quæ aquâ depressiore & cum Oceano se retrahente, in sicco subsident. Litus inde ulterius promotum *Diepen* civitate huius regionis primariâ, quæ portui admodum celebri, nec minus commodo famam ac felicitatem suam debet, exornatur. Porrum format *Diepe* fluenti in Oceanum exitus, qui à *Tour d'Ordre* 12. mill. itinere navi emetiendo distat. Ulterius autem tendenti lustris tradibus attingit *S. Valery en Caux*, quo cognomine additio hic locus à priori ejusdem nominis, cis fluvium *Somme*, etiam *Valery* nominato distinguitur. Portus vilis est aqua ad majorem altitudinem excrescente tantum patens. *Fescamp* vicus insignis cum Abbatiâ opulentâ commodiorem stationem exhibet, ac à præcedente loco 3. mill. divinculo dissidet. Veterum *Normandiæ* Ducum sepulchra ostentat. Duorum mill. intercapedo interest *Fescamp* & *Senneflot* interjecta est, ac ab hoc posteriore loco iterum 3. mill. ad *Steinhoeft* numerantur. *Cap de Caux* promontorium cum vico ejusdem appellationis ipsi incidenter medium inter *Fescamp* & *Strouffarde* locum obtinet. Proxima *Steinhoeft* loca sunt *Montivilliers* portus haud magni momenti, & *Seine*, Latinis *Sequana* dicti fluvii ostium. Celebris est, & dignum quem saltore explanatione obnoxium ponamus. Ad tertiam ferè milliare à *S. Seyne* in *Burgundia* monte exoritur inter alios jugo suo maximè eminens, qui ex visceribus suis hunc fluvium ejectat. Alveo suo secundo descendens sequentia loca salutat. *Chatillon*, *Bar sur Seine*, ubi dextro suo margine *Ource* fluvii advenantis undas deglutit; *Troyes*, *Nery*, propè quem locum eundem marginem fluento *Aube* undas suas advehenti aperit; *Nogent*, *Bray*, *Montereau*, quo in loco finitrâ tripâ deflectens *Yone* fluenti aquis sese adjungit; *Melun*, *Corbeil*, *Charenton*, & *Extremum Parisiorum* nobilissimum *Gallia* regum sedem. Antequam verò celeberrimam hanc civitatem attingat, juxta *Charenton Marnam* fluentum dextram ripam perrumpentem absorbet. Infra *Perisia Conflans* est oppidum, ubi dicæ fluvii eandem ripam dextram dividentis adventu accrescit. Ulteriùs pergens *Trial*, *Meulan*, *Mantie*, *Roche*, *Conflans*, & *Pernon*, præterlabitur. Inter duo postrema oppida *l'Epte* fluvius ripâ dextrâ dirupta in ipsum se infundit. Idem facit *Andelle* flumen in *Pont de l'Arche* confinio dextro margine divisò se immittens, ac alterum *Eure*, quod finitro latere disjuncto se adjungit. Omnibus his aquis auctus, & amplificatus *Sequana* fluvius *Roan Normandiæ* Metropolin & emporium nobilissimum commodissimè prætergredicns alluit, negotiationisque ac mercaturæ emolumento amplo participem reddit. Hic hujus amplâ latitudine, câque satis profundâ alveum suum dilatans ad ipsum urbem onerariis navibus accessum largitur. Extremo exitu adeò latè patet, ut spacium inter *Havre de Grace* portum dextro ostii lateri appositum, & *Honfleur* alterum in altero latere priori oppositum 3. milliar. conficere dicatur. Inter *Steinhoeft* angulum introitus finistrum, & *de hoeck van Tuchet* eundem apicem dextrum medio flumini insidet scopulis & saxis refertum locus, cui *Retziers* nomen est. Hic Neptuno aquam suam restituente quibusdam in locis fecus apparet. In Austrino latere fluxu maris modò accedente aqua 1. orgyaram, & in Boreali 2. tantum augmento attollitur. A *Sequana* fluvii ostio ora maritima pergendo sequentia loca ostendit: Ostium fluvii *Touques*, qui in *Canebruile* vicinâ exoticis

Tuques. *Orlec* fluvio recepto *Lisieux* præterlabitur, ac fluvium *Cornevilles* eodem quo priorem latere, dextro nempe propè *Pont l'Evesque* suscipiunt fecum in Oceanum abeipse: Ostia *Dive*, & *Orne* fluviorum, quo- Dive Orum posterior in *Aunou* finibus ex terrâ egreditur, ac *Seez*, *Argentan*, *Pont Crefpin*, & *Caen* præterlapsus, posquam *Noireau* fluenti undas cum suis conjunxit, sequentia porrò loca alluit, *Pont Condrai* nempe, *Luchamp* & *Caen*. Postèà *Odon* fluentum proximè *Pont S. Pierre* tantum ipsi aquarum copiam advehit, ut tanto accessu auctus navigationis capax fiat, & fluctuum *Sequana* onus juxta *Port à Affrehan* in Occanum deponat. Hunc fluenti hujus in mare exeuntem alveum *Gallorum* nautæ *Fosse de Caen* nuncupant. Ostium fluminis *Seulle*, qui ex montano districtu *Mont de l'Arcere*, exilicus, *Tilly*, *Crully*, *Courseville*, & *Bernieres* præterrehitur, ac 2. illis terminatis *Caen* & *Bayeux* discriminatis, exitu suo portum format, *Aure* fluentum propè *Livry* in confinio *Commondi* ex fontibus finis *Seulles* scaturiens ad *Vaux* alveum suum promovens *Drome* ex *Drome.* silvâ *Forest de Aules* scaturiginis suæ exordia deprompens sub *Bayeux* aquarum confociatione cum priore flumine *Aure* init. Uterque fluvius confociatas aquas in arenoso loco à montibus *Mont Calvin* circundato sub terram condit, ac 2. mill. spacio iterum emergens suo in Oceanum illapsu portum *Arsin* efficit. Ostium fluminis *La Vire* apud ejusdem nominis oppidum existen- La Vire. tis, quod *Confluences* & *Bayeux* disjunctis cursu deproperato festinat ad loca *Pont Bellenger*, *Tessy*, *Sainct Lo*, & *Grand We*, ubi ab Oceano exceptum aquarum onere levatur. Ab hoc ostio litoris decursus tangit *La Hogue* vel *La Hougue* vicum obtusâ curti conspicuum, *La Hogue.* antè quem in Oceano parvâ insula *S. Marquet* sic in *S. Mar-* conspectum dat. Distantiæ Promontoriorum *Seyne- quet.* hoeft & *C. de Barfleur* nautæ 14. milliaria navigationis *C. de Bar-* habent, quarum circumfusa lapsde finitidi, cujus usum *fleur.* in poliendo aurifabri, & vitrarii in vitris secandis adhibent, maximè abundat. Magna graminis affluentia facit, ut oviam & vaccarum earum numerosa ab incolis alantur, qui etiam hortos ad herbas culinæ necessarias serendas hâctenus parare incipiunt. *Gallice* quidem loquendi idiomate utuntur, sed *Galli* nunquam appellari volunt, quamdoquidem *Angli* audire malunt. Navigationis & mercaturæ exercitio sunt operosissimi.

Arem. Arch. Emb. *Arem*, *Arch* exiguæ magnitudinis insulæ, ut & *Sarck* vel *Sercke* in quam *Elizabetha* Angliæ regina permissa plures ex insula *Jersey* incolæ habitationem suam transferunt, cum antea plane inculta & sterilis habitatoribus orbata esset, *Anglorum* imperio subdi æ sunt.

Jersey. *Jersee*, vel *Jersey* insula 12. Parochialibus Ecclesiis, & 4. castris seu arcibus splendida in Orientali latere arce munitissimâ in editiore scopulo sitâ, quam *Mont Orgueil* incolæ nuncupare consueverunt, securitatem suam tutatur. In eâ sedem habet Gubernator ex *Anglia* missus, & insulæ regendæ præpositus cum præsidio militi *Anglico* constante. Oppidolo etiam alio exornatur, cui *S. Helaire* nomen est. Amœnitatis jucundissimæ insula aëre puro & sano fruitur, ac magna agrorum pratorumque fertilium copiâ scatet, adeò ut incolæ agrorum & pratorum fertilitate ad rei pecuariæ studium allecti ingentem ovium copiam alant, ac victum amictumque quærientes. Lignorum penuriâ laborantes in eorum locum algam marinam subtilitate, quam soli expositam siccant, & foco imponunt. Cinereosis per agros & prata dispersis solum pinguefaciunt. Genistâ etiam, ripulis, & carbonibus fossilibus, qui ex Angliâ apportantur, lignorum indigentiæ occurrunt. Rivulis amœnis & pellucidis valles irrigantur, ac arboribus quamplurimis pyris inprimis conseruntur, ex quarum fructibus potum fortem habitatores conficiunt. Oceanus ipsum insulam circumfundens piscium fecacissimis piscatorum & incolarum votis piscatu opulenco respondet.

Scopuli per hunc Oceanum hæc passim insulis scopulis conspersus navigationem periculosiorem reddit, ac nautæ cautio-

Strouffart in *Gallia*, & *Brouffer* in *Anglia* 17. vel 18
Strouffart in *Gallia* & *Anguilas Derveron Anglia* portui proximus 25
Cap de Hogue & extremi scopuli *Kiskeffen* 6
Kiskeffen & *Brouffer* in *Anglia* 28
Kiskeffen in Occano *Gallico* litori proximo, & *Wicht Anglia* Insula 15
Kiskeffen, & *Portlands* in *Anglia* 10
Kiskeffen & *Goustfort* in *Anglia* 24
Kiskeffen & *Sorrel* vel *Surlinges* ante extremum *Anglia* apicem 42
Sequana ostium altitudinis Polaris tenet 50. grad. 18. fcrup.
Strouffart angulus altitudinis Polaris obtinet 45. gr. 45. fcrup.

Merionethenſis Comitatus, seu *Merionethshire*. Hæc maritimarum initium cùpiunt ab ostio fluminis *Dovy*, ubi *Aberdovy* cernere est *Aberdovye* haud magnæ nominis pagum, Comcujus farinæ plærasque cæteræ in hoc litore loca esse videntur, qualia sunt *Llanegryn*, *Barmouth* ad *Avon* fluminis ostium, & *Llanaber*; *Harlech* castrum in scopulo admodum præcupto ædificatum, à quo regionis hujus margo marinis fluctibus lotus usque ad fluvii *Serles* extium sestinato curſu properans Comitatu hoc dimittit omnino in sequentem defertur.

Merionethenſis Com.

Dovy.

Aberdovy.

Avon.

Harlech.

Serles.

Carnarvonenſis Comitatus, seu *Carnarvonshire*. Hujus Comitatus margine promontorium, finus hasce ſtenus descripti, Boreale, quod oblongo, & angusto tractu in Occasum evehitur, circumeuntes, ac Boreæ obversi insulam *Anglſey* angusto freto à fe divisam præterceuntes fluvii *Conwey* ostio finiuntur. In lanere quod sinus objectur videre est *Puffheli*, quod falsam pabulem denotat, Insulam *Stidwall* vel *Sidwall* littori proximam, *Pentirwyn*, *pene* promontorium cuspide acuta terminatum, ac tandem æstuarium litori excavato immersum, quod nomine caret. Postea extimo promontorii angulo, quâ mediam inter meridiem & occasum plagam prospicit, *Barſey* insula vicina se in conspectum dat. Apex Promontorii ipsi *Brachypoint* Australius est angulus magni illius sinus seu æstuarii, quod latidimâ insinuatione, *pulgunt*. in terram grandi recessu erumpenti fluctuum rabiei cedentem, se infundit, ac usque ad *Cafewall* in *Staria* regnum transferrens insulis illis duabus *Anglſey* & *Man* hospitium præbet. Porrò in toto litore nulla loca memorabilia occurrunt præter *Nevin* extrius ad *Nevin*. Mare *Hibernicum* sedens oppidulum mercatorium, & *Caernarvon* civitatem, quæ hanc totam regionem nominis sui participem reddidit. Freto *Anglſey* insulam ab *Anglia* segregati appositæ castro pulcherrimo, quod totum ejus latus occiduum occupat, tanquam ornamento suo præcipuo superbit, ac privatorum ædium, pro regionis more, satis pulchrorum decore haud minus se effert. *Bangor*, vel *Bancbor* ad fluvium *Ogwen* subsidens, sedes Episcopalis ex civitate ampla exiguum oppidum evasit. *Abercanwey* ultimum hujus inotis oppidulum nomine à fluvio alluente adscito *Caernarvonenſis Com.*

Carnarvon.

Conwey.

Puffheli.

Stidwall.

Sidwall.

Pentirwyn.

Barſey.

Brachypoint.

Cafewall.

Staria.

Anglſey.

Man.

Nevin.

Anglia.

Bangor.

Bancbor.

Ogwen.

Abercanwey.

Biblioteca Museo Franz Mayer

Anglesey. *Anglesey* Insulam quâ præcedentis Comitatus oram maritimam prospectat, tenuè & angustum fretum interluit, quod vulgari nomine *La Revière de Ateron* vel *Menai*, id est, *Menai* fluvius vocatur. Reliquum ejus ambitum turbuli Maris Hibernici fluctus faciunt. Quamvis autem arida, ac ob lapidosum solum sterilis videri queat, tritici tamen plurimi ferax est, & re pecuariâ admodum opulenta incolarum quæstui consulit. *Beaumaris.* *Beaumaris* ex urbium ejus prima castro haud ineleganti ornatur, ac in latere Orientali, quâ illud freto contiguum *Caernarvonense* Comitatus maritimis se opponit, sicum suum adepta est. *Newburg.* *Newburgh.* 2. post hanc locum obtinens paulò supra *Braw* fluvii ostium angulo Occidentali insidet, in cujus confinio dictus fluvius in fauces ipsas maris se conjicit. *Aber Braw.* *Aber Braw* parum inde distans in Orientali margine exiguæ, & obscuræ notæ locus reliquis omnibus cum dignitate & authoritate longè superiore, ac regum *Fundatio aut Northrow alia* fuit. *Holyhead.* *Holyhead*, id est, caput fretum, extremum ad occasum promontorium sibi impositum ostendit vicum, cui *Caer Gubi* nomen est.

Man. *Man* Insula in eodem grandi sinu locata longitudinis fuæ interæpedimen ab Austrinâ plagâ remotam in Septentriones extendit. Quâ apicem suum *Anglesey* insulæ obiectat, ad Meridionalem plagam conversa est. Orientale latus *Cambria* Comitatui se opponit. Angulus Borealis *Scotia* oras Maris oppositas aspicit. Occidentalis angulus *Hibernico* Oceani fluctibus pulsatus *Hibernia* litori Orientali objectatur. Ante Australium angulum parva insula adjecui exponitur, cui *Calf of Man* nomen est. Quâ insula hæc *Man* à Meridie ad Boream cæli plagam longitudine suâ excurrit, 30 mill. Italicorum via progreditur. Quâ verò ab Oriente incipiens in occasum desinit, 13. mill. itinere confecto latitudinem suam absolvit, eam nempè, quæ in latissimo ejus spacio occurrit. Nam in locis cæteris in majores angustias compactis vix 8. ejusmodi milliaria latam esse referunt. Agrorum proventus potiores reddunt cannabim, linum, hordeum, triticum, & inprimis avenam, potissimum incolarum alimentum, utpote quibus avenaceus *panis* admodum familiaris. Pecorum insignis copia, & copiosi ovium magnitudine tamen Anglicis non respondentium greges rem pecuariam opulentam reddunt. A sylvis inopem insulam incolentes incolæ lignorum penuriæ bituminoso cespite occurrunt, & *Belgarum* instar propriam materm terram comburunt. Mediterranea pluribus montibus exurgentia inter alios unum insignis altitudinis *Scafell* nuncupatum attollunt, ex cujus jugo in tria regna *Anglium*, *Scotiam*, & *Hiberniam* prospectus patet, si modo sudum cœlum omnem aëris crassitudinem densitatem removerit. Haud longo intervallo ab angulo Australino, unde litus in Boream incurrens adventanti Soli objectum est. *Ruffin.* *Ruffin* alias *Castletown* à castro adhærente cognominata civitas, & insulæ caput apparet. In eodem latere propè Borealem apicem se conspectui exhibet *Ramsey bay* litus. Medium verò ejusdem margo inis Solem Orientem prospectantis locum occupavit. *Douglas.* *Douglas* oppidum, portu suo apissimo exterarum regionum navem, & mercatores alliciens. Ex his præcipui sunt *Galli*, qui Sale marino advecto, & vendito, coria, lanâ, & carne bubula sale condità naves suas onerarias domum deducunt. Quâ latus Occidentale medium fere sui partem attingit, *The Pyle* castrum in parva insula ora maritimæ impositâ in aspectum cadit.

Denbighire Com. *Denbighire* Comitatus seu *Denbighshire. Carnarvonensis* Comitatis oras maritimas excipiunt litora, quæ ad hunc Comitatum pertinent, ac inter duos fluvios *Conway.* & *Clwyd* vel *Clwyd* interedentre exiguo admodum spacio sinum hunc Oceani grandem attingunt. Nihil hîc memoratu dignum occurrit ob intervallum brevius, quo mari junctum nec navalia, nec portus momenti alicujus exhibet.

Flintersh. Com. *Flintensis* Comitatus seu *Flintshire*. In hujus provinciæ maritimas tractibus, brevi admodum intercapedine Oceanum tangentibus nil se offert, quod commemoratione mereatur. Potissima litoris pars æstuario contigua est, quod ex magno sinu in terram intrusum interius civitate *Flint* exornatur, & *Der* fluvium intimo *Flint.* suo angulo suscipit. In litore autem ipso, quod ab Oceano lavatur, fluvii *Cloyd* vel *Clwyd* ostium conspicitur.

Cofferensh. Com. *Cofferensis* Comitatus seu *Cheshire*. Litora hæc, quâ *Cofferensium* sive Gallicum spectant, longâ & in angustiam se constrictâ Chersoneso, in alium abeuntia utrinque æstuariis grandioribus ex magno sinu in terram penetrantibus, finibus suis includuntur, quorum alterum *Dee* fluvii undas ad se voluntas deglutit, ac *Flintensium* ab hoc Comitatu diterminat, alterum verò fluviorum *Mersey & Irwen* receptaculum est. Fluvius *Dee* propè *Cofferium* urbem in dictum æstuarium se infundit, quod interes *Flintersium & Cofferensium* agrum divortio facto ad dictam urbem ascendit. quæ opportunum quidem situm nacta, portus tamen commodeatæ paulatim orbatur. Æstuarii exeuntis dextrum latus ante se habet in- *Hilber.* sulam *Hilber*, quam arenæ tegentes flerilem reddunt.

Lancashensh. Com. *Lancashensis* Comitatus seu *Lancashire*. Alterum æ- *Lancastuarium* quod *Cofferensium* Chersoneso à *Lancastria* *Irenia* litoribus secernit, ac fluvios *Irwen* & *Mersey* absorbet, Com. ingrestis angustiore ex fine illo magno in terram irruens, interiores ejus partes latiore divortio disjungit, ac in sinistro ad introitum suum margine *Leverpool* vel *Liepole* ostendens, in ultimo recessu *Irwen* fluvium ex *Werr. Cestria* undas suas advehentem primo abscondit, & postea alterutis *Mersey* ad *Lancastriam* petrinentem, *Mersey. Cestriamque* ab ea discriminantem devorat. *Leverpoole* *Leverpool.* civitas portu commodo extens per totum annum naves 40. suas in *Hiberniam* mittit, ac reduces videt. Ab hac urbe litus usque ad ostium fluminis, *Ale*, vel *Ale* vicino *Alemouth* confinem procedit, ultrieusque festinans alterum vicum *Formeby* obvium habet. Proximè hiatum magnum terra aperit, æstuarium aliud introinitens latore fluctuum basa luxurians, in quod fluvius *Douglas.* *Douglas* fluctus suos ingerit. Hic ad latus est flagni *Douglas.* cujusdam, quod eundem fuscepeum in dictum æstuarium deducit. Sub *Preston* & incolis frequente & ædifi- *Preston.* ciis probè constructis referè civitate *Ribel* vel *Ribble* fluvius in idem æstuarium defertur. Hinc litus nihil commemoratione dignum offerens ulteriore progressu ad aliud æstuarium prioribus latius & spatiosius, in quod diverserorum fluentorum aqua ingeruntur, se confert. Solum litori proximum, atque inter hoc & præcedens æstuarium interpositum, luxuriante avenæ proventu quidem exultat, hordei verò raritate & paucitate laborat. Pratis lætissimo gramine affluentibus abundat. Salis item coctioni incolæ ferventi contentione insudantes ejusdem insignem copiam acquirunt. Fluviorum qui in æstuarium hoc magni ibius sinus ramum aquarum fluarum molem devehunt, præcipui sunt *Cerene*, & *Lune*. Illud fluentum *Kocher*, aliis dictum quâ *Cocher ford* ex cognobum fluctibus suis verberat, æstuario adjungitur. Hoc ex *westmorlandia* montium visceribus emissum sub urbe hujus Comitatus primaria *Lancaster*, cum ejus sinus undis, fuarum communionem facit. Duo autem hi fluvii cum cæteris aliis in hunc sinum ex *Lancastria* Comitatu effluentibus totius hujus litoris incolas, vicinosque habitatores copiosissimo & diutissimo Salmonum piscatu locupletant. Piscium enim horum ea est natura, & indoles, ut humiditatis dulcis avidissimi aquæ per arenam currentis dulcedine delectentur, eaque de causa ex aquâ marinâ falsâ & acri in flumina ascendant, ac ibi à piscatoribus hujus generis piscatui operam navantibus capiantur.

Westmorlandia Com. *Westmorlandia* Comitatus, *Westmorlands*. Tractus *Werr.* in hoc Comitatu Oceanum attingens apice tantum *moriendo.* angusto oras *Lancastriæ* maritimas in duas partes dividit, Orientalem nempe, & ad meridiem pronam, cujus litora in præcedenti dissertatione recensuimus, & Occidentalem, cujus enarratio mox sequetur. In extremo autem hujus litoris angulo fluvio *Cen* exitus *Cen.* in Oceanum patet, qui *Sob Candale*, vel *Kendal* lane *Kendal.* texturâ,

texturâ, ac pannificio celeberrima & notissima urbe, cujus incolæ pannis suis per totam Angliam insignem negotiationem exercent, aquarum fluarum molem in sinum nominatum exonerat.

Reliqua Lancastriæ Litora. Reliqua *Lancastriæ* litora ad partem eius Occidentalem pertinentia in provinciola *Furnesse* occurrunt, quæ alterum sinus sapius dicti latus constituit, ac primum in ora sua oculis subjicit exitum magnæ paludis *Wise under Ateer*, quæ propeis aquis non contenta fluviobium adhuc quendam in viscera sua condítum, & alius adhuc paludis aquas affluentes, secum volvit. Litoris extremus apex *Furnesse* dictus in altum proficiscitur, quâ ad Australem mundi regionem se inclinat. Ab eo divisa est *Walney* longitudine admodum contracta se expandens insula, quam frerum admodum angustum separat. Freti autem ipsius introitum tutatur castrum scopulo undique fluctibus Oceani circumfuso insidens, cui *Pile of Fouldrey* nomen est.

Cumbria. *Cumbria* Comitatus, vel *Cumberland*. Æstuarium parvum ab Oceano in terram brachia inibat infertum, ac *Dudde* fluvii aquas ex terra festinantes sibi affocians ex *Lancastria* orîs mari proximis in *Cumbria* litora transire jubet, in quibus sequentia loca inspicienda ostendantur: *Millum.* *Millum* castrum situ suo margini sinuthro introitus in æstuarium illud parvum incumbens vicinos habet *Ireshebeck* pagum, & portum cum oppidulo *Ravenglas.* *Ravenglass*, quod ab utraque parte fluviolis 2. lambitur, quorum alter *Esk* civitatis proximum latus alluens cis eam in mare labitur; alter verò *Irt*, trans illam, in Oce- *Esk. Irt.* anum immittitur. In posteriori hoc ostreæ reperta margaritarum solent esse feraces, quas ejusmodi unionum & preciosorum lapidum mercatores ab incolis vili precio redemptas postea magno itenum lucro divendere solent. Loca dicta consequuntur *Eggremond* castrum *Eggremond.* fluviolo cuidam adjectum; *S. Bees* pagus promontorio *monde.* in acumen excunti, ac à se *S. Beesheed* denominato in- *S. Bees.* jectum; *Ameeby* vicubus; Ostium fluvii *Derwent*, qui *Derwent.* in *Kokermouth* confinio *Kokar* fluvium receptum de- *Kokermouth.* vehem, quâ *workington* Salmonum piscatu famosum locum præterfluit, aquarum fluarum congeriem Neptuno tradit, Ostium fluvii *Ellen*, qui ab oppidulo *Ellen.* *Aspby* vel *Derby* defendit, *Wally* castrum; *Bowness* pro- *Wallys.* montorium, & vicubus eodem; quo promontorium, nomine insignitus; & *Frith Solway* maris æstuarium *Frith* hiatus tertæ beneficio hîc introrsum, quod non so- *Solway.* lum *Cumbria* Comitatus oras maritimas, sed etiam totum latus hoc *Anglia* Regni Occidium determinans fluvii *Esna* undas in æstuum sociafæm adjicit; Hic *Esna.* juxta *Carlile* urbem duos fluvios *Petterille* & *Canda* de- *Petterille & Canda* vorator locum abripit. Introcuntibus in æstuarium *Dromborg* castrum ia dextro latere se inspiciendum ob- *Dromjicit. Carlile* civitatis Septentrionale latus *Esna* fluen- *borg.* tium humectat, Orientale fluvii *Petterille* fluctus verbe- *Carlile.* rant, & Occidentale *Canda* amnis undæ percutiunt. *Esle & Leven* ultima sunt fluenta, quæ in hoc litore *Anglice* per ostia sua æstuario huic *Frith Solway* reddunturi. Ille ex *Scotia* affluens, quâ fe in Mare conjicit, *Anglici* fit jurisdictionis, & hîc *Anglia* & *Scotia* regna dirimit.

SCOTIÆ LITORA MERIDIEM ET OCCASUM SPECTANTIA.

QUâ Scotiæ Regni litora ab æstuario *Solway Frith* excedium capiunt, ab Oriente Sole ad Occidentem devocta totius illius margines, qui inter æstuarium illud & oberuum in *Galloway* angulum intercedunt, prospectu in meridiem vergunt. Sed apicem dictum stringentia circumadtam oram, meridie relicto, ad Septentriones ducunt, atque ita occasui obvertunt. Passim verò, tractibus maritimis multis diversis hiantibus, mare sinus multos infarcit, ipsaque litora plurimis insulis & scopulis obvallat.

Latus Meridionale. Solwaymouth. LITUS MERIDIONALE ab Oriente in occasum tendens *Solway Frith* æstuarium inchoat, ac obtusum *Galloway* apex terminat.

Annandale. *Annandale* Vallis, fluvio *Annan* cognominem suum per hanc regionem tenenti, patens sinistro lateri introitus in æstuarium *Solway Frith* litoribus suis confinis est, ac dicto fluenco ostium aperiens in mare æstuarium indulget. Fluenti ipsius exeuntis finitter margo *Annay.* *Annay* oppidulo exornatur.

Nidsdale. Solway. *Nidsdale*, vel Vallis *Nith* à fluvio ejusdem nominis mutuatâ appellatione gaudem monstrat oppidulum *Solway* nominis, quo æstuarium hoc appellarum, originem, quod à dicti fluenti ostio haud procul ad interiora recessit. Ad ipsum verò ostium *Caerlaverock* castrum conspicitur. In ulteriore margine, aperto hiatu, adhuc fluviolo *Ower* egressus in mare indulgetur. Ora hæc maritima cum præcedente copiosissimo Salmonum cœtus hospitium præbet.

Galloway. *Galloway*. Hujus provinciæ habitatores in piscium, tàm fluviatilium paludes & flumina incolentium, quàm marinorum circumfusum mare inhabitantium, captura operosissimi, tempore autumnali, anguillarum saporis optimi copiam numerosam piscari solent. Equilcorum admodum fortium altrix hæc terra alumnos hos, parvos quidem, sed robustos & laboris patientes in alias regiones transmittit. In litore ejus conside- *Dea.* ratione dignitora sunt sequentia loca: *Dea* fluenti egressus per ostium oppidulo *Kirckcudbright* & commodam navium stationem præbens, & navigationis commodo negotiationem exhibens: *Cardines* portalitium in *Fleet* *Cardines.* fluminis ripa ædificatum; *Wigton* oppidulum duobus fluminibus *Blaidnoe*, & *Cree* infertum: *Wyrtheru*: *The Mull of Galloway*, id est, totrum regionis *Galloway.* promontorium longo peninsulæ angulo admodum isthmo litori reliquo adhærentis. *Cofuel* oppidulum angulo ejusdem peninsulæ inhærens, qui Septentriones prospectat.

LITUS OCCIDENTALE ab Austro in Septen- *Latus Occidentale.* triones se expandens à promontorio *The Mull of Galloway*, id est, totrum regionis *Galloway.* pro- *Mull of Galloway.* montorium longo peninsulæ angulo admodum isthmo litori reliquo adhærentis. *Cofuel* oppidulum angulo ejusdem peninsulæ inhærens, qui Septentriones prospectat.

Carrick. Hic terra immenso divortio dehiscens, & *Carrick.* inter promontoria *Cofuel* in *Galloway*, & *Cantyr* in *Cantyr* Provincia spaciosa Hybernici maris invalioni cedens, magnæ aquarum colluvici in sinum *Dumbritan* *Dumbri-* *Firth* accessum largitur, & tribus adhuc necessibus mi- *tan Firth.* noribus reliquias absorbet. Grandior sinus est diversorum Provinciarum litoribus inclusus. In ipsius regionis litoribus sina dicto lotis sunt *Dune* fluenti exitus, & *Cassil* castrum.

Kyle. Hujus regionis, incolis plurimis conferta, ora *Kyle.* ejus maritimi, sinus grandis *Dumbritan Fyrth* in terram introcuntis, latus dextrum obsidet, quem locum etiam prioris Provinciæ litora habent. Hic conspici volunt *Aire* mercatorium oppidulum cum navali idoneo in *Aire.* exitu fluminis *Aire*, & 2. aliorum annium in mare exitus, quorum prior *Longar.* & posterior *Cofock* nomen est.

Cunningham. Dumbritonfyreh. Priotibus litoribus in eodem sinus *Cunning-* latere hujus Provinciæ maritima subji- *ham.* ciuntur, in quibus inspiciendum oculis offertur *Irwin* Burgus flumini eodem nomine signati ostio affidens, quod portum efficit arcnoforum pulvinorum vallo ita obsepium, ut omnibus minora navigia ferre queat.

Arran vel *Arren* Insulæ quam ejusdem appellatio- *Arran.* nis castrum præsidio suo tutatur, interiora asperis, & incultis montibus affurgunt, unde loca ejus mari vicina tantum habitatoribus frequentantur.

Bute alia Insula nil consideratione dignum exhi- *Bute.* bet, nisi castrum quoddam, cui *Rothesseye* nomen competit.

Biblioteca Museo Franz Mayer

Inter nominatam insulam, & *Adrossan* in *Cuningham* provincia castrum, in angustioris oris finum Oceanus insulis in ipso introitu duas insulas parvas fluctibus suis circumfundit, atque se cum fluvii *Clyde* vel *Glotæ* undis, ex alveo, inter *Cuninghem* & *Lenox* Provincias progrediente, effusis commiscet, quas abreptas secum in majorem finum *Dumbretan Frythe* per insularum *Bute* & *Adrossan* intercapedinem evehit. Fluvio dicto adiu- *Clydesd.*
cet *Glasbyr. Episcopalis* sedes, & emporium navigationi incrofa mare frequentans, ubi etiam Academia celebres Mufarum cultoribus patet. Ad labidem ejus accedunt pomariorum cultura insignis, cui habitatores dediti sunt.

Lenox. *Lennox* Provincia paludem habet grandem *Lomond* appellatam, & mirabilibus in vulgus fparsis fabulis famosam, quæ aquas suas per alveum quendam *Levin* nominatum eductas *Clyde* ameli in mare deportandas tradit. Quà verò se in dictum fluvium exonerat, interpositum cernis *Dumbriton* vel *Dunbarton* totius Scotiæ castrum munitissimum, & celeberrimum, quod confluentes fluvii, *Levinus* ab Occidente, *Clyde* à Meridie, & uliginosum flagnum ab Oriente cingunt: flagnum verò hoc quovis Oceani accessu undarum advectantium colluvie operitur.

Argile. *Argile*, vel *Argadia*, regio grandis flagni *Lomond* Orientalem oram attingens tractus est terræ piscosissimis lacubus affluentis, & plurimis montibus, & sylvestribus locis fe attollentis, ac proinde ad rem pecuariam exercendam aptissimæ. Litus suum in meridiem extendendo cum insula *Arren* fretum efficit, ac passim multis finubus Oceanum ubique admittentibus perforatur.

Cantyre. *Cantyre.* *Vin* incredibili halecum abundantiâ affluens lacus, eáque de causâ famâ celeberrimus finium officio fungitur inter *Argile*, & *Cantyre*, provincias à fe discriminatas, quarum posterior ab insulæ figurâ parum abest, ac se extra reliquum tres grandiores quidem sed angustiore longitudine à Septentrione in meridiem projicit, ita ut *Hibernia* extimo suo promontorio quam proxima exiguo admodum spacio inter *Cap Cantyre* extremum apicem & *Hiberniæ* litora intercedente à regno illo dividatur.

Quâ hæc provincia latus suum occasui obvertit, insulæ duæ satis magnæ sub aspectum cadunt, quarum uni *Jura* vel *Surey* nomen est. Inter eam & provinciæ litus diverfæ adhuc insulæ parvæ commoeantur. Altera *Ila* vel *Iley* nuncupata, & camporum planorum referta, pecuariæ rei commodo opulento fruitur, ac frumenti feracissima multorum etiam cervorum alumna est.

Jura. *Jura* regio hordei feracissima insignem hujus fruenti copiam quovis anno incolis subministrans finibus, quibus Meridiem versus determinatur, Septentrionalem provinciæ *Cantyre* partem tangit, ac à *Leave* palude in duas portiones disjungitur. Palus verò illa undarum mole ut levetur, in *Borgonii* castri confinio exitum sibi aperit; ita ut propè *Keffrie* pagum, & *Dunsfeyg* castrum eruptionem faciat in fauces maris angustas seu fretum, *Malam* insulam à *Jura* tractu maritimo sensovens, in quod etiam flagni *Aber* undæ haud longo à præcipito exitu intervallo præcipiti cursu ferunter. Hoc autem ex tribus aliis flagnis enascitur, quorum 1. ad Septentriones locatum *Logh* vel *Arck* nuncupatur, 2. ad Orientem conversum *Logh Aberbuily* nomine decoratur, 2. verò ac intermedium *Logh Lonster* appellatione à cæteris dignoscitur. Hoc exiguâ admodum intercapedine montibus asperioribus se extollente à palude *Logh Garve*, quæ in proximam alteram *Logh Nessa*, aquarum suarum copiosam abundantiam deponit, fecretim impeditur, quominus aquarum communicatione facta illi se associet, ac reliquam *Scotiæ* partem à geiore abscissam in insulæ formam redigat. Stagnorum iborum 1. quodvis per peoprium fium alveum angustiorem elucitatur. Terius alveorum cæteris aliquantò longior flumine *Spanza* nomine acquisito cum cæteris duobus proximè oppidulum *Bowerlesse* cotundo in unum angulum se infundit, ut in Boreale brachium ex paludis *Aber* extremitate in terram ingrediens æquet. Huic brachio, seu ramo alius è regione opponitur ex eadem palude derivatus, cui *Logh Royer* appellatio imposita est. Hinc apparet quot & quantis flagnis & paludibus territorium hoc dilaceretur, ac discindatur.

Ex oppolita huic paludi *Aber* Oceani regione se attollit *Mula* Insula ex media circumfusarum undarum *Mula.*
coonâ exsurgens, cujus literi, fretum paludis *Aber* exirui, ac *Dunsfayge* castro è regione oppositum, attingenti *Dovart* castrum impositum cernitur. *S. Engravius* paludi vel finui *Leyhan* adjectus est pagus. Introitus in dictum finum latus dextrum ab insula quidem nonnullis *Iona*, aliis verò *Columbi* dicta concluditur. Uterioque finus & Insulæ finus Occidentalem partem occupavit. Hem fecit astuarium sequens, & proximum, quod *Logh Avayne* appellatione innotuit. *Illean* pagus alii cuidam æstuario in eódem latere adjectus apparet. *Arran* castrum in superiori Septentrionalis harum fanctiam lateris parte locatum in oculos incurrit.

Loghaber. *Loghaber.* Regionis fines circumscribit *Aber* palus *Loghaber.* cum cæteris in vicinia collocatis & modò nominatis *Iren.*
lacubus. Solum pascuis lato gramine luxuriantibus confertum, lignorum copia ex fylvis, quas copiosas habet, subministrată redundans, ac piscatu terrâ marique opulentissimo ditatum, pauci admodum frumenti ferax esse constat. In hujus provinciæ orâ Oceano *Caledonio* contigua plures tum paludes, tum finus, aut æstuaria à mari in terram protrusa obvia fiunt, quæ ordine recendens. *Caurnel* pagus dextro margini, quâ *Caurnel.*
palus *Aber* effunditur, inhæret. *Ardermuthead* promontorium acuta cuspide in altum abiens. *Logh Eu-* *Logh Eu-*
ard lacus interius in terra locatus, ac per alveum fu- *ard.*
mini grandiori parem undas suas evolvens. Huic subordinantur paludes reliquæ *Logh Orein*, *Logh Nerve*, *Logh Orne*, *Logh Lamph* cum *Kyndal* urbecula octo ejus oppidis, & *Logh Beford* cum castro *Inrum*, quod sibi in ingressu eius finum elegit. Omnia hæc æstuaria oræ hujus maritimæ pluribus divortiis divaricatæ ab Oceano irrumpente passim infarciuntur.

Rossa. *Rossa* Provinciæ extremitates ad occasum *Rossa.*
Oceani *Caledonii* orâ ad eorum solis vergentem limitantur. Quæ verò solem Orientem respiciunt, eas *Germanicus* Oceanus terminis suis Occidentalibus coarctat. Pars occidua montibus frequentibus aspera, ac sylvis quamplurimis vestita ferarum potius latibulis quàm hominum domiciliis idonea videtur. Omnis igitur generis bestiæ sylvestres frequentiore hic numero conspiciuntur, quàm habitatores homines, cùm quamplurimis cervis ac simillis farinæ quadrupedibus, ac avibus rapacibus, Aquilis puta, accipitribus, falconibus, & similibus habitacula concedat. In maritimo tractu parvi ponderis loca obvia sunt. Præter pagos enim aliquot vles nihil aliud videas licet, nisi æstuaria quædam litus perfodientia, qualia sunt *Logh Gar*, *Logh Ilech* cum pago *Fewin* adjacente, & *Logh Brunne*, vel *Fewin.* *Fewin.*
Loubrun, in quo superioribus seculis halecum incredibilis numerus captus esse fertur. *Skiraffia* oppidu- *Skiraffia.*
lum in regione *Assichire* finui cuidam adjectum est, quod proximè ad aliud æstuarium collocatus Killa haud magni nominis pagus sequitur.

Strathnaverenia ultima & extima Scotiæ in Septen- *Strathna-*
trionem tendentis provincia cæteris incultior, & defe- *verna.*
rior ob frigus intensius & acutum, quod eidem 19 gradui, & 40 scrupulo distantiæ Septentrionalis ab æquatore subjecto dominatur. Litus ad Borealem cœli regionem prospectum suum convertens à Solis occasu ad ejusdem ortum exporrecta longitudine vergit. Diversis promontoriis in altum evehitur. Ea sunt *Cap Wraighe* vel *Farshead*, vel *Prahehead* Occidentalis hujus oræ maritimæ angulus. *Torfashyhead* apex flaminis *Nover* ostio proximus. *Strathyhead* alia ejusdem litoris cuspis; ac tandem *Howburnhead* angulus una ex Arcadibus insulis, cui *Hey* nomen est, oppositum. Totum hoc Oceanum attingens litus cum vicinis

cinis territoriis omnis securitatis præsidio denudant grassatores lupi horribiles, quorum immanitas tanta est, ut non solum pecoribus magnum damnum inferant, sed etiam homines ipsos aggrediantur, & dilacerent. Hinc peculiari edicto Parlamenti *Scotici* incolis incumbit 3. quotannis venationibus publicis horum animalium propagationi remoram injicere, ac rapeorum ejusmodi pernicioforum, & crudelium incrementum copiâ scatentes interficiantur.

INSULÆ quamplurimæ tam majores quàm minores in Oceano *Scotia* litoribus occiduum pulsante sparsim disseminatæ, & serie longa se invicem consequentes apparent, quibus *Anglica* gens *The wyghrobe Isles* nomen hac ætate imposuit. A veterum nonnullis *Acmodæ*, & *Hebudes*, ab aliis *Ebudes* & *Hemodes*, ac tandem à quibusdam *Hebrides* appellatæ sunt. Primarias & præcipuas sequenti ordine describitas damus.

Ross inter *Strathnaverniæ* provinciæ angulum occiduum, & *Lewis* insulam longo tractu in Oceano exporrectam, planicie æquali depressa sic satis inhabitatur, incolisque mediocriter frequenti est. Crassi ingenii homines Religionis cura parum sollicitos habet, reique pecuariæ studium magis exercet. In cujus dominio subjecti sunt, in Insula *Lewis* habitans quotannis hordeaceæ farinæ pellibus ovillis insutæ & inditæ copiam insignem tributi loco accipit, ut & aves marinas Solis calore exsiccatas, & ovillam carnem ejusdem caloce induratam. Haud exiguus etiam Balænarum hujus Oceani incolarum numerus in confinibus hujus Insulæ tractibus marinis capitur.

Lewis. *Lewis*, vel *Leongus*, aut *Lewis* à plaga meridiei obversa exordio capeo longitudinem suam exporrecto cursu in Septentriones deducit, ac in 2. portiones diversas dirempet 2. etiam diversis nominibus insignitur. Ea quæ ad Polum Arcticum propendet *Lewis* nomen utrique commune retinet: Altera ad meridiem recedens peculiari nomine *Harey* cognominatur. Illius ora mari vicina ubique incolis refecta est. 4. parochias habet, Castrum 1. 7. grandiora. & 12. minora flumina omnia Salmonum plurimorum confertissima, piscatuque eorum piscium opulentissima. Insulæ litus ab Oceano numerosis æstuariis passim per foratum & dissectum utilissimo halecum finus incredibili copiâ occupatenum piscaru locupletatur. Potissimum rei pecuariæ patrocinio vium numerosi greges absolvunt, prata longè latèque pererrando, ac lyteas pernicando pabulis gratissimis denudis virendi terminos protrogant. Campis hinc inde patentibus, agrisque fœcundis multarum hordei mandatur. Ad lucrum incolarum augendum accedit etiam balænarum piscatus admodum copiosus, cui multum operæ impenditur. *Harey* latissimis, & gramine luxuriantibus pascuis dives opulentissimâ re pecuariâ excellit. Oves enim hic fœcundissimæ ad gramborum ætatem perveniunt, nec à rapacibus, aut aliis animalibus venenatis ullo incommodo afficiuntur, quandoquidem hæc Insula lupis, vulpibus, & serpentibus orba nullum unquam damnum sentit, quamvis inter hanc & priorem maximæ sylvæ ingenti cervulorum copiâ scatentes interjaciantur.

Rufa, vel *Rouf* à *Buchanano Visum* cognominata pe- *Ruff.*
nino aspectui ab aquilonare Oceano intres diversas insulas dispertita esse videtur, quandoquidem mare accedens 2. in locis transcendo inundatione sua eam separat, ac decedentes fluctus abducens eadem loca licca relinquit. Conferta est multis paludibus & flagnis aqua dulci oppletis, ex quibus una piscium quorundam genus nutrit à Salmonum figurâ non abludentium, ventre ac tergo exceptis, quorum ille albo, hoc autem nigio colore tingitur.

Skie Scotico litori proxima montibus assurgens, *Skie.*
pascuis viridantibus vestita, ac campis pluribus fertilitate mira luxuriantibus à matre natura donata, copiosos ovium greges nutrimento pascuorum lato sustentat, & à fluminibus 5. majoribus salmonum copia mirabili abundantibus, ac pluribus aliis minoribus, paludeque dulcis aquæ plena irrigatur. Castris item 5. ad defensionem fuam utitur.

Cannay & *Eg* in insulæ duæ de magnitudine quidem *Cannay.*
sua haud gloriari possunt. Sed fertilitas singularis, quâ *Egg.*
solum ipsarum mirè luxuriando se effert, ipsas maxime commendat. Sub *Skie* Insula situm nactæ longitudine sua extensâ inter plagam cœli Occidentalem & eam, quæ Orienti Soli subjacet, exporrigitur.

Rum inter nominatas duas Insulas, quas magnitudi- *Rum.*
ne sua superat, medium sedem obtinens ob montes excelsos & sylvas spaciosas, quibus constrata est, minus colitur, incolarumque raritatem maxima avium marinarum affluentia farcit.

Terrey insula fertilitate incredibili superbiens fru- *Terrey.*
mento plurimo affluit, re pecuariâ lucrum ingens pariente abundat, utilissimo piscatu incolarum commodo prospicit, ac palude undis gulcedinem fupicntibus oppletâ, castro vetusto, & commodissimo navali ornatur.

Colen Insula longioti extensione provecta latitudi- *Colen.*
nem suam in angustam intercapedinem contrahit, ac haud minore, quam prior, fertilitate gaudet.

Vlney inter præcedentem & *Atolam* interposita solo *Vlney.*
fertili gaudens rei pecuariæ promovendæ juxta cum cæteris apta invenitur.

III. HIBERNIÆ REGNI MARITIMA.

INsulæ hujus quadrangulari figurâ Oceano impositæ tractus maritimi quatuor cardinalibus mundi plagis obvertuntur, ac proinde quadrifariam dividuntur. Latera enim sunt quatuor: Orientale, Meridionale, Occidentale, & Septentrionale, quæ descriptione nostra illustrauti, exordium itineris nostri circa totam insulam circumducendi capiemus à promontorio *Faire Forland*, ac à Septentrione ad meridiem progrediendo Orientale, ab Oriente ad occasum pergendo Australium, à meridie ad Septentrionem eundo Occiduum, & ab occasu ad ortum proficiscendo, ac ad eundem, unde initium factum est, locum redeundo Boreale latus perlustrabimus.

ORIENTALE LATUS, quod ad Solis ortum convertitur, à promontorio *Faire Forland* in Comitatu *Antrim* è regione *Cap Cantyr Scotiæ* promontorii sito initium capiens Septentrione dimisso ad Australium profectionem absolvit, ubi *Tuscard* scopulum extremo apici sub in meridiem profectum sinu conjicienti è regione oppositum offendit, ac se ab Oriente in occasum deflectit.

Antrim Comitatus. *Faire Hid*, vel *Faire Forland* extimum est Comitatus *Antrim* promontorium tetio prospectu Boreapelieæ diffitum interens, & ad latus insulæ *Rogleno* meridionale conversum. Hoc in loco utrumque *Scotiæ* & *Hiberniæ* regnum minimâ intercapedine divelluntur, ac in hoc Comitatus *Vster* provinciæ membro sibi invicem proximè appropinquant. Inde litus profectionem mollirum præterecundo incidit in *Torbay* castrum, *Redbay* tecessui tenue sinuoso *Torbay.*
affixum, *Scherre-hoeck*, id est, acidum angulum, *Hoghe-* *Olyffet.*
hoeck, id est, altum angulum, & *Olyffet* urbeculam æ- *Olyffet.*
stuario maris litus perforanti appositam. Ante æstuarium hoc remotiore in Oceanum fecessu *Neghen Mey-* *Neghen*
den, id est, novem pucllæ ex aqua prospicientes oculis *Meyden.*
subjiciuntur. Saxa sunt ingentia parvâ sui portione aquæ superficiem superantia, vel humiles & faxosæ potius insulæ magnitudinis exiguæ, quæ unios milliaris interstitio à litore proximo, 2. verò milliar. intervallo à finu *Knockfergus bay* semoventur, ac plurimis adhuc cautibus aliis aquarum superficie tectis obsidentur. Hæ à dictis scopulis ad Aquilonem vergentes eò usque adhuc sub undis progrediuntur, ut navibus sine summo periculo ad eas uno, & dimidio milliari propius

Biblioteca Museo Franz Mayer

accedere non licet. Fretum autem dictos scopulos à litore dividens onerariis navibus vela faciendi facultatem largitur, eâ tamen conditione, ut à scopulis longius recedentes litori propiorem cursum teneant. *Knir* ante sinus illius cui *Oldfied* apponitur, angulum Australem rotunda est rupes, seu potius exigua, & lapidosa Insula fluctibus marinis cincta, cui proximè succedit *Knockfergushy* Octavi æstuarium profundiore sectione litus dissecans, in cujus introgredientis latere dextro *Knockfergus* civitas se conspiciendam exhibet.

Knockfergushy.

Knock.

Knock. Ante Septent. lateris angulum parva Insula *Knock*, & antè Meridionalis marginis apicem Insulæ quædam aliæ *Copland Yles* Anglis, & *Copmans Eylanden*, id est, mercatorum Insulæ *Belgarum* nautis dictæ cernuntur. Harum ac præcedentis distantia 6. milliar. intercapedinem metitur, unde facilis conjectura sumi potest, huium, per quem ingressus patet, satis patulum, & propinde hunc sinum commoda admodum statione naves excipientem, portum idoneum esse, cujus beneficio commercium frequentium exercitione admodum utili *Knockfergus* civitas hoc in loco sedem idoneam nacta particeps redditur.

Down Comit.

Down Comitatus. *Knockfergushy* non modò terram hic latiore divortio disjungit, verum etiam limitis vicefungenes, prioremab hoc Comitatu separat, cujus maritima sunt, ut sequitur. *Ranger* viculus in finis dicti margine Australi sibi sedem acquisivit. *Ardes* regionucula angulosore longitudine à Septentrione in meridiem protracta Boreali suo margine *Knockfergushey*, Orientali Oceanum, Occidentali paludem *Coyn*, & meridionali ejusdem paludis in mare exitum attingit, ità ut Boreali sua parte tantum continenti adhæreat; reliquis verò partium marinis fluctibus, partim paludis dictæ undis circumfusa peninsula fiat, & æstuarium *Coyn* à mari secludat. Quà parte sua Australi paludis in mare egressum tangit, angulum in Oceanum

Ardes.

Hoeck van Arglas provincia *Hoeck van Arglas*, id est, angulum Arglas, vel etiam *Hoofd van Molmes* appellarum. Oppositum è regione territorium parum abest, quinetiam insula evadat. Ejus latus Septentrionale Australem æstuarii *Coyn*, atque exitus ipsius oram limitibus suis circumscribit, in cujus extremitate cernitur *Strang-ford* urbecula portus sui, qui *Strangford-haven* appellatur, commoditate gaudens, ac aliquantò superius in ipso æstuarii litore *Down* vel *Downe* Episcopalis civitas. In vicinia angeli *Arglas* haud magno intervallo disjuncti conspiciuntur, morantur haud exigua magnitudinis scopuli *Nordrock* & *Zuydrock* nuncupati. *Nordrock* magna scopulorum ac cautium est series, quarum plerasque Oceani accessus inundatione sua visui subtrahit. Ab iis vadosa adhuc & scopulosa linea versus litus derivata navigationem illàc transeuntem & difficilem & periculosam reddit. *Saydrock* unus est scopulus grandis in solitudine hic locatus. Inter duo hæc loca Scopulosa navigationi tutus & fecuens transitus patet ad eximum paludis *Coyn*. *Arglas* urbecula est portus in fine quem Oceanus hoc in loco excavavit. Huic subordinantur *S. Johans Haven* sinus & portus: *S. Jans point*, vel *S. Johns Foreland* apex Istoris in altum promineus, *Dundrom* oppidulum & sinus sui situs commoditate navale commodum exhibens; ac tandem *Newry* oppidum ejusdem cognominationis flumini appositum.

Nordrock.

Saydrock.

Arglas.

Coyn.

Dundrom.

Louth Comit.

Louth Comitatus. Cum hujus regionis maritimis sic compertarum est: *Carlingford* urbecula & portus æstuario maris *Carlingford-haven* nuncupato adsidens, & hujus brachia in terram immersi beneficio portus & commerciorum commoditate fruens. *Dondalck* urbecula à flumine intermediam secante in duas portiones *Secka*, & portu minus commodo utens, qui paucis navibus ob profunditatis defectum frequentatur. *Dodrach* vel *Tredah*, & pulchra, & frequentibus incolis culta civitas, quam fluvius *Boyne* in duas portiones, disjungit à ponte flumini impositio unitas, portus sui occasione commercii & navigationibus felicitatis augmenta quærit: Portus tamen cuivo flexu angulhoc

Dondalck.

nauclerì periti operam adhibere nautas hujus loci imperitiores jubet.

Atque hæc sunt litora Comitatuum, quæ ad Orientem solem prospectu converso vergunt ac eum Comitatibus ad provinciam *Ulter* pertinent: Jam ea sequuntur, quibus Comitatus ad eam Hiberniæ provinciam seu partem, quæ *Leynster* nuncupatur, pertinentes Solis ortum intuentur, ac Occidentalem Oceani impetum retundunt.

Dublin Comit.

Dublin Comitatus. In *Dublinensi* Comitatu loco- rum ora maritimos sic invicem consequentium hic est ordo: *Skones* scopuli ac rupes, quæ capita ex undis exerentia conspectui se subducere nolunt: *Rue Abol* magna rotunditate conspicua easnes: *Lambry*, & *Torlanefey* duæ Insulæ, quarum illa majori circuitu inclusa hanc minorem magnitudine superat: *Hedernie*, vel *Hornb* angulus Borealis Sinus *Dublinensis*, *Dublinhaven* vocati, qui fluenti *Liff* aquas influentes fluctibus suis abscondit. *Dublin* Hiberniæ regni metropoli & primariæ sedi. ædificiorum pulchritudine, finis amœnitate, & incolarum frequentiâ ornatissimæ, quæ superiori sinui nominati parti accumbit, nihil ad felicitatem deest, nisi vadosus fluvii *Liff* exitus, qui pulvitis arenosis pluribus ità obsidet, ut onerariis navibus omnis generis merces advectantibus, & *Hibernicas* getentibus ad urbem ipsam accessum non largiatur, utpote quibus per arenas dictas altius ascendere non licet, usi ad vicinum *Klontarf*, ubi etiam adhuc non satis commodè anchoris infixis adhærere. Longiore autem infra urbem intervallo situs hic locus in latere sinus *Dublinhaven* Borealì sedem fixit. Quo propius ad urbem *Dublin* quis accesserit, eò minus profundum aquam invenier, adeò ut maris æstus ex litore ad interiores suas partes se recipiente fundum propè urbem *Dublinum* omni æquè destitutum siccum evadat. Navem 5. pedum altitudine carinam Oceano immergentem, confluctus, & quotidianas maris accessus ad urbem deferre non potest. Sed si extra ordinem altioribus fluctibus effervescens æstus ad urbem ex Oceano ascendat, etiam 7. vel 8. pedum altitudine caritam fluctibus immergenti onerariæ eò pertingere possunt. Altitudine verò aquarum majore egentia navigia inferiorem ædificiorum faciem quærunt necesse est, quæ *Poulleigh* appellata ibi se offert, quà fecè *Poulleigh*. in medio inter Borealem & Meridionalem marginem alveo aqua solito ac consueto more ex æstuans quatuor orgyarum altitudinem consequitur. *Dalke* viculus in Austrino sinus *Dublinhaven* latere, & ejusdem nominis *Dalke*. Insulâ haud magno intervallo inde sequestrâ, quæ alio nomine etiam *S. Benets Ilan* insignita ante lateras, quo *Dublinhaven* sinus claditur, meridionalis angulum, ubi transitus inter utrumque mari patens *Sounds van Dalke* appellatur, Oceano incumbit. *Brat* viculus fin- *Brat.* vii *Brat* ostio, quà Septentrionem respicit, appositus. *Brabed* vel *Theobread of Brat* ejusdem ostii latus Austrinum acuminat. *Nicallel*, id est, novum castrum ære *Nicallel.* grandiore fluvioso cuidam adjunctum. *Flache hoeck*, id est, planus angulus, humilis & depressus, est in hoc litore locus, cui tandem *Wickie* urbecula cum portu litoris *Dublinensis* terminus subjungitur.

Wexford Comit.

Wexford vel *Weasford* Comitatus. Ejus maritima loca *Wexford* sic ordine sequuntur. *Wolf* scopulus, medium altitudi- Comitis nem sinum obtinente æstu, summitatem nudam oculis subjicit, ac spacio, quo à litore recernitur, piscatorum cymbis ac navigiis tantum vela faciendi potestatem facit, majoribus verò navibus transitum denegat. *Arcklo* oppidulum situm, quà litus arcuato sinui hale- *Arcklo.* cum piscata celebri, ac anchoris figendis apto se aperit. *Glaskarmen* prohvinus ex arena congestus, qui dimi- *Glaskar-* diâ milliaria *Anglica* spatio à litore dimotus longitudi- *men.* nem suam per duo milliaria *Anglica* aut dimidium milliare Germanicum expandit. *Glaskarock* viculus exiguus est; *Blatwe Style hoeck*, id est, cæmeles, & declivis angulus à colore & acclivitate ita dictus: *Sandhoeck*, id est, arenæ angulus: *Ens & Ens* periculosus & ex are- *Ens.* nis compactus cumulus, inter quem & litus mantis li- *Ens.*

berè

Wexford-haven.

berè & sine incommodo aliquo velificare integrum est: *Wexfordhaven* æstuarium latiore immersione in terram irrumpens, cui se *Slane* fluvius aquarum commissione jungit. In ejus latere in Septentriones provehi offendentur *Arterannaun* vel *Waterhouse*, id est, album castrum; *Kilpatrick*, vel *Swartcastel*, id est, nigrum castrum; *Passage* vicalus è regione civitatis *Wex-*

Wexford.

ford, vel *Weasford* hujus Comitatus primariæ locatus.

Tuskar.

Civitas verò ipsam oppositus latere Meridionali huic sinui *Wexford-haven* accumbens sub scarcem seu castrum habet. *Tuskar* vel *Tuskard* levi ac glaboſa superficie tectus scopulus, cognogue colore à naturâ tinctus onerariæ navi inveriæ quam similimus, sed duplo major, cujus lateri Boreali adhuc duæ parvæ cautes annectuntur undarum tegmine abscondiræ visum fugientes.

Spacium omne quod ab hoc scopulo usque ad promontorium *Brabed* ferè excurrit; aut cis Insulam *Dublin* juxta *Dublinhaven* sinum pertingit, quà tempe- rantes milliarii intercapedine à litore dimovetur, pulvinis oblongis & arctis completur, qui ordine sibi invicem succedentes partim aggestis arenarum cumulis constantes, partim verò scopulorum & cautium congerie oppletnautico hominum generi & invisi sunt, & haud parum periculi navibus minantur. Eos An-

The grandees.

gli *The grandees* nuncupant. Sunt autem 5. numero, qui sibi mutibus adhuc distincti naves non impeditant, quò minus per patentes inter se hiatus tranſeant. 1. Borealì plagæ propiores *Northe grandes*, vel *Nord-grandees*, appellantur. 3. & intermedius à medio, quem occupavit, loco *Mit-grandes*, vel *Middel-*

Knock.

grandes cognominatur. 4. *South-grandes* vel *Zuyd grandes* nomen ab Austrinâ plagâ fortitus est. 5. ac ultimus recens prodiit, ac à novitate *Nieuw-grandes* denominatus.

Distantiæ locorum in Orientali Hiberniæ regni ora maritima.

	Milliar.
Glaskarick, & *Arckelo*	3
Arckelo, & *Mezzanbird*	2
Mezzanbird, & Angulus propè *wickelo*	1½
Wickelobed, & *Flache Hoeck*	2
Wickelobed, & *Brabed*	4
Brabed, & Insula *Dalke*	3
Dalke, & *Bere* propè *Dublin*	2
Sand van Dalke, & *Brat*	2
Nicallel & Angulus propè *Brat*	1
Bare van Dublin, & *Holyhil* Insulâ *Anglesey*	14
Lambey & *Dredagh*	4
Lambey, & *Carlingbford*	10
Carlingbford, & *S. Jans point*	5
Lambey, & *Zuydrock*	16
Nordrock, & *Caplands Eylanden*	5
Caymans Eylanden & *Nordbaeck* sinus *Knockfergus Bay*	4
Glasfford, & *Raghheen* quâ inter litus & *Mayden* tranſeunt.	6

MERIDIONALE LATUS.

MERIDIONALE LATUS Hiberniæ, quod prospectum suum in meridiem conjicit, à scopulo *Tuskar* vel *Greenore* extimo Orientalis litoris termino initium sumens Soli Orienti tergum vertit, ac ad occasum festinans ibi suæ extensionis terminum offendit, ubi promontorium *Cap Clare* meridionalia & Occidentalis litoris inter cursu fuo differminat, ac Australinum latus à meridie in Septentriones inflectit.

Wexford, Comit.

Wexford Comitatus. Reliqua hujus territorii loca maritima sunt: *Green-oare* ultimus apex litora Orientalia & Meridionalia intervenien fuo dirimens, ac Orientalis lateris angulus Australinus, Australi verò lateris angulus Orientalis. In ejus margine Septentrionali sita conspicies *Heare* castrum, & *Swarthoye*, id est, nigram domum: Australi verò latere *Harbays*, id est, album domum, *Balatranebay* sinum marinorum fluctuum litus excavantium opus; ac in litore ulterius pergente *S. Margets-cafel* arcem cuntemplo sinui *Mar-* *S. Margets-cafel.* *gets-bay* accumbentem; *Carnar* paguus; & *Carnar aost* angulum ipsi proximum, ubi litus cuſpidem in alcum

producit. *Rockabilla* scopulus, haud procul à *Margets-* *Rockabilla.* *bay*, summitatem suam supra aquam ostentat; *Callach* *Callach.* cautes aquarum integumento involuta, quam aqua æstu recipiocante relinquens nudam & siccam oculis conspiciendam exponit. *Blackrock* alius scopulus erecta *Blackrock.* extra aquam summitate ex oculorum conspectu se non subducit, quod tamen reliqui scopuli *Barrels* faciunt, qui ad 4. milliaris partem à prioni ortum versus recedentes, ac sub fluctibus latibula sua habentes penitus ex oculis removentur. *Tuns* & *Nordrock* à sunt *Tuns.* fasa grandiora, quorum unum Australem cœli plagam inspectat, alterum verò Borealem aspicit. *Salter* *Salters.* duæ insulæ dimidii fere milliaris intervallo à litore distantes, quarum illa quæ ad meridiem converti est, alteram magnitudine excedit. *Kinbeg* dimidii milliaris in- *Kinbeg.* tersitio à maiore Insularum *salter* secretus ingens est scopulus, qui superficiem aquæ summitate superemi- *Kinmor.* net. *Kinmor* contrà sub marinis undis delitescens scopulum onerariæ alicujus navis longitudinem fere exquat, ac Oceani æstu medio fluctus revocante ex oculo, parte sua summâ, in lucem prodit in ipso litore portu conspiciendo prodeunte. *Balderigh* castrum, *Baldérgh* *Mahlebeven* fluviolo cuidam annexum, *Ramsingh* *Ramsingh* castrum alterius fluvioli ripæ impositum, *Howkestour*, *Howkes-* vel *Tourr van Wexterford* excelsa & obtusa turris albo *tour.* colore splendens in angulo Orientali introitus, qui *Wexterfordsinus* ducit. Excellioem summitatem erigens procul ex Oceano adventantibus, cum cælum ludum nubes crassiores, & nebulas obscuriores diffupavit, in conspectum prodit. Hic præsto est ostium fluminis *Birgh* vel *Barrow*, cujus ripæ dextræ insidet *Dun-* *Birgh.* *canon* castrum militem præsidio firmatum, quod in- *Dunmanon.* troitui ad civitates *Wexterfordsinus* & *Rossam* ducenti defendendo, ac omni impetui hostili arcendo præsit. *Rosse* civitas in superiori hujus fluminis parte, quà *Na-* *vani* amnis in alterum undas suas invectat, ripæ lineâre decurrentis, vel dextræ, si Oceani ingressum in ejus ostium spectes, incumbit.

Fluvii dicti ostium litoribus eorum Comitatuum, qui Provinciæ *Leynster* partes sunt, finem imponit, ac nos ad ea litora deducit, quæ *Mounster* provinciæ accen- sentur, quæ ordine suo etiam nobis sunt perlustranda.

Waterford Comitatus. Hujus territorii ora maritima *Waterford.* incipit ab angulo fluvii *Birgh* Occidentali, cui *Hersh-* *ford*, *Comb-* *lop* nomen est. Ripa verò ejusdem amnis ascendendo pervenit ad *Crookpoint* ex ripâ acumen extenfione suâ *Dunceanon* castro se objiciens; *Passage* pagus, & *Chickenpoint* angulum Meridionalem exutus, per quem *Suir* fluvio aquarum suarum cumulum in *Birgh* fluvium exonerandi facultas datur. Paulo supra eximum sinum in dextro amnis *Suir* margine collocatum invenies *Waterford* civitatem divitiis affluentem, ædi- *Waterfordsinus* ficiis pulchris exornatam, incolis abundantem, & fac- commercia frequentia ac lucrosa exercentem, adeo ut inter Hiberniæ civitates facilè familiam ducat, si *Dublin* Metropolin excipias. Ex fumiere in litus redeuntibus obviam procedunt *Polnote Baligna* vel *Baly-* *quelle* alias *Radbanck* appellata cuspis, quam litus in altum protradit; *Stramore-bay* maris sinus; *Cap Dunny* promontorium; *Dungarvan* oppidulum cum castro *Dungar-* & portu satis commodo; *Ardmore-point* promonto- *van.* rium sinu excavato, qui ipsi adjungitur, portum haud inepum concludens, proximeque sinum castrum *Ardmore*, cui cuspis illa denominationem debet: *Ardmore.* Castro adjuncta turris nigro colore obducitur, ac ad 3. milliare à navigantibus in Oceano conspici potest. Fluenti *Bradwater* ostium tandem in conspectum prodeundo Comitatus præsentis litoribus terminum *Bradwa-* conficiat. Quà litus inter fluvium dictum, & *Dungar-* *van* oppidulum interjacet, ni oculos altius in Mediterranea conjeceris, in conspectum veniet tractus montibus plurimis refertus, inter quos tres inga fua excelsitima super cæteros attolluni, ut quasi colles altissimi reliquis insidere videantur. Hinc fit, ut in eâ Oceani parte, quæ hic Meridionalis est, versanti-

Biblioteca Museo Franz Mayer

bus nautis, etiamsi longius remoti sint, nihilominus tamen in oculos incurrunt. Vulgari nomine *Cary Quyn* vel *Cap de Quyn* appellantur.

Corck Comitatus. Hæc litora sequenti pacto describuntur. Quà *Broad-water* fluvius maximis undis occultatur, *Inghal* vel *Inghal* civitas ossio ejus affixa magnitudinem suam parum jactare potest; muris tamen undique cinctæ, & pluribus incolis habitata bifariam dividitur, ac portus commoditate allectos mercatores ad commerciorum frequentia exercitia invitat, adeo ut ex navigatione & negotiatione fructus haud contemnendos percipiat. *Capel Isle* parva insula ad latus ostii *Broad-water* fluminis Occidentale locata necessitate postulante navibus anchoras figendi facultatem permittit. *Catten* etiam parva insula; priore tamen major eodem beneficio naves afficit, ut sine aliquo discrimine anchoras, si opus sit, propè litus ipsius fundo committere queant. *Carckhaven* ostium est, quod litus fluminis *Saura* vel *Sauveen*, quod ex montibus *Athoferry* erumpens Episcopalem urbem *Corck* præterlabitur, atque sub eâ in hoc æstuarium defendit, in Oceanum exitum aperit. *Corck* hujus Comitatis caput, Episcopique sedes incolarum frequentia celebratur, commerciorumque famâ insignis, negotiatione, & navigatione, commodo suo prospicit. *Kynsalehaven* æstuarium introitu suo in terram fluvio *Ban* obviam procedens navigia flumine adverso ad urbem *Kinsal* deducit. Oppidum hoc est vetustum, verustis admodum mœnibus circumdatum, quod portus commoditate frueris etiam commerciorum frutum semit. *Oldehed*, vel *Oldehead of Kinsale*, vel *Oldehoofd*, id est, antiquum caput promontorium acuminatâ cuspide longius in mare incurrens ab Occidentali angulo portus *Kinsalehaven* proeminitur, ac aliquetjam nomine *Cap de Velho* appellatur. *Klondore*, vel *Clondore* bonæ quoque notæ portus in sinu quodam Orientalibus suis flanchibus Occidentale promontorii *Oldehed* latus ferientes, ac undis Occidentalibus tenuis in mare protensi, quod incolæ *Con Donedady*, vel *Condonidale* appellare solent, latus Orientale patisnte situm habet. *Rosse* statio olim navibus commoda, jam obiectis pulvinis arenariis portus opportunitate privata nos ad sequentem regionem *Desmond* dimittit.

Desmond Comitatus *Cassellhaven* sinum maris litus perfodientis, *Stavels* 5 aut 6 admodum excelsi & præruptæ scopuli 4 milliaris partem à litore distantes, ac ultimo hujus litoris angulo subjacentes, quà Meridionalis hæc ora Hiberniæ maritima ad finem properans se à Meridie ad Septentrionem incurvat. Proculadventantibus sub aspectum cadentes turrium cuspidibus excelsis fastigiatarum figuram repræsentant. Ante promontorium duæ adhuc insulæ aspectui offeruntur *Il Sherch* nempè, quæ *Baltimore* etiam alias dicitur, & *Clere* vel *Clare*, quæ juxta le positæ huic Meridionali litori fines suos constituunt. Posterior cœnobio quodam ornata, ac famosissimo illo Promontorio *C. Clare*, quod nautarum nemini non innotuit, nobilis vicinam habet mirâ altitudinis cautem, quæ cuspide fastigiatâ aëri minitans velit ex pansi effigie procul aspicientibus apparet.

Distantiæ locorum in Meridionali litore strorum.

	Milliar.
Mesanhed, & *Cap Clare*	5
Cap Clare, & *Creckhaven*	4
Cap Clare, & *Cap Velo* vel *Oldhoofd*	10
Cap Clare, & *Engelands Eynde*	40
Cap Clare, & *Satvels*	35
Cap Clare, & *Cap Finisterre* in *Hiſpania*	130
Oldhoofd, & *Kinsalehaven*	1
Oldhoofd, & *Corck*	4
Cap Velo, vel *Oldhoofd*, & *Engelands Eynde*	34
Corck, & *Inghal*	6
Dungarvan, & *Waterford*	6
Waterford, & insulæ *Saltee*	2

Angulus Meridionalis insularum *Saltee* & *Blacrock* 2

Blacrock, & *Carnarvort*	1
Blacrock, & *Greenwort*	2
Saltee, & *Tuskar*	4
Blacrock, & *Tuskar*	2
Tuskar, & *Greenwort*	1
Greenwort, & *Greenbay*	1
Greenbay, & *Bare van Wexford*	1
Bare, & *Wexford*	11
Waterford, & *Gresholm*	26
Tuskar, & *Ruppes Maſſins*	6
Tuskar, & *Smals*	8
Tuskar, & *Engelands Eynde*	30
Waterford, & *Engelands Eynde*	30
Waterford, & *Barlings*	30
Cap Clare obtinet elevationis Poli	51 gr. 12. ſcr.
Cap de Velo vel *Oldhoofd*	51——21
Waterford, vel *Hoecktouren*	52 vel paulo plus.

OCCIDENTALE LATUS Hiberniæ, quod aſpectum ſuum ad Occiduum cœli plagam dirigit, litoribus ſuis ab inſula *Clare* deflexis Meridionalem cœli regionem deſerit, ac profectionem ſuam uſque ad *Tellinghed* ultimum ſinum apicem molitum eâdem ſinitur. Omnis autem hæc ora maritima plurium ſinuum grandium perruptione profundius in terram penetrante paſſim dehiſcit, ac copioſis inſulis & ſcopulis obſeſſitur.

OCCIDENTALE LATUS.

Desmond Comitatus, Spacium, quo *Cap Clare* inſula, & *Mesanhed* promontorium coire prohibentur, diverſo magno patens grandem ſinum in terram receſſuſuo ſe aperientem immittit, qui numeroſis inſulis ſcatet, ac à tergo inſularum *Clare* & *Baltimore*, cumprimis inſigni inſularum copiâ conſtringitur. Famæ & nominis celebritatem ipſi conciliarunt halecum piſcatus abundantiſſimus, & Aſelli majoris capura, cui circa *Feſtum Nativitatis Chriſti* non *Hiſpani* ſolum, ſed & *Luſitani* quotannis ſtrenuam in his locis operam navare ſolent. *Mesanhed* promontorium eſt aut cuſpidi lateris in dicto ſinu Occidentalis, qui *Evaugh* appellatur in interiore receſſu portum *Creckhaven* navibus ſtationem quærentibus exhibet. Nomen derivatum ab urbecula *Creck* portui accubante. Hoc ſinu non contentus Oceanus mox alium interjecto litori profundius inerudit, cui inter *Mesanhed* promontorium & inſulam *Dorſis* ſe injicienti nomen *Bantrey* impoſitum eſt. A promontorio itaque dicto latus dextrum in terram proficiſcens offendit *Caſſelhed* turres tres ita appellatas, ſupra quas aliud quoddam brachium à ſe derivarum profundiore tractu in terram inſerit, cujus angulus Borealis *Scheaghed* nomine ſignatur. In Septentrionali ſinus ejuſdem margine portus obvius *Bierhaven* vel *Bearhaven* appellatur. Sedem fuiſſe inter caſtrum quoddam, & inſulam *Great Iſle*, id eſt, grandem inſulam, quæ ex idiomate Belgico profecta appellatione etiam hoc *Eyland van Bierhaven* Belgarum nauticæ cohortidicitur. In ſuprema extremitate cernere eſt *Langerhuſen* portum ad dextram collocatum, *ſeddy* longam & arcta latitudine contractam inſulam in medio poſitam, & *Baltimore* pagum cum Abbatiâ *Abby* ad ſiniſtram exeuntis in Oceanum ſinus conſtituntam. Septentrionali angulo objacet haud grandis magnitudinis inſula, quæ *Dorſis* nominata à litore diviſa cuſpis eſſe videtur. Fauces, quibus à continente abrumpitur, *Sond van Dorſis* nomen habent. Ipſi inſulæ, quà in acutum promontorium *Cap Dorſis*, deſinit, ab Oceano tres immanes ſcopuli porrigitendintur, quorum proximum & minimum *Inſulam duranp* & cæteroreum Belgarum nauta *Kelf*, id eſt, vituli nomine inſignunt: medius ipſis *Koe*, id eſt, vacca dicitur. Ultimo, *Bul*. id eſt, tauri nomen impoſuerunt. Apex hic longâ expanſione in Occinum protruſus, & alter ipſi è regione objectus Oceani in terram ſe magno & profundo ſinu iterum injicientis aquas colligunt, æſtuariumque hoc *Kilmore* nomine decoctatum comprehendunt. Latus ejus Boreale bifurcato acumine in Oceanum abiens alium ſinum conſpidi-

Occi-dens-tale Latus.

Desmond Com.

Mesanhed.

Evaugh.

Bantrey.

Bierhaven.

Dorſis.

Kilmore.

ſpidibus ſuis includit, in ejuſque margine *Baltehead* vel *Blackhead* promontorium, aut nigri coloris angulum grandem obviam habet, finis hujus Comitatus *Clare* litoribus ſequentem *Galway* ingreditur.

Kerry Com. *Dingle-bay.*

Kerry Comitatus. Proximus præcedenti ſinui eſt alter *Dingle-bay* grandi & profundo iterum hiatu terram diſſecans, cui Septentrionem inſpectanti Comitatus hic longam peninſulam obtendit. Quà introitus hujus æſtuarii dexter margo præternavigatur, *Valentia* inſula interiori receſſui obviam venit, & in ſuprema extremitate, ubi terram perforate deſinit, *Bech* inſula cernitur, ut & ſub eâdem in dextro margine excurrit *Ardnet* caſtrum, & *Dingleluch* urbecula ſinui cuidam parvo appoſita, ubi commodâ ſtatione naves poſſunt licet: item *Ventry* pagus cum duobus caſtris, & ſinu quodam navale etiam exhibente, & ab apice ultimo haud procul diſto. Ante finem verò hujus lacteris, quà aperto mari ſinitur, in conſpectum ſedant *Blaſquets* inſulæ mœnibus excelſis eminentes, & ſcopulis ac cautibus tanquam vallo circumdatæ. Prima & apici proxima *Ennis Maron* ſuccibus anguſtis *Blaſquet Sond* vocatis Oceanum tranſmittit. Altera *Enniſkon*, & tertia *Enis Shroe* primâ longè ſunt minores. Reliquæ ſcopulorum & rupium grandium numero accenſeri poſſunt. A ſuccibus *Sond van Blaſquet*, quæ continenti *Iſdel* vel *Sibal* caſtrum interjectum eſt, litus ſe confert ad *Brandenhol*, vel *Sindrandon* immenſæ celſitudinis montem, qui jugo ſuo omnes reliquos totius hujus vicinæ montes ſuperemines ad 12. 14. imò etiam 16. milliare à navigantibus oculis animadverti poteſt, ſi cœlum omnibus nubibus, & nebulis, deformatum fuerit. *Hoghs* ſuperiorem ſinum habentes quædam parvæ ſunt inſulæ ante introitum æſtuarii, quod deſectio litore ad urbem *Limerick* aſcendit. In ejus dextro latere collocatum apparet *Clan Morris* territorium, quod Comitatum *Kerry* finit.

Limerick Com. *Limerick.*

Limerick Comitatus. *Limerick* Epiſcopalis ſedes, ac Provinciæ *Mounſter* primatia civitas, emporiumque celebre à flavio *Shanno* vel *Sinan* alveum ſuum dividente circumfunditur. Hic ſub eâ in æſtuarium hoc inſuſus onerarias naves ad urbem accedere patitur. Quà Oceanus in hoc æſtuarium ſe infundit, angulus ad ſiniſtram introitus occurrens *Lapichouſe* vocatur, inter quem, & è regione oppoſitum Comitatus *Kerry* litus præcidctas inſulas *Hegos* vel *Hogges* antè introitum collocatas invenies. Ab angulo *Lapichouſe* uſque ad inſulam *Scarrie* aliquantò ſuperius ſitam 4. milliaria, ac inde uſque ad *Limerick* civitatem 9. aut 10. numerantur, ità ut 14. milliarium intercapedo navigantibus *Limericum* petituris conficienda ſit.

Lapichouſe.

Oras maritimas eorum Comitatuum, quos provincia *Mounſter* juriſdictione ſua comprehendit recenſuimus. Reſtant in hoc latere Occidentali eorum Comitatuum litora, quos Provincia *Connacht* vel *Connaught* complectitur.

Clare Comitatus. Inter *Scatrix* inſulam, & *Limericum* civitatem, dexter exitus margo alio æſtuario ex hoc ſinu in terram à Meridie ad ſeptentriones ſe immergente, ac pluribus inſulis parvis referto dividitur, adeò ut major ille ſinus hunc minorem à ſe derivatum ad latus ableget. Ei appoſita cernitur *Clare* regionis *Tuomond*, & Comitatus *Clare* primaria urbecula, & emporioium commerciis deditum. Spacium inter *Lapichouſe*, & *Slynehed* vel *Slynhoofd* ſic denuò hiatu grandi aperiens magno Maris æſtuario terram perforandi poteſtatem largitur. Sinum hunc claudſtris ſuis coërcent *Clare* & *Galway* Comitatuum litora, illius nempè dextrum, hujus verò ſiniſtrum latus, conſtituentia. Relicto *Lapichouſe* promontorio litus provehendo incidit in *Doomer*, *Dunbeg*, *Barlegros*, *Karaheske*, *Lickomer*, & *Ducnihouſe* promontoriorum, inter quod & *Lapichouſe* diverſis ſinibus, & æſtuariis deliſcit. Ab angulo *Ducnihouſe* ora maritima æquali & plano curſu procurrens, ubi *Blachead* vel *Blackhead* promontorium, aut nigri coloris angulum grandem obviam habet, finis hujus Comitatus *Clare* litoribus ſequentem *Galway* ingreditur.

Clare Com. *Dingle-bay.*

Dingleluch.

Blaſquets.

Brandenhol.

Hoghs.

Limerick Com. *Limerick.*

Lapichouſe.

Galway Comitatus. Poſteaquam Oceanus *Blakehead* promontorium lambendo ſuperavit, ulteriorem profectionem molicns in oſtium incidit fluvii *Maumop*, cujus aquis redepulis terram perforando finem facit, ac ſecundum litus Septentrionale reſiſtens ſinum ſinum obliquando reducit. In ultimo hoc primum occurrit *Carden* paludis grandis oſtium, per quod Oceanus irrumpens æſtuarium ex priori derivatum à Meridie ad Septentrionem deducit, ac poſtea ab Oriente ad Occaſum inflectit. Quà litus prioris ſinus Boreale ſecat, anguſtis admodum faucibus compeimitur: intus verò circuitu ſpatioſo ſe magis ac magis dilatans plurimas inſulas gramine lætiſſimo veſtitas muſicique abeuntibus, & pinis confertas tundi ſuis circumfundit. Quà verò per fauces anguſtas in alterum æſtuarium ludentibus ſuis fluctibus reverſitur, *Galway* civitatem Epiſcopi ſede clarum ac hujus Comitatus caput, quæ rotundo mœnium ambitu concluſa à mercatoribus incolis habitatur, allait. Ante lateris faucium Occidentalis, in quo *Galway* civitas ſedet, Inſula *Mattan* locata margine ſuo Orientali navibus anchoram figentibus portum tutum præbet. His enim per fauces minus profundas ad urbem *Galway* navigando pervenire non eſt integrum. Merces verò omnes impoſtandæ vel exportandæ navigiis minoribus imponuntur, & ad urbem vel ex eâ deferuntur. A nominatâ inſulâ uſque ad angulum promontorio *Doenhouſe* è regione oppoſitum, æſtuarii hujus margo Auſtrinus Orientem deferens occaſui appropinquat. Sinus interiscens, & ad oſtium paludis *Carden* pertingens ab urbe *Galway* *Galwayhay* denominatur, ante quem tranſversâ lineâ tres oblongæ, & in anguſtam latitudinem conſtæ inſulæ *de Eylanden van Aaran* cognominatæ ſe exporrigunt. Extrema & ultima Septentrionem inſpiciens cæteras magnitudine ſuâ antecellit, ac freto quodam, cui *S. Gregorius Sond* nomen eſt, ab illa, quæ medium locum obtinet, ſegregatur. Inter eoniſtentem & inſulam illi proximam in *Galwayhay* ſinum tranſitus etiam datur, ſi tamen lege, ut qui eum molitur, vicandarum rupium Inſulæ illi adhærentium, & ſub undis occultantium cauſâ continentis litori curſum ſuum propius admoveat. In litore porrò ſequuntur *Mam* promontorium, *Kronecke*, *S. Kardis*, vel *Stardes*, duæ parvæ inſulæ cum aliis adhuc minoribus vel ſcopulis potius ſitui cuidam objacentibus, cujus ſpacium occaſui obverſum, *Port Nikfaky* navale, intus occupavit. Tandem *Slynehed*, vel *Slynhoofd*, *Slynehed.* aut *Twoalfmuning*, quod Belgarum nautæ nomen ob 12. rotundos colles hic in conſpectum venientes ipſi indiderunt, extremum eſt hujus grandis æſtuarii promontorium, ac cujuſdem finis, utpote quod cum oppoſito altero meridionali *Lapichouſe* hunc ſinum comprehendit. Alius verò ſinus iterum interceditinter *Slynhoofd* promontorium & *Cas Akkil* inſulam ante Borealem conſpectis aperiem ſedentem, cui tranſverſo ſitu objacent tres Inſulæ, *Horshe* tú- *Horshe.* mirum Auſtrino lateri proxima, *Boche* mediumin ordine locum obtinens, & *Clere* inſulæ *Cas Akkil* vici- *Clere.* na, quæ excelſo admodum & præcipiti latere Borealiſ decurrente, planitie verò æquali in latere Auſtrino devexo monte ſe attollit. *S. Patrikhil*, vel *Dun Pa-* *S. Patrikhil.* *trick* in Auſtrino margine excelſo jugo elatus monſt *kal.* ſiocharine panis in conſpectum fallgiati figuram refert, ac ob excelſitatem ſuam procul in Oceano exiſtentibus conſpicuus eſt. *Akkehil* in Inſula *Cas Akkil* apex *Akkehil.* in altitudinem elevatus procul aſpectantibus Inſula eſſe videtur, à tergo cujus 2. adhuc alii montes ſe conſpiciendos exhibent, qui præ cæteris omnibus totius hujus vicinæ montibus, longè remotis in Oceano nautis in aſpectum venire ſolent. *Blackrock*

Galway Com. *Galway.*

Mam.

Biblioteca Museo Franz Mayer

vel *Mare* grandes *Sabulonis*, & nigro colore obductus scopulus magnâ altarium cautium & rupium altitudine circumplicatur. Quâ Septentrionem Insula *Ean-a-Sisil* margitem sumo adversitur, major alio obvio nomine *Oxiler-Eyland* infigitur, cujus litus 2. attractis finuosis interfecatur, Meridionali, Occidentali, & Boreali, quorum hic à Septentrione ad Meridiem, ille à Meridie ad Septentrionem se in terram immittit. Angulo Occidion finus Borealis incubat *Broad*, vel *Bread-haven* portus nauta Belgicis *Bredhaven* dictus. *Starcky* vel *Stalcy van Bredhaven* scopulus defignat, qui apicem continentis, quâ Insulæ *Oxiler-Eyland* Borealem marginem prosjectu suo intuetur, obsidiant.

Main Comit. *Main* Comitatus. Angelum & his Scopulis *Stolpe van Bredhaven* obsessum deserens tractus maritimus ab Occasu ad Orientem Solem dirissimâque facta sinuose ad *Endorge* excurrit, ac nihil perdicti allequit, aut quod observationem mereatur, exhibet, nisi quod Sinus quidam maris occurrat, & oppidulum quoddam cum portu suo in latere ejus Meridionali sito, cui *Moye* vel *Moya* nomen est.

Sligo Comit. *Sligo* Comitatus. *Endorge* prætervectum litus Meridionali plagâ defertæ Borealem petit, ac *Kelley* attingit.

Sligo *Endorge* oppidulum simul cudam appositor, & *Sligo* hujus Comitatus primaria ac præcipua urbecula uberi affluatio à mari interfluo, ac *The Bay of Sligo* cognominato accubat. Boreales ultimos in hoc litore locat eft, cum oftio fluvii *Trolio* per quem Lacus *Erna* inter *Endorge* van *Bredhaven* & *Tellinghed* positus monstrorum undas suas in hanc finum egerit. *Erna* palus omnium, quæ in toto Hibernia innotuerunt, spaciosissima margines habet opacis admodum & densis sylvis vestitos. Insulis verò habitatis, quarum nonnullæ 200. alias 300 jugera amplitu suo circumvenit, confertissima *glacis* innumerabilis tenuitatis tantæ alit, ut præ nimiâ lacierum, truturum, filamentorum ac aliorum ejusmodi pilcium multitudine retia dirupta de nimiâ pilcium copiâ pisatoribus querendi ansam præbeant, tantum abeft, ut aliquam de defectu quotidianam inferre possint.

Bree. Locus nominatus *Erna Connacht* provincium cum suis Comitatibus terminando ejusdem litora ab eois Comitatuum ad provinciam *Ulster* vel *Vlvonium* pertinentium discriminat, ac non illustriore hujus litoris Occidentalis percursus ad Ultonienses oram maritimam tractus jubet.

Donegall Comit. *Donegal*, vel *Tir Conell* Comitatus. Hujus ore maritimæ reliquum Occidentalis hujus lateris partem, ac plaramque Septentrionalis marginis portionem in possessione sui habent. Quæ loca in residui Occidui litoris portione offeruntur, facile habent. *Donegal* vel *Dungal* civitas cum comobio hunc Comitatum nominis sui participem reddit, & portus commodissime fruitur, qui in dextro, profundiore fecliore in terram ingredientis æstuario, margine excavatur, ac *Dungalhaven* appellatur. *S. Ians point* acumen eft Borcale, qui terminus in *Lough-Swilen* portum aperitur. *Monfuin* eafinum affeum finui *Mackfeyn* Boy. Hinc linus ab Oriente in Occidentem circumagitur, ac extremo fuo promontorio *Cap Tellinghed* finitur. Sinus ligitur, qui hic præbo eft, quadrangularem fere figuram exprimit, cujus Meridionale latus inter *Stolpe van Bredhaven* & *Endorge* interjacet, Orientalis margo inter *Endorge* & *S. Ians point* interpositus eft, Borealis verò ora inter *S. Ians point*, & *Cap Tellin* interjacet, ac Occidentalis tandem pars inter *Cap Tellin* & *Stolpe van Bredhaven* interjectus adversantis Oceani fluctibus librorum accessum indulgent. *Kilbeg* vel *Kalebeg*, & *Tellinhaven* sunt duo finus commodis ftationibus naves excipientes. Prior majore spacio dilatatus pulcherior magnitudinem excedit. *Cap Tellin*, vel *S. Helenhead*, vel *Tellinghed* extimus eft dictionis grandis apex, & Occidentalis lateris angulus Septentrionalis vel Septentrionis lateris præternorrentium Occidentale, atque ita Occidentalis lateris finis. Septentrionalisque initium, eorum quo parva Insula *Rogis-horne* in conspectum prodit.

Distantiæ locorum in Occidentali Hiberniæ litore sequm.

	Milliar.
Tellinghed, & Kilbeg	4
Tellinghed, & Stolpe van Bredhaven	9
Fiherk van Bredhaven, & Blackrock	5
Blackrock, & Arkyhead	1
Arkyhead, & Hyrehaven	18
Blackrock, & Roland	45
Slyneheid, & Galeway-bay	7
Galeway-bay, & Lupis-hauk	10
Lupis-hauk, & Limerick	6
Limerick, & Bleasport	5
Blackwall, & Brandonhil	30
Galeway-bay, & Bleasport	16
Sand van Bleasport, & Cap Dursy	5
Dingleharven, & Skellings	6
Bollings, vel Skellers, & Cap Dursy	6
Cap Dursy, & Mizenhead	6
Mizenhead, & Schorghead	2
Schorghead, & Barrharven	2
Barrharven, & Insula Whidy	6
Cap Dursy, & Samels	42
Mizenhead, & Barrharven	4
Cap Dursy, & Cap de Finisterre in Hispania	130
Rosere van Galeway obtinet Elevationis poli	53 gr. 10 scrup.

SEPTENTRIONALE LATUS Hiberniæ, quod Borealem mundi plagam intuetur, litora sua à promontorio *Tellinghed* inclinatione facta deflectit, eaque à suo angulo Occiduo ad Orientem ad Orientalem angulum ac finem nempe *Fare Forland* promontorium deducit, ut ita totum hoc latus inter Ortum & Occasum solis exporrectum jaceat.

Donegall Comit. Reliqua hujus terrionis litora Polo Arctico obversa progressa ulteriores factus à *Cap Tellin* ad insulas *Aran* festinant. Harum una grandior, & cæteris tres litori *Aran.* propius admota satis parva sunt. Freta verò quibus disjunguntur, multos saxis & cautibus repleta navibus periculum, imò interitionem minantur. *Inner-Arran* ejusque excelsa aspectu facta conspicuæ in Orientali ilarum insularum latere apparent. *Kiely* latus maris à quibusdam scopulis intus obsidetur. *Kiely-Balinesse Eylanden* 3. parva sane Insulæ, quarum quæ litori proxime admoveatur, cæteris magnitudine præstat. Ante magisterium ipsius Borealem aspectui obviam procedit Insula *Tore* cognominata latitudine se inter occasum & ortum expandens. *Schorghaven* portus à mari brachium seu ramum quendam hic in terram inflexum, ut navium commodo inserviat, factus. Ejus extremitas in latere Occidentali fedens *Horehad*, vel *Cap de Hoorn* denominatur *Inner-Arran* duos collis ex jugo suo exerens, *Monte.* qui coinibus erectis haud absimiles sunt. *Lough Swullebaven*, *Lough* vel *Lochsilin* finus pulchrum & commodum navium ftationem *Swullebaven* exhibet, cujus litus circumjectum excelsis ac sub *Schorghaven.* vetera cumulis hujus oræ Septentrionalis litora exaultis. Insulam promontorium præ reliquis in hac latere omnibus quam longissime in Oceanum Septentrionalem provehitur. *Enellenhad* *Enellenhad.* alio nomine *Monellenhad* appellatur Insula parva nigri coloris, vel potius scopuli spacioli haud multum supra aquam se attollunt, ac dicto angulo *Enellen* ità objacent, ut qui fretum intersectum tranare velit, haud sine periculo magno id facere queat, nisi locorum finem & naturam probè calleat. *Lough Foylhaven Lesser* fluvii cœlum ac æstuarium satis spaciosum ejusque ad urbeculam *Derry* navigationem promovet. In dextro introgredientis finus latere *Green Castle* arx fita cernitur. Sinuli reperò lateris extimus apex *Magillans-point* appellatur *Donegall* Comitatus litora terminat.

Antrim Comitatus. Septentrionalis hujus terræ litora hunc *Antrim* ordinem tenent: *Banehaven* cœlum fluminis *Band* exonerando equis, ac navibus ad nonnam urbem *Colran* sub vehendis inserviens; *Cushel* infrasinuatis maris recessus portu commodo navibus ftationem quietam haud invidens. *Slyner Portrush* scopulosa & saxosa insula ante litus in longitudinem expansa. *Kerkeny* aliquot rupes & scopuli aquarum molæ oppressi, & occulti, *qui & regione vallis Dunluce* sinum habent. *Porte Ballintrie* sinus anchoris excipiendis & retinendis ineptus. *Cabo Fungus* promontorium. *Schagrin-Eylands*, vel *Lame-Eylands* parvo quidem ambitu inclusa, sed tamen excelsiore altitudine eluta Insula. *Fare Forland* promontorium & Insula *Rachlerne* hujus lateris Septentrionalis in loca ultima, quibus ut hanc describi-gionem Orarum Hibernia maritimarum inchoavimus, ita etiam eadem hic finimus.

Distantiæ locorum in hoc litore Septentrionali occurrentium.

	Milliar.
Rogiens, & Slyner Portrhow	5
Slyner Portrhow, & Longfod	2
Banehaven, & Longfod	2
Longfod, & Eylanden Enellenhad	5
Enellenhad & Lang Swoulli	4
Lang Swoulli & Schorghaven	4
Cap de Hoorn & Eyland Tore	2
Eyland Tore, & Eylanden Aran	7
Eylanden Aran, & Tellinghed	7
Eylanden Enellenhad Insula sita sub	53 gr. & 10 vel 12 scrup.

REGNO-

REGNORVM GALLIÆ ET HISPANIÆ LITORA, MAGNO OCEANO OCCIDENTALI CONTERMINA.

TABULA HÆC HYDROGRAPHICA Regnorum *Galliæ & Hispaniæ* oras maritimas quas ad occasum vergentes Oceani undis Orientalibus pulsantur, artificiose adumbratas in conspectum producit. Litora autem hic descripta & oculis subjecta ab Insula *Heyssant* Gallicæ Provinciæ *Bretaigne* tractui maximo obsequente initium capiunt, ac inde paulatim inorum protracta, ubi *Rochelle* civitatem præterpgrediuntur, cursum mutatum ad meridiem deflectunt. Eo vero loco, quo *S. Ian de Luz* in *Hispaniæ* finibus attingunt, *Galliæ* ora maritima finitur, ac *Hispaniæ* tractus Oceano objectus ab Oriente ad Occidentem se exporrigit. Omnes autem dictorum regnorum Provinciæ, otis suis Oceano terminatis, ac magno recessu undas Neptunias condentibus, ingentem sinum formant; ac suis cancellis includunt diversæ appellationis portiones duas. Quarum una est Oceanus *Aquitanicus*, ab ea *Galliæ* parte denominationem petens, quæ *Aquitania* vocata litorum finorum humectationem huic mari acceptam fert. Altera verò Oceani *Cantabrici* nomine decorata appellationis hujus particeps redditur à *Cantabria Hispaniæ* provincia, quæ hodierno tempore *Biscaiam & Gallicium* regiones appellatas sub se complectens, à dicto mari nominis sui participe alluitur. Litora reliqua, quæ à finis ab ortu grandi, deflexo curfu, plagam Borealem deserunt, & ad meridionalem se recipiunt, prospectum suum in Occiduam cœli plagam projicientia, reliquæ hujus maris Occidentalis parti undas suas advolventi se opponunt.

GALLIÆ REGNI LITORA.

BRETAIGNE. BRETAIGNE Provincia tractus suos mari confines ab extremo Canalis promontorio, & Insula *Heyssant* usque ad *Loire* fluminis ostium abiegat. *Heyssandt* insula ante Canalis promontorium extimum & meridionale se expandit. Interjectæ sunt nonnullæ Insulæ parvæ, quibus è regione situ suo respondet promontorium *Le Four*, inter quod & Insulam *Heyssant* 2. milliarium intercapedo intercurfat. Ad latus verò hujus promontorii *Le Four* secessierunt plures scopuli longi & nigro colore tincti, qui pluribus in locis inflar pagorum in longè remotos rumoculos incurrunt, ac à nautica turbâ *Basks-avent*, id est, Furni, appellantur. Promontorium verò occidentale, cum altero hujus litoris acumine in Oceanum ex Continente protruso, cui *Conquets ort* nomen est, intervalli sui diffantiâ diversos finus parvos complectitur, ex quibus ille, qui promontorium posterius proximè attingit, *Blanc Bay* nuncupatur. *Bel*, vel *Bellaert*, cautes est fluctibus Oceani operta, quam æstus maris major recessu suo denudare solet. Locata autem ante *Conquets-ort*, quâ Oceanus aliquantenus se à Continente ad interiora retrahit; inter quam & *Heyssant* insulam excelsa rupes *Helmen* nomine ex Oceano prospicit. Hujus lateri accubant duo admodum periculosa loca, quæ nominibus *Sudhogels*, & *Nordhogels* nautica turbâ impositis innotuerunt. In *Conquets-ort* promontorii continuis Oceanus quasi inserto, in terram hiatu se aperientem, brachio æstuarium quoddam efficit, ac postea finum, qui usque ad promontorium *S. Mahé*, vel *S. Matthæi* angulum, itinere suo provehitur. Ante extremam ejus cuspidem proximè æstuarium *Fenestiers* cautes aquarum mole contectæ se occulerunt. Quâ vero *S. Mahé* promontorium extremum suum cuspidem Oceano inclinat, scopuli *Blanc moines* ex undis partim se exerunt, partim etiam sub iisdem occultantur. *Chemineis*, alio nomine etiam *Kimmeneffen* appellati scopuli, alii grandes & excelsi, alii vero lati, vel anguili, ante insulam *Heyssant*, qua ic ad promontorii *S. Mahé* latus inclinat, sedem suam nacti sunt. Promontorium dictum deserens Oceanus, cursu suo ad Orientem solem deflexo, facis longum æstuarium in terram inferit, ac duorum fluviorum aquas assumentes fuis associat. Unus ab oppido *Landernau* per ostium fuum in finum illabitur. Alter *Aufone* dictus eidem propè *Chaulin* redditur. Ulterior locorum horum maritimorum series conspectui exponit finum Angulo *S. Mahé* proximum, cui *Terre-amihay* nomen eft. Ac vicinum aliud æstuarium ab Oceano versus Septentrionem in terram injectum, in cujus litore *Brest* civitas collocata è regione sibi fita respondentem urbeculam *Crodon* aspicit. Mediam intervalli, quo *Brest* & *Crodon* distinguitur, partem occupavit congeries scopulorum ex mediis aquis exeuntium, quos *Retzo* nomine nautis notos æstus maris ad altitudinem summam fluctus attollens absconditi, ac, iisdem ex litore abductis, iterum denegat. Quâ litus ex urbecula *Crodon* continibus aca- Loca permine protensio in Oceanum abit, plura loca, ob cautes riculosa. tes & scopulos admodum periculosa, navigationi omnem securitatem adimunt. Eorum nomina nautis familiaria sunt *Fauheneffen*, scopuli aliquot humiles, & aquis ad imam humilitatem defcendentibus vix visibiles; *De Hen met Kieckeken*, sive Gallina cum pullis suis, cautes rotunda, ac in cuspidem acutam desinens, quæ satis conspicua est, & 2. pe atreæ scopulos sibi adjunxit æstu maris subsidente ægre visibiles: *Colengier* pauvorum scopulorum juxta fe positorum turba: *Schermischelleorge* grandia saxa vitium non sagientia, quæ in latere meridionali ante dictum litoris promontorium acutum in conspectum prodeunt. Acumen, intre quod sedem locarunt, Galli *Pointe de la Chevre* nuncupant. Hic Oceanus iterum in apertum terræ hiatum ingrediens, hospitium finuosum excavat, piscibus à Gallis *Sardaignes* appellatis, quos halecibus haud dissimiles alii *Sardæ*, alii *Teichæ* Latine nominant, intervient, quorum copiosus hoc in loco est piscatus. Eidem finui accumbunt *Fontenay* oppidulum, & *Pol Leon* urbecu- *Fontenay.* la, in cujus confinio ora maritima grandi & longa cuspide in Oceanum extenditur, ac à scopulorum immanibus scopulis obsidetur. *Keyserin*, & *Keyser*, id est, imperatrix & imperator, duo sunt immani scopuli distantia sua mari transcursum indulgentes, qui *Les de Fontenay* vocatus naves transeuntes in magnum dilcrimen vocat, nautaique caute & provide periculum evitare jubet. *Kaff* paulinus ex saxis & scopulis aggestus à caute *Keyserin*

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

Les Sorins. scopulo ad latus sedentes, ac angusta conjunctione una progredientes, per aliquot milliarium intercapedinem Oceani fundum percurrunt. A Cuspide illâ, cujus modo mentionem fecimus, lieus curvato flexu *Andierne.* ad *Andierne* prorupit, ac irruptione novâ in terram factâ, brachioque quodam immisso, ulteriorem progressum faciens usque ad *Penmarch* pergit, ubi acutum admodum angulum *pointe penmarchoise* appellationem inter nautas nobilitatum Oceano obtrudit. Ejus latus introitum in meridionalem cœli plagam conjicit, plurimarum cautium & scopulorum majorum *Penmarch.* & minorum vallo obducitur. *Roches de Penmarch* Gallico idiomate audiunt, ac partim continenti proximam maris vicinium incolunt, partim in remotioribus partibus commorantur. Notatum observationes maritimæ insulæ *Sein* sunt 48. gradum & 30. scrupulum, ac *Les Sorins* scopulos 48. gradum & 5. scrupulum declinationis ab Æquatore ad Polum Arcticum affignant. Distantias vero locorum quod attinet, *Four & S. Matthieu hoeck*, sive *S. Mahé* promontorium, 3. mill. intervallo sejunguntur, à posteriori loco ad *Crozon* tubiculum 2. milliaria numerantur: *Raz van Fontenay* à *pointe penmarch* 7. mill. spacio abest. Quâ litus à nominato acumine *Gulfs Pointe de Penmarch* dicto discedit, ad Notapeliotem & Notum cursu directo pergit, ac haud magno à priori cuspide spacio alteram *Pointe de Tuby* cognominatam offendit, ac paulo post *La Rance.* hiatum, quem *La Rance* fluvius aquarum suarum molem in Oceanum exoneraturus aperuit. Hic ab oppido *Guingueveronia* declivis in exitus sui uno margine *Dinart*, in altero *S. Guenolé*, ac ante illum *Clemont* vel *Guilperpennarbri*, parvam & coarctam longitudine expansam insulam oculis subjicit. Habet autem insula ea secundum latetis sui Occidentalis longitudinem plurimos scopulos sibi appositos, qui ab Austro ad Septentrionem exporrigantur. Ad eandem insulæ latus sedent insulæ *Nemtons* à *Gallis les Isles aux Atrouts* appellatæ. In ulteriore litoris procursu cernuntur *Baye de Cadoüan* situatium insignium, *Pointe de Trevinion* angulus ex terra in Oceanum ejectus, *S. Maurice* situatio appositum, quod sub *Quinperlay* oppido fluvium quendam undatim onere levat: ac tandem *Blavet.* *Blavet* oppidum, cum portu commodo in æstuario locatum, quod duobus, alterum minorem, ac alterum majorem, ex interioribus hujus provinciæ recessibus emergentes, recondit. Quâ Oceanus ante illud æstuarium in altum se aliquantum retrahit, *Groy*, vel *Groisic* insulam cernere est, ut & *Boëlye* vel *Bel Isle* haud procul à priori latere Occidentali commorantem insulam, inter quam & Continentem diversæ parvæ insulæ & scopuli sparsim intercurrentem aquam occupant. Ex tribus maximis prima & Continenti proxima *Hoedi*, altera ad latus aliquantum concedens *Houat*, & tertia in fronte sita *Cardinal* à Gallis nuncupatur. Omnes autem eorundem idiomate *Les Cardinaux* communitam appellationem habent. Ab oppido *Blavet* discessum molita maris ora *Sqalvon* attingit, imposturn oblongiori & obtusiori ex terrâ prominenti angulo, qui grandius æstuarium, incurvato flexu sic in terram hic insinuans, ac à tergo urbis *Vannes* finibus, latere suo Orientali claudit. Insulis illud pluribus parvis confertum est. Iter à *westerpennarch* ad Insulam *Boulye* navigando conficiendum 16. est milliarium; quod verò inter *Groy* & *Boulye* spatium intercludum est, 4. mill. emensis absolvitur. Proximum priori sinui est illud æstuarium spaciosius, in *Vilaine.* quod *Vilaine* fluvii undæ diverguntur. In fluminis dicti ripâ morantes *Roche Bernard* oppidum navium onerariarum fabricâ nobile. Litus ab ostio dicto ad Orientalem hominum sinus spicem aliquot sinibus parvis deflectum procurrens, offendit *Croisil* oppidulum in eodem spice Gallis *Pointe de Ile* dicto forum, ut & *Croisilpaye* pagum grandiorem, & *Penlepoin* vicum. *Le*

Four pulvinus unius & dimidii milliaris spacio à continente distans, quibusdam in locis ab aquâ altitudinem suam diminuente audatur. A magno hic æstuario excipitur *Loire* fluvius celebri emporio *Nantes* in ripâ sitâ cubante nobilitatus, in cujus ostio hinc inde scopuli & cautes disseminatæ navigantibus curam & cautionem debitam inculcant. Inter alias una foramine grandi perforata à Gallorum nautis *Pierre Percé* cognominatur. Ab eâ ii, alteri in æquum, ac in medium ferè flumen excurrens, oculi conjiciantur, aliquot scopuli ordinata ferie se mutuò consequentes conspicientur, qui *Les pourceaux* vocantur. Alterum latus excurrentis fluminis *Loire* paulo ulterius extentum Insulæ *Loire*, *le Bevin* appropinquat, ac cum ostio fluvii cujusdam, proximè *Bourgneuf* ex terrâ excedentis, hujus provinciæ *Britanniæ* fines deserit.

BAS POICTU Provinciæ ea mare tangens ab odio dicto exordium sumit, ac fluminis *Sefore* vel *Seure* exitu determinatos fines odendit. *Papefier* parva insula, quæ è regione *Arnemutiers* oppiduli sedem sibi acquisivit, alium parvum antecedit. cui *Heys* nomen est. *Barfle van Olone*, *ou Belgorum* nautis dicitur, locus est dimidii circiter milliaris spacio à litore abiens, quò se insignis scopulorum, & luxorum, nubibus aut tenebris ærem obscurantibus, navigationem difficilem & periculosam reddentium, copia congloueravit. Extimus Insulæ *Boulye* vel *Bel Isle* apex, *de Heis*, 12. mill. distantia segregatur. Posterior locus à *Barfle van Olone* 5. milliaribus abest. Sed *Heis* & *S. Martins* insula 9. vel 10. distant.

PAIS D'AULNIX fuis maritimis prioribus litoribus succedens finem suum fororur, quâ *Charente* fluvio per ostium suum exitus in Oceanum patet. In hoc distributa celebertimum illud & validissimum emporium *Rochelle*, vel *Rochelle*, quam reformatæ religioni addictam, ac ideò à Catholicis dissidentem, Potentissimus *Gallia* rex *Ludovicus* hujus nominis decimus tertius obsidione gravissimâ in priscinum obedientiam revocavit: ut paucis mox narrabitur.

XAINTOGNE provinciæ litora sunt proxima, quæ usque ad ostium fluvii *Garonne* vel *Gironde*, ac ipsâ adversâ ascendendo usque ad flumen *Dordogne*, quâ confluentium aquarum confociationem cum priore factâ nomen & alveum suum deserit, terminos suos propagant. Per *Garonne* undas adversus navigatione facta ad Emporium celebertimum *Bourdeaux* seu *Burdigalam* ascenditur, in cujus territorio circumjacente nobilissimi vini copia indigitis crescit, quod ut & reliqua in vicinis provinciis nascentia vina, ex hac civitate à navibus maximâ frequentiâ eò confluentibus exportantur. Insulæ *S. Martin*, aliàs etiam *Isle de Ré* cognominata, cum aliâ parvâ *Isle de Oye* ad latus ejus, quâ continentem spectat, partim provinciæ *Poitou*, partim alteri *Pais d'Aulnix* dictæ objacet. Ulterior, est alterâ priore grandior, quæ continenti objicitur, quâ *Pais d'Aulnix* & *Xantogne* provincias respicit. Insulæ *Boulye* altitudo Borealis 47 gradum, & 30. scrupulum tangit. *Heys* 46. gradus & 48. scrupulo subjacitur. Insulæ *S. Martin* medium situm 46. gradum & 26. scrupulum pertingit. Insulæ *Oleron* apex Septentrionalis ad 46. gradum, & 26. scrupulum refertur.

Quoniam hic maris tractus, quem jam peragravimus, superiorum antorum rebus gestis, ac conflictibus inter *Rupellanos* & *Gallie regem* commissis nobilitatur, brevi & compendiosâ narratione, quæ gesta sunt, perstringere operæ pretium videtur. Posteaquam *Rupellani aut Rochellenses* in religionis negotio regi suo serenissimo *Ludovico XIII.* se opposuere, graves inde bellum ortum est, quod ortus hasce maritimas vehementer afflixit. Anno 1621. *Rupellani* diversis conflictibus *Retzii* & *du Chalard* Capitaneorum Regiorum imperio naves commissis aggressi sunt, ac præcipuè 8. Kal. Novembris qua die strategemate singulari in ipso portu *Brouage* navis, cui *Du Chalard* præerat, potiti conabantur, sed impetuosus successu carente re infecta ad suas reversi sunt. Ad eos compescendos missus est à rege Dux *Guisa* anno sequenti, qui erat 22. cum classe insigni, quam 7 Kal. Novembris ad Insulæ *de Ré* vel *S. Martini* litus appulsam *Rupellani* 70. onerariarum classe ex portu excuntes tam vehementi impetu invasere, ut de victoria dubitaretur, donec tandem haud exiguum damnum passi pertinaci pugna superfedere coacti fuerint. Anni sequentes 23, 24, & 25, dissidiis his sopitis ac summa pace confirmendâ fructus consumpti sunt. 15 Kal. Febr. Anni 1625 *Subsisii*, ex ducum de *Roan* familiâ orundus, ac minimus natu fratrum, qui *Rupellanorum* partibus favebat, portum *Blavet* cum 6. onerariis ad ducem *Nivernensem* pertinentibus inopinata invasione in potestatem suam redegit. Ad hanc fortunam expetita est Insula *S. Martini* vel *de Ré*, quam *Rupellani* occupatam operibus bellicis, ut impetum hostium eludere possint, munierunt. 1. 24. item onerariarum classe *Garonne* Fluvii ripas, & territorium *Medoc* depræduti sunt, coacti tandem, majore defendentium incolarum & militum vi ingruente, naves suas repetere, & pedam domum reportare. Rex ut tantam subditorum audaciam reprimeret, *Montmorancium* ducem classi sue præfecit, eique insigni navium numero in *Rupellanos* expeditionis faciendæ provinciam demandavit. Huic classi, 30 navium navale subsidium, sub *Ammirali Hautain*, & *Vice-Ammirali Dargis* ductu, ab *Ordinibus provinciarum unitarum generalibus* Regi auxilio missum, accessit. *Montmorancius* itaque 66. velorum classe instructus, *Rupellanorum* naves insulam de Ré navali cubodiâ tutantes ex stratione depulit, ac insulam *Oleron Rupellanorum* præsidio firmatam recepit. Rex interea de comitibus subditorum suorum audacibus opprimendis seriam cogitationem suscipere, atque de urbis Rupellæ bonis bellis scrutiginis obsidione parandâ mentem laborare. *Subsisius* autem propriis suis & *Rupellanorum* viribus tanti Regis potentiæ impatibus haud confisus, in Angliam profectionem instituere, ac *Serenissimi magnæ Britanniæ Regis* auxilium sollicitare. Utigitur *Rupellani* succueterentur, *ab Anglia Rege Serenissimo Duce de Buckingham* in mandatis datum est, ut 150 navibus, 8000 militibus repletis, navalem expeditionem in *Gallias* susciperet. Hic anno 1627. 12 Kal. Sextilis classem suo imperio subjectam in Insulam *de Ré* appulit, militesque in terram exposito, post exiguam defensionem à Domino *de Toiras* 800 militibus oppositam, loco potitus est, ac dictum *Gallorum* ducem in fortalitio *S. Martini*, in quod se cum suis retraxerat, obsedit. Sed singulari *Cardinalis Richelieu* & solicitâ cura non solummodo huic, sed etiam alteri *Royaume de France*, inter *Gallia* emporia haud minore rum, cui cognomen *de France* additum, ut ab altero *France.* ejusdem nominis in Hispania oppido differri queat. Trans ostium territorii *Rupellani* maritima *Hispania* regni terminis Gallicis occurrunt, sinus, arrofione Oceani, excavatos *S. Jean de Luz* & *S. Anna* ostentantia, ubi *Gallia* regni litora Oceanum magnum tangentia desinunt, & *Hispania* ora maritima. quæ ab Oriente in Occasum producta Oceano *Cantabrico* adjacet, exordium capit.

HISPANIÆ REGNI LITORA.

NAVARRÆ. NAVARRÆ Regnum, exiguo apice *Cantabricum* Oceanum prennens, inter *Gallium*, & *Guipuscoam*, quali linguæ extremitatem, undis humectandam, porrigit. Ea injectum est *Fuentarabiæ.* *Fuentarabia*. Est autem *Fuentarabia* operibus validissimis solidatum fortalitium, finium *Hispaniæ* ultimorum, & *Gallia* proximorum, tutelæ præsidens, quod principi *Condæo*, Serenissimi Regis Galliæ nomine, Anno 1638 numerosi exercitus obsidione, ac validæ classis occlusione, terrâ marique cinxerat; sed *Hispani*, copiis suis ex Provincia coactis, & substanta coemtate collectis, ex coarctatione tam gravi eripuerunt, posteaquam animosio impetu facto *Gallo* haud exigua clade affectos ex castris suis ejecerant. Anno autem 1636. *Hispani* etiam invasione in *Guienne Gallia* provinciam vicinam fecit, mense Octobri passim territorii illius fines proximos depopulati fuerant; ac in *S. Jean de Luz* vicinia *Socoa* portum cum quibusdam aliis locis occupaverant, quæ tamen sequenti anno iterum deseruerunt.

GUIPUSCOÆ Provinciæ litora comprehendunt Portum *Passage*, 3 Non. Quintilis à Domino *d'E-coa.* *Espan Principe Condæi* mandato in *Gallorum* potestatem redactum; *Cabo Figuer* promontorium inter *Puen-*

Les Sorins. longius in vicinium sub aquis provehitur *Les Sorins* conglobatæ militarium cautium cohors, quæ *Keyser*

Guingueveronia. *Clemont.* *Guilperpennarbri.* *Pointe de Trevinion.* *S. Maurice.* *Quinperlay.* *Blavet.* *Groy.* *Groisic.* *Boëlye.* *Bel Isle.* *Hoedi.* *Houat.* *Cardinaux.* *Sqalvon.* *Vannes.* *Vilaine.* *Roche Bernard.* *Croisil.* *Croisilpaye.* *Penlepoin.*

Nemtons. *Gallis les Isles aux Atrouts.* *Baye de Cadoüan.* *S. Guenolé.* *Penmarch.* *Pointe penmarchoise.* *westerpennarch.* *Boulye.* *Pointe de Penmarch.* *Pointe de Tuby.* *La Rance.* *Raz van Fontenay.* *Gulfs Pointe de Penmarch.*

Les Sorins. *Les pourceaux.* *Loire.* *Le Bevin.* *Bourgneuf.* *Britannia.* *Sefore.* *Seure.* *Papefier.* *Arnemutiers.* *Barfle van Olone.* *ou Belgorum.* *Heys.* *Heis.* *S. Martins.*

Les Sorins. *Les pourceaux.* *Loire.* *Le Bevin.* *Bourgneuf.* *Britannia.* *Sefore.* *Seure.* *Papefier.* *Arnemutiers.* *Barfle van Olone.* *ou Belgorum.* *Heys.* *Heis.* *S. Martins.*

Roan. *Subsisii.* *Nivernensem.* *Ammirali Hautain.* *Vice-Ammirali Dargis.* *Ordinibus provinciarum unitarum generalibus.* *Montmorancium.* *Montmorancius.* *Rupellanorum.* *Rupellanos.* *Oleron Rupellanorum.* *Rupellanos.* *Rupellanos.* *Rupellanos

turabium & Passage portum *Situm*, & *S. Sebastian* civitatem ac portum eidem appellatione gaudentes, ac in sinu iacentes, quem astuarium ab Oceano in terram immissum efficit, ac *Atmosfeo* vel *Atmosfera* fluvius *Pistonas* appellatus, hodie verò *Curumea* vel *Vramea* nuncupatus, aquarum siturum accessu locupletat. Portus *S. Sebastian* interioris spacios à magnitudine ingredientibus navibus nullum periculum minatur, ac duobus è regione meræ oppositione sibi respondentibus castris ab omni inspectu hostili defenditur. Unum, ad Solem Orientem conversum, montem suppositum habet, alterum humiliore situ scopulo inædens Solis occasum intuetur. In reliquo, cui Oceanus affunditur, litore sunt *Orio*, fluminis idem nomen usurpantis ostio adiacent, & *Guteria* portus, in quo Archiepiscopus *Burdegalensis*, Gallicarum bellicarum navium præfectus summus, interea dum *Fuenterabia* à Gallis obsidione cingeretur, 14 Hispanicas Galeones 13 Kal. Septembris crematit. Idem portus etiam Regis navale vocatur, ac sinus est admodum idoneus, qui navibus in anchoris confidentibus tutam & omnis periculi expertem quietem largitur.

BISCAIA ultra *Deva* uno & dimidio à *Guteria* milliari distantem, ac fluviolo ex montibus proximis in sinum adiacentem præcipiti cursu delato appositum, litorum suorum exordium capit. Hæc cum præcedenti regione *Guipuscoa* veterum fuit *Cantabria*, cui cum assilo Oceano *Cantabrica* Cantabri bellicosissimi incolæ appellationem olim peperere. Utraque ferri optimi dotibus, quod magna copia ex montibus eruitur, & mercatoris navibus importatum, maritimo itinere in alias regiones deportatur. Unde incolis haud parvum lucrum quotannis enascitur, imprimis propter insignem hujus metalli, his in locis prodigiosam, quod tenuscitate mirâ præditum, quibuvis instrumentis ex eo fabricandis idoneum reperitur. Ad alterum à *Deva* milliare ejecto in altum promontorio *Capo de Machicaca* tractus maritimus inæqualis redditus mox incidit in urbeculam *Bermeo*, ſitam quâ Oceanus ejusdem litoris sinum injicbat; ac *Placentium* oppidulum fluvioli cuiusdam accolam; & *inter Bilbao* civitatem latis magno fluvio appositam, quo vectore grandis ferri copia ex montibus in urbem defertur. Portus ante urbem in introitu suo pulvino quodam arenoso *la Barra* dicto ita obturatur, ut magnis navibus nonnisi æstu marino ad ſtatam altitudinem ascendente illum superare, ac in portum venire detur. Est autem *Bilbao* hujus provinciæ primatia ac præcipua omnibus ad vitam sustentandam rebus necessariis affatim abundans, utpote quæ commodissimo situ ad ostium fluminis, seu æstuarium fluminem recipiens locata, opulenta negotiatione fruitur. Ut enim reliqua commerciorum genera silentio præteream, illud unicum, quod lanâ solâ exercetur, tantum est, ut vix 50. onerariæ singulis annis in alias regiones exportandæ lanæ sufficiant. Unde liquidò patet, quanta ovium copia in hujus provinciæ terrenis alatur, cum tam grandis lanæ numerus undique in hanc urbem conflüat. *Capo Machicaca* promontorium, & *Bilbao*, 5. milliarium itinere distinguntur. Ad alterum latus opposita hoc civitati *Bilbao* è regione respondens oculi in conversantur, vasa animadvertuntur *Portegalete* castrum, & *Abonte Antoni* 7. vel 8. milliaribus ab urbe *Bilbao* distans mons, quem *Castro* urbecula sinui quotidiani ex terra fluvium adventantem absorbenti accumbens sequitur. Inter *Castro* & *Laredo* 4. milliar. iter intercedit. Posterior urbecula reque ac prior sinum adjunctum habet, in quem fluvius quidam aquas suas invehit. Situs ejus in Orientale latus concessit. Extremum latus Occidentalis in eodem situ aspicuus occupat Mons *S. Antonio*, qui decliris sui dorsi extimum tenus Oceano tingit. Inde litus ad promontorium *C. Ezge* præcipui cursu fertur, ubi eroso litori Oceanus iterum æstuarium quoddam affundit, quod à fronte latum, atque in interno recessu angustum, curvo flexu terræ se infinuat, ac altum quendam promontorium terræ penitus inclusum hudentibus undis format, in cujus margine *S. Andere* civitas collocata cernitur.

Estuarium.

S. Sebastian.

Guteria.

Biscaia.

Bilbao.

Capo de Machicaca.

Portegalete.

Abonte Antoni.

Laredo.

C. Ezge.

ASTURIAS Provinciæ litora à sinu, cui *S. Andero* civitas adjacet, ad *Ribadeo* fluvii ostium procedunt. A sinu autem illo ad *C. de Pinas* promontorium nautæ 28. vel 29. milliaria numerant. Inter utrumque locum sequentes portus occurrit duo præsertim navigantibus patent: *S. Martin* vel *Setteveles* ab *Andero* civitate 1. milliar. intercapedine remotum, ac finis cuidam accubans: *S. Vincente* in fluminis cujusdam ostio à præcedente loco 4. milliaribus distans & *Llanes* oppidulum ad 2. à *S. Vincente* milliare fluviolo cuidam adsidens. Tres hi portus ob angustias, quo includuntur, spacium à paucis navibus visitantur. *Llanes* & *Rio de Sella* 4. aut 5. milliar. interstitio dissident. A posteriori ad *Villam Viciosam* in sinu quodam 7. milliar. *Villa Viciosa*. iter conficiendum est. In sinu, uti diximus, hæc civitas situm nacta, fluvius duobus interponitur: quorum unus dextro lateri affusis inter *Panafior* & *Pedasfal* extorum capit; alter sinistram urbis partem humectans ab *Oviedo Asturiæ* provinciæ metropoli defluit. Ab urbe *Villa Viciosa* litus progreditur ad sinum adjectum sibi habentem urbeculam *Santon*, ante cujus introitum insula parva, turricula quadam exornata, conspicitur. Huic autem sinui confinis est alter, qui à priore angulo ex litore in Occasum provecto, & à tergo in angustias coarctato, à fronte vero in latus rotunditatem collecto, discriminatur. Mox eredit Occasus aliud æstuarium, *Gyron* & *Torres* fluctibus suis lambens, atque item aliud, quod à promontorio *C. de Pinas*, à quibusdam *Scyllæum* Promontorium veterum æstimato, finitur. *Villa Viciosa* & *Santon* 5. & *Torres* ac *C. de Pinas* 2. grandium militar. spacio separantur. Promontorio *C. de Pinas* objicitur scopulorum series, ac pulvinus ad dimidium milliare in Occasum expansus. *Bayonne de France* altitudinis Cœli Borealis 43 gr. & 45 scrup. *Cap. de Machicaca* 43 grad. 46 vel 48 scrup. *C. de Pinas* 43 grad. & 43 ,44. vel 45 scrup. obtinet. A promontorio *C. de Pinas* hujus provinciæ reliquus tractus mari conterminus se protrahit ad æstuarium, cui *Avoles* civitas adhæret: Utriusque distantia 2. milliar. nautæ agnoscunt. Locis præcedentibus succedunt *C. d'Avoles*, & *Luarca* Oceani in terram se inferentis ramus. Territorium, quod hæc 2. loca intercurrit suo segregat, *terra Arteda* ab incolis nuncupatur. Tandem hujus tractus seriem claudit *Ribadeo*, fluvii alias *Rio Eu*, aut etiam *Rio de Miranda* nominati ostium, quo hujus provinciæ ora maritima ad finem deducitur. In dextra effluentis fluvii ripa cernere est *Castropol* urbeculam, & in sinistra *Ribadeo* civitatem, quæ ab urbecula *Avoles* 6. & à *Luarca* æstuario 10 milliar. intervallo abest.

Astvrias.

S. Martin.

Llanes.

Rio de Sella.

Villa Viciosa.

Oviedo Asturiæ.

Santon.

Gyron.

Torres.

C. de Pinas.

Scyllæum.

Bayonne de France.

Cap. de Machicaca.

C. d'Avoles.

Luarca.

Ribadeo.

GALLICIÆ Regni litus duplex, Septentrionale nimirum *Cantabrico* Oceano pulsatum, & Occidentale occidui Oceani fluctibus humectatum, frequentissimâ undarum maritarum crosione lacteratur, ac quamplurimis finibus & æstuariis passim confringitur. Promontorium *C. Finisterre* Septentrionalis latcris terminus est. Occidentalem vero marginem Fluvii *Minho* ostium finit. Illud ab Oriente in Occidentem pronum fertur: Hic à Septentrione ad Meridiem inclinat, Æstuariorum & sinuum crebritas 44. efficit portus, ex quibus illi, quos oppida *Coruna* & *Ferol* possident, cæteris magnitudine præstant.

Gallecia.

Septentrionalis lateris litora sunt sequentia. Haud longè à fluvii *Ribadeo* exitu in conspectum accedunt *minuta Nostra Segnora al sitio Pelos*, *Capo de Ortis* 6. milliar. intervallo ostium fluvii *Ribadeo* sequens, Sinus *S. Cyprian*, ac *Vivero* civitas, ubi *Landrove* fluvius ponte conjunctus est. Ante ipsum fluvii ostium undis marinis circumfunditur Insula *S. Cyprian*, à qua ad promontorium *C. Ortegal* 7. milliar. iter emetiendum. Unius milliaris intervallo ab urbe *Vivero* secessit urbecula *S. Marco*,

Septentrionalis lateris litora.

Minuta Segnora al sitio Pelos.

Capo de Ortis.

S. Cyprian.

Vivero.

Landrove.

S. Marco, & 2. ab hoc spacio *Xoreyas* in fluminis cujusdam ripa consident, undè ad promontorium *C. Ortegal* 4. milliaria navigatione percurrenda restant. Promontorium *C. de Ortegal* & *C. de Prior* distantia ex nautarum suppuratione 8. milliar. intercapedinem comprehendit. In eo spacio occurrunt ostia fluminum *Rivera de Sul*, *Rio Ayapar*, *Seale Naval*, quæ duo posteriora, confociatione undarum inita, oppidum *Zedeira* à Belgarum manu *Severum* appellatum à tergo relinquunt. In subordinatur *C. Prior* ensem, procul aspicientibus perinde apparens, ac si magno hominum pluriumorum consessu onerarius effet, & proximi succedens sinus cum civitate adhærente *Ferol*, in quem *Isuela* fluvius præceps agitur, ut & Sinus sive æstuarium vicinum, quod per 2. hiatus à terra dehiscente apertos irrumpens peninsulam circumfusis suis undis efficit, ac diversorum fluminum erumpentes undas recondit. Ii sunt *Rio Exne*, *Rio Brevia*, *Rio Mandeo*, & *Rio Mero*. Prætet urbem & portum *Coruna* invenitur in eo adhuc 2. alii, nempe *Ponte de Mar*, & *Betanor*. *Coruna* civitas, ut Thuanus eam describit, ex 2. civitatibus componitur, quarum superior montis declivitati superfusa maximibus validis & arce munitissima hostilem impetum amolitur: altera vero inferior, cui *Pescaria* nomen, una parte superiori muro jungitur. reliquis vero marinis fluctibus cingitur, undè & à peninsulæ figura haud multum abludit. Non longè ab urbe preciosi lapides ex terra effodiuntur, *Coruna*, & *Cyfarga*, insilam litori vicinissimam, 6. milliarium spacio distidere nautis placet: Ab hac verò *Rogres* fluminis *Allons* adjectum, quod à promontorio *C. de Pinas*, à quibusdam *Scyllæum* Promontorium veterum æstimato, finitur. *Villa Viciosa* & *Santon* 5. & *Torres* ac *C. de Pinas* 2. grandium militar. spacio separantur. Promontorio *C. de Pinas* objicitur scopulorum series, ac pulvinus ad dimidium milliare in Occasum expansus. *Bayonne de France* altitudinis Cœli Borealis 43 gr. & 45 scrup. *Cap. de Machicaca* 43 grad. 46 vel 48 scrup. *C. de Pinas* 43 grad. & 43 ,44. vel 45 scrup. obtinet. A promontorio *C. de Pinas* hujus provinciæ reliquus tractus mari conterminus se protrahit ad æstuarium, cui *Avoles* civitas adhæret: Utriusque distantia 2. milliar. nautæ agnoscunt. Locis præcedentibus succedunt *C. d'Avoles*, & *Luarca* Oceani in terram se inferentis ramus. Territorium, quod hæc 2. loca intercurrit suo segregat, *terra Arteda* ab incolis nuncupatur. Tandem hujus tractus seriem claudit *Ribadeo*, fluvii alias *Rio Eu*, aut etiam *Rio de Miranda* nominati ostium, quo hujus provinciæ ora maritima ad finem deducitur. In dextra effluentis fluvii ripa cernere est *Castropol* urbeculam, & in sinistra *Ribadeo* civitatem, quæ ab urbecula *Avoles* 6. & à *Luarca* æstuario 10 milliar. intervallo abest.

Coruna.

Allons.

Scyllæum.

Bayonne de France.

Cap. de Machicaca.

C. d'Avoles.

Luarca.

Ribadeo.

Distantiæ.

Distantiæ.

Ribadeo, & *S. Andero* civitas	35
Boelyn, & *C. de Pinas*	60
Boelyn, & *C. de Ortegal* promontorium	68
Boelyn, & *C. de Finisterre* promontorium	92
Heyi, & *C. de Pinas* promontorium	56
Heyi, & *C. de Ortegal* promontorium	70
Isle S. Martin, vel *Isle de Bé* & *C. de Pinas*	60
Isle S. Martin, & *C. de Ortegal*	74
Tour de Cordan in *Garonna* ostio, & *C. de Pinas*	56
Occidentale latus Galliciæ inter promontorium *C. Finisterre* & fluvii *Minho* ostium interjacens, cum suis maritimis, naucleri periti pacto sequenti describunt. Quà *Finisterre* promontorium superiore in cursu Oceanum penetrat, litus Borrali plagâ defertâ iter suum ad Austrum deflectit, ac sequentia loca monstrat: Primò *Sesche* portum uno milliari à dicto promontorio recedentem, qui etiam *Corcunia*, & à nautis *Cruche Bayone* nuncupatis fluvii *Lezare* undis affluentibus impletur; Inde *Muros* vel *Muras* navale à nominato promontorio grandibus milliaribus 4 distans: Ad hoc Ostium fluvii *Tambre* vel *Tamara* effatu suo urbi dicto portum largiens, ante cujus dextrum latus litus accedens sinu quodam à marinis undis effosso intercumpitur; Apex verò ejusdem lateris in montem exit *Monte Lauro* appellatum; Ulterius, fluminis *Rio Xuxo* vel *Rosso* exitum, in ostii sui dextro margine *Villa Nova* oppidulum cum aliis quibusdam, & ante apicem ejusdem lateris plurimos scopulos, ipsoque in medio aquarum ex Oceano influxu insulam; aut portum latum admodum scopulum, quem Hispani *Arosa Isla* vocant obtinentem. Cui in medio fluminis effluentis alveo, inter utrumque, quibus claditur, apicem, succedit *Isla Xuxo* scopulus, à quo hoc ostium appellationem suam deduxit, quamvis originem suam fluvio *Vila* accepeam ferat, qui in *Vila* urbis vicinâ *Tierra de Vloa* dictâ exoriens, postquam in itinere diversorum fluviorum, tam dextra quam sinistra ripa directa influentium, aquarum augmento ditatus in majorem molem accrevit, aquarum fixarum cum in Oceanum infert; Tum Fluvii *Lerie* apud *Ponte Vedra* in mare egressum tentantis ostium, grandiore æstuario ab undis marinis dilaratum, ac supra se monstrans *Monte Carbela*, Hispanis etiam *Isla Grove* dictam insulam, serè medio litori inter *Lerie* & *Rosso* Fluviorum ostia interjecto obsitentem; in cujus confinio sub aquarum superficie latitans scopulus 10 Kalend. Martii Anno 1613 *Nicolai Bori Sardanensis* cujusdam ex *Hollandia* nautæ navem inficiscitum casu impulsam in frusta comminuit, confractamque submersit: Tandem *Bajonne* ac *Caminom* 3. milliaribus disjunctas urbes; quarum posterior, *Minho* Fluvii ripa occupata, his *Galicia* regni litoribus occidentalibus terminos constituit. *Corcunium* & *Ponte Vedram* 7. milliar. diverticulo sejuncta esse oppida, & à posteriore *Bajonam* 4. milliar. distare ajunt. Extra portum *Ponte Vedra* situm habet Insula *Bleydones*, cui subjungitur ostium Fluenti *Caldelas*, in quo urbecula *Viga* & *Cangas* mutuo oppositu se immittur. Mox ultra finum terræ inficiens Occasus undas suas ad *Bajonam* civitatem in Meridionali apice ejusdem æstuarii locum habentem alludit. Quà verò se litus ab illo angulo iterum retrahit, ad occasum suscepto cursu scilinans, ad promontorium *C. de Finisterre* se proripit, ibique ad latus suas insulas *Hispanis Islas de Bajona* dictas offendit. Quoniam in hactenus descriptis litoribus duæ civitates unius & ejusdem appellationis se obtrudunt, quarum utrique *Bajona* nomen impositum, atque altera in *Gallia*, altera vero in *Hispania* locata sit, distinctionis causa illa frequentior *Bayone de France*, & hæc *Bayone d'Espagne* nuncupatur. Ultimus in hoc litorum ambitu occidentalium limes est ostium Fluvii *Minho*, quod *Galliciæ* & *Lusitaniæ* regionum litora dirimit.

Boelyn, & *S. Andero* civitas	35
Boelyn, & *C. de Pinas*	60
Boelyn, & *C. de Ortegal* promontorium	68
Boelyn, & *C. de Finisterre* promontorium	92
Heyi, & *C. de Pinas* promontorium	56
Heyi, & *C. de Ortegal* promontorium	70
Isle S. Martin, vel *Isle de Bé* & *C. de Pinas*	60
Isle S. Martin, & *C. de Ortegal*	74
Tour de Cordan in *Garonna* ostio, & *C. de Pinas*	56
Occidentale latus Galliciæ inter promontorium *C. Finisterre* & fluvii *Minho* ostium interjacens, cum suis maritimis, naucleri periti pacto sequenti describunt.	*Occidentale latus Galliciæ.*
Finisterre insula & *C. Finisterre* promontorium	*Mil.* 92
Hessant, & *Cyfarga* insulæ	85
Hessant, & *C. Prior* promontorium	80
Hessant, & *C. Pinas* promontorium	73
Hessant, & *Laredo* civitas	83
Les Seems, & *Bayonne de France* civitas	84
Les Seems, & *S. Sebastian* portus	84
Les Seems, & *Bilbao* civitas	76
Les Seems, & *Andero* oppidum	72
Les Seems, & *C. de Pinas* promontorium	66
Les Seems, & *Ribadeo* civitas	70
Les Seems, & *C. de Ortegal* promontorium	68
Les Seems, & *C. de Finisterre* promontorium	84
Wefter-Tessmarch, & *Vivero* civitas	66
Wefter-Tessmarch, & *Cyfarga* insula	78
Grey & *Vivero*	70
Grey, & *C. Finisterre* promontorium	92
Boelyn, vel *Isle Isle* & *Garonna* fluvii ostium	58
Boelyn, & *S. Sebastian* portus	60

LUSITANIÆ Regni litora incipiunt, quà se Lusitania *Minho* fluentium *Caminom* urbem præterlapsum in mare Oceanum præcipitat. Hinc ad 5. milliare *Viana*, oppidum in *Limia* fluvii in Oceanum properantis dextro

Biblioteca Museo Franz Mayer

margine hærent, ac ad 9. aut 10. inde milliare *Port à Port* civitas, sub quâ *Duro* fluvius in Oceanum illabitur, in conspectum producuntur. Inter utrumque locum obvium sunt *Villa del Conde* oppidum fluvii *Dive* undis lotum, ac ad 3. ab eo milliare grandes scopuli ante parvum sinum murmur aquæ illisæ randem eludentes, & haud longè ab ostio fluvii *Duro* in mari consistentes. In hujus fluenti *Douro* exitus margine dextro conspectum Castrum nautæ *S. Ians Kasteel* appellant. Quamvis autem civitas *Porto* aliquanto altius in terram ab ostio recellerit, onerariis tamen navibus per fluminis profunditatem ad urbem ipsam ascendere integrum est. Unde hoc beneficium illa consequitur, ut emporium mercatoribus frequens, navigatione commoda & commerciis opulentis fruatur. Quà se per ostium marini fluctus in *Douro* fluvii alveum injiciunt, à Septentrionali vel finitro apice scopuli & saxa plurima transversio situ ad medium fere alveum pergentia introitum obsederunt, adeò ut navibus ingrediens ad dextram & meridionalem latus propius accedendum, ac à finitro seu Septentrionali margine longius declinandum sit. Fluentum autem nominarum originis sux principium in hujus ipsius *Lusitaniæ* limitibus *Cassiis* regno contiguis supra *Miranda* urbem nanciscitur, ac plurimorum fluminum allabentium aquas ex hoc regno in Oceanum educit. *Port à Port*, & *Aveire* vel *Aveiro*, navigationis cursum 8. milliaribus emensendum comprehendunt. Posterius oppidum ab adjectum æstuario 3. insulas, quarum media magnadine utrumque ad latus utrumque sedentem excedit, complectenti, in quod *Vouga* fluvius illabitur. Ab *Aveiro* usque ad *C. de Mondego* promontorium 5. ac inde ad *Pifago* 1. tantum milliare numeratur. Hic ostium adest Fluvii *Mondego* ab urbe *Coimbra* defluentis & per angustas fauces in Oceanum erumpentis, ac intus supraque fauces latiore spacio se expandentis, in quo insula quædam ex aquis concreta situm suum habet. In dextro margine cernes *Bunarcel*, *S. Catarina*, *Figuero*, ac in sinistro *Piffego*, unde litus ulterius pergens stringit *Peniche*, vel *Novum Lubonium*, in promontorio *Cabo del Fidero*, uti vulgari consuetudine appellari solet. *Longe Roxent* rotundus collis litus ablegat ad promontorium *Cabo Roxent*, quod æquali spacio à promontorio *C. Fidero*, & *Barlenges* distans, non majorem quam 1 1. aut 12. milliarium intercapedinem admittit. *Barlenges* sunt scopuli & insulæ, aliquot milliaribus à continente in Oceanum recedentes, quæ *Barreli* nomine etiam vel fluntur. Ora autem maritima *Cabo Roxent* promontorium præterlapsa cursum mutatum ab Occasu in Orientem deducit, ac hinc aperto æstuarium ab Oceano insertum admittit, quod altius terram penetrans, ac *Hypponem*, vel *Lubonam*, potentissimam, celeberrimam, ac verè Regiam civitatem, ac totius Regni Lusitaniæ primatem, præterveclum, grandis Fluvii *Tajo* vel *Tagi* mollitas undas amaris ac sale conditis Neptuni fluctibus temperat. Angulo ejus Australi *Trefaria* nomen est. Duo pulvini arena cumulati introitum occupant, quorum Australis *Zuyder Cachops*, & Borealis *Norder Cachops* vocatur. Meatus inter utrumque navibus transitui patens *Krakenbrp* nomen habet, ab immensæ magnitudinis navibus illis, quæ *Kraken* appellatæ, meatum illum transiere, in *Indiam Orientalem* meant ac remeant. A *Trefaria* promontorio tractus maritimus proceptat ad promontorium *C. de Spichel*, vel *S. Pvet hoeck*, quod nomen *Estavè* nautæ ipsi imposuerunt. Intermedium est ostium Fluvii *Eio Daposta*. Dissantiæ inter *C. Roxent* & *C. de Spichel* promontoria 8. milliarum interstitium complectì perhibent. A posteriori hoc apice litus iterum ab occasu ad Orientem recedens, ubi ad *Setubal* civitatem, sub nomine *S. Yvet* Belgarum nautis notissimam, unde maximam salis vim onerariis suis impositam in alia *Europæ* loca transvehunt, pervenit, ostio Fluvii *Palm* in Oceanum exonerato diffecatur, æstuarioque cum dicto Fluvio coeuans locum cedit. *S. Pvet* & *S. Vincente* promontorium dividens intercapedo 24. milliaria complectitur, sed illa quæ inter *Cabo Spichel* & *S. Pvet* intercedit, 4. pechendit. Quæ vero inter *S. Pvet* & *C. S. Vincente* promontoria extenditur, nullis portus alicujus notæ aut momenti occurrunt. In medio inter utrumque itinere ostium Fluviolo *Salmes*, cernitur.

Porto Douro.

Aveire.

Mondego.

Setubal vel S. Yvet.

ALGARBIÆ, vel *Algarbe* regni ora maritima ALGARBIÆ. prope *Odeffera* initio sumpto, usque ad *Cabo S. Vincente* promontorium cursu protracto procurrens, ac inde iterum ad Orientem iterare retractio properans, *Guadiana* Fluvii exitu terminatur. Navigationis cursus à promontorio *C. S. Vincente* usque ad alterum *Cabo de S. Maria*, vel *Faro* proficiscens, 14. vel 15. milliar. longitudinem emetitur. Sed *Cabo S. Vincente*, & *Lagos*, 5. milliarium distantia dirimuntur. Posterior locus sinui cuidam adjines vicinos, eidemque æstuario appositos habet montes duos multarum ficuum feracissimos. Hunc quidam veterum *Lacobrigam* esse arbitrantur. Inde ad *Villam novam* ostio Fluminis cujusdam admotam urbeculam, postquam interius in ipso fluentu *Silvis* civitas conspicienda prodit, 3. milliaria numerantur, cui numero si 4. adjunc adjicias, spacii inter *Villam novam* & *C. Maria* vel *Faro* intersecta longitudinem tenebis. *C. Maria* angulus est, quem inter la promontorio *Faro* in mari obiscens sibi propinum vendicat. Ad quartum milliare *Tavila* occurrit, quod eadem intercapedine ab *Almonte*, vel *Ayamonte* tuus *Guadianam* Fluvium sito loco, remotum est. Cis idem Fluentum videre est *Caftromarin*, & *Ports S. Maria*. Totius autem litoris portio illa, quæ inter *Faro* & *Almonte* extenta jacet, aliquot longioribus insulis objectis obvallatur, quemadmodum & 2. adhuc minores ipsi *Tavila* obtendantur. Flumen autem, quod nostra ætate *Guadiana* nomen habet, veterum memoria nomen *Anas* obtinuit.

ANDALUSIÆ maritimæ margo exortum ANDALUSIÆ. sumens à *Guadiana* Fluminis ostio deducens per Fretum *Gibraltar*, vel *Herculeum*, in mare mediterraneum expatiatur, ac à tergo urbis *Gibraltar* finem sortitur. Inter quod ab *Almonte* usque ad *Leepe* navigando confficiendum est, 7. milliarium distantiam comprehendit. Vterque locus ita in æstuarii cujusdam in terram immissi litoribus sedem obtinet, ut ille cis, alter trans eundem sinum inveniatur. *S. Michel* & *Palos* sive *Salites* 5. milliarium intervallo disjunguntur. Hic ieum satis spatiosa magnitudine lieus excavatum æstuario ingredienti cedit, ac ostia 3. Fluviolos 3. emittit. In æstuarii verò ipsius introitu insula locata est. A *Salites* vel *Sabites* usque ad *S. Lucar* ostium per quod *Quadalquivir* Fluvius, *Betis* veteribus cognominatus, in Oceanum eruptionem facit, 6. vel 7. milliaria numerantur. Trans ostium sedem fixit *S. Lucar de Barrameda*, ac in angulo ipso *Sivona* castrum, unde iter ad Insulæ de *Cadiz* urbem *Cale Mala* tendens 7. milliar. longitudinem complecti sertur. Angulus recto intuitu *Cales* insulam è regione objectam aspiciens est *S. Maria*, vel *S. Catharinen Capel*, ut à nautis vocari solet. Quà verò altius in Flumen *Guadalete* oculi concilciuntur, civitas *El Puerto de S. Maria* in eos incurrit. Porrò in litore priore ulteriore obvius est portus *Puerto Real*, à quo ora hæc maritima cursvo flexu insulam præteriens ad alteram parvam, cui *S. Pedro* nomen est, transcurrit. Inter *S. Catarinen Capel* & insulam *Cadiz* primo occursu se exhibet periculosus scopulus aquarum tegmine coopertus, qui à figura sua nomen *Diamand*, id est, Adamantis sibi adscivit: Postea litori ipsi obtendantur scopuli quamplurimi numerosi cetu congesti, & *Les Puercos* appellati. Extima insulæ cuspis, quæ in apertum Oceanum se ingerit, *Punta de S. Sebastian* nomine insignita est. Insula ipsa *Cadiz* angustissimo fretto à continentis ora dividitur, & juxta *Puerto de Santo* ponte litori unita Veterum est *Gades*, in qua si antiquorum augmentis fabulosis fides adhibenda, columnæ Herculis olim erectæ fuerunt. *Punta de S. Sebastian*, &c. *de Trafalgar* duo apices à litore in Oceanum protrusi 8. mill. itinere maritimo disjunguntur: Posterius verò promontorium & *Tarifa* 3. milliaribus discrepant: *Tarifa* & angulus urbis *Gibraltar* 4. discriminantur. Urbs *Gibraltar* sinus à se *Bay de Gibraltar* appellato accumbit. Hic *Iacobus Hoemokerck* celeberrimus & inre nautica periissimus nauclerus, ac Hollandorum Thalassarcha Anno 1607. validam *Hispanorum* classem in ipso portu navibus suis adortus est, ac incendio pessundedit vitæ dispendio victoriam redimens. A dicta urbe appellationem sumpsit fretum hoc angustiis suis Europæ & Africæ conjunctionem prohibens quod vulgari nomine *Estrecho de Gibraltar* dignatum Mediterranei maris instium est, atque ostium, per quod indefinenti vicissitudine tertiaque maris undæ permeantur. Inter *Gibraltar*, & *Iesperum oppidum*, Bavioli *Cazmaro* undis suis in mare devectis *Andalusiæ* regno limites suos constituit, lintique in sequentem *Granatæ* regnum transmittit, cujus ex portio in tabula hac hydrographica oculis subjicitur, præsentique descriptione explanatur, quæ ad *Beyam* vel *Serinam* excurrit.

Gibraltar.

Estrecho de Gibraltar.

GRANATÆ Regni litus, quâ ad dictum usque GRANATA. locum à Maris mediterranei extremitatibus legitur, sic se habet. *A Gibraltar* ad *Marbalam* 9. mill. spacio digreditur, inde ad 3. milliare *Fangerola* se conspectui exhibet. Posti *C. de Malaga* promontorium 2. tantum milliaribus ulterius procedit: ad tertii verò milliaris terminum sita est *Malaga* civitas, à quâ *Velez Malaga* aliud oppidum uno milliari altius in tertii situm 5. milliar. intercapedine dissociatur. In litore grande hoereum, aut ædificium insignis arcis alicujus figuram demonstrans mercibus condendis & custodiendis destinatum, ut vel in urbem defecantur, vel navibus imponantur, occurrit. *Velez Malaga*, & *Almuneçar* 11. vel 12. milliaria dispartiuntur: posterior locus & *Salobrina* 3. mill. discessione sejungunter: *Motril* ultimus hic locus est, qui mediterranei Maris litus in charta nostra hydrographica adumbratum terminat, & à precedente dimidii milliaris si litus respicias, 2. vero intervallo si situm interiorem consideres discrepat.

Malaga.

Velez Malaga.

Poli Elevatio.	*Poli Elevatio & Locorum Distantia.*	
	Cabo Finisterre promontorium obtinet	43. gr. 0. scrup.
	Bayone & Effergat.	42. 10.
	Port à Port.	41. 0.
	Aveiro.	40. 26.
	C. de Mondego promontorium.	40. 8.
	Barrel, vel *Barlenges.*	39. 40.
	C. Roxent.	38. 32.
	C. de Spichel, vel *S. Pvethoeck.*	38. 25.
	S. Vincente.	37. 0.
	Totum litus *El Candado.*	38. 15. & 20.
	Insula *Cales.*	36. 30.
	Medium *Freti Gibraltar.*	36. 35.
	Distant autem	
Locorum Distantia.	Insulæ *Bayonne.*	Mill. 14.
	Port à Port.	33.
	Aveiro.	40.
	C. Finisterre, &c. *Barlenges.*	50.
	Grost Canaria Insula.	230.
	Insula *Madera.*	348.
	Tercera Insula.	209.
	Port à Port, & *Barlenges.*	22.
	Cabo S. Vincente Promontorium.	40.
	Barlenges & *Grost Canaria* Insula.	186.
	Palma insula.	192.
	Grost Canarien Insula.	180.
	C. Roxent, vel *Isle de Salvages* Insula,	156.
	ostium fretti- *Porto Santo.*	130.
	nis illi proxi- *Madera* Insula.	130.
	mum, & *Tercera* Insula.	205.

	C. Cantin promontorium.	61.
	C. de Geer promontorium.	100.
	Lanzarotte Insula.	124.
C. de S. Vincente promontorium, &	*Grost Canaria* Insula.	185.
	Palma Insula.	168.
	Porto Santo.	104.
	Madera Insula.	118.
	Isle de S. Maria.	184.
C. S. Maria, vel *Faro*, &	*Silvois.*	22.
	Fretum *Gibraltar.*	34.
	Cabo Cantin promontorium.	68.
	Grost Canarie.	265.
	Madera Insula.	70.
Cale, vel *Cales* & *Isluda* &	*Grost Canaria.*	180.
	Madera Insula.	150.

BARBARIÆ AFRICANÆ maritima à BAR-
Freto *Gibraltar* secundum mediterranei maris ocas BARIA.
Australes usque ad promontorium *C. de Tres Forcas* proficiscentia præsens hæc nostra tabula Hydrographica adumbrat. In litore verò loca sequentia visantur: *C. Spartel* promontorium in Freto *Gibraltar* dextrum introitus marginem inchoat, cui in ordine mox succedit *C. Malaba* apex protensus, ac inter utrumque intercedens *Tanger*, quâ sinus Insulæ *Tarifa* situti *Andalusiæ* regni objectæ è regione opponitur. Ejus dictum promontorium finis est: Proximum sinum *Alcasar Segeer* obtinet: inde litus iterum cuspidem in fretum extendit, eique impositum monetam *Schemmelebergh* obtentat. Tandem post *Seutam* civitate sinui cis- *Seuta.* dam accumbentem à pelago litus in equipretium & coarctatum acumen ire cogitur, ut solis ortui occurens hujus freti litus Boreale terminet. Utrumque autem Freti litus, Australe puta & *Hispanicum* in *Europâ* situm, ac Boreale, & *Barbaricum* in *Africa* locatum ab occasu ex Oceano magno ad ortum in longitudinem patet, adeò ut latitudo fugcium earundem inter Barbaricum latus in Septentrionem protum, & Andalusiæ litus ad Austrum proclive experiatur. Ab angulo autem dicto, urbi *Seuta* proximo, & lateris Arctoi termino ora hæc maritima obliquo Flexu in meridiem directum iter suscipit, illudque iterum à *Tetuan* urbis porta ad Orientalem plagam redire jubet, ut *C. de tres Forcas* promontorium attingat. Inter apicem *Seuta* vicinum, & *C. Porques* promontorium pelagus inori profundius penetrato ab longum æstuarium infundit, ulteriorque profectione confecta, promontorioque *C. Porques* superato eundem quendam in terram inferit ad alterum milliare interna situm urbem *Tetuam* attingentem. *C. Trafalgar Andalusiæ*, & *C. de Spartel Barbariæ* promontoria 7. fere milliarium discessione dissident. Navigationis cursus inter *Tanger* & *Seutam* 6. milliaribus discrepat, ac à posteriori 3. mill. intercapedinem emensis in æstuarii quod civitati *Tetuan* subest, ostium dilabitur. *Seuta* & *Penon de Velez* 15. milliarium diremptione discretæ sunt. Intercurrens litoris spacium ostiosum est. *C. Tetuan*, *Ryff. Targa*, *Nicgab*, & *Caffasa* locus *Penon de Velez* proximus, quem sequuntur *Belis*, *Elu*, *Bouzemor*, *Tarfagarele*, *Tarquirato*, *Cafasa*, *Alcadia*, & *C. de tres Forcas*, *Penon de Velez*, & *Battoy* sinus, cujus apices 2. milliaribus dilatatam longitudinem coercent, 5 mill. disjunctione disterminantur. *Buforna* navale est navibus *Buforna.* patens onerandi dactylis & cera mercibus, quas incolæ armis variis, ac tapelle dite bellica, Intrinsique Silefiacis redemptas nautis suppeditant. Inde ad tertium milliare *C. de tres Forcas* promontorium longiore tractu in pelagus abit.

Locorum longius dissitorum distantia sic se habent. *Locorum Distantia.*

Tarifa in *Hispania* & *C. Spartel* in *Barbaria* disjungun-	tur.	Mill. 6.
Tarifa, & angulus *Seuta* vel *Ceuta* vicinus.		6.
Angulus *Gibraltar*, & *Seuta* apex.		5.
Angulus *Gibraltar*, & *Penon de Velez*,		22.

Biblioteca Museo Franz Mayer

Angulus Gibraltar, & C. de tres Forcas. 40.
Malaga in Hispanico, & Seuta in Barbarie litore. 38.
Malaga & C. de tres Forcas. 34.
Seuta in Barbaria & Salobrenna in Hispania. 35.
Alboran inter promontorium C. de tres Forcas & Andalosiæ litus 32a insula & C. de Gata in Hispania. 13. vel 16.

Hispaniæ commercia & redditus annui. Quantum autem ad Hispaniæ Regni navigationem, ac commercia, & regios ex iis emergentes reditus annuos attinet, compendiosa enarratione commodorum ex navigationis & mercaturæ exercitio exoriundorum mentionem ut faciamus, haud abs re futurum opinamur. *Guipuscoa* provinciæ commercia prima ac præcipua ex ferro redundant, insignique lucro annuo incolas ferrum ex fodinis eruentes in alias regiones navibus mittentes locupletant. Similis commodi particeps etiam redditur *Biscaya* copiosissimo ferri proventu insigniter locupletata. Lanam taciturnus præterco cujus incomparabilis ferè copia ex provinciis commemoratis in alias transfertur. Vectigal omnium mercium, quotannis *Oviedo Asturiæ* provinciæ primatem urbem transcuntium, quæ ibidem loci navibus imponitur in alios Europæ tractus evehuntur, 375000. marcæ dedesiorum reddere dicitur. Huic alterum accedit ex solius ferri negotiatione 150. eiusdem monetæ millia quovis anno præstans, qui reditus ex sola *Guipuscoa* provincia proficiscitur. Quatuor civitates *Biscaiæ* maritimæ *Laredo, S. Andero, Castro, & S. Vincente in Biscaia* negotiationis suæ cum adventantibus aliarum gentium nautis exercitium annuum singulis annis ter mille millium, ter centenorum & quadraginta quinque aureis monetæ milium solutione redimunt. Vix dictu credibilis est mercaturæ exercitatio, cui ab *Anglia, Gallia, Belgio, & Hanseaticarum in Germania* litore urbium incolis *Coruna* portum frequentantibus indefessæ indefessæ opera datur. *Lusitania* præ cæteris *Hispaniæ* regnis omni commerciorum genere est florentissima, & abundantissima, utpote cujus portus varietum populorum navibus patent, ut de ipsis incolis non dicam: qui nauticæ artis peritiâ nobilissimi nullum orbis angulum navigatione pateretem intentatum relinquunt. Reditus regii, quos merces unoquoque anno ex Indiâ Orientali in *Lusitaniæ* portus advectæ pariunt, fescentis Ducatorum millibus sive octodecim rotundum auri precio æstimantur. Unde facilis conjectura fiant poterit, quantos thesauros *Hispaniæ* regni ærput, & commerciorum gloriâ emporium nobilissimum sibi sui negotiatione totum Oceanum pertemtente huic regno subministrare soleat. In navalibus *Hispaniæ*, nunc exteri repetitione vina nobilissima, optimi saporis ficus, gratissimæ dulcedinis uvas passas, & siccatas, ac olivarum oleum gutæ irritamentum delicatissimum, ex quibus incolis pariter ac peregrinis quæstus est uberrimus. *Setubal* portus est *S. Vincentii* Belgico nautarum generi dictus, cujus litora conspicua sale albissimo supra modum affluunt, quod ex salinis Oceano vicinis petitum, onerariisque impositum, utique transvectum per totum *Europam* distribuitur. Piscium quoque maris vicini incolarum frequentia, & abundantia ineffabilis piscaria uberrimo eundem locum & mobilem, & locupletem reddit. *Lusitaniæ* litoribus sunæ celebritatem conciliat lucrosus piscium, qui *Sardinen* nominantur, captura quibus sapore suo gratissimo palatum mirè afficientibus adeò frequentes & numerosæ naves insidias struunt, ut ex solâ urbe *Phyllipona* 100. circiter eorum navigiorum, quæ *Barchen* cognominare soleant, hujus piscatus exercendi causa fe in mare conferre consueverint, & ex eo Duci *Braganca*, in cujus Ducatus litoribus exercetur, 22. millium aureorum emolumentum quotannis nascatur. Abundat etiam ora Hispaniæ Oceano Occidentali contigua alio piscium genere, qui *Thunni* appellati coribus frequentissimis hos maris tractus inhabitare solent, incolas haud exiguo lucro locupletantes: Eorum Introductionis in hanc quintam partem capitè sæpenio meminimus. Ejusdem maris incola frequens est *Anzarota Hispanis* dictus piscis in aliis Oceani partibus rarò conspicuus. Olei olivarum per totum *Hispaniæ* regnum vis tam ingens quotannis colligitur, ut fidem ferè excedat. Præter illud, quod incolarum usui inservit, quovis anno *Belgarum* naves ultrà tria dolorum millia avecta in *Belgium* transportant. Saccharum ex Occidentali Indiâ *Hispaniam* in *Lusitaniam* transvectum & commerciorum, & commodi admodum lucrosi, quod à *Lusitanis* percipitur, occasio est haud exigua. Anno decimo septimo supra millesimum & sex centesimum ex *Brasilia* vigesies sexies mille quadringentæ & tredecim saccharo plenæ cistæ, & ex insula S. Thomæ decies mille Ulyssiponam delatæ, ac in urbe Viana sola quinquies mille venditæ sunt. Ex vineis uberrimis, & olei olivarum affluentiâ incredibili, in *Andalosia* regnum emolumenti grandis fructus opulenti redundant. *Malaga* civitas subnomine *Malagum*, *Belgis* notissimum & celebertimus portus, emporium regni *Granata* est nobilissimum, ac quasi horreum quoddam, quò statis temporibus navium plurimarum mirus est confluxus, ac mercatorum frequens admodum conventus. Amenissimum & fertilissimum planicies, in qua locatur, vineæ crebræ & olivetæ frequentia exornant. Ipsi verò civitati turres pulchræ propugnacula valida, armamentarium omni genere armorum, cæteræque ad rem bellicam necessariâ supellectile instructissimum, & arces duæ mirum ornatum conciliant; arces inquam duæ, quarum inferior superiori duobus sirmissimis muris gradus lapideos, per quos ex superiori *Gebalfaro* appellato in inferiorem *Alcazaza* nomine descenditur, includentibus antecluitur. Sunt adhuc aliæ duæ arces in litore hujus regni conspicuæ, quas firmitas ex natura & arte profecta commendat. Uni *Mauritaniæ* reges thesaurorum suorum custodiam commendabant, alteri verò filiorum ac fratrum tuendam commendabant. Hæc *Almugnecar* vel *Almuneçar*, alia *Salobrigna*, vel *Salobrenna* nuncupatur.

MARE ATLANTICVM,

QUOD

INTER CABO S. VINCENTE

Hispaniæ & Cabo Verde Africæ promontorium oras Terræ versantes alluit, ac Canarias C. Verde & Flandricas Insulas undis suis circumfluit.

QUAS ORAS MARITIMAS effigie artificiosa compendiosè adumbrat tabula haec hydrographica, eas omnes fitus invenies in Occidua extremitate litorali inter duo promontoria celeberrima pariter ac nauturum nulli non notissima, *Cabo Vincente* puta, & *Cabo Verde*, quorum illud *Æquabus* regni latus in extimum acumen coactum porrigit, unde Oceanus ad Solis ortum delatus *Gibraltar* fretum petit: Hoc verò cæteris omnibus in totâ Africâ occasui propius *Nigri* gentis fluvii ostia disjiciendo rectâ prominentia in Occasum egreditur, latusque hactenus in Austrum progressu suo devectum ad plagam Orienti Solis subjectam reflcit. Hispanici litoris oras à *Cabo S. Vincente* promontorio usque ad *Estretho di Gibraltar* amandatas in præcedentis maris declaratione expedita sunt: Hic ea restant litora, quæ ad *Africæ* portionem, cui *Barbariæ* nomen est, pertinent. Quandoquidem verò diversorum regnorum, & regionum oræ maritimæ occurrunt, ordinem *Cabo Spartel* promontorio secundum quodvis territorium decurrendum, donec, ad alterum *C. S. Vincente* perveniamus.

FEZ. FEZ, vel *Fessanum* regnum ex regionibus *Atlantem* mari exercitis suas obdentibus prima hæc litorum suorum inspectionem fieri cupiet. Provinciæ, quæ Occanum attingunt, sequenti serie se consequuntur.

Habat. *Habat* vel *Elhabat* Provincia seus Boreale, à Promontorio *Cabo Spartel* ad *Fretum Gibraltar* sito usque ad fines provinciæ *Æger* protrahitur, ac sequentium locorum est hospitium. *Cabo Spartel*, *Hispanis Cabo Effetta*, & *Gallis Cabo de Spartelle* dictum promontorium finistrum introitus in *Fretum Herculeum* marginem in acumen coarctat, à quo litus usque ad *Cabo Cantin* promontorium incurvato sinu deducitur. At 5. à dicto promontorio milliare itineris maritimi commoratur *Arzilla*, vel *Arsila*, an *Azzila*, ut *Africani* nominant, oppidum parvo muroruin ambitu conclusum, quod anno 1471. à Lusitanis occupatum, anno quingentesimo octavo supra millesimum eorum militibus hominum à *Mauritanis* fructu obsessum, postea à *Lusitanis* derelictum, anno 1578. à *Muley Mahomet* Fessano rege *Sebastiano Lusitaniæ regi* fecuritatis causa restitutum, ac tandem à *Mauritanis* recuperatum hactenus in eorum potestate manet.

Arzila.

Æger. Errata. *Æger* Provincia antecedentem proximè sequens, litoris sui ornamentum ostendit *Leci* vel *Lues* fluvii ostium, & difficilis introitus portum, cui addita est civitas *Larache Assis El Historia de Rossi Arcas* vel *Harais* nuncupata, & 6. milliarium spacio ab *Arsila* diremptæ, quæ 20. & aliquot gradibus à primo meridiano, & 34. grad. & 10. scrup. ab Æquatore ad Articum declinat. Anno 1610. Rex Hispaniæ eam occupatam jam in possessione habet. Validissimum oppidum margini oppido è regione objecto impositum illius vires eorum in modum auget. Pabodola loca & prata uligineda civitatem ambiunt; fluvii margines densissimæ silvæ leonum, & simbium animalium terribilium latibula vestiunt: Solum reliquum aridum & sterile nil nisi Gossipium fert. Præsidium *Hispanorum* forte, *Mauretorum* vicinorum conatus & impetus reprimit. Ab hac urbe litus 3. vel 6. mill. curfu absoluto in ruinas & parietinas incidit veteris urbis *Memora*, à qua ad alteram, quæ ex hujus caduere conservata eadem appellatione olim resurrexerat, 5. mill. iter expediendum, & ex hujus provinciæ limitibus excedendum.

Lucche.

Fez. Provincia toti regno nomen fanm favens, & proxime vicina, ora sux maritimæ initium sumit ab ostio fluvii *Subu*, aut *Cebu*, ut nonnullis ipsum appellare placet, atque fluvii *Buregreg* exitu finitur. *Mahomora* ex alterius cadavere, uti dictum, renata, & flaminis nominati ostio apposita, eosdem fortunæ casus adversos experiendo, Martis in clementiâ concidit. *Lusitaniæ* Rex circa annum 1515. portus hujus commoditatem aucupatus exercitu grandi inhæc loca misso fortalitium ex ruderibus excitare incepit magna tamen suorum clade à *Mauris* iterum ejectus. Conatus similis *Hispanicorum* Regi anno 1614. longè melioribus avibus succeffit, cujus exercitus hue missus ejectis *Anglis* piratis, qui prædas in Oceano captas in hoc latibulum suum, conventibus *Mauris*, convehere consueverant, fortissimo castro hunc portum munivit. Quicquid litoris inter *Larache* & *Mahomoram* intercedit, omne depresso solo progreditur colliam arenoseum vallo maris rubici restitens. A *Mahomora* ad 5. milliare inter *Sale* & *Rabat* *Buregreg* fluvius præceps in Oceanum ruens ostio *Buregreg.* suo hujus provinciæ fines terminat. Prior locus, *Cale* vel *Sale* etiam appellatus, emporium est celebre, in *Sale* quod plures Mauri ex regno Granada superioribus annis à Rege Hispaniæ ejecti se receperunt, qui hodierno tempore nullius imperio subjecti Reipublicam liberam propriis viribus tuentur, ac exteris nationibus commerciorum frequentandorum causâ advenantibus, accessum tutum impertiunt. Hinc magnus *Europæorum*, *Anglorum* autem in primis, ac *Gallorum* & *Hollandorum* ad hunc locum est confluxus. Semel quidem, sed haud diu in Lusitanorum potestate fuit.

Temesine. *Temesine* vel *Temesene* Provincia inter fluviorum *Temesine. Buregreg* & *Ommirabih* exitus oram suam interpositi. Litus à *Mahomora* usque ad dimidiam itineris, quod ad urbem *Sale* progreditur, partem arenis tegitur; Quod reliquum est, nigris & præcipitibus scopulis confractum à *Monsor* usque ad *Fedale* insulam 7. aut 8. mill. iter percurrit. *Rabat* civitas *Arabicus Rabat.* inhabitata & dimidii milliaris divortio secuncta à sequenti oppidulo *Mengale*, *Mealor*, quod antiqui splen- *Mengale.* doris exuvias ostendit. *Sale* vel *Salla* proxime Occa- *Salla.* num, & fluvium *Buregreg* 1. à *Rabat* milliari distans. *Almansor* vel *Manser* parvum oppidum ad fluvium di- *Manser.* midii milliaris spacio à mari, & 5. vel 6. circiter

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

milliaribus, à *Rabat*, & *Anfi* distirum nostra ætate Arabus incolas habet. Hinc sequitur *Fedale* insula, & duobus cum dimidio inde milliaribus *Anfi* vel *Anfer*, vel *Anfa* civitas collapsa cum multis turribus antiquarum ruderibus, & castro à *Mauritanis* præsidio munito, ubi proximè ostium fluvii *Anfa* *Omnirabih* hujus provinciæ, & totius regni *Fessani* littora fines suos inveniunt.

MARROCO Regnum, nomine Marruecos Hispaniæ incolis notum, inter fluvii *Omnirabih* ostium & *Cabo de Non* promontorium tractum suum Oceano Atlantico ubiniteneus expandit, ac sequentium provinciarum oras maritimas Neptuno lavandas offert.

Ducale vel *Duquele* provincia limites suos alludentibus Oceani fluctibus lotos ab ostio fluvii *Omnirabih* ad *Tensift* fluenti in mare egressum deducens sequentium locorum celebritate innotuit, ex quibus primum locum obtinet hiantis litoris patens fretamen, cujus beneficio fluenti *Omnirabih* undis ex terra in Oceanum abire licet. Hoc *Pinarabea*, vel *Omnirabih* ab aliis nuncupatum, tanta Trissarum piscium copia affluit, ut & accolis pro aliqua anni parte alimenta sufficiat, & plures *Lusitanorum* Caravellas in onerarias in *Andaluſiam* & *Lusitaniam* transmittat. Ejus ostio affidet *Azamor* civitas anno 1512. à *Lusitano* occupata, quam receptam *Mauri* modica arcis fossa castro, & valido præsidio defendunt. Populosa est, atque commerciorum fructu singulari, inprimis ex piscatu piscium dictorum, qui à mense Octobri usque ad Aprilem incolas occupatos tenet, redundante gaudens. Ad 2. milliare *Germanicum* aut 3. Gallicum succedit *Mazagan*, nonnullis *Mazegan*, aliis *Mazegran*, & Arabibus *Bereya* appellata civitas olim populosa & dives, jam verò militum Hispanorum, qui ex *Hispania* prædicti hinc mittuntur, receptaculum. Unius & dimidii milliaris *Germanici* aut 4. leucæ. *Hispanicarum* intercapedine à priori remota est *Tit*, vel *Tito* civitas paucis incolis inhabitata, in quâ turris ingens nautas de litore hoc certiores reddit. Desertam reddidit *Hispanorum*, aut *Lusitanorum* Vicinia, quibus tributum cives cum solvere cogerentur, nec ulla ratione ab hoc jugo libertari possent, in alia regni loca à Mauritaniæ rege trahuti sunt. Hinc unius milliaris itinere abest *Cabo Blanco* promontorium, ac 2. & dimidii mill. interstitio ulteriùs removetur *Casa Cavalgero*, quâ vallis occurrit cum turriliteris eminentiori parti impositâ. *Eminâra*, litori se altius attollenti insidentis domunculæ nomen est, unde oræ maritimæ progressus ferrer ad promontorium *Cabo Cantin* quod à præcedentis *Cabo Blanco* spice 7. mill. differentiâ separatur. Distantiarum igitur hactenus enumerarum longitudines si in unum numerum supparando colligantur, litus à Promontorio *Cabo Spartel* ad hunc apicem cui *Cabo Cantin* nomen esse diximus, 61. milliaris iter sibi percurrendum esse affirmabit. Promontorium autem *C. Spartel*, & insula *Madera* 150. *Cabo Cantin* & eadem insula 100. *C. Cantin* & *Cabo S. Vincente* 68, ac *C. Cantin* & *Tenerifa* una ex *Canariis* 107 mill. disjunctionem habent. A *Cabo Cantin* promontorio litoris series in meridiem declinata ad Ilesum festinat adjecta sibi urbe *Saffi*, vel *Safi*, aut *Asafi*, vel *Azafi*, ut *Africanis* appellitant, nobilem. Fortibus muris circundata, ac pluribus turribus grandioribus munita, indigenisque populosa commerciorum felicitate floret. In ea Galli utpote frequentiores cujusvis ac commerciorum suorum patronum habent, quem consulem appellant. Alteram cujusdam sinuosam litoris incurvationem urbi *Saffa* fabricam includentium *Nord-buck* Belgarum Neptunia cohors à Septentrione, in quem prona est, denominavit, oppositamque *Zuyd-buck* ob Austrum leam, cui obversa est, plagam dixit. Septentrionalis ille apex etiam *Cap Cannoval* nomine à Gallis insigniror, ac 4. aut 5. mill. divortio à *C. Cantin* abstractus est. Quâ Oceanus *V.* milliari ab hoc promontorio ad interiora se retrahit, vadosum & onerariis invium locum offendit duas tertias milliaris partes longitudine sua complentem, cui Belgici nauclerí *Gout-hanck*, id est, auri scamnum nomen fecêre. Locum nobilitat piscatus copiosus & dives, cui satis anni temporibus opera strenua navatur. Inter *Nord-boeck* & civitatem aque dulcis copioso affluxu exuberans locus quidam nautas navibus fuis de potu necessario prospecturos voti compotes reddit. Unius & dimidii milliaris disjunctione *Zuyd-boeck* ab ipsâ urbe diducitur, à quâ Nauclerorum peritiam inquisitio insulam *Mogador* 14. aut 15. milliaribus abesse refert: *Mogador* autem, & *Cabo de Geer* 16. aut 18. milliaribus distita esse loca asserit. Duobus autem à *Zuyd-boeck* vel apice Australi milliaribus fluento *Tansa*, vel *Tensift*, qui à regia hujus Regni *Tensift*. Sede *Marroco* dimidii milliaris spatio haud longius fluendo præterlabens defendit, in Oceanum ejusdem ostio liras ostium suum aperit, ac ex hac provincia in sequentem transire nos jubet.

Hea Provincia maritimis suis locis inter fluvii *Tensift* ostium, & *Cabo de Geer* promontorium intercedens litus confirmens mox in principio offendit *Mogador*, vel *Mogandor*, aut *Mogodor* insulam quinque millia passuum lato freto à litore divisam in qua *Mauritaniæ* reges ejusdem appellationis arce militi præsidio firmatâ vicini montis auri & argenti foraciis fecuritati providerit. *Gete* vel *Goge* proximum navale *Get.* portus sui commoditate navibus opportunum; Cui vicinum est promontorium *Cabo de Aem*, vel *Cap d'O-C. de Sem.* *Zem*, & huic succedens alterum *Cabo de Tafalana* à *Cabo Tafalla* loco imposito denominationem sumens, quod *falana.* à promontorio *de Geer* sex milliaribus ad Eqeam recedit. *Gazola* exigui momenti locus. *Tefethor* vel *Tefitane* olim *Bereta* vel *Temoſga*, ut nonnullis placet, fortis civitas Oceano adjecta, *qua Atlantis* maioris extremi montes Oceano incumbunt, & proximè extrum promontorii *de Gehr* in Oceanum exuntes hujus provinciæ oram maritimam à sequentis litore distrahunt.

Sous vel *Sus* regio simile olim splendens provincia, *Sous.* & regni *Aterrozes*, in hoc tractu ultima, parte ex, quæ interest promontoria *Cabo de Guer*, & *C. de Non* ex portecta maris impetui obsistit. ab eisdem appellationis fluento sibi nomen adscisit. In litore ejus sequentia loca notabis. *Cabo de Geer* vel *Cap d'Aguer* promontorium *C. de Geer.* humilis & depressus apex plano, & æquali decursu in Oceanum fertur. Sinus hic est, profundiore sectione litus dirimens, & fluvii *Sous*, vel *Sus* aquas ex terra ad se delatas recipiens in cujus exeuntis latere dextro *Lusitani* olim arcem *Santa Cruz*, id est, Sanctæ crucis exstru- *S. Cruz.* ctam disturnâ possessione obtinuêre. Eam incolæ *Darrumion*, id est, domum Rumorum, id est Christianorum appellitare soliti, Anno 1536 in suam potestatem redegerunt, quam eminentiori colli injectam hactenus retinent. In vicinia ex litore prominens promontorium *Cabo S. Cruz* nomen à dicto castro sibi sumpsit: Haud procul inde Christiani mercatores in litore horrea habent ac granaria mercibus reponendis idonea, in quæ ab incolis precio aut aliis mercimoniis redempta reconduntur, ut pochea navibus adventantibus imponantur. Quæ sequitur civitas *Anſa* in 9. *Mila.* partes, aut parvas potius civitates, quarum quævis propriis suis muris includitur, dispertita est. In altero sinus margine celebrantur *Carizgueſſem*, vel *Cart-Catguſſem* frumentalimus locus, cujus ab aliquot contenis *annis Lusitani* possessores fuere: *Agoulon*, *Alcazaba*, *Semotomat*, & *Cap de Gonlon*, vel *d'Arzilon* promontorium, & sinus memorati finis meridionalis. Tandem *Cabo de Non* vel *Non* promontorium, quod huic provinciæ & toti litori hujus regni limites suos constituit.

Diſtan-

Distantia locorum. Disjunctur itaque.

Cabo de Taffalana, & *Cabo de Geer.*	Milliar. 6.
Cabo de Cantin, & *Cabo de Guer.*	38. aut 40.
Cabo de Geer, & *Cabo de Non.*	20.
Cabo de Geer, & *Cabo Cruz.*	4.
Cabo de Non & *ofia.*	10.
Cabo de Non & *Cabo Bajador.*	52.
Cabo de Geer, & *Cabo Bajador.*	70.
Saffia & *Madera* insula.	98.
Cabo de Geer, & *Madera.*	100.

Elevatio Poli ſic ſe habet. grad. ſcrup.

Cabo Spartel ab Æquatore ad Arctum recessit. 35. 32.
Mogador. 32. 46.
Cabo Cantin. 32. 32.
Mogador Insula. 31. 8.
Cabo de Geer. 30. 0.
Cabo de Non. 28. 32.
Cabo Bajador. 27. 0.

BILEDULGERID seu NUMIDIÆ latora Oceano contigua finum habent inter *Cabo de Non* Promontorium, & exitum fluvii *Lebich* pone *Allsene* in Oceanum prorumpentis, ac è regione per Oceanum sparsas *Canarias* inspicione. In iis occurrunt ostium *Rio Branco* per diversos exitus in mare se effundentis fluminis, atque item alterum *Bucador* fluenti, quod propè *Bucador* suas cum Oceani undis communes esse vult. *Seche* aliud flumen nomen sinum inde nactum, quod hyberno tempore aquis quidem affluat, æstivo autem planè careat, haud procul à promontorio *C. de Non* in mare se infert. *Lebich* in *Allsene* vel *Alberne* oppiduli vicinia aquis suis in Oceanum evadentibus fpoliatur.

ZANHAGA vel ZENEGA Provincia præcedentem sequens in litore suo offentat promontorium *Cabo Bajador*, vel *Cap de Bajador*, quod *Gil Eanes*, Lusitanus Anno 1433. navigando superavit. Tradum litoris sequentem *Angra de las Barcas* ab avibus ita dictis *Fulmini* cognominavêre, cui in ordine succedit in litore 12. milliaria Gallica emenso *Angrades Cavalleros* alius distractus, & 12. alia milliaria ulteriùs progresso ostium fluvii *Rio de Ouro* appellatione natâ ex auro, quo incolæ unum ex suis à Lusitanis captum redemerant. Inde 12. milliaribus similibus dimotes est tractus *Angra de Gonzalo de Sintra*, post quem cernere licet *Port de Cavallero* portum 18. milliaribus à promontorio *Cabo Blanco* disjunctum, ac tandem Insulam *Argyn*, ab aliis *Argin* appellatam cum arce bellicis operibus anno 1442. à *Lusitanorum* rege firmata, qua Sphæræ latitudo 20. grad. 25'. scrup. ab Æquinoctiali linea ad Arcticum recedit. *Arabes* mercatores hanc locum frequenti visitatione invisentes Lusitanis pro panno, litteamentis, tapetibus, equis, & numerato inprimis, aurum, Strouthiocamelipannos, & mancipia nigra tradunt, mercesque receptas inter Nigritas & Æthiopes effecti, pænæque loco huc missi mancipiis colnendis, ac in *Brasiliam India* Occidentalis regnum transmittendis occupati sunt. Ibi enim in Ingeniis, aut molendinis saccharatis mancipia hæc operam præstitura à Lusitanis enumtur, ut in *Brasilia* locubus descriptis meminimus. *Portedale* frequentissimo nauta rum & mercatorum affluxu haud exigua fame locus ut & reliqui litoris vicinia tota mercimoniorum & negotiationis exercitio maximè floret. Frequentet enim à *Gallorum*, *Lusitanorum*, *Anglorum*, *Belgarum*, & maritimarum *Germaniæ* civitatum nautis insistur. His cum incolis continentem inhabitantibus, Æthiopibus videlicet, mercaturæ hic lucrosissimum & coebertimum exercitium intercedit, unde usu venit, ut *Hispanica*, *Anglica*, *Belgica*, ac *Gallica* præ cæteris, ob frequentium cum Gallis commercium, linguæ idioma indigenæ fic satis calleant. Grandis, & proportione membrorum aptæ staturæ homines, colore picis nigrorem referente pellem obductam habent. cæteræ malitiosi, furaces, cibo & potu mira intemperantia

Biblioteca Museo Franz Mayer

se saburrantes, & ad scortationem ac libidinis genus omne mirum in modum proclives. Quidam *Punicei* religione animæ salutis consulere student: Alii *Mahometicis* fabulis decepti sunt. Plurimi Ethnicorum Idololatriâ conspurcantur, adeò ut etiam sint, qui Lunam adorent, vel ipsi Diabolo divinos honores exhibeant. Nec deest huic diabolico cultui tutandoargumentum à Diabolo suggestum. Deum ajunt naturæ bonum, imò bonum ipsum peccibus nullis indigere, utpote qui sponte beneficiat. Diabolum verò *Commate* nomine ab ipsis donarum, naturali & ingenitâ malitiâ præditum esse, & nil nisi malè facere: Proinde omnino necesse esse, ut precibus effusis honoretur divino exhibito mitigatus à malefaciendo avocetur. Pernicitimo ac celerrimo cursu adeo valent, ut inter eos reperiantur, qui velocissimos etiam equos currendo superare queant, tantum abest, ut cum iis contendere non audeant. Natandi peritiâ stupendum in modum excitatos amphibia potius quàm homines ferè diceris. Hinc piscandi dexteritasnata, celeberrimâ piscatus laude, & famâ ipsos extollit. Utres & distincta sibi cum vicinis intercedentia Martia alæ conjungunt, armisque sopiunt. Arma ipsis confuetæ sunt arcus & fagittæ cum jaculis, quæ miro artificio ac certitudine singulari, torquere norunt. Captivos suos Lusitanis venales exhibent. Superiores facti hostibus occisis telliculos exsecant, exsectosque victoriæ signa uxoribus suis tanquam singularis pretii, aut monumenti munera donant. Eos filo traiectos uxores capillis inserunt, & ceu ornamentum aliquod infigunt ostentant. Maribus licet tot uxores sibi matrimonio jungere, quot quidem per opes alere possunt. Miserrima tamen & durissima sequioris sexus apud hos Barbaros est conditio, utpote cui non domi solum omnes domestici labores, verum etiam foris & in campo omnia rustica onera incumbere solent. Cibum coctum & solito more apparatum uxor marito suo apponit, eique tam diu summo obsequio ministrat, donec ventrem suum prope faburraverit. Tum demum uxori reliquias in culinam auferre, iisdemque famelicum suum stomachum explere licet. Rustici ex mediterraneis agris & pagis in oppida aut urbes maritimo litori insidentes mercatus frequentandi gratiâ, proficiscentes armis suis solis onerari incedunt: Ponè autem videas uxores ajinorum instar mercibus onustas maritos comitari, ac quandoque earum quatuvis 14. 15. aut 16. coria bubulis capitibus pilis, atque infante tergo inhærente gravari. Corporis ac membrorum duritie fœmininum genus mirum in modum excellit, ut conjicere est ex facili earum partu, cum non facilimè solum parturientes onere hoc suo leventur; verum etiam confestim cum infante recens nato in aquam se immergant, ac eum una secum à sordibus corporis purgent. Quin extemplo etiam confectis suis Veneri restituendi gratiâ marito alludunt, & mox cum eo coëunt, si vel minima illud faciendi libido ipsum incesserit. Habet & mortuos suos sepeliendi ritus miros hæc natio. Defuncto quopiam ex suis omnes consanguinei & affines concurrunt, ac horrendis planctibus & ejulationibus amentium instar nonnunquam per triduum, quatriduum, aut quinque dies mortuum desient, intcrea potus non obliti, utpote qui vino ex arbore *Palm* vel sublimato ad saticatem, & ebrietatem se ingurgitant. Hoc peracto defunctum ad sepulturam tibiarum & tympanarum sonitu efferunt atque amphoram vino vel aqua repletam capiti ejus apponunt, ejusque tam maturino quàm vespertino tempore per longam annorum seriem accurate rationem habent, ne ad sitim sedandam potus necessarius misero deesse queat, quandoquidem vinum ac præcipuè adustum plurimi apud eos fieri solet. *Petrus van den Broeck* Belga, qui aliquoties maritimo itinere hæc loca invisit, memoriæ prodidit, Æthiopem ex Regis aula ad se allocando in navem venientem tanto haustu cantharum flanneum vini adusti mensuram continentem, circumstantibus in summam admirationem captis, exhausisse, &, ut alterâ vice vas impleretur, postulasse. Firmiter sibi persuasum habent, mortuos suos temporis successu albos evadere, atque Europæorum more mercaturam exercendi causa eodem redire. Inter animalia, quæ in his tractibus alunturi, frequentes sunt cicadæ pollice longiores, & crassitie sua eundem æquantes, quæ tantâ sæpè copiâ totum aërem volando complent, ut unius horæ spatio sol vix conspici queat. Incredibili damno fructus terræ afficiunt, ac Milium præcipuè nationis hujus alimentum primarium. Hinc tam incredibilis annonæ penuria vivendique difficultas inter vulgus exoriri sæpe solet, ut etiam parentes famis amoliendæ causâ pileo ejusmodi frumenti pleno liberos suos vendant. Præter eas occurrunt etiam lacertæ, serpentes, elephanti, cameli, bubali, boves, vaccæ, asini, muli parvi, similæ, cercopitheci, capræ, hirci, gallinæ, columbæ, ardeæ, psittaci, & magna avium parvarum, ut & piscium copia. Fructus, quorum hæc terra ferax, sunt dactyli, mala hesperia, mala aurea, tabacum, oryza, & *Grain* vel *Maniguette*, quod instar frumenti seritur, & oryzæ more crescit. Foliatenuia & arcta spicæ instar frumenti Turcici, quod *Maiz* appellatur, excrescentes complectuntur. Spicæ plenæ acinorum avellanis magnitudine similium, & tectorum cute rubrâ, quæ aperta mali granati instar quam plurima granula insus conclusa exhiber. Quamvis verò hic Lusitanorum incolarum frequentia haud exigua præsto sit, à quibus *Portedale, Bifesfa, & Iwade* pagi inhabitantur, non tamen indigenis interant, sed tanquam amici & negotiatores admittuntur. Æthiopes verò indigenæ in quovis pago præfectum aliquem habent idiomate suo vernaculo *Alcayer*, id est, Capitaneum nominatum, cui debitum obsequium præstare solent. Lusitanis itaque his in locis imperium nullum obtinentibus mercaturæ exercitium tutum & liberum, ut quibusvis aliis nationibus, ab indigenis indulgetur.

Porrò in litore hoc ultra *C. Verde* promontorium *C. Rxxo*, aliud obviam venit nomine *C. Roxo*, à quo ad 5. mil- *Bissa.* liare fe conspicienda offert insula *Bissa*, inhabitata Æthiopibus admodum fortibus & corpotis statura egregia, membrorumque proportione decenti præditis, quorum pars Lusitanorum more corpus vestit, pars verò plane nudo & omnibus vestibus vacuo corpore incedit, genitalibus solis exceptis, quæ linteolo aliquo, aut panni fruto operiunt. Amicitiæ vinculo Lusitanis devincti eorum idioma etiam probè callent. *Bissyes.* Sunt & aliæ in vicinia insulæ *Bissyes* nomine, in quibus sexus masculini homines in proceram staturam excrescentes priorum more membra corporis vestimentis nullis tegunt, si verenda excipias, quibus operiendis cori bubuli fructum appendunt. Verborum mira pronunciatione gallorum Indicorum glocitationem seu cantum imitari videntur. Capiti ridiculâ tonsurâ ornamentum ridiculum conciliantes atque brachium & suras variis notis, & signis exornantes mirè sibi placent.

Quantum autem lucrum ac quæstum mercatura in dictis locis quovis anno exercitata Europæarum nationum mercatoribus navibus suis crebrò huc commeantibus ac societati Indiæ Occidentalis, quæ est in Belgio conformerato, patet, ex eo facile patet, quod in dictam societatem ab 1624. usque ad annum 1636. ex dentibus Elephanti eburneis 11. auri tonnarum, & 77488. florenorum Belgicorum lucrum, quod Camerarn *Amstelodamensem* solum concernebat, redundaverit. Coria item 11. tonnarum auri quæstum attulerunt: Ex cerâ verò 63000. florini collecti sunt. *Groningenses* Cameræ negotiatio in Fluminis *Rio de Cambia* portubus peracta 2. ac dimidiæ tonnarum auri fructum eodem tempore attulisse fertur.

Hactenus descriptio litoris in tabellâ præsenti Hydrographicâ exhibiti, quod in Veteris orbis Europæ partibus Europâ nimirum & Africâ inter *Cabo de S. Vincente*, & *Cabo Verde* promontoria Atlantico Occa-

Oceano se objectat: Sequuntur jam Insulæ, quas idem mare undarum suarum circuitu lambit.

MARIS ATLANTICI INSULÆ. MARI ATLANTICO circumfluit sunt quadrupliceis *Flandrica* nimirum, Insulæ *Porto Santo*, & *Madera*, Insulæ *Canarie*, & Insulæ promontorio *C. Verde* vicinæ, quas omnes hic ordine suo recensebimus, initium facientes à Flandricis Insulis, quæ ultimam veteris orbis extremitatem occupant, & America seu Indiæ Occidentali, quàm cæteræ Insulæ propiores sunt.

ASORES. ASORES vel *Flandrica* Insulæ à *Belgarum* nautis *de Vlaemsche Eylanden* cognominatæ *Hispania* regno fere recto è regione opponuntur, ac 9. numerantur, inter quas *S. Michel* & *S. Maria* primum locum obtinent. Omnes *Hispaniarum* Regi subjectæ sunt.

S. Michael. *S. Michael* 1. longitudinis punctum ab *Hues* constituta, Insula, sub 39. gradu & 30. scrup. latitudinis Septentrionalis 27. aut 28. milliaribus ad Notapchoten ab Insulâ *Tercera* distat. Circuitu suo 33. mill. Gallicâ fere complectitur: longitudinem ad 13. latitudinem verò vix ad 4. milliare extendit. Meridionalis pars inter Orientem & promontorium *C. El Morro* & Occidentem sequentia loca ostendit: *Villa Franca* civitatem 500. circiter ædibus constantem, *Agua de Palo*, *Villa de Laguna* 2. oppida male habitata, & *Punta del Gada* præcipuam & primariam hujus Insulæ civitatem castello munitam. Præter promontorium supradictum habet hæc Insula etiam sequentia, nimirum *Punta de Garla* inter promontorium *El Morro* & civitatem *Villa Franca*, *Punta de Gadera*, *Punta de Comete*, & *Roltro de Cam*, *Villa de Santeu* etiam alicujus momenti loca esse dicitur. Meridionalis Insulæ pars Boreali fertilior est. Posterior ferè deserta & inculta jacet, si unum pagum *Riviera grande* excipias. *Lusitani* incolæ rubiam tinctoriam plurimam eo se suscitant, ac frumentum ferunt adeò abundanter crescens, ut vicinos ejusdem participes reddant: *Anglis, Scotis & Gallis* ducenta circiter millia quintalium (nomen ponderis est) rubiæ tinctoriæ navibus suis quotannis avehunt. Portus fecutos non habet Insula, adeo ut naves in aperto mari anchoras figere cogantur.

S. Maria. *S. Maria* 10. aut 12. mill. Gallica ambitu suo continens magis ad Austrum declinat. Præcipua ejus loca sunt *Villa de S. Maja*, *La Prainha*, *Castillo bodes*, ac nonnulla alia. Portus primarius in australi margine offendit. Lusitani incolæ vafis fictilibus vendendis aliquod negotiolum exercitant. Ferè eandem cum præcedente graduum longitudinem habens undique scopulosis & altis marginibus sepitur, ac præsidio militari non necessario caret.

Tercera. *Tercera* omnium harum Insularum primaria ac præcipua sub 39. latitudinis gradu 15. aut 16. milliaria circuitu non metitur. *Angra* metropolis cum portu inter *Angra.* duas cuspides extensas, & fortibus castris munitas sito. Quæ ad occidentem prona est cuspis, in fine, quâ à mannis undis feritur, duos habet montes excelsos *Brasil* cognominatos, qui cœlo nubibus vacuo ad 13. 14. aut 15. milliare in mari conspiciuntur conspectui se offerunt. Naves ex Lusitania in Indiam Occidentalem proficiscentes, aut inde in Lusitaniam aut Hispaniam redeuntes ut hujus urbis portu anchoras figere consueverunt. Ad 3. ab hac milliare cernitur in litore *Villa de Praya* oppidum promontorio *Punta de la Sierra* vicinum minoris momenti loca sunt *S. Sebastian* oppidulum, 2. à civitate *Angra* milliaribus distans, *Agoalva* totidem mill. Gallicis à *Villa de Praya* oppido, secundum aliud, *Altares*, *Rorbe*, & *De Villanova* caligua oppidula. Aër Insulæ humidus quidem, sed salubre. Venti in eâ fluntes lapides & serrum exedunt, non tamen incolis nocent. Solum cuvum sontibus augeat, qui ab eunibus excitatur. Hinc terræ motus hic quandoque oriuntur, & ignes subterranei erumpunt. Frumentum nascitur copiosum & vinum itidem, minus tamen nobile, quod vilioribus tantum incolis bibitur. Fructibus diversis abundat, perficis nimirum, pomis, pirris, malis hesperiis, aureis, melopeponibus & sinensibus, rapis, item, brassica, aliisque oleribus, atque *Batatas* fructu, qui frequens occurrit, & incolarum alimentum est uberrimum. Boves nostratibus majores & pinguiores facturis gratissimi carnem incolis sufficiunt. Si cuniculi Insulam non incolerent, venatione planè nulla incolæ se recreare possent. Æstivo tempore Oceanus Insulam circumfluens piscarum utilissimam suppeditat, Hybernis mensibus Januario nempe, Februario, Martio & Aprili, imò etiam ipso mense Septembri continuis tempestatibus exagitatus eundem subtrahit. *Lusitani*, & *Hispani* incolæ Anglis, Scotis, & Gallis argentum, pannos, & alias merces afferentibus rubiam tinctoriam, aves Canarias, boves, & alia vendunt.

Graciosa ad Circium seu Gallicum à *Tercera* 7. aut 8. mill. Interstitio recedit, & nonnisi 5. aut 6. mill. *Gallicorum* ambitui includitur. Ejus loca sunt *Villa de Plaia*, & *Santa Cruce*. Amœna est, & omnis generis fructibus redundans Lusitanis sedem præbet. *Graciosa.*

S. Georgii Insula ad 9. aut 10. à *Tercera* quâ Borrho- *S. Georgii* libycum spectat, milliare 12. milliaria *Gallica* longitu- *Insula.* dine, & 2. aut 3. latitudine sua comprehendens crebris montibus asperit, ac frequentibus silvis vestitur. Rubiâ tinctoriâ, frumento, fructibus & cedris abundat. Loca notatu digna sunt *Ville de S. Georgr*, seu *S. Georgii* civitas, *Fanan* & *S. Jean*.

Fice ad Africum ab Insula *Tercera* 22. mill. interval- *Fice.* lo disparata, & 4. milliaribus ad Notolibycum à præcedenti rejecta 28. gradui, & 20. scrupulo latitudinis Borealis subjicitur. Excelsæ magnitudinis montem habet, cui nunquam non nubes incumbunt. Hic cavernis refertus quandoque instar *Ætnæ Sicilia* montis ignem eructat. Solum vini, fructuumque optimorum, ac malorum aureorum dulcedinis mirâ ferax, cedros, taxos, & alias arbores magno numero producit, adeo ut & plures naves hic construantur. Loca *Lusitanis* præcipuè inhabitata sunt *Sainte Croix*, *Les Lagoas*, *S. Sebastian*, & nonnulla alia.

Fayal ad 33. gradum & 4. scrupulum latitudinis *Fayal.* sphæræ ab Æquatore ad Boream recedentis refertur. Inter eam quæ Noltibycum aspicit, & *S. Georgii* Insulam 7. atque alteram *Pice* 5. milliaria Gallica intercurrunt. Circuitus ejus 17. aut 18 milliaria numerat. Omnibus rebus ad vitæ necessitatem & voluptatem instructa nec piscatus nec rei pecuariæ utilitatem, nec rubiæ tinctoriæ lucrum desiderat. Prima ex omnibus his Insulis fuit, quæ anno 1449. Lusitanos colonos admisit. Cultrum habet *Horta* nomine, quod præsidio militum ab Hispaniarum rege munitur.

Flores quâ ab Occidente ad Orientem convertitur *Flores.* 70. milliaribus Gallicis à Tercera Insulâ abest. Ei 7. mill. circuitus attribuitur. Rubiam tinctoriam fert, & pestis lætioribus rem pecuariam incolarum promovet. Insula aperta nulli imperui violento resistere potest, ac proinde piratarum excursionibus exponitur.

Corvo, vel *Corvo*, id est, *Corvi* Insula propius Se- *Corvo.* ptentrionem appropinquantes uno tantum malliari ab eâ quæ præcelsa removetur, ac 3. mill. Gallicorum ambitu circumdatur. Lusitani eam inhabitantes, ante pacem cum Hispanis factam, ab Anglis piraticam exercentibus, & naves Hispanorum ex India Occidentali redeuntes observantibus, mirum in modum cum antecedentis Insulæ incolis direxit fuit.

PORTO SANTO & MADERA INSULÆ. Superioribus secedit à Lusitanis inventæ sunt. Priorem *Johannes Zarco* & *Tristan Vaz*, mercatores & militares ab *Infante Henrico Johannis Lusitaniæ* Regis filio, novarum regionum inveniendarum causa, navibus in Oceanum missi anno 1428. detexerunt. Posterior verò remotior quidem, citius tamen innotuit, utpote quam *Johannes Consalvus* cum dicto *Tristan Vaz.* anno 1420. in mari offendit. Utramque deserunt Lusitani sui potis fecerunt, & colu diligente sibi utilem reddiderunt. PORTO SANTO & MADERA.

Biblioteca Museo Franz Mayer

Porto Santo. *Porto Santo*, promontorio *C. Carnis* è regione objecti, obversa Insula ab *Hispania* regni promontorio *C. S. Vincente*, quà illud ad Meridiem se convertit, 106. mill. Germanicis dispescatur, & ab ejusdem regni altero *Finisterre*, quà illud in Libarnorum & Ulyssiponensium protum incumbit, 174. mill. discessione discernitur. Parva vix 5. milliar. Gallicorum circuitione cluudi perhibetur, quanquam alii majorem ipsi ambitum attribuant. Frumenti, oleorumque fructuum, boum, aprorum, cuniculorum, mellis copiâ, piscaturque utilissimi emolumento gaudit insula Lusitani gaudent. Sanguis Draconis gummi admodum celebre hic ex arbore quidam fructum ferum à cervifa haud multum abludentem, & sapore gratissimo palatum afficientem fertur colligitur. Aliquot ferme ictibus ista sequentis anni certo tempore gummi illud protrudit, quod collectum, ab incolis, & purgatum pulvis dividatur. Nullis operibus bellicis munita Insula piratarum incursionibus exponitur. Hi impetu in illam facto 663. homines anno 1616. captivos abduxerunt.

Madera. *Madera* Hispanicè, & *Madera* Lusitanorum idiomate dicta Insula nomen à ligno vel sylva lignis plena sibi adscivit: Densissimis enim sylvis cum obduxissent Lusitani offenderunt, quibus incendio liberata est. Ignis enim arboribus subjectum aliquot annorum spacio tantum lignorum congerem consumpsisse fertur. *A Porto Santo* Insula ad Favoniam 12. vel 13. mill. discessu separatur. 31. gradui & 30. scrupulo latitudinis ab Æquinoctiali linea ad Arcticum dispredientis subdita, & in trianguli figuram fere redacta 46. millariibus Gallicis circumducitur: alii circuitum ejus 53. milliaria numerare afferunt. Aër temperatus nimio frigore nullam incolis molestiam exhibet. Solem 7. aut 8. rivis irriguum, multisque fontibus humectatum mirum fertilitatis luxuriem vino nobilissimo, frumentoque tritico pia aut uberiore auctione fœcundo prodit. Saccharum taceo, quod hic optimè notæ. Incolarum præcipua negotiatio consistit in saccharo, tritle, cera, malis aureis, citreis, granatis, corio ut Hispanicum crispato, sanguine Draconis, cedris, & ligneis mensis, aliisque ejusmodi ex ligno cedrino artificiosè confecta supellectile, quas merces omnes emeris vendunt. In montibus & silvis apri, perdices, cornices & columbæ venationis, & aucupii occasionem incolis præbent. Loca alicujus momenti in Insula sunt *Funcal*, vel *Funchal* civitas & Insulæ totius caput, ac *Manchico* vel *Manchico* oppidum aliud haud inelegans. Porrò tota Insula passim castellis, villis & ædificiis plurimis alis, incolarum recreationi inservientibus, repleta est, ità ut 36. parochias, 5. conventus religiosos, & 4. Xenodochia comprehendat. Anno 1623. foci sui habitacula 6096. numerabantur. Portus præ cæteris commoda naves stationi excipientes nam eremus 1. *Machico*, 2. *Funchal*, & *Santa Cruz*. Ponè angulum Insulæ Orienti Soli adversum, qua latus ab Oriente in Occidentem deambulans conspectui suo in meridiem vergit 3. admodum exigua, angusta, ac scopulosa Insula, *Santoro* nomine, extenditur, quarum proximus unius, remotissima verò 3. millarium spacio ab Insula *Madera* margine fluctuat.

CANARIÆ INSULÆ. CANARIÆ INSULÆ seu duo inter Australem & Septentrionem exporrectæ à 26. gradu & 30. scrupulo ad 30. gr. & 30. scrup. latitudinis Septentrionalis progredientes, atque à regione *Cabo de Nou*; & *Cabo de Bajador* promontorium Africæ regni *Marocco* provinciæ opponuntur. Veteribus olim notæ, poliorum tamen ipsorum latuerunt, donec *Iohanne Castellæ* rege anno 1405. *Europæis*, & quidem *Hispanis* iterum innotuerunt, qui eas sibi propriis vendicarunt. Nomen ipsis à magni canum, quibus abundabant, copiâ impositum esse quidam tradunt. 7. numero sequentibus nominibus insignuntur: *Palma*, *El Ferro*, *Gomera*, *Tenerife*, *Canaria*, *Fortaventura*, & *Lancerota*. Inter has *S. Maderam* Insulam parva alia obvium venit, cui *S. Salvagio* nomen est: Satis alta & æquilis 4. aut 5. mill. Germanica magnitudine sua complet, ac in medio collem excelsissimum extollit,

Palma. *Palma* cæteris omnibus Occidentalior haud magna quidem est, sed tamen fertilis vino, saccharo, omnis generis fructibus, lacte, atque caseo abundat, utique præcipua propter pulcherrimum lucidissimum bonitatem maxime idonea comperitur. Portus ejus *S. Cruz*, ad Hypocriticum ab Insulæ *Gomera* navali 12. mill. Germanicorum discedente sequitia est.

El Ferro. *El Ferro* Hispanis *Hierro*, Lusitanisque *Ferro* dicta ad 10. milliare à præcedente, quâ Meridiem ipsa obversatur, recedit. Fertilitatis gloriâ non multum superbit, utpote quæ rara, aut fere nullas pluvias excipiens aquæ penuria laborat, quam tamen uberior quædam humana administratione digna compensat. Hæc, ut *Lusitanos*, & omnes alii nautæ, qui naves suas hac appulerunt testimonio fide digno asserunt, procerus tamos late diffundens nube quadam crassi & perpetui tegitur, ex quâ aquæ indefinentes per arboris folia in terram manant, & incolarum necessitati succurrentes tam hominibus quàm pecudibus sufficienti copiâ se offerunt. Hinc res pecuaria incolis lauta, & cassi ac lactis defectus nullus.

Gomera, qui marginem finem ad Meridiem projicit, 4 millariibus ab Insulâ *Tenerife* differens in latere Borrhapselote objecto navale quidem habet omnibus cæteris Insularum Canariarum stationibus præstantius, sed insirquam. Solum enim sterile neque vinum neque saccharum producit, ac proinde mercatoribus & nautis nullas merces navibus imponendas largitur.

Tenerife cæteras omnes magnitudine superans E portus numerat, inter quos *S. Cruz*, *Garachico* & *Adexe* familiam ducunt. *Garachico* vel *Garico* mediocris magnitudinis civitas cum navali 500. incolis propter scopulos sub aqua delitescentes aliquanto periculosiore naves admittit, in sinu quodam latus Borrheo-Libyco objectum excavate commorantur. In eodem margine à dicta civitate ad Septentrionalem Insulæ spicem *Punta de Nago* nominatum iter facienti 3. alii portus adhuc in conspectum prodeunt, *Laramela* nimirum, *Rolesbo*, & *Orotava*. Insula hæc, quæ ab uno apice usque ad alterum *Punta de Nago* cognominatum longitudinem suam protendit, præter alias fructus vinum nobilissimum tantâ abertate subministrat, ut Europæis populis maxima ejusdem copia suppeditari queat. Ejus potendi causa ingens navium numerus in portum *Adexe* singulis annis confluere solet. Eumæ celebrium hanc Insulam etiam commendat *Pico*, vel *pare de Teneria* incredibilis excelsitatis mons, qui præcipiti declivitate decurrens ac jugum nubibus inferens etiam ad hexagesimum millare Gallicum in mari circumjecta Insulam confluentia nautis, cum aër nubium & vaporum crassiorum expers serenissimi admittit, in oculos incurrere fertur. Nix per totum fere annum fummitati ipsius incumbens omnem ad ipsum aditum intercludit, & nonnisi Julio & Augusto mensibus, cum nix sola ardore colliquata evanuit, accessum præbet. Lapides optimo argento divites in eo inveniuntur, quos inventionicolæ in *Hispanium* transferre solent.

Canaria, vel *Grand Canaria*, id est, magna *Canaria* Orientali sito margine Occidentali Insulæ *Lancerota* lateri obversatur. Eadem nominis metropoli ornatur, quæ in Occidentali extremitate sedem fixit. 12. aut 14. vel 15. ut nonnullis placet, mill. discretione ab insula *Fortaventura* secreta est. Qui veris Septentrionem inspicit, rotundo quodam apice reliquo Insulæ solo arctè terræ lingulâ annexo finum formar urbem *Canarian* tangentem, eumque navali commodo excipientem, cujus turelæ caltella aliquot fortiora præsidia sunt. Urbem hanc *Francisius Draco* Anglus clarè 7. navibus conflante mensis Septembris die 27. anni 1595. frustrà oppugnavit. Duæ adhuc aliæ urbes *Guadar*, & *Gonein* eh offendi dicuntur. Fertilitate hanc Insulam cæteris omnes anteire perhibent, cum vini, frumenti, & omnium ad sustentationem humanam rerum necessariarum sit fœcundissima.

Fortaventura, vel *Fuerte ventura* *Mauritaniæ* littori proxima, longitudine contractiore excurrens in medio se incurvat, & 31. aut 32. milliaria longa vix 3. aut 4. mill. latitudinem consequitur. Urbeculam sui nominis participem & portus aliquot animantes tamen idoneos, offendit.

Lancerota, vel *Lanzerota* aut *Lancelote* Italis 124 mill. discessu ad Libarnorum à *C. S. Vincente Hispaniæ* promontorio dicrepat. Eodem cum insulâ nomine signata urbs in Orientali littore ha-tione capax navis anchoris affixas reconditi. Sunt ibidem & alii duo portus longitudine tormenti alicujus bellici ictum æquante inter & dicrepantes, quorum uni *Porto de Nao*, alteri *Porto de Caballos* nomen est. Ante extremitatem inter Septentrionem & ortum conspicuntur duæ insulæ parvæ *Alegranza*, & *Graciosa*, ubi in littore eas respicientè etiam portus opportunus offeruntur. Non admodum fertilis est, nec aqua valeudini admodum conducente imbuta. Herbi tamen & tritici proventus quandoque felicior annorum conditionem meliorem sequitur. Vino & cæteris fructibus caret. Incolæ Æthiopes Hispanicum regis subditi. Alteram etiam civitatem in hac insula esse ajunt, quam *Cepo* nominant. Ex eâ pyratæ civitatis *Algæ* anno 1618. habitatores captivos 1466. abduxerunt.

INSU-

INSULÆ DE CABO VERDE, OLIM HESPERIDES, SIVE GORGADES, Belgice DE SOUTE EYLANDEN.

CABO VERDE INSULÆ. CABO VERDE INSULÆ, id est, Capitis Viridis Insulæ denominationis originem promontorio *Africæ*, cui opponuntur, originem acceptam ferunt. Eas Belgæ *de Soute Eylanden*, id est, Insulas salsas cognominant à salis copia ingenti; quæ hic colligitur. Longitudinem suam à Septentrione ad Meridiem secundum Africani Litoris inter *C. Blanco*, & *C. Verde* promontoria longitudinem expansam extendunt. Desertas invenit *Genuensis* quidam anno 1440. vel *Lusitani* anno 1446. vel Ludovicus Cadomosto Venetus anno 1455. ut authores in diversa abeuntes referunt. Aër ferè omnium malesanus & ad ventris fluxus, dysenterias, ac febres generandas pronus. Omnium rerum ad vitæ humanæ alimoniam necessariarum inopia nulla. Etenim in plerisque harum insularum invenies oryzam, milium, frumentum turcicum, mala aurea, hesperia, citria, bananes, ygnanes, batates, cucumeres, melopepones per totum annum crescentes, saccharum, gossypium, cocos, uvas & alios fructus: Item omnis generis animalia, capras, hircos, gallinas vulgares, & Indicas, perdices, corturnices, alaudas, pavones, turtures, & aliud quoddam avium à *Lusitanis Flamencos* appellatarum genus. Merces, quæ ex his Insulis petuntur, sunt sal & caprarum coria. Salis tanta est affluentia, ut plusquam centum naves quotannis eodem onerentur. Sed hæc in genere de omnibus dicta sunto: Videamus ea, quæ quamvis in specie concernunt. Earum numerus ad 10. plærunque restringitur, quamvis alii pauciores enumerent. Plus ultatam enumerationem retinebimus, 10. igitur nomina hæc sunt: *Isla de S. Antonio*, *Isla de S. Vincente*, *Santa Lucia*, *S. Nicolas*, *Isle de Sal*, *Bona Vista*, *Isla de Mayo*, *Isla de Fuego*, *Isla de Brava*, *Isla Sant Iago*.

Isla de S. Antonio Septentrioni maximè vicina anno 1622. quo Nassovica Belgarum unitorum classis in has Insulas delata est, 500. circiter Æthiopibus, quibus uxores & liberi etiam annumerati sunt, inhabitabantur. Capris & hircis abundat, ac gossy pii aliquantum incolis exhibet. Hortum litori vicinum invenerunt Belgæ, qui malis aureis & hesperiis refertus erat. *Isla de S. Antonio.*

Isla de S. Vincente, & superior 2. circiter milliar. distantia disjunguntur, & spacium latitudinis Borealis, quod est inter 17 grad. & 30 scrup. ac 16 grad. & 40 scrup. occupant. *S. Vincente* autem sinum habet 18, 20, & 25 orgyas profundum, & 16 gradu atque 56 latitudinis Septentrionalis scrupulo subjacentem, in quo navibus summa cum securitate anchoris inhærere integrum est. Insula ipsa solo arido scopuloso & sterili constrata parum aquæ dulcis nauticæ cohorti sufficit. Hircis admodum pinguibus & optimi saporis carnem habentibus, ut & testudinibus 2 aut 3 pedes longis scatet. Ab Augusto usquead Februarium animalia hæc nocturno tempore ex mari in litus arenosum proreptant, & ova sua arenâ contegunt, quæ à Solis calore excluduntur. Fæmellæ haud ingrati saporis ova pariunt. Insigni quoque piscium affluentiâ Oceanus circumvicinus luxuriat. Cæterum tota insula habitatoribus vacua præter ficus silvestres & colocynthidas nihil, notatu digaum producit. *Isla de S. Vincente.*

Santa Lucia 17. latitudinis gradu incolarum non est expers, qui semel quotannis plures ex suis in Insulam *S. Vincente* transmittere solent, ut ibidem ex testudinibus captis adipem excoquant, ac hircos mactatos excorient. Pelles enim in *Lusitanium* mittunt, carnem verò in Insulam *S. Iago* deferunt, quæ *Santa Lucia.*

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

deinde navibus in Brasiliam tendentibus traditur, ut nautæ & milites eadem in itinere alantur. Alta & parva est insula, proximè quam aliquot scopuli altius supra aquam extantes cernuntur.

S. Nicolas. *S. Nicolas* etiam non ex minimis 17 latitudinis in hæmisphærio Septentrionali gradum quoque obtinet, atque arida & scopulis plurimis completa incolis planè destituitur. Dulcis aquæ, hircorum & piscium nautæ hic compotes fieri possunt.

Isla de Sal. *Isla de Sal* à sale, quo mirum in modum abundat, denominationis ansam traxit. Ob sterilitatem suam nullos incolas admittit, & equorum ferorum habitaculum est. Humile & depressum ejus litus aqua marina vel minimo motu limites excedens inundat; aquamque ubique in æstuariis hærentem solis calor excoquit & siccat; residuus sal navibus imponitur, & in alias regiones trajicitur.

Bona Vista. *Bona Vista* Africano litori quàm cæteræ propior exigua est, inculta, & ob scopulos frequentes sterilis, cujus pars Septentrionalis altior est quàm illa, quæ ad meridiem se deflectit. Salis affluentia præcedenti vix quicquam concedit.

Isla de Mayo. *Isla de Mayo* arido, & cautibus horrido solo prædita excelsioribus collibus assurgit, ac hircos, equos, asinos, perdices, aliasque aves nutriens aquæ dulcis copiam nautis facit. Reperiuntur etiam in ea boves, vaccæ, simiæ, cercopitheci, rubri coloris anseres silvestres, grues, & ciconiæ. Incolæ Æthiopes forti corporis staturâ, & proportione membrorum conveniente exornati in mediterraneis insulæ habitant. Plerique ob scelera & maleficia ex aliis locis in hanc insulam in exilium missi à paucis Lusitanis coërcentur. In Salinis duabus multum salis colligunt.

Isla de Fuego. *Isla de Fuego*, id est, ignis insula, Insulæ *S. Iago* margini Occidentali objecta nomen sibi acquisivit à monte excelso, & nubibus tecto, ex quo nocturno tempore ignis erumpens cernitur. Insulæ *S. Antonio* litori meridionali objacet. *Lusitani* eam *O Fogo* nominant. Ad 14 grad. & 20 scrup. altitudinis Arcticæ refertur. Vineas plures colit.

Isla de Brava. *Isla de Brava* eandem cum præcedente poli elevationem habet, ac ad latus Insulæ de *Fuego* meridionale conspicitur. Incredibili hircorum & caprarum numero repleta carnis sale conspersæ & conditæ haud exiguam copiam suppeditate solet.

Isla S. Iago. *Isla Sant Iago*, id est, *S. Iacobi* insula tribus & dimidio milliari ab *Isla de Mayo* versus Occidentem distans cæterarum omnium præcipua & maxima esse dicitur. Ornatur urbecula *Praya* portum commodum habente, & metropoli *S. Iago* à priore 2. mill. disjuncta, ubi *Lusitani* cum *Flyssano* Gubernatore habitant. Montibus calvis, & arboribus denudatis inæqualis, optimè cultis & fertilibus vallibus à natura donata est, adeò ut diversos fructus optimos producat, & multas gallinas, aves, oves, alias, hircos, capras, vaccas, boves, & equos sustentet.

Sargasso. *Oceanus* hisce Insulis vicinus *Sargassi* appellatus herbâ petroselino marino admodum simili, & proinde à Lusitanis *Sargasso* appellata, quâ 40. milliarium spacio à continente recedit, à 20. usque ad 34. gradum totus ferè tegitur, ut viride potius pratum, aut campus gramine tectus quàm mare videatur. Unde hæc herba, in hæc maris loca veniat, & num in eo crescat, nescitur.

MARE

MARE MEDITERRANEVM,

CVM

Omnibus, quas comprehendit, Insulis, & Europæis, Africanis, & Asiaticis Litoribus, quæ Undis suis humectat.

Limites. MARE MEDITERRANEUM in duas partes dispertitum tabulis Hydrographicis duabus in conspectum venire jubemus. Veteribus cognitas Orbis terrarum partes intervenu fluo distinxit ab *Europâ Asiam & Africam* seclusas in diversa abire cogit, atque per *Fretum Herculeum* ab Oceano magno divortium facens rectâ Occidentali Sphæræ mundanæ plagâ in orienti Sol. subiectas regiones profectionem suscipit. Latus ejus sinistrum Europæorum regnorum & regionum *Hispaniæ, Galliæ, Italiæ, Dalmatiæ, Græciæ*, atque *Thraciæ* litoribus tanquam regnalis coërcetur. Dextrum verò Africæ magnâ ex parte septentrionali cœli plagæ obversus, & *Asiæ* extremitatibus *Palæstinam, Syriam, Ceramidium* & *Natolicum* terminantibus compescitur. Ut eatisfiunt appellationis, qua Mediterraneum mare appellari consuevit, occasio nata ex situ, quod transverso incursu inter veteres Orbis portiones *Europam* nempe ab una, & *Africam* atque *Asiam* ex altera parte, solis medianı terram longissimo tractu ingerens in fine nullum exitum invenit, atque ita quasi medius terræ claustra inclusum, atque in Pontum Euxinum, ultimum receptaculum se infundens, nullatenus evadere potest. Libro primo historiarum suarum *Solinus* illud *mare interum* appellat. *Mela* Geographus *Mare Hesperium* denominat, ab occiduarum Provinciarum *Hispaniæ, Italiæ & Africæ* litoribus illud tangentibus, quandoquidem Veteribus *Hesperia*, id est occidua provincia illa decabatur. *Mare interius* etiam vocatur, eoque nomine ab Oceano magno discriminatur, quem veteres *Mare exterius* vocare consuevrant, ut ita utrumque mare certo discrimine discernerent. *Mare magnum* appellatio in Sacro codice legentibus occurrit: *mare magnum* ità dictum, quamvis magnitudine sua Oceano terram totam ambiente longè inferius. Apud diversas quoque Nationes diversis etiam nominibus insignitur: *Gallis* est *la Mer Mediterranée*, & *la Mer du Levant*: *Arabis Bahar* (vel Bohar) *Rumi*, *Gallis Mer de Rome*, seu *Romaine*, id est, *Romanorum* mare; quia *Arabes* sub *Romani* nomine etiam *Græci* & aliæ nationes in confines intelligunt: *Turcis Akdenitz* & *Græcis Aspra Thalassa* sive album mare, quibus appellationibus differentia innitur, qua à Ponto Euxino dignosci potest. Hic enim ab utraque dicta natione aliis *Caradenitz* & his *Maura Thalassa*, id est, nigrum mare cognominatur. Inter *Belgarum* nauticam & mercatoriam turbam vulgari nomine *de Straet* cognitum per Sypedochen partis pro toto à Freto Herculeo, hominibus illis *de Straet* dicto, denominationem deducit.

Longitudo. Quantum ad longitudinem ejus attinet, ea inter Orientem & Occasum exporrecta latitudinem inter Septentrionalem & Meridionalem mundi regionem expansam multum superat. In calendo tamen Authores Geographici, & alii non conveniunt. Quibusdam placet longitudinis spacium à *Freto Gibraltar* usque ad *Fines Laiazi* finem deductum, ad 1800 mill. Italicorum calculum reduci, si unicuique milliarium ciuimodi, mille passus alligues; sin vero milliaria Gallica considerest, quorum in *Languedoc, Provence, & Dalphinatu*, Galliæ regni provinciis ustitatorum quodvis ter mille passus comprehendit, illud 1200 milliaria complecti: Aut 900 mill. Germanica communia, quorum cuiva 4000 passuum attribuuntur. Si verò jam supputationem politim sequamur, & totum hujus maris circuitum *Ponte Euxino* etiam addito ad calculum revocemus, 10000 *Italica*, 1333 *Gallica*, atque 2500 *Germanica* milliaria exactissimis portatis proditum. Alii verò à *Freto Gibraltar Alexandretam* in *Golfo de la Lazze* sitam urbem, aut usque ad Sinum Issicum Ciliciæ, lineâ rectâ ductâ, longitudinem definiunt, eique 3300 *Italica*, 1100 *Gallica*, atque 825 *Germanica* milliaria ascribunt. Alio item pacto à *Fretu Herculeo Gallipolin* ad *Hellespontum* sicuti oppidum lineam alteram ducentes, eam rationibus subductis 2500 *Italica*, 833 *Gallica*, & 625 *Germanica* milliaria longam comperiunt. Hinc toti ejus circuitui 10700 *Italica*, 3333 *Gallica*, atque 2675 *Germanica* milliaria competere aiunt.

Quâ autem mare mediterraneum excursione sua *Latitudo.* inter *Syrtim* majorem, *Africanæ* litori adhærentem, & *Dalmatiæ* litora mari *Adriatico* conterminâ dilatatur, maximam latitudinem habet, & mille *Italica*, 333 *Gallica*, atque 255 *Germanica* connect, ut nautarum rationes subductæ demonstrant.

De partitione maris hujus diversi diversa tradunt, *Partitio.* & quidam hoc, quidam alio pacto collusiem hanc aquarum tantam dividi affirmant.

Dominia. Quidam ei generale nomen *Mer de Domas* impo- *Mer de Domas* nunt sicque constituunt litora provinciarum *Africæ Domanorum* & *Asiaticarum Barca, Ægypti, Palæstinæ, Syriæ totius* & *Natoliæ Constantinopolitano Episcopi*, atque cæterarum *Europæ* regionum *Thraciæ, Græciæ, Italiæ, Galliæ, & Hispaniæ*, quas maritimas, ita ut omnium illorum locorum maritimis tractibus, tanquam cancellis suis, totum hunc Oceani magni ramum mediterraneum includant, Mare vero *Adriaticum* ac pontum *Euxinum* duos peculiares sinus esse affirmant.

Nautarum, qui hoc mare sulcant cohors omnis, consuetâ divisione integram harum aquarum congeriem in tres sinus grandes dispescere solet. Uni *Golfo Golfo de de Leon* nomen allegant, atque eam hujus maris par- *Leon.* tem subjiciunt, quæ ad solis occasum vergens ab insula *Sardinia* usque ad Fretum Herculeum dilatatur. Alterum *Golfo de Venise* nomine insignitum producunt, *Golfo de* eoque omnem illam maris hujus portionem intelligi- *Venise.* re volunt, quæ mari Ionio & Supero, *Ionio*, & reliquo usque ad *Maltam* insulam, & *S. Iean Candia* vel *Creta* insulæ promontoriam confertur, 700 *Italica*, 233 *Gallica*, & 170 *Germanica* milliaria longitudine sua complet, & versus Septentrionem *Zefalonia* & *Zante* insularum, ac Moreæ seu Peloponnesi; versus meridiem verò Barbariæ in *Africa* finibus circumscribitur. Tertius & ultimus exteris periculosior *Golfo de Satalie* *Golfo de* cognominatur. Exordium sumit ab insula *Rhodo*, *Satalie.* ac inde se deducens ad Candiæ insulæ promontoriam *S. Iean, Caramaniæ, Syriæ, Ægypti*, & *Candiæ* extremitates sibi obvias fluctibus suis verberat. *Archipelago* *Archipelago* fines à natura concessos tenuerunt, ejusdemque lon- *longitudinis.* gitudini, distantiæ inter insulam *Corfoy*, & *Hellespontum* intercurrentis spacium, concedunt, latitudinem

 vero

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

verò *Gracia* ac *Natolie* litora diriment interceptedine describunt.

Diuisorem aliam in Itinerario suo affert Dominus de Breves, quam ambiguitate intricatam, sensui difficili involutam, ac ordine debito carentem hic studio omittimus, silentioque præterimus, cum supervacaneæ disputationes ejusmodi, quibus de rebus non necessariis inutiles disquisitiones instituuntur, hujus loci non sint. Hoc tantum in præsentia lectorem admonitum volumus, ut ex sili hinc inde secundum partes variis diuisionibus, ex variis & diversis provinciis, litoribus & locis, quæ aliud, aliisque causis & occasionibus enatas appellationes peculiares impositas esse quarum quamvis dehinc suo loco in medium proferemus.

Appellationes peculiares.

Diuisorum varietas.

Ut autem iter nostrum per vastum hoc mare debito ordine instituamus, utrisque tabulæ nostræ hydrographicæ ductum sequentes, duabus descriptionibus laborem nostrum absolvemus, ac primo quidem, priorem tabellam, seu litora inter Fretum *Gibraltar* & extremum *Italiæ* acumen *Freto Siculo* adjacens interjecta, seu *Europæum* & finitimum latus, & dextrum vel *Africanum* latus ab iisdem faucibus *Herculis* usque ad promontorium *C. Metaurate Syrti* majori pertentum continentem explanabimus: Posteriore verò, posteriorem chartam hydrographicam, posteriorisque hoc mari partis effigiem oculis objiciemus expositione nostra declarabimus.

Descriptio tabularum.

MARIS MEDITERRANEI

Tabula Hydrographica prior.

TABULA HÆC MARIS MEDITERRANEI HYDROGRAPHICA PRIOR ejusdem partem occidentalem comprehendit, atque à *Freto Gibraltar* exordium capiens usque ad extimum *Italiæ* cuspidem in *Europa* latere, & ad *C. Metaurata Africani*, lateris promontorium, descriptione hac illustratur.

FRETUM GIBRALTAR.

Fretum Gibraltar.

FRETUM GIBRALTAR olim *Fretum Gaditanum*, vel *Herculeum* cognominatum, vel à proximè sita, & celebri insula *Cadiz* aut *Cadix*, vel à 2. regione sibi oppositis montibus, quorum famam Veterum fabulæ columinarum *Herculis* appellatione ad posteritatem propagarunt; hodierni nominis originem traxit ab *Arabum* Capitaneo quodam *Tarick*, qui post natum Christum anno 709, cum *Musa* filio Nurzir in *Andalusiam* veniens, in *Calpe* montis vicinia habitandi commoditate allectus sedem suam fixit. Hinc factum est, ut Æthiopes eundem montem *Gibal* vel *Gebal Tarick* vel *Tarick* & corruptè *Gibraltar*, id est *Tarichi* montem, ut Geographia *Arabica* testatur, appellaverint. Et ab hac appellatione defendit denominatio fancibus his angustis, ac civitati isthmi accubanti communicata, ut illic *Æthecho de Gibraltar*, hæc verò *Gibraltar* nomen adeptæ fuerint. Alter mons sive altera *Herculis* columna in Africano margine sita, cui *Abila* vetus nomen est, hac nostra ætate *Iuifano Sierra de las monas*, & *Enfciano Sierra Xinona*, id est Similarum mons, dicitur ab incredibili eorundem animalium numero, quibus affluere perhibetur.

Columna Herculis.

Calpe.

Abila.

Duplicis verò tractus maritimi cancellis includuntur hæ Fauces, per quas Oceani magni & maris mediterranei undis, commixtione mutuâ coire licet, & *Africæ* atque *Europæ* angustissimo hiatu diducuntur. Situm & Septentrionale latus ad *Andalusiam Hispanici* Imperii regnum pertinet; dextrum verò & *Australe* regni *Fessani* ora maritima est, quam *Hispaniarum rex Mauritanis* ereptam sibi postliminio subjecit. Illud à promontorio *Cap Tres forcas* oceano magno immanente incipiens, in extremitatem mari mediterraneo intrusam, cui civitas *Gibraltar* insidet, desinit: Hoc à promontorio *C. Spartel*, quod etiam mari magno seu ejus membro, quod Atlanticum nuncupatur, confine est, exordium capiens ponè *Ceutam* mari mediterraneo adjectam urbem terminum sibi sortitur. Freti igitur ab occasu ad ortum procurrens longitudo 11 aut 12 latitudo verò inter Septentrionem & meridiem distans 4. leucas Hispanicas æquitur.

Portus latus.

Longitudo. Latitudo.

IN HISPANICO LATERE occurrunt *Tarifa* Insula ante litus situm suum habens; & ejusdem nominis oppidulum latissimis, & pinguissimis pascuis circumdatum, & bobus, qui omnes alios totius Hispaniæ pulchritudine & magnitudine exuperant, nobile, accepti quoque ac venationis opportunitate, propter ferarum & avium multitudinem incredibilem, admodum felix. Perdicum omnem fidem superans copia, ut & turdorum, quæ aves autumni accuratam rationem habentes mense Octobris appetente gregatim ex *Barbaria* seu *Mauritania* litoribus evolantes, superatis volando faucibus, in Andalusiam quotannis se recipiunt, & olivis, ac lentisci acinis pascuntur, iis consimilis & mense Januario advenientes in Mauritaniam redeuntes consueta sua habitacula repetunt. *Cabo Cabrita* occiduus est apex finuosi recessus, *C. Cabrita.* cujus acumen alterum orientale *Gibraltar* civitatem antis *Calpe*, qua declivitatem sinum ad fauces deducit, pedi insidens occupat. In ejus urbis navali Regiæ Majestatis Hispanicæ triremes & naves bellicæ, quibus Freti tutela & præsidium concreditum est, commorari solent.

Tarifa.

IN BARBARICO MARGINE oculis patet *Tanger*, *Tangis*, vel *Tangar* in *Habat* regni *Fessani* provincia sub 33 grad. & 40 scrup. latitudinis Septentrionalis sita civitas, quæ grandi & arenoso sinus incumbens, ac satis populosa Æthiopibus, Hispanis, ac aliis mercatoribus domicilia præbet, & Regis Hispaniarum imperio paret. Regio, qui cingitur, tota arenoso campo constrata, frumento producendo minus utilis est, ejusdemque parum fert. Haud procul ab urbe solum inæqualiore situ in valles sinuitis & flavo-lis percurrentibus irrigua reductum, plurium bonorum fertilium & amœnorum colendorum incolis occasionem offert, qui diligente ipsorum cultura malorum aureorum, Hesperiorum, aliorumque fructuum copiam haud exiguam quotannis consequuntur. *Alcaçar*, *Alcazer*, vel *Cafar Ezzaghir Manforem Marrocanum* regem fundatorem habet, qui loci commoditate invitatus civitatem hanc literibus imposuit. Facilis enim hinc, & brevis in Granadam Regnum trajectus. Situm finus nasta est in regni Fessani provincia *Habat*, atque in loco planicie gratâ æquato sedens 32 *Italicis*, 4 *Gallicis*, & 3 *Germanicis* milliaribus ab opposito *Tangere*; à civitate verò *Ceuta* 33 *Italicis*, 6 *Gallicis*, atque 4 & dimidio *Germanicis* milliaribus distat, ità ut ferè in media inter utrumque hunc locum via situm suum adepta sit. Olim omnis generis incolis, atque emporiis nautis & mercatoribus, cumulata negotiationis exercitio, atque lite & litterarum velitatione mercaturâ præcipuâ, & splendoreum & divitiis acquirit, utpotè cujus potissima incolarum pars arti textoriæ præ cæteris dedita fuit. Anno 1407. in *Lusitanorum* potestatem concedens hâctenus *Hispaniarum* Regem dominum agnovit. *Ceuta* vel *Acenta* civitas orientali harum faucium apici injecta, ad *Fessani* regni provinciarum *Habat* quidem pertinet, sed Mauritaniis erepta in *Hispanorum* dominium translata est. Longitudo ipsius à primo meridiano ab *Hierro* in Insula *S. Michael* unâ ex insulis *Azores* collocato 25 gradibus removetur; latitudo autem ab Æquinoctiali linea 35 graduum, & 40 scrupulorum interjicio ad polum Arcticum recedit. Anno 1515. à *Lusitanis* *Barbaricum latus.*

Tingis.

Fessani regni provincia.

Habat.

Alcaçar.

Ceuta.

Lusitanorum rege, *Æthiopes* sive *Mauritani* ex ea exterminati sunt. Ab eo tempore pulchris ædificiis exornata & incolarum affluxu dilatata, splendoris incrementa magna sumpsit, quamvis annea tribus diversis vicibus à *Habbal Marrocino*, utrique *Abdemumete Granadensi*, & tandem à *Lusitanis* miserè devastata, splendoris sui gloriam exuisset. Campus circuitus sui finibus eam includens haud plagis est, eaque de causa paucifrumenti fertax, annonæ ratiocis quandoque causa existit, ut incolæ nonnunquam ejus penuria laborent. Cæterum defectui huic, frumento largius submisso, & navibus trajecto, Hispania facili negotio medetur est. Loca extra urbis pomœria passim vineis fertilibus consita, incolas liberi patris dono nobili participes reddunt. Castrum urbi adjectum, fornicque præditum Hispano defensum eisdem haud exiguis vires addit.

Ceuta.

Aquarum per fauces transeuntium ratio.

Cum transitu verò, qui aquis recipreocatione sua ludentibus per angustias has abitum & reditum liberum largitur, sic comparatum est. Aquarum fluxus ab ortu in occasum crebrior plærumque & frequentior deprehenditur, adeo ut fortiore impetu fluctus ex mari mediterraneo in Oceanum prosumpant, atque excurtu suo morum longiorem nectant, quam is qui ex Oceano in mare mediterraneum reditum sunum emoliuntur. Unde etiam ex Oceano in mare mediterraneum per faucium angustias ingredientes, 4. tantum horas, contortâ aërit tranquillitate, influendo conterunt, cum è contrario ex mari mediterraneo in Oceanum exeuntes, effluendo plusquam 8. horas consumant. Fluxus quandoque admodum fortis, petindè ac si scopulosa & vadosa loca sibi objecta perrumperet, ingentem strepitum, & susurrum excitat. Navibus transeuntibus id negotii impimis datur, ut in cursu suo tendendo ad *Barbaricum* litus propius accedant, & ab *Hispanico* longius recedant, aut è contrario *Hispanicum* litus quam proximè legant, ut omnia alia loca evitent, quæ ab *Hispanico* litore aliquanto remotiora vadis & scopulis suis navigantibus periculum creant. Fundum autem faucium Barbarico litori propius altiori aquarum profunditate sua navibus liberiorem & tutiorem trandirum permittit, atque omni periculo caret. In urbis *Gibraltar* portu navibus nobilissimum mundi Hispanicum imponitur. Andalusia frumenti, fructuumque variorum, nobilissimi item vini, ficuum, malorum aureorum, citreorum, punicorum, hesperiorum, castanearum, atque olivarum, oleique gratissimi admirabilem copiam subministrat. Hæc bona omnia manu largâ à terrâ matre liberali suppeditata, naviam emeraiarum beneficio in alias regiones & regna transferuntur, ac mercaturæ lucrosissimæ & optimæ occasionem exhibent.

Merces.

MARIS MEDITERRANEI LITUS SINISTRUM,

& Europæum, quod à Freto Gibraltar per Hispaniam, Galliam, & Italiam usque ad Promontorium Capo Spartivento, Farodi Messina seu Freto Siculo, proximum excurrit.

HISPANIÆ LITORA.

Granada.

IN HISPANIÆ REGNO amplissimo *Granada*, *Murcia*, *Valentia*, *Catalonia*, & *Comitatus Rossilon* maris mediterranei undis litora sua apponunt, quæ singula ordine suo recenseamus.

De Mercaturâ, & negotiatione in his locis maritimis frequentata hæc habemus, quæ in medium proferamus. *Pedemontana* regio ad portus maris merces suas exponendas advehit tanam, pannos, linum, cannabim, & vinum. Urbem *Nizzam* quæ inter *Marsiliam* & *Genuam* fere in medio posita est, mercatores incolentes utroque in loco, præter fructus suos oleum, charram, ac pulcherrimas, abiisimasque arbores malis, navium conficiendis idoneas venum exponunt, coëmptisque pannis, aliisque ex lanâ contextis vestibus, similibusque mercibus ex Galliæ provincia *Languedoca* advectis, naves suas onerantes domum remeant. Serici copiam insignem *Genua* petunt. *Taba* & *Toggio* dulcissimi & gratissimi saporis vinum Asianum, vulgo Muscatellum dictum ferunt. *Verneza*, *Rimaggi*, & *Andoria* vinum commune quidem, sed admodum pretiosum nobilitant. In districtu *Bonæ* ambiente, & in valle *Rapallo* oleum olivarum cæteris plurimi fieri perhibetur. Terræ tractus inter *S. Remo* & *Genuam* interjectus mirum est quanta palorum aurearum, citrearum, ficuum, cedrorumaliarumque ejus farinæ arborum copia, consitus, & refertus sit. Quantum verò ad frumentum attinet illud tepè ex aliis regionibus & locis incolæ afferendum curare necesse est, quandoquidem harum regionum terra montibus & scopulis aspera, ac silvis futicetis, & senticetis hispida, parum, aut vix tantum frumenti producit, quod ad incolarum sustentationem requisitam sufficere possit. Urbis *Genuæ* negotiatio primatia in serico consistit, quod incolas tanta contentione occupuos tenet, ut præterumque ipsimo sit, 18000. hominum in urbe hac, solo serico Mercantia & Negotiatio.

serico elaborando & parando, quotannis victum & amictum quæritare. Ac quamquam urbem ambiens regio montibus exasperatur, ac proinde bombycibus nutriendis minus idonea inveniatur, serici tamen quantum quidem opus habent, ex Sicilia navibus advehendum curant. Abundat præterea civitas mercatoribus & civibus distinctis, qui terra, marique incredibilis negotiationis exercitio omnes opum congerendarum occasiones aucupantur. Inprimis vero, in quæstu ex nummorum commutatione faciendo sunt operosissimi. Exemplo est *Alexandro Spinola*, qui *Philippi* Regi in *Belgio* bellum gerenti insignes pecuniæ summas mutuò dedit, ac ex mercatore celeberrimus militiæ Dux ac Imperator laudem nunquam intermoriturum consequutus evasit. Mala aurea, citrea, ac olivarum oleum, merces ab his dictionibus suppeditare per totam *Italiam* distributuntur, imo & aliis regionibus exteris largissimâ copiâ subministrantur. Verumtamen reliquorum mercimoniorum, quorum incredibilis fere est numerus, prolixa enarratione mentionem hic facere instituti nostri ratio prohibet, & abrupta nostra recensione nos ad sequentia litora properare jubet.

Prius tamen & hæc paucis indicare libet, quod *Genuensis Respublica* inclyta publicis sumptibus quotannis 8. triremes municissimas sustentet, quibus tempore necessitatis urgente multo plures adjungere potest. Sunt autem ex mercatoribus & nobilibus haud pauci, qui suas proprias triremes habent, quas cum publicis conjungunt, siquando necessitatis casus id postulet. Unde patet, haud exiguis viribus Respublicam hanc pollere, ac in mari potentia sua haud parum præstare posse. Ad navium structuram ligna necessaria ex montanis, quæ possident, locis, ac silvis ipsis suppeditant, malis ex cæpris, qui *Nissa*, & ex *Gallia* atque *Corsica* insula advehuntur.

La Toscane. La Toscane aliquot complectitur dictiones, quæ oris suis maritimis Tyrrheno seu infero mari contiguæ sunt, ac sequentia loca in iis ostentant, quorum quæris ordine ac loco sitoin conspectum producta recensione debita explanabimus.

Massa, & Marchionibus De Malespine loca obedientiæ vinculo obstricta, quæ prima se hic conspicienda offerre videmus, sunt *Lavenza* urbecula, cum ostio fluvii *Lavenza* ab urbe *Carrera* descendendo huc devoluti, & fluvii *Frigido* vel *Freddo*, quem à *Massa* civitate descitentem mare hic excipit, exitus. In montanis *Carrariæ* civitatis confinibus pulcherrimum marmorum divetsæ speciesessodiuntur, totumque per *Italiam* vendendo dispertiuntur. Massa, & Marchionibus Malespine.

Lucensis Respublica. *Via Regia* civitatis possessione fruitur. Locus pro navibus admodum incommodus, utpote qui apta navibus statione caret. Ea de causa naves in aperto mari anchoris insistere cogunturae, ac propter fundum anchoris retinendis inepsum inde discedere, inque finum *Golfo de Spezia* se recipere necesse habent, quandocunque ventus à Meridionali plaga fortiore impetu erumpit. Frequentant autem hunc locum nautæ, qui navibus suis frumentum advehunt, de quo singulis annis Respublica *Lucensis* sibi prospicere solet, cum in ditione ad ipsam pertinente tantum frumenti non crescat. Lucensis Respublica.

Ducatus Florentini initium est ostium fluvii *Serchio*, qui ab urbe *Luca*, & ex ejus ditione delabens, per *Pisanum* dicrectus, magno *Florentiæ* Duci obedientiæ vinculo obstrictum, in mare *Tyrrhenum* fertur. Postea sequitur ostium fluvii *Arno*, qui ex *Apennino* ejusdem *Florentinum* & *Pisum* urbes alveo suo interfecat, & sub posteriori undas suas cum mari intero communes facit. In dicta autem civitate, 3. pontibus, insigni pulchritudine superbientibus flertitur, quorum 1. verus pons appellatus triplici foenici initiatur, 2. nomine del *Espine* & 3. mari proximus Ducatus Florentini Arno. Pisa.

5. fornicibus grandibus sustinetur. Magnitudine, venustate, & structure conspicua urbs, minus tamen incolis frequens, Academiam possidet, ac haud procul à mari, supra fluvii *Arno* ostium, aliquantum in terram recedit. Proxima *Livorno* inter vallibus ameniis Livorno. lealiæ cunctæ urbes haud posterenum locum obtinens, commodissima, & inter optimos numerati portus beneficio, spectabilem negotiationem exercet; quam mercatorum frequentia, navium pluritmarum confluxus, & nationum variarum adventus mirum in modum promovet. Antequam ad præsentis felicitatis fastigium eveheretur, parvi momenti pagus fuit, cui paludum & flagnorum copia incolatum frequentiam invidebat, donec Magni *Etruriæ* Duces *Franciscus & Ferdinandus* opportuni situs rationem habuenes, cum in civitatem nostrum enormibus cinxerint, à quibus instis temporis progressu sensim cum incolarum & ædificiorum splendidorum multitudine auctum, tandem in emporiorum celebriorum numero repositum. 2. propugnaculorum defensioni adhuc accedit 3. castrorum tutela, quorum unum in portus latere sedet, alterum verò illi urbis parti adhæret, quæ ad *Pisam* urbem convertitur. *Meloria*, vel *Melora*, in tabulâ hydrographica Meloria. numero 6. insignita, unius, & dimidii milliaris separatione à turri, ignibus nocturnis excitandis destinata, portuique *Livornensi* adjecta dimovetur, ac scopulus est lata magnitudine extra maris aquas sterilgens, à cujus latere Meridionali pariter, atque Boreali conglomerata scopulorum turba, in mare abit. *Monte Negro* montium congeries ex *Livornensi* portus Monte latere in Notum prono commoratur, atque ex regione hac interiori excurrens apice in mare procenio promontorium efficit. Cyfra 8. in tabella Hydrographica denotat insulam *Gorgonam* vel *Gorgonian* ambiens Gorgona. ta fino unium feré & dimidium milliare circumeuntem, & castro cuidam, turribusque aliquot fecunitatis fuæ tutelam acceptum ferentem. Dominia jure *Magnæ Florentiæ Ducis* fidelitatem & obedientiam præstat. Idem facit *Capraia* insula, quam fere in medio in- Capraia. ter extremum insulæ *Corsicæ* apicem, & *Monte Negro* promontorium consistitam numerus 9. in tepe jam indicatâ chartâ marinâ indicat. Sinus insulæ hujus marginem Eoum excavans, fundumque arena pura constemens navali opportuno, & absimeo naves anchoratum subsidio quicturas voti compotes facit. In continentis serie ordinem suum tuentur *Vada* oppidulum in *Cersina* fluvii exitu collocatum, & pagi *Castagneto*, & *S. Vincente*.

Plombin, vel *Piombino* dominium exiguis cancellis coërcitum, ac proprio suo Domino, qui tamen sub Hispaniarum rege protectore fecunitatis fuæ particeps est, parens, litora ad Florentia Ducatum pertinentia parvo interstitio disjungit. *Porto Ercole* pos- Porto Ercole. sus in parvo sinu antiquæ urbis *Populoniæ* ditutum ca- num. daver attingit. *Piombino* pulchra & firma civitas va- Piombino. lido castro adhuc firmiore evadit, præsidioque Regio Hispanico muniri solebat. Eam tamen *Galli* nuper in possessatem suam redegerunt, & Hispani paulo post recuperarunt. Sessionem fuam adepta est in margine finus cujusdam, cui minor alius in latere Boreali adjunctus cernitur, qui *Cormiano* fluvium per ostium suum erumpentem abscondit. Inora ejus Auftrina sita conspicitur urbecula *Scarlino* ad ostium fluenti *Picora Vecchia*, & haud longe ab introitu in margine meridionali *Alma* fluvii exitus. Plombin.

Ad Magni Ducatus *Florentiæ* litora redeuntibus obviam veniunt pagi *Lili*, *Rocherto*, & *Castiglione* in margine lacus *Lago di Castiglione* Boreali ad introitum portus, in quem *Brune* flumen se immittit, quâ intimo loco terminus litoris fines contingit. *Isle de Troje* Insula ad dextram introitus, per quem in finum *Piombino* ubi adjacentem ineratur, eidem situi *Porto Trojano* nomen fecit, unde etiam ejusdem introitus apex *Cabo Trojano* nuncupatur. Castiglione.

Biblioteca Museo Franz Mayer

A *Lago di Castiglione* flagno, Magni Ducatus Florentiæ ora maritima, ulterius le protrahendo, pertingit ad *Ombrone* fluvii exitum, cui eadem appellatione gaudens vicus *Ombrone* adfixus eſt, ſupra quem haud magno à mari interſtitio ſe in conſpectum dat *Groſſeto*, vel *Groſſeto* civitas, quam modo nominatus fluvius præterlabens undiq; ſuis conſpergit.

Ombrone.

Groſſeto.

HISPANICI DOMINII.

HISPANICI DOMINII iterum ſunt ſequentia loca: *Telamone* & munimenti egregii munus gerens, & portu commodo navium conſervationi ſtudens, oppidum eſt ſinui maris parvo, à quo oſtii flaviolus abiobetur, contiguum; Fluvii *Allenga* oſtium; *Porto S. Stephano* ſinus in Boreali latere promontorii hujus, quod *Monte Argenta*, vel *Argentato* nuncupati ſolet, ſitus, in cujus margine *Orbitello* caſtrum prolixè munitum exeubias agit. *Porto Hercole* à ſinu maris litus excavantis effectum navale, non minus commodum quam pulchrum cum caſtro, quod in Promontorii dicti latere in Notum ſe inclinante extructum eſt. Hunc portum navibus intrantis inter duo caſtra præſidio & armis militaribus munitiſſima, ac utrique ſinus apici impoſita, quæ toti portui imperant, tranſeundum eſt. Quinquam autem Galli nuper horum locorum Hiſpanis vi bellica ereptorum dominio potiti fuerint, ea tamen Hiſpanis in iis recuperandis omnes ſuos nervos intendentibus, ac vehementiſſimum imperium facientibus paulo poſt iterum cedere coacti ſunt.

M. Argetta. Orbitello. P. Hercole.

Peſcia. *Peſcia* fluvius cum oſtio ſuo, omnique circumjacentis litoris tractu ad *Magni Ducatus Florentiæ* dominium pertinet, oraque maritimas hactenus deſcripſas, & ad eam Italiæ partem, quæ *la Toſcana* nominatur, pertinentes, à ſequentibus, quæ Papæ juriſdictioni parent, diſtinctione ſua diſtingit.

INSULÆ. INSULÆ, quæ in hoc mari ſicum ſuum conſequutæ ſunt, ut & ſcopuli & cautes, aliique loca navigationi incommoda aut periculoſa, numeris ſuis in tabellâ hydrographicâ conſignata ſunt. Omnium illuſtratio eſt quæ ſequitur.

LOCUS SCOPULOSUS.

LOCUS PARVUS & ſcopuloſus 8. vel 10. pedum altitudine ſub aquis latitans offendicur inter *Livorno* civitatem & angulum *Piombino*, ad alterum à litore continentis milliare, quâ velificationis curſus medium locum obtinet. In eum anno 1602. navis ſuam nocturno tempore impegit *Simon Clauſz* ex Belgarum nautis unus, eaque ibi orbatus eſt.

ELBA. 10. ELBA Inſula duobus fermè milliaribus ab angulo *Piombino* diſſita, ſuperioribus temporibus proprio Domino ſubjecta Dominis Piombino membrum fuit. Cum vero Dominus ejus tantarum virium non eſſet, ut illam ſua defenſione conſervatis ſi pirataruin incurſionibus tutam redderet, tandem cum *Hiſpaniarum Rege*, *Magnaque Hetruriæ Duce* in pacto convenit, ut illi ejus patrocinium ſuſciperent, & ex reditibus certam pecuniæ ſummam quotannis ſibi ſolverent. Sufceptam itaque ex pacto inſulam Principes illi in duas partes diſpertiti ſunt, adeò ut jam in 2. membra diſtributa à Dominis pareat. Pars enim Borealis illa diviſione ad *Magnum Florentiæ Ducem* devoluta eſt, Meridionalis verò *Hiſpaniarum Regi* obtigit. *Porto Ferraio* in margine Borthapeliotæ obverſo ſinum navale omnium ventorum impetus non exhorreſcit. *Magnus Florentiæ Dux Coſmus*, hujus nominis primus, majoris ſecuritatis cauſa hic *Coſmopolim* civitatem firmiſſimis operibus militaribus ſtabilitam, & à ſe cognominatam, hîc extruendam curavit. Præter hanc nibus adhuc monimentis validis, *Stella* minimum, *Falcone*, & *Linguella* hujus inſulæ ſecuritati præſpectum eſt. *Porto Longone* in meridionali hujus inſulæ ora portus eſt, etiam omnium ferè ventorum metu liber, ac caſtri admodum validi defenſione hoſtibus ſe opponens. Hunc Galli nuperrimè Hiſpanis ex manibus vi bellica extorſere, ſed poſtea iterum amiſere. Reliqua alicujus ponderis in hâc inſulâ loca ſunt *Volterajo*, *Capoliri*, *Rapolsanco*, & *S. Andrea*. Conditionem ſoli ſi reſpicias, ſterilis eſt inſula, frumentoque nullius, fructuumque paucorum ferax, ſed fertilitatis copioſis referta. Hæ poſſeſſiones fodiendo exhauſtæ ſunt, 25. aut 30. annorum ſpacio novis venis ferreis iterum repletæ intercluntur. Ferrum tamen ob carbonum penuriam in Inſula non fanditur, ſed in alia loca tranſfertur. Magnetis haud exiguus numerus in pede cujuſdam in hac inſula montis, ea de cauſa *Calamite* idiomate Italico appellati, inveniuntur, atque ex fodinis ſuis eruitur. *Æreus* mons marmorea admodum pulchra ad ædificiorum ornatum aliuſque uſus ſuggerit. Sulphur item & Vitriolum ex radice ejus extrahuntur. Haud longo diverticulo inde progreſſus in ſtanni & plumbi fodinas incides. Cæterum in media inſula mirabilis naturæ fons cum diebus, lumine acreſcentibus aut decreſcentibus, æquarum ſuarum augmentum aut decrementum ſentit. Nam diebus æſtivo tempore ſenſim ad ſummum augmentum properantibus, tantam aquarum copiam ejaculatur, ut impetu ſuo plures molarum rotas movere valeat. Diebus verò iterum decreſcentis luminis diminutionem ſentientibus, eandem totius ferè exercetit. Sunt etiam minoris quidem, ſed tamen elegantis ſtaturæ equi in hac inſula, quorum operâ quotidianâ incolæ utuntur. Negotiatio totius inſulæ in metallis, mineralibus, piſcibus ſale conſpecuis potiſſimum conſiſtit.

Ferrum.

Magnes.

Iſola di Hercole. Formiguets.

Marmor. Sulphur. Vitriolum. Stannum. Plumbum. Fons mirabilis.

Negotiatio.

PLANOSA. 11. PLANOSA, vel *Pianoſa* vilis, & humili ſitu depreſſa inſula, incolis planè deſtituitur, ac arboribus humilibus fruticibuſque paſſim veſtita & tecta, 3. circiter mill. paſſuum ſpacio ab inſula *Elba*, qua Notoliburnum inſpectat, divisa eſt.

PLANOSA.

FORMICHE. 16. FORMICHE vel *Formiques*, aut *Formigeſ* & angulus inſulæ *Planoſa* occiduus ad *Notum* & Meſolibanotum, 3. milliarium diviſione ſeccernuntur. Sunt autem ſcopuli & cautes plures in unum locum collectæ ac longitudinem 4. navium onerariarum, una poſt aliam collectæ, extquantes. Quædam illarum regimine aquarum obſcuratæ viſum fugiunt, nonnullæ æqualem cum æquis altitudinem habent, aliæ verò ſummitatibus ſuis parum ſupra fluctus ſe extollunt. Quæ altitudine cætera ſuperant, vix 4. aut 5. pedibus æquâ ſuperiores ſunt. Cuicunque inter has inſulas, locaque proxima, & *Corſicam* inſulam nocturno tempore, vel alio quovis nubibus obſcuro & obſcuteato, vela faciendæ ſunt, hæc præcautione maxime ſibi opus eſſe cenſent neceſſe eſt, ne inſulæ *Corſica* litoribus nimium appropinquet, utpote cujus interior terra altitudine majori elata oram mari ſe admoventem admodum humilem & depreſſam antè ſe habet, ita ut ex altitudine interioris terræ quincolligere poſſet, quod ſatis longo ſpatio ab inſula abeſſet, cum tamen ex improvilo in ipſum litus facile deferri, & in oram extimam impingem navi ſua orbari poſſit. Ex altera parte iterum ſummâ cautione vitandus ſcopulus, quem diximus, referens locus, cum inſula Planoſa, quæ navibus humillimæ ſuâ nocui minus periculum creare poteſt, quam ſcopuli minaces, in quos naves impetu delatæ, facilique negotio diruptæ, fundum petunt.

FORMICHE.

MONTE CHRISTO.

12. MONTE CHRISTO Inſulæ *Planoſa* magnitudine quidem cedens, ſed altitudine ipſam longè antecellens, quâ ſe in meridiem ſita ſuo inclinat, ab inſula *Elba* 4. mill. ſecretione diſcedit, & ab inſulæ *Planoſa* angulo, occidua plagæ adverſo, in Upopheniceum & Hypocetium 5. mill. divortio concedit.

GIGLIO.

13. GIGLIO vel *Giglio* Inſula haud magnâ diſtantiâ à *Porto Hercole* contraenitis navali, diſidens urbecula habet, & puribus incolis habitatur, qui piratis imperu hoſtili inſulam adorientibus, in monimentum quoddam munitiſſimum refugio capto, ſalus & vitæ ſuæ conſultum. Eſt

Eſt illud, ut & *Bellua* turris admodum fortis, in hac inſulâ conſtructum, ut ejus ſecuritati à defenſione ſua patrocinetur. *Barbaroſſa* ob puerum quendam à *Pianoſæ* ditionis Domino ſibi ereptum, & reſtitutionem ejus urgenti denegatam, irâ immenſâ inflammatus, munimentum illud ipſibus & mentorum maximum vehementiſſimus aliquandiu concutiendo fruſtrà expugnare tentavit. Sapouis admodum grati vinum, quod in hac inſula crefcit, eidem nominis celebratem conciliat. Ante portum *Porto Hercole* aliam adhuc inſulam cernere eſt, quæ *Iſola di Hercole* nomen portat. Nec longè etiam à promontorio *Monte Argentato* ſitus conſpicies tres inſulas, admodum parvas, quarum *Formiche* vel *Formigues* appellatarum duæ in ortum Solis exporrectæ exiguitate ſua tertiæ in Occidentem protenſæ & aliquantò maioris magnitudinis, palmam cedunt.

GRANATI.

14. GIANUTI, *Ianuti* vel *Zanuti* parva inſula bono quidem porta navibus ſecuram ſtationem præſtat, cæterâ tamen incolis penitus deſtituitur, aquarumque egeſtate direxata, incolarum habitationem planè à ſe dimovet.

NEGOTIATIO.

Cum negotiatione, & mercatura, quæ per *Florentiæ Ducatum Magnum*, & ab ejus habitatoribus terra mariquè exercetur, ſequenti pacto compactum eſt. Singulis annis mercatores hunc Ducatum inhabitantes, punnos ab incolis ex lana confectos, omnis item generis ex lanâ & ſerico arte textoria, contextas materias, pannos item, quibus aurum & argentum intertexatum eſt, in alias regiones & provincias tranſmittunt. Nam panni hi, auro & argento intertexti, fideliter admodum & ſine omni fallacia ab incolis conficiuntur, utpote quibus edicto publico prohibitum eſt, ne fila aurea & argentea adulterent. Præter has & aliæ plures ſuæ merces, quarum aliæ regiones participes fiunt, aliæ pares nempe, coria ſingulari artificio deaurata, vaſa terrea admirabili pulchritudine inſignia, imagines & picturæ elegantiſſimæ, optimæ notæ arma, inter quæ pugiones excellunt, quos fabri ferrarii *Piſa* urbis artificioſè excudere noverunt. Olei olivarum optimi, & Croci fragrantiſſimi copia ingens, Gallæ, vitriolum, oryza, cæles & omnis generis opera ex alabaſtro ingeniosè parata. *Florentia* ſola pannis laneis, ſericeis, & aureis atque argenteis fila intertexta 2. millionium auri, & quod excurrit, lucrum, quotannis confequitur, ac pecunia ubique, ac cumprimis per *Gallium*, *Italiam* & *Belgium* commutanda incredibilem quaſtum facit. Ex Hiſpaniæ regionibus lana advehitur: *Sicilia* inſula hunc Ducatum ſerici compotem facit: *Gallia* & *Belgium*, ut & alia loca linum, lineaque veſtimenta, & frumentum copioſum navibus apportant: Solum Ducatus paſſim vini optimi ferax, omnigenerumque fructuum gratiſſimorum, olei olivarum, aralorum citreorum, cedrinearum, glandium, lini, croci, Alkermes ſive cocci acinorum, quibus lana & ſericum rubro colore tinguntur proventu feliciſſimo nobile. Morotum quoque copia incredibilis ubique invenitur, quorum ſolitis, bombycum ineſſabilis multitudo, alitur. Hinc ſerici quantum ab incolis quovis anno paretur, vix conjectura quis aſſequi poterit. Illud tacitus præterco, quod quadringenis millibus coronarorum coſtumpetum quotannis ex *Sicilia* & *Calabria* in hunc Ducatum tranſferatur.

Iſola di Hercole. Formiguets.

Granati.

Negotiatio.

STATO DELLA CHIESA.

STATO DELLA CHIESA. Litorum ad *Pont. ſcii Romani* dominium, quod *Itali Stato della Chieſa* vocare ſolent, pertinentium hæc eſt ratio. In vicinia orbis, per quod *Peſcia* fluvius in *Thuſcum* mare exoritur, exordiâ ſium capiunt, & continuo volumine ſecundum inferi maris extremitates devoluta ultra *Terracinam* urbem uſq; ad *Neapolitani* regni extimos limites ſe extendunt.

DUCATO DI CASTRO.

DUCATO DI CASTRO, ſive Ducatus *Caſtri* dominii Ducalis Ducem *Parmenſem* pertinentis portio, quam nuper to di *Pontifices Romanos* propter nonnullas ipſi cum Duce Parmenſi intercedentes lites ſuæ juriſdictioni adjecit, ſed poſtea, utriuſque partis lite ſopita, reddidit. Ora autem hujus Ducatus maritima ferè 2. ſtadiorum exitus intercipit, quà *Peſcia* flumen per exitum ſuum in mare Tyrrhenum elabitur, initium ſuum capit, & ibi terminum ſeu finem ſuum nancifcitur, quà *Marta* fluvius ſcin idem mare præcipitat. *Caſtro* urbs in *Olpita* fluenti ripa ſedem coilocavit influentium vero illud, poſtquam urbem *Caſtro* præterlapſem eſt, *Torrefluminis* ſe *Caſtro* adjungit, & undarum communatione factâ cum eodem proxime *Atone Alba* in mare Tyrrhenum deſcendit. *Marta* fluvius ex palude *Lago di Bolſena* haud procul ab urbe *Viterbo* diſtante, aquas ſuas ejuctas, ſub *Cornetâ* civitate Tyrrheni maris ſluctibus addit.

Caſtro.

PATRIMONIO DI S. PIETRO.

PATRIMONIO DI S. PIETRO. Litora, quæ à Ducatuum Caſtro finibus incipientia uſque ad fluminis Tyberis oſtium pertingunt, illi Pontificiæ juriſdictionis portioni accenſentur, quæ ufitato titulo *Patrimonio di S. Petro*, id eſt, *S. Petri* patrimonium vocatur. *Corneto* civitas ſupra fluenti *Marta* exitum ſitu ſuo locata eſt: *Toſſa* à fluvio Mignone parvo admodum interſtitio recedit. *Civita Vecchia* urbs cum navali ipſi adhærente, & muro admodum veteri & craſſo, qui egiæ unius altitudine extrà aquum extat, circundato, à caſtro admodum forti & valido defenditur. *S. Giorgio* vicus dextro margini exterſi, per quem fluvius *Arone* in portum hunc Tyrrhenum elabitur, angoſtus. Fluvius ille ex *lago di Bracciano* ſtagno prope *Anguillarum* emergit. *Porto* civitas ibi ſedem fixit, ubi veterum Romanorum *Portus* tempore, auguſtiſſimum & incredibili ſumptuum copia conſtructus portus, cernebatur, ut ex antiquitatibus liquet, quæ plurimæ hac noſtra ætate adhuc ibidem loci ex terrâ effodiuntur. Extructus autem eſt, cum *Roma* civitas ſummo in flore verſaretur, & imperii ſui finibus maximam orbis partem coercerer. *Tiberii* Tiberii. enim illud ex *Italia* incredibilem quaſtum facit. Ex Hiſpaniæ regionibus celebrioribus haud minimum *Tevere*, *Italiæ* idiomate nominatum, duplici oſtio in mare defertur, inſulamque bipartito ſno alveo efficit. Ortum ejus offendes in *Apennino* ſupra *Borgo di S. Sepolchro* in diœceſi Ducatus Florentini urbecula ſitum, ſub quâ dextro margine *Tamarum* fluvium abreptum ſecum ad *Caſtra de Caſtello*, & *Fratta* provehit. Inde in *Perugianum* diſtrictum properans, ſubeunque *Perugia* prætergreſſum ſub eâ *Chiaſſia*, vel *Cluſinæ* amnem auſert. Quo ablato ulteriore lapſu pergens finiſtrum ſuum margioem ad venienti fluvio *Chiane* infra *Orvieto* urbem aperit, ac aliquanto inferius dextra ripa in *Orti* confiniis fluvium *Nera* vel *Negro* in conſortium ſuum adſciſcit. Eadem ipſa etiam ripa haud, magno ſpatio urbem Romam intervallo, *Tiverim* fluentum, quod ab urbecula *Tivoli* deſcendens ſchuic adjungere gelſit, ſuſceptum ſecum per mediam urbem *Romam* devehit, quam poſtquam lapſu ſuo ſuperavit, curſu ſuo rectâ mare petit, & per duo oſtia, uti dictum eſt, in Tyrrhenum pontum effundit.

Patrimonio di S. Pietro.

Tiberis.

CAMPAGNA DI ROMA.

CAMPAGNA DI ROMA. Reliqua litorum Papæ Romano ſubjectorum, & paulò ultra *Terracinam* ufque ad bem tegit *Neapolitani* finibus terminatorum pars, quæ ab oſtio *Tiberis* fluvii initium ſuum ducit, ad eam diſtinctionem pertinet, quæ ufitatè *Campagna di Roma* nuncupatur: oſtia in dextro ſiniſtro alveo, qui *Oſtia* per dextrum oſtium aquarum ſuarum molem emittit, hac noſtra ætate portus eſt minorum tantum navigiorum capax, qui 20 Italicis, 7. & dimidio Gallicis, & 5 & dimidio Germanicis miliar. ab urbe removeur. Pot-

Campagna di Roma.

Biblioteca Museo Franz Mayer

Paterno. ro cernas licet *Paterno* viculum, *Ardeam* urbem, & *Caloe de Ascio* promontorium in mare exiens, tibi olim portus fuit insignis, & *Nettuno* civitatem in latere Orientali, dimidium circiter milliare ab eo distantem. Sequuntur *Asturi* vicus etiam potens navigantium commodo inservire solitus; *Lago di Seroffa* haud exiguæ longitudinis lacus, *Monte Circello*, vel *Cercelli* promontorium à veneficâ *Circe* nomen sinum mutuatus. Altitudine notabili surgens angulus procul intuentibus, insulæ alicujus speciem præ se ferre videtur, propter continuorum à tergo humili ac depresso situ se ostendentem. & lacubus ac stagnis abundantem. 4. aut 5. turres speculatoriæ, in summitate *M. Circelli* promontorii erectæ cernuntur; ac in ejusdem radice conspicuus est vicus *S. Felicita*, in quo *Papa Celestinus* 11. aliquandiu commoratus est. Tandem ostendunter *Stura* fluentis exitus, *Terracina* civitas, & *Portella* inde cognominatus locus, quod finibus *Pontificiam* & *Neapolitanam* jurisdictionem determinantibus imposuit, iter utrinque commeans portâ occludat, adeò ut nemini nisi cum consensâ transire, & vel in regnum Neapolitanum proficisci, aut ex eo in Pontificia regiones ires facere liceat.

Fructus & bona. Fructibus cæteris quæ boni, in quibus negotiationis & navigationis totius cardo vertatur. Hæ regiones tritum in modum affluere solent: præcipuè autem, frumenti, fructuum, atque vini provenu largissimo, dilatæ latissimè admodum annonæ caritate divexantur, utpote quæ partim montibus, partim verò etiam vallibus jucundis constratæ, & planicie campis fertilissimis refecta passim vestitæ, tanta dictorum bonorum ubertate locupletes sunt, ut annum admodum infelicem & sterilem incidere necesse sit, si omnes dictibus pari fertilitate agerari, contingat. Est autem frumenti, vini, & olei ubertas ac copia tanta, ut eorundem non solum ipsæ usum largissimum habeant, verùm etiam alias regiones, *Magnum* videlicet *Florentia Ducatum*, *Dominium Genuense*, & *Venetum*, *Sclavoniamque* totam parcipes reddere queant, imò etiam *Neapolitano* regno, frumenti penuria quandoque laboranti, succurrant. Sericum, holoserícum, omnisque generis panni ex serico contexti, cannabis, cera alba, charta scriptoria, sal, ilatis, subia tinctoria, manna, alumen, cujus vis ingens propè Tolfam à tergo *Civitæ Vechiæ* civitatis sitam, quotannis ex venis suis excoquitur, ac *Romanum* alumen appellatur, ac varia legumina navibus onerariis impositæ ex his regionibus in alias transferuntur.

Neapolitanum Regnum. NEAPOLITANI REGNI, *quod Hispaniarum* Regis dominio subjectum est, ora maritima lateri seu Tyrrheni maris ductibus pulsata, & in finibus, quibus *Pontificii Romani* territoria terminantur, exordium capiens, ab urbi *Terracina* confinis fenum recedit, atque ad extimum hujus regni promontorium *C. Spartivento* defcendendo protenditur. Eam hic defcribendam tabula hæc hydrographica offert. Cæterum litoræ ejusdem regni quæ restant, in secundæ tabellæ illustratione, qua altera hujus maris mediterranei pars describitur, lector offendet. Provinciæ autem, quæ Tyrrheno mari contiguæ sunt, sequenti ordine & mutuò consequuntur.

Terra di Lavoro. Fondi. Gaeta. TERRA DI LAVORO provincia prima est, incujus litore cernuntur *Fundi* vel *Fondi* civitas à vetustate sua commendata, & aliquot spacio à mari in terram fecedens, quæ nomen antiquum sibi servavit; *Gaeta* fossis, vallis & propugnaculis, aliisque molibus bellicis optimè munita, civitas & monti cuidam *Monte de Santa Trinidad* cognominato objecta. Hic angusti & arctâ lingulâ continenti annexus reliquum marginem integrum fluctuum marinorum impetui objicit, adeo ut parum ab insulæ marinis undis circumfluæ figura absit. Portus tuendarum navium commoditate vix ulli secundus & navium plurimarum capax est, & omnium ventorum, Notapelioren si excipias, injurias repellit.

Mola. In huius Sinus autem margine cernas licet *Molam* vel *Molæ de Gaeta*, vicum antiquæ urbis Formianum, quas hodie *Formie Levantes* appellant, rudentibus & patientis collapsis vicinum. Ostium fluvii *Garigliani*, vel *Garigliano*, vel *Caraglicano*, qui in hunc Sinum, à *Gaeta* civitate *Golfo de Gaeta* dictum, præcipiti cursu fertur. *Port. de Baie.* ejusdem cum priore laudis particeps, statio navalis in Sinu *Bajano*, quo nomine olim hic maris in terram inflexus, insigniebatur, omni ædificiorum ornatu carentem marginem habet. Hic veterum temporibus thermæ illæ celeberrimæ locum suum habuerunt. In hoc districtu etiam apparet *Mont nouveau* seu Mons novus, qui in ipso *S. Michaelis* festo, anno 1583. à horrendo terræ motu aliquot dierum spacio durante hic congestus est. Terra enim *Tripergula*. cum cœlum admodum sudum nullis plinè nubibus obdueretur, summo tremore percussa aperiebatur, & ex hiatu illo aperto flammæ horribiles subitò eructatæ, cinerum copia incredibili, & lapidum ardentium multitudine haud exiguâ ibipatæ erant, cum quibus fumus admodum densus una erumpens, in cœlum ascendere videbatur. Hunc magnitudinis & latitudinis haud exiguæ mons ereptus & congestus in summitate suâ mediâ foramen 50. pedes ambitu suo complectens habebat, quâ *Tripergulam* cum thermis, lacus *Lucrini* potissimam partem, & canalem vel fossam, quæ piscibus ex Lacu *Lucrino* in *Avernum* transeuntibus, aut ex hoc in illum remeantibus patebat, contexit. Antequam ad Bajas perventur, in oculos incurrit *Volturno* fluvii in mare eruptio. Ortus hujus fluvii est in *Contado de Molisi* provincia, ubi supra *Isernium* civitatem ex fontibus suis elabitur, & regionem *Terra di Lavoro* peragrans, *Capuam* venit civitatem, Veterum memoriâ & nobilissimam & celeberrimam, quâ superata in mare, haud procul inde distans, aquæum farcinam projicit. De *Cumis* tempus edax rerum nil reliquum fecit, nisi magnam ruderum & collapsorum murorum congeriem, magni corporis cadaver ingens, quod procul conspectum ædificiorum veterum splendorem & dignitatem satis superque argüit. *C. Miseno* promontorium angulus est bortholibyco adversans, & sinum hunc proximum includens, qui *Golfo de Napoli* nuncupatur, à præclarissimâ & celeberrimâ civitate *Neapoli*, quæ superbo & illustri ædificiorum suorum splendore hic in conspectum prodit. Concluditur autem Sinus præfatus à dicto promontorio, & altero è regione opposito, quod à *Neapoli* ad Notogæobenes se recipit, & *Capo de Minerva*, vel etiam *C. de Campanella* & *C. de Monte di Massa* vocari solitum præjacente insulâ Capri adversatur. *Pozzuolo*, vel *Puzol* etiamnum nostra hac ætate splendida ædificiorum superbia illustris civitas, colli scopuloso, secundum maris longitudinem se extendenti insidet, aquo tantum aditu ac ascensu per pontem transeuntes viatores admittit, ac eodem defcensu dimittit. Eam circumjacentes, ac lapidibus stratæ viæ, & plateæ, *Fundamenta* item ædificiorum ingentium, cæteræque ruinæ spectabiles, olim & magnificentissimè splendidam, & splendore magnificam fuisse loquuntur. Bellorum injuria, marisque rabie & terræ motuum violentia incrementis tantis orbatæ, eandem ad præsentem, quam ostendit, faciem redacta est. Celeberrimæ & veræ Regiæ urbis *Neapolis* unum latus *Pausilypo* monte, altique amœnissimis, & fertilissimis collibus, quaqua versum terræ adverritur, vallatum est, alterum verò prospectu amœnissimo patitur & jucundissimo mare innuetur. Defensioni & tutelæ ipsius prospicitur pulcherrimis & fortissimis mœnibus, propugnaculis, turribus, fossis, maximam partem 80 pedes profundis, ac præcipuè quatuor castris, *Chasteau de S. Erme* nimirum, vel *Elme*, *Chasteau neuf*, *Chasteau d'Oeuf*, & *Chasteau Capuan*, quæ adeò firma & valida sunt, ut iis ad firmitudinem nihil prorsus deesse, videatur. Nec ditatio navalis hanc urbi tutæ annexa, opportunitatis & commoditatis ratione, nihil etiam desiderare dicitur, si illud excipias, quod naves à Notapelione minus turas præstare queat. Ex fonte aquam fontanam affatim scaturientem, nam is abundè sufficit. Urbem ipsam permeat *Fiume della Madalena*, vel *Fornello* fluv. qui inter *Posilypum* montem, & urbis extremum currens, diversas urbis plateas peragrat.

Minute

Monte del Orato. *Monte del Orato* excelsæ sublimitatis mons haud magna inter capedine ab urbe *Neapoli* remotis nautis in mari versantibus, ac cursu suo *Neapolitanum* portum petentibus, indicio est, quomodo naves suas dirigere debeant. Jugum ipsius in duas partes divisum panes fecharí 2. effigie sua repræsentant. Eum sequitur odium *Sorre.* fluvii *Sarno*, qui prope *S. Severino* in provincia *Principato ultra* ex fontibus suis eluctatus utramque provinciam *Principato ultra*, & *Terra di Lavoro* lenè adeò ad sinum in mare eximum separat. Proximæ sunt civitates *Vico*, alias etiam *Vico Equenſe* dicta, & *Sorrento* Archiepiscopalis sedes, quam vicum nobile, & valetudini hominis maximè conveniens appriime nobilitat. Tandem est *Massa*, vel *Massa di Sorrento* dicta à propinquitate, quâ *Sorrento* civitati appropinquat, vel forsan etiam ad distinctionem alterius civitatis Massæ, quam suprà in principatu Malfa vidimus.

Insulæ. INSULÆ, quæ ex mari in sinum *Golfo di Napoli* se extendentes, tectorum vetus ancibus tredentem continentur. Episcopus, cui in spiritualibus hæc insula submissa est, præceptor suos tectiras et hoc cotumicum auceps cogit. Tota insula ad provinciam *Principato Citra* pertinet, & ad Notum 4. aut 5. milliaribus ab urbe *Neapoli* divisa est.

Principato Citra. PRINCIPATO CITRA, ad quam provinciam promontorium *C. Minerva* nos deducit, primò præcedentem subsequitur. In ea primò se offert *Golfo de Salerno* sinus, vel *Golfo di Agropoli* alias dictus, penus nomen ab urbe *Salerno*, alterum verò ab *Agropoli* civitate ibi adjecti. Inter promontoria *C. Minerva* & *C. Licosa*, vel *Licossa* se in terram sinuoso flexu immergit. *Amalfi* civitas ad 5. circiter milliare à *Capri* insulâ, sedes Archiepiscopi, & maximè celebris patria viri celebertimi *Flavio de Gioia*, qui ex hac civitate oriundus circa annum *Christi* 1300. Magnetis usum, ac pyxidem nauticam inveniße dicitur. In templo hujus urbis cathedrali *Andreæ* apostoli corpus, quod *Petrus Capuanus Cardinalis* anno 1208. eò transferendum curavit, ostenditur. In sinu Salernitano, seu *Golfo di Salerno* 2. sunt alii minores, in quorum unius margine *Amalfi* & alterius ora *Salerno* cernitur. Utrumque *C. Orso* promontorium, nec in unum confundant. Interventu suo dividit *Salernum* Principatus provinciæ metropolis, & Archiepiscopatus caput, appellationem suam à duobus fluviis mutuatam in unum nomen compegit. Fluminum illorum unus *Sele*, hodie *Bufaroli* nomen apud incolas obtinet, & mœnis urbis, quæ Septentrioni obvertuntur, undis suis madefacit, alter *Erno*, ac nonnullis *Hirno* dictus, orientale ejusdem urbis latus præterlabitur, ubique in sinu infracinibus commiscetur. Nobilem autem hanc urbem reddunt Academia, in qua Medicinæ studium nunquam non maximè floruit, & Mercatus duo anniversarii, ad quos ex omnibus *Italiæ* locis, *Sicilia*, *Sclavonia*, *Gracia*, *Asia* & *Africa* omnigeni mercatores maxima frequentia confluunt, ut mercaturæ operam dent. Alter horum mercatorum à tertio mensis Maij die incipiens octidui spacio absolvitur, alter à 10 usque ad 25. Decembris diem conficiuntur. *Amalfi*, & *Salerno* 2. mill. inter eum fecernuntur: Prior locus portus inopia laborat, unde fit, ut naves ibidem in aperto mari ora continentis alte obsidentes anchoris suis inhibere necesse habeant. Arcessum vero litus urbi *Salerno* præjacens, commodiorem anchoras retinendi fundum habet, adeo ut navibus ibidem loci tutis & securis esse detur. Tractus terræ mari obversus, qui ab urbe *Salerno* usque ad *Capo Licosa* promontorium progressa suo pertingit, humili inore deprimitur; qui verò à promontorio *Licosa* usque ad sinum *Golfo di Policastro* protenditur, crebris montibus assurgens raro aut nullo plano potens navigationis commodo prodeat, *Sele* vel *Sele.* *Sala* fluvius ex *Basilicata* provincia oriundus, & in hac provincia fluvium *Negro* secum abeigens, postquam in 2. alveos aquas suas diduxit, 2. ostiorum beneficio, inter promontoria *Capo Miseno*, & *Capo Licosa* in sinum *Salernitanum*, quà margo ejus ferè medius est, infundit. Portus in hoc *Golfo di Salerno* in navigantium

Ducem de Amalfi fundatorem suum agnoscit, defendit tur, & celebri navali, cui Aglioni nomen est, naves ad se divertentes excipit.

Capri. 20. CAPRI vel *Capra* insula continenti, quà promontorio *C. Minerva*, Orientali sinus *Golfo di Napoli* angulo, in mare incurrit, frontem quàm proxime apponens eodem cum civitate, qua exoritur, nomine gaudet, ac grato & valetudini admodum conducente aere fruitur, quamvis aspero, & inæquali solo constrata sit, eaque de causa parum frumenti ferat. Defectum hunc saporis gratissimi olearum, & temissimum atque optimum fericum abunde compensat. Comercices frequentissimæ aucupii uberrimi hic occasionem offerunt. Incredibili enim copia capiuntur, quod anno quovis duabus vicibus contingere solet, primâ quidem quando hybernitemporis inclementia continentem premit, & aves has migrare jubet: altera verò quando calorem vernus ancibus tredentem continuatur. Episcopus, cui in spiritualibus hæc insula submissa est, præceptor suos tectiras et hoc cotumicum auceps cogit. Tota insula ad provinciam *Principato Citra* pertinet, & ad Notum 4. aut 5. milliaribus ab urbe *Neapoli* divisa est.

Palmerola. 21. PALMEROLO vel *Palmarola*, inter omnes exiguæ, 10. milliaribus *Italiæ* vel 2. & dimidio Germanicis ab Insula *Ponza* distans, hac nostra ætate à nullis incolis habitatur, ac planè inculta jacet.

Ponza. 17. PONTIO vel *Ponza* aliquantum habitata nautis ex quibuslam caveis, cavernisque aquam affluentem subministrat.

Saone. 18. SAONE parva est insula alteri proxime admota, quæ *Bentiviene* vel *Ventitoene*, aut *Pentiene*, aut ab aliis *Sitonto* vel *Bitonte* nuncupatur: Utraque cultoribus & habitatoribus orba inculta manet.

Ischia. 19. ISCHIA *Pozzoli*, propè *Cabo Miseno* promontorium, sese urbi è regione adversaria insula, latus suum in Septentrionem prorum, castro & civitate ab incolis frequentibus bene culta tuetur: tota verò pagis 8. ac plurimis villis, & ædificiis voluptatis causâ extructis referta est. Nec finitate sua ad valetudinem bonam multum adjumenti affert. Diversis rivulis, aquam medicatis virtibus imbutam, & diversos corporis affectus curantem, vehentibus rigatur: Fons verò unus in jugo montis cujusdam *Abocito* aquam vivam ejaculatur. Peculiare hoc habet, ut frequentibus terræ motibus & incendiis, ex terra hiatum patiente, erumpentibus divexatur, & sæpe damnum ingens patiatur. Regis Caroli hujus nominis secundi ætate horrendum incendium ex terra eruptionem faciens, per duos ferè menses indesinenti ardore hanc insulam vexavit, incolasque ex sedibus suis ejecit. In rei memoriam locus hoc incendio destructus *Cremata* hodiè nominatur. Inveniuntur autem in hac insula avena, vina nobilia, omnis generis fructus, ac carduorum sativorum copia maxima: Arum item, alumen, ferrum, sulphur, Phasiani, variæ aves aucupio lucroso occasionem præbentes. Lacum habet piscium plurimorum, & avium aquaticarum, satis magno numero, eum frequentantium. Earum mense Novembri maxima pars capi solet. Cæterum tot scopulis & canibus circumcirca fepitur, ut nonnisi unus, & quidem admodum angustus ad eam pateat aditus. Ad eam latus Boreale pateat insula *Girona* quam proxime appropinquat, atque inter ipsam & *C. Miseno* promontorium intercedit insula *Procida*, vel *Procite*, quæ olim *Ischiæ* insulæ portio, temporis successu à tempestatum & procellarum rabioso impetu ita avulsa est, ut jam freto, sed tamen admodum angusto ab ea dividatur, & vix ea navigia, quæ *Fregatten* appellantur, transire sinat. Pulcherum oppidulum, & castellum satis munitum ipsi haud exiguo ornamento sunt. Frumenti optimi ubertate luxuriat, pluresque phasianos, & haud minori numero perdices alit; thermas feliciter admodum calculo vexatis succurrentes habet: Incendiis tamen etiam quandoque divexata damno afficitur. *Nisita* vel *Nosita* aut *Nisari*, quod nomen aliis placet, inter *Pausilypum* & *Pausilypum* montem sita insula, à castro quodam, quod

Nisita.

Biblioteca Museo Franz Mayer

conspectu versantur *Pessi*, & *la Tour di Pessi* 2. pagi, *Agropoli*, & *Castello del l'Abbate* 2. urbecolæ, ac tandem
Capo Licosa vel *Licosa*, vel *Dicta* & *Cosa* promontorium
quod hanc sinum terminat, orasque maritimam ulteriùs dimittit ad ostium fluvioli cujusdam sub urbe
Castello à mare della Brucca aquarum farcinam deponentis, cui succedunt *Pisciota* urbecula in pede promontorii C. *Pisciota*, promontorium C. *Palinuro*, & alterum C.
della Floresa; cum sinu *Golfo di Policastro*, cui nomen hoc ab adjacente urbe *Policastro* obtigit, & tetus angulos hinc inde ex litore procedens navalia haud incommoda largitus est. Civium *Policastro* autem & Ducatus & Episcopatus titulo superbit. Ulteinum in hac litorali serie locum occupant, *Maratea* urbecula, & C. *di Castro Cucco* promontorium, quod litoribus his terminum constituens ad sequentis provinciæ oras nos abire jubet.

Capo Licosa.
Pisciota.
Golfo di Policastro.
Maratea.

Duarum Provinciarum describtarum bona & merces quod attinet, pejoris, quæ *Terra di Lavoro* appellatur, solum & ubertate maxima luxuriat, & ad cultum se adinodum facile præbet. Per eam iter facicantes ubique arbores fructibus gratissimis oppletas, summa oculorum & animi delectatione contemplantur. Hic enim myrtos & lauros, illic ficus & olivas, alibi malos aureas & citreas, vitesque innumerabiles animadvertunt. Incolis ergo & fructus delicati & pretiosi, & vinum nobile, & oleum saporis gratissimi non solum non deest, verum etiam tanta affluentia suppetit, ut etiam nives ex alis ætatæ plagis numero ingenti advolantes, portuique hos frequenter visitantes copiæ suæ maximæ participes reddere queant, & soleant. Frumentum optimum, & pulcherrimum in diversis hujus provinciæ tractibus ubertimo proventu colligitur, ac non modo in incolarum usum, & nutrimentum adhibetur, verum etiam exterorum commodo infervit. Lina femen quotannis bisseritur, & linum pasiantisfallentium profert. Idem etiam *farra*, quod optimum triticum *Italo Farro* dicitur, evenit, utpote quod etiam bimis vicibus quovis anno terræ mandatum, duplici fertilitate agricolas locupletat. Ex vinis in hac provincia crescentibus nobilissima sunt Massicanum in monte *Massico* & districtu *Massam* & *Vico* circumeunte crescens, & Falernum, cujus patria est *Falerna*, musta hac sua prole maxima nobilitatus. Vina Græcanica locis *Somma*, & *Nola* nascentia fragrantissimo suo odore nasum fectunt, animumque recreant. Oleum olivarum optimum à *Sorrento*, *Massa*, *Vico*, & *Gaeta* civitatibus suggeritur. Incredibilis morborum multitudo per totam regionem dispersa, multis bombycibus alendis occasionem exhibet, ac memorabilis negotiationis, quæ serico excercetur, causa est. In hac regione etiam comperiuntur autum, argentum, ferrum, cuprum, alumen, sulphur, salpetræ, & gypsum. Totum quidem districtus tenero, amabili, & moderato aëre temperatur. Mare summa tranquillitate fedatum omnis rabiei est expers, ac amœnis insulis passim repletum, summa voluptate expatiantes perfundit. Omnem porrò regionem limpidissimi & purissimi rivuli ex fonebus dulcissimam & gratissimam palato aquam cuicumbius minantes passim irrigant. Ex præcipuis fertilitatem argumentibus indicis haud postremum, quod Sacchari etiam ferax est.

Bona & merces Provinciæ Terræ di Lavoro.

Provinciæ Principatus Citra.

Merces atque bona, quæ alteribus provinciæ *Principato Ultra* negotiationem, & navigationem concernunt, ut & reliquæ ejusdem proprietates cumiis, quas in prioris explanatione recensuimus fere pæna faciunt: imo adiis tanta hic est temperies, ac tam sana constitutio, ut incolæ firma valetudine fruentes raro admodum eum morbis conflictentur. Hinc ex aliis hujus regni provinciis in hanc plures homines habitationem sumu transferre soleant, ut eum incolis eusdem valetudinis bona usum habere valeant. Quod territorium *Salerni* civitatem circumcurrat, frumenti, vini, & olivæ est fercissimum. Idem de campo *Eboli* civitatem circumdante & valle *Diane* afferi potest. Imo potissima regionis pars ex fertilitatis suæ penu frumentum, fur, vinum, legumina varia, olivarum oleum, & pulcherrimum crocum diversis in locis crescentem deprompit. Aurea item mala, citrea, punica, ficus, poma, pira, ingentis magnitudinis perfica, & plures fructus similes. Mori infinitæ bombycibus alimenta subministrant, & ad sérici mercaturam plurimum adjumenti conferunt. In confinitis *Olivetto* tangentibus sulphur, & in iis, quæ *olivetana* proxima sunt, auri venæ ex montibus eruuntur. *Capuæ*, oves, bubali, boves & vaccæ maximo numero campos & valles pererrando pinguissimum gramen in pascuis & pratis dentibus fuis demetunt. Sin vero quæ loca minori fertilitate prædita cæteris felici fructuum proventu non respondeant, eadem sagax incolarum industria apibus alendis destinat, atque eo pacto sibi utilia reddit, dum mel dulcissimum, & ceram odoratissimam eo medio sibi comparare studet.

CALABRIA CITRA duobus litoribus maris mediterranei fluctus rotundit. Unum occidua plagæ respicit *Tyrrhenus* seu inferi maris undas insultantes complexit, quod præsenti describtione nobis illustrandum est. Alterum *Ionico* mari, & sinui *Golfo di Otranto* adversans, sua illustrationem in secundam maris mediterranei partem ejicere habet. Itaque in occidentali tractu, quem mare Tyrrhenum legit, ordine sequuntur *Porto di Dino* ; parva insula *Dino* ; ostium fluvii *Lao* ; *Lao*, qui supra urbem *Laino* in provincia *Basilicatæ* finibus fontes suos habet ; *Cirella* famæ celebris urbecula propter vinum nobile, cui idem nomen à patrio suo oppido impositum est ; *Bonvicino* ; *Torre il Tivone*, *Torre Capo Tella* ; *Citraro* ad *Abbatia* ; *Mont Cassio Cicero*, territorium pertinens oppidulum ; *Guardia* vicus ; *Fasanella* vel *Peala* oppidulum, in quod *Dux de Castro Villa Pandone* dominium habet. Celebre illud reddidit *S. Franciscus de Paulo* Sancti Minimorum ordinis author, & fundator primus ; *S. Lucito* ; *Fiume Freddo* cum flumine, idem nomen sibi ascribente ; *Mantbia* ; *Amantia*, vel *Maschia*. *Amante* episcopali sede exornata civitas, cui castrum admodum forte, imo quod ferè invincibile æstimatur, gradibus est. Fluvii *Savuto*, vel *Sanato* ostium, & *Terra Lopa*, qui locus hujus provinciæ limes eam à sequenti separat.

CALABRIA CITRA.

Laino.

Golfo di S. Eufemia.

C. Vaticano.

Amante.

Fiuzo.

Briatico.

Nicotera.

Reggio.

Capo del l'Armi.

Pelloro.

Capo di Spartivento.

Bona, fructus, divitiæ, & commercia, quorum auxilio hæc provincia & vicbus amicbusque & quæ sui fuo proprospicit, hic describemus, ut eadem chorda oberrandum non sit, ubi ad alterum litus veneremus. Frumentioptimi copiam insignem profert. Vini nobilis & varii proventu felicissimo gaudet, olivarum oleum saporis delicatissimi ex olivis per totam provinciam inprimis verò circà *Tarsarine*, *Rosiana*, & in territorio *Amanthanum* urbem ambiente, crescentibus expetimur. Caparidum, malorum aurcorum, citreorum, ficuum, anisi, coriandri, malorum punicorum, facchari, crocci, gossipii, lini, & canabis mira ebiique est affluentia. Arbores sunt frequentissimæ, Myrti nimirum, lauri, rores marini, rosæ, abietes, quercus, & latices, ex quibus Agaricum nocturno tempore, & in tenebris splendorem reddens colligitur. Quoniam etiam integra provincia moris fcatet, bombycum quoque infinitum numerus ab incolis alitur, ac sérici tanta copia, quanta vix alibi, paratur. In eâ etiam crescunt terebinthus, crocus silvestris, dipta mus, centaurea maior, ac plurima alia simplicia admodum rara & pulchra, quæ in medicina maximem usum habent. *Isola* saltu grandi cincta est, ex cujus arboribus picis & terebinthinæ vis maxima ex coquitur. Manna quoque in pluribus locis inventa à bonitate sua maximè celebratur, & propterea in pharmacopolis manna *Calabrina* per excellentiam appellitari consuevit. In territorio, quod circuitu suo *Altamente* oppidum includit, montes exurgunt sile referti, qui instar lapidis excisis albissimo suo colore se commendat, & cum sale marino, cujus inopia hic etiam nulla est, longè lateque per exteras regiones distrahitur.

Bona & commercia.

Regionis hujus pars moribus inæqualior redditur, *Bona* & pars verò campis planicie æquali se expandentibus divinitus exornatur. Soli fertilitas ex vino, olivarum oleo, frumento, omnis generis fructibus pulcheis, & morocum insigni copia colligitur. Hinc sérici commercio quæstuoso incolæ summo studio incumbunt, cæterisque mercibus, quas habent, negotiandi occasiones aliàs non negligunt. Omnigena ferè metalla per terræ hujus regionis venas, dispersa investigatio sedula detexit. In diœcesi Marchionum de *Sorito* ante aliquot annos fodina innotuit, ex qua optimæ notæ Bolus Armenus effoditur. Ovium numerus magnus lanæ multitudinem suppeditat, quæ ob bonitatem & pulchritudinem suam ab exteris nationibus expetitur.

Locorum Italicorum Distantiæ.

	Millior.
Antibes, & *Nizza*	3
Cabo de Veffere, & *Monaco*	2
Monaco & *Menton*	1
Cabo de Nivli, & *Cabo delle Melle*	9 vel 10
Genua & *Nizli*	7
Nizli & *Savona*	4 vel 5
Cabo delle Melle, & *Genua*	15
Genua & *Porto Fin*	6
Porto Fin, & *Porto Spetia*	8
Cabo delle Melle, & *Porto Fin*	15
Cabo delle Melle, & *Porto Spezia*	24
Porto Spezia, & *Fin Regio*	6
Spezia, & *Livorno*	10
Livorno, & angulus propè *Piombino*	12
Cabo delle Melle & *Livorno*	52
Cabo delle Melle, & *Piombino*	36
Genua & *Livorno*	24
Porto Spezia, & *Livorno*	10
Livorno, & insula *Gorgona*	5
Livorno, & insula *Capraia*	8 vel 9
Livorno, & insula *Elba*	11
Insulæ *Elba*, & *Gorgona*	10
Insulæ *Capraja*, & *Gorgona*	5 vel 9
Insulæ *Capraja*, & *Elba*	6 vel 7
Angulus insulæ *Elba Planosa*	4
Angulus *Planosæ* occiduus, & *Formigues*	3
Formigues, & *Monte Christo*	3
Angulus *Elba* insulæ ad Norapelioten conversus & *Monte Christo*	4 vel 5
Insula *Elba* & *Monte Argentaro*	13
Piombino, & *Monte Argentaro*	13
Porto Hercole & *Civita Vechia*	7
Civita Vechia & *Oftia*	6
Oftia, & *Cabo de Antio*	5
Cabo de Antio, & *Monte Cercelli*	6
Monte Cercelli, & *Gaieta*	8
Monte Cercelli, & *Terracina*	25
Gaieta & *Ischia* insula	9
Angulus *Ischiæ* orientalis & *Neapolis*	5
Ischia & *Caftellamar*	7
Monte Christo, & insula *Palmerola*	34
Palmerola, & *Ponzo*	4 vel 5
Ponzo, & *Ischia* insula	10
Neapolis, & *Capri*	4
Capri, & *Amalfi*	5
Amalfi, & *Salerno*	2
Capri, & *Cabo Licosa*	10
Licosa, & *Cabo de Foresa* vel angulus propè *Policastro*	8
Cabo de Licosa, & *Manthia*	18
Cabo de Licosa, & *Cabo di Baticano*	26
Reggio, & *Cabo di Spartivento*	6 vel 7

Elevatio Poli.

Genua civitas subjecta est latitudinis Borealis	44 grad. 30 scrup.
Capo Spartivento in *Calabria*	38 grad. 0. scrup.

Biblioteca Museo Franz Mayer

CORSICA INSULA CUM SUIS

Litoribus Mare Mediterraneum tangentibus.

Corsica. CORSICA Insula litoribus suis Occiduis & Borealibus *Ligustici* Maris undas impetu rabioso irruentes sustinet; oram maritimam, quæ intritam suum in Orientalem plagam defigit, Tyrrheni seu maris inferi fluctibus tanquam obicem obsidet, & extremitatem, quæ prospectu suo in meridiem fertur, parvo admodum freto ab insula *Sardinia* sejungit. Longitudo ejus, expansione sua, inter *Cabo Corso* angulum Polo Septentrionali contrarium, & *S. Bonifacio* appicentia Austrum se inclinantem intercurrit. Inter Orientem & Occidentem angustiose complexu coërcita, utrinque sensim se in Septentrionem & meridiem ità coarctat, ut ovi figuram nanciscatur. Itaque duo latera habet, Occidentale nimirum, & Orientale; Partes vero illæ, quæ Septentrioni & Meridiei adversantur, apices potius sunt, in quos hæc insula definit, quàm latera. Nos descriptionem hanc à *Cabo Corso* promontorio ordiemur, primo Orientalem marginem expedientes, ac posteà Occidentalis illustrationem aggredientes.

Latus Orientale. Latus Insulæ Corsicæ Orientale à *Cabo Corso* Septentrionali angulo, duobus apicibus ad Meridiem, & Hypasticum inter se distantibus ac sinum incurvata sua distantia includentibus, in mare se projiciente, initium ducens, ac ineuntem suum in opposítam *Italiæ* oram maritimam, solisque ortum conjiciens, inter Polum utrumque, Borealem nimirum & Australem, longitudinis suæ expansione distenditur. In serie verò hac litorali ordine subsequente sequentia loca progressus sui faciunt: *Tossa di Sacra*, vel *Cabo Segri* promontorium; *Bastia* civitas & mœnibus ac propugnaculis firma, & castro adjuncto satis tuta; *Stagno di Brigaglia*, vel *Chiarlino* stagnum se exportingendo litoris longitudinem sequens, in quod fauces admodum angustæ ex muri nares deducunt; *Ponta di Aivo* angulus sinum in Notum declinantem finiens; *Fiumi Golo* exitus, qui ad latus *Terre di Golo* Boreale conspicitur; *Alto* fluviolus, qui proximè *Terre pellegrine* in Tyrrhenum mare undas suas adducit. *Torre Paduella*, in cujus latere Septentrionali alius fluviolus præcipiti profectione in idem mare festinat. Idem facit fluvius *Aighri*, qui in eundem portum commigrans, latus *Terre di Aighro* Boreale præterlabitur; *Stagno di Diane* alius iterum sinum est per angustias & exiguas admodum fauces in terram injectus, iisdemque faucibus naves intromittens. Quà margo ejus prospectum suum in australem plagam confert, præterlabentem ac in mare inferum properantem cernit *Tavignano* fluvium, *Alteria* urbecula haud grandi à maris litore intervallo latus finitrum prætergredientem. *Stagno di Urbino*. *Stagno di Urbino* tursus est sinus à mari in terram immissus, ac insulis aliquot confractus, in quem per angustum itidem introitum ingredi navibus licet. Proximè vicina est alia litoris excavatio parva, fluviolo *Orbo*, & alii cuidam intrando aquas suas inferentibus patens. Hactenus nominatis sinuosis recessibus aliquantò minor est, posteriora proximè sequens æstuarium *Stagno di Cresfino*, quod isidem ut priores, angustiis introitum suam includit. Quà illud latere fino in Notum vergit, subsequens habet ostium fluvioli cujusdam, quod mox ab alterius *Travo* cognominati exitu excipitur. Comitatur illum è vestigio tertii fluvioli *Solenzara* per biatum litoris apertum in mare eruptio, quæ juxta *Torre di Solenzare*, quà nimirum litore suo in Boream coeli distichum se convertit, fieri cernitur. Inde litus aliquot sinuosis æstuariis confractum & excavatum cursu suo ad Insulam *Dell Corfi* provolvitur, ac proximè adjacens attingit promontorium, quod Sinus *Porto Vecchio*, id est portus veteris navalis ad abscondendas naves admodum commodi, & ejusdem appellationis civitatem in margine suo habentis angulus est, in Borealem coeli regionem conversus, ac *Capo di Aigla* cognominatus. *C. di Aigla.* Altera verò ejusdem Sinus apex, qui in ejus marginem meridionali aëris districhui obiectum sedem suam transfluit, & à fronte *Piconere* & *Cigli* insulas locatas ostendit, *Capo Erbicora* plurimque vocari solet. Mox alio *C. Erbicora.* sinu litus perforatur. Hic in sinuosam terræ excavationem se infundens, ac nomine *Golfo de Manza* innotescens, duorum utrinque promontorium *C. Bonifacio* *Golfo di Manza.* *Manzanara*, vel *Bonifacio* nimirum, & *C. S. Amanso* claustris coërcetur: Illud Septentrionalem marginem obtinet, hoc vero in Meridionali latere collocatur. *S. Bonifacio* *S. Bonifacio.* Sinum notat, qui statione peropportuna nautis quietæ *Sacra.* indigentibus opem & auxilium fert, ac angulum in Orientali latere sinum, castello admodum forti & valido defendit. Hinc ora maritima à meridie in Septentrionem iterum revertitur, & obliqua incurvatione profectionem suscipiens, & in occiduam cœli regionem totum tractum convertens, occidentalem hujus insulæ marginem efficit.

In Occidentali ergo Latere loca sea Occidentale Latus. sequentem seriem, & invicem conséquendo, obtinent: *Cabo di Ferra*, vel *di Feno* ut nonnullis aliis appellare placet, acuminosa litoris in mare extensio; *Ponta del Golso*; *Ponta del Ormeta*; Insula *Minaqui*, *Pontadi Cava di Cocchi*; *Golfo di Talleve*, vel *Talleho* Sinus, in cujus cavitatem *Bozzo*, & *Fiumicelle d'Ornano* flumina aquas suas in terra collectas egerunt. Ejus eminentia ex litore Boreali *Capo Negro* appellata, è vestigio ipsi quentis Sinus *Golfo de Adjazzo* apex est Australis. Æstuario huic nominis occasionem peperit *Adjazzo* civitas, lateris aut marginis Borealis incola, quæ fortibus & crassis mœnibus cincta ac vallata, tres partes undis marinis lavandas tradit: quarta verò parte tantum terræ adhæret, ac proindè fere ut insula in aquis natat. Ædificiorum structura & ornamentis sic satis exornata, incolarum & habitatorum numerosa copia affluit. Margo Sinus, cujus modò mentionem fecimus, Borealis, est iterum latus meridionale sequentis æstuarii ab undis marinis excavati, quod *Golfo de Golfo* *Golfo de Ginarca.* *Ginarca*, vel *Genarca* audiens, appellationis suæ occasionem ab adhærente, margini suo, oppidulo *Ginarca* traxit. Aquarum augmentum sentit accessione undarum, quas *Liamone* fluvius advehere solet. Hic fontes suos nactus est in monte *Grodaccio*, ex hujus insulæ mediterraneis exurgente, in quo lacus *Crena* nomine non modò hunc, verum etiam alium *Tavignan* nuncupatum ejicit. Est item aliud in ejusdem montis jugo flagnum, ex quo *Gual* vel *Gulo* Fluvius emittitur, per insulæ valles in mare descendit. *Allen* oppidulum situm cernentes, quà *Carmione* vel *Carbione* fluvius ex terra in mare eruptionem facient, marginem suum dextrum Borealibus aëris regionibus opponit, & in sinum fertur, cujus prominentia Septentrionalis *Capo di Scardola* nomine notatur. Portò se in conspectum dant: *Cap Imbaro*, *C. di Scardola.* promontorium; *Porto Crese* navalis statio; Fluvii *Rati* ostium; Fluenti *Comicale* in pontum eruptio; Hic latus *Galera* civitatis australe præterveclus in parvum sinum *Port Galera*, à dicta civitate nomen suum mutuantem, aquas suas effundit. *Cap Revela*, vel *Revelata*, vel *Mortel*, quo nomine in tabella Hydrographica numero 41. hic insignitum reperitur promontorium ora hujus in occiduam terræ partem prono sinum imponit, eumque ab occasu in ortum transmittens, obtutum hunc hujus insulæ apicem Borealem format, in quo situ suo conspicua est Calvi civitas, in *Golfo di Calvo* ità à fe denominati sinus, margine sedem suam nacta, quæ in potissimarim, ac præcipuarum hujus insulæ civitatum numerum relata & vetustatis fama celebratur, & ædificiorum pulchrorum, mœnimque fortium, ac propugnaculorum validorum, ut & navium commodæ stationis *Insulis Maria di Calvi* appellatæ gloria, decora esse perhibetur. Ultrà ius tendenti obviam procedunt Fluenti *Petra Adola* exitus; Fluvii *Tregiacho* ostium, cum insula *Rossa* à fronte illius sedente; *Ostracone* diminis hiatus, per quem ipsi in mare egredi licet; *Golfo* *S. Fiorenzo.* *S. Fiorenzo* cafrum ejusdem præsidium, in cujus vicinia, latereque finitimo aquarum in mare evomeratione amnis *Ciradio* profectionis suæ finem facit.

Ports, fructus, & negotiatio. Quod ad jurisdictionem hujus insulæ attinet, proprii juris non est, verùm in Gemensis Reipublicæ dominium concessit, quæ ab anno 1559. eam in potestate sua continet, loca ejus munita præsidiis militaribus defendit totamque ejus regendæ provinciam Gubernatori ex urbe Genuâ eò misso tradit, quamvis parum ex ea lucri quotannis percipiat, cum potissima reditum pars stumpribus insulæ retinendæ faciendis impendantur necesse sit. Aer ejus non usque adeo purus, ac proindè minus valetudini conducens. Silvæ, fruticeta, montes & saxa foltim asperitas redundat, adeò ut omnibus, quæ terra nutrimento corporis necessaria quotannis submittat, diligentissimus & laboriosissimus cultus impendendus sit. Vina delicato & grato suo sapore palatum mirè afficientia, in ipsa urbe Roma maximè experiuntur. Ex terra prodeunte fructus varii, castaneæ, ficus, amygdalæ, cerasa, olivarum oleum, quod ex olivis in territorio *Balagne* natis toculæ exprimit, frumentum, ac leguminа, præcipuè ubi solum lapidosa superficie non obductum, rivulorum passim insulam percurrentium aquis madefieri solet. Rei porro pecuariæ fructu opulento quo minus incolæ careant, pascua lata & opima prohibent; cui Venationis commodum insigne etiam accedit, cum per totam insulam cervorum, aprorum, ac caprarum silvestrium greges admodum frequentes, silvas & fruticeta frequentent, ac in districtu *Nebbio* circumdante Phasiani quoque ascupium nobilissimum & gratissimum præbeant. Idem Comitatus *Nebbio* haud minus, ac diœcesis *S. Florent*, fertilitate optimis scatet: pix, cera, & mel saporem amarum obtinens totius insulæ merces sunt commutes. In freto, angustiis suis *Corsicum* à *Sardinia* dividente, quà *S. Bonifacio* undis suis percutit, corallia piscatu ex aquis eruuntur. In victu quarirando incolæ navigationis usum crebrum adhibent, ac præter vinum ac pecus, pecuniam suam mercature in *Italia* excercenda impendunt. Tandem etiam commercia ipsorum cannabis, linum, lana, & panni haud parum adjumenti præstant.

SARDINIA INSULA CUM LOCIS SUIS,

quæ Maris Mediterranei fluctibus feriuntur.

Sardinia. SARDINIA, *Sardaigne*, vel *Sardigna*, aut *Sardegna*, magnitudinis suæ ambitu longè majus spatium extremitatibus suis quàm præcedens insula describit, ac finum finum oblonga extensione expansum 4. literibus includens, figuram quadratam oblongam formæ, cujus margines Aquilonis flatibus expositum, angustiis faucibus includitur fretum, à Corsicæ insulæ meridionali extremitate secernit. Lateri verò in orientem prependenti Tyrrheni maris fluctus imminent. Illud quod in medii dici regionem prospectum finum conjicit, *Siculi Neptuni* lavacro eluitur. Occiduo cœli districhui oppositus margo *Sardoi* Ponti ab hac insula denominati apex est. Quodvis horum laterum illustratione nostrâ peragrabimus.

Septentrionale Latus. Septentrionale Latus illud est, quod & meridionalem insulæ Coeficæ marginem exiguus Ponti fauces angustas transiens meatus interluit. Hic binis circiter milliaribus inter utramque insulam latitudinem suam expandens, coitionem in unam non permittit. Lateris autem hujus Borealis initium est *Asinara* insula, à qua ex occidente in orientem promotus hic margo *Tedonam* insulam finem habet. *Asinara* vel *Zenara*, quod nomen apud quosdam invenire est, cen vivarium quoddam, omnis generis feras, cervos pusa, apros, hircos, ac familes silvarum, & fruticetorum suorum latibulis occulit. Inter hanc & angulum Sardiniæ Occidentalem interserta est *Isola Piana*, exiguam intercapedinem ambitu suo comprehendens insula, eo nomine insignita à nautis, quod planum insulam significat. Bina hæ insulæ eo pacto apici hujus occiduo, *Monte Falcone* nuncupato, ità junctæ sunt, ut sinum ad *Castello Aragonese*, & *Separata* excurrentem, cum ipso complectantur. In ejus ferè medio locus proximè marginem obtigit insulæ *Rossa*, quod nomen idem cum insula rubea notat. In serie ulteriore succedunt vici & urbeculæ *Teffiero*, *Lace*, *Figo*, *Longeria* cum aliquot insulis parvis, quarum uni *Cervo* nomen est. Item *Sardo* cum *C. Sardo* cognomine promontorio, & insula *Tavolara*, quam in typo hoc hydrographico numeri 47. indicant: alio nomine etiam Telara dicitur. Vicinià hæc gaudet 2. exigui ambitus insularum, *queis & Moreare* cognomentum impositum. Totum hoc latus in Septentrionem se inclinans, crebris hisribus diffringitur, multifique sinuum excavationibus distractum passim dehiscit. *Tolara* insula altiore sita supra aquam extans in longè remotorum conspectum cadit.

Orientale Latus. Orientale Latus ab Insula *Tolara* angulusque ab hac insula in frigore & glacie rigentes septem Trionum districtus projecto proficiscens in excursione sua ad *C. Carbonera* meridionalem apicem sequentibus locis nobilitatur; nimirum *C. Carvallo* promontorio; *Castro Dosen* Castello: *Fova*, *S. Lucia* 2. vicis; *Capo Chonon* promontorio; *Olbia disfruta*; *Fossa*; *Aguolagre*; *Alharosa*; *Cafara*; *Oglastro*; vicis omnibus sirum in hoc litore habentibus; & *C. Carbonera* angulus orientalis, vel meridionalis apex, si litus orientì occurrens respicias. Solet etiam ab hoc nomine *Capo Ferrato* nempè notari. Huic proximæ insulæ *Serpentera*, quam numerus 19. in tabella hydrographica indicat, & duæ minores Cortelazzi, quarum numerus 40. index est.

Meridionale Latus. Meridionale Latus à *Cabo Carbonera* promontorio orientem inspectante in occasum abeundo sequentia loca in aspectum deducit. Quà litus *Cabo Carbonera*, & *Capo Saruch*, vel *Sarroco*, alias etiam *Capo Palo* cognomentum habenti apicibus duobus finuosa incurvatione interjicitur, *Golfo di Calori*, Belgarum Nautis *de groote Bay van Calliari* dicto sinui grandiori locus sirus affignatus est, quem promontorium *Capo Suart*, vel *Zuart* in duas partes vel sinus minores distrahit, dum ex margine in mare exeritur. In ejus promontorii latus in Occidentem extensum commigravit *Calari* vel *Cagliari* civitas, locumque occupavit *Calari.* montanum, & mari proximum, & litus Africanum è regione obsectu recto intuitu inspicientem. Hæc in 4. sectiones distinguntur. 4. quasi civitates facit, quarum media *Cagliari* fortissimo muro circumfusa, arcemque sibi adjunctam habet, quà faciem suam in orientem convertit: Ea *Ville Neufe*, id est, nova civitas appellatur. Tertia in meridiem conversa prospectu amœnissimo in mare penetrat, & *Gheapola* vel *la Marina* nomen habet. Quarta verò & ultima *Stampace* eò loci concesit, quà in Occidentem prospicitur. Tres posteriores mœnibus quidem suis includit, ac fossis debitis munitæ, quasi faburbia sunt primæ, in qua Regis Hispaniarum nomine Præses, cui totius hujus insulæ regendæ onus incumbit, cum hujus loci magistratibus domicilia suis commorantur. Totius hujus Sinus omnibus in locis ea est commoditas, & opportunitas,

Biblioteca Museo Franz Mayer

ut sine omni discrimine fundo anchoræ committi queant, & navibus aliquot à civitate militaribus ibi subsistere liceat, adeò utrloci hujus aptitudo præclara navigationem admodum frequentem reddat, & plures naves ex orientalibus patriæ ac ex occidentalibus regionibus hunc portum quotidie invisere soleant. In civitate spectatu digna sunt *S. Brancati* turris, ferè tota ex marmoribus opere cæmentario compacta; *Elephanti* turris alia eodem opere, integra fermè ex marmore constructa; Turrita opera plura insigni pulchritudine conspicua; Palatium regium insigni splendore superbum; gynægiique domicilium; Cæteræ Fons grandis aquam vivam per canales, & fistulas suas erumpentem fundens, & propugnacula *Sanctæ Crucis*, *S. Augustini*, *Elephanti*, & alia urbis mœnibus defensionis gratia inserta. In lætere civitatis, quod Orienti soli obviam fertur, Salinæ sunt excoquendo Sali destinatæ.

C. Sarach. *Capo Sarach* hujus Sinus magni apex occiduus extenditur ulteriorem ad *Capo Pulo* promontorium dimittit. Inter *Capo Pulo* & *Capo Sarach*, quorum hoc posterius duabus turribus, in quibus ignes nocturni, nautarum indicia, excitari solent, ornatur', fundum maris omne, ut & reliquum in sinu hoc, purum, ac arenosum scopulis & cautibus plane caret, planoque tractu fensim ad urbem *Caltari* ascendens ubique anchoris figendis aptissimum solum exhibet, ac propter aquæ aquaritatem mallis ventorum injuriis exponitur. *Capo di Feronia* acumen ex litore emergens, angulum Orientalem facit Sinus *Lago di Rossa*, qui ab insula *Rossa* in interiore sui recessu litori proximè admota, cognomentum hoc sibi adscivit. Quicquid fundi inter utrumque apicem in mare abeuntem intercurrit, scopulis ac cautibus repletur. Insula lapidosa, plana, rubea, & satis magna rubris scopulis circumvallatur. Terra *Golfo di Rossa* sinui fabricata, altioribusque aquis tecta, anchoras fortiter, ac commodè retinet. *Capo Teler*, in aliis tabellis nautarum hydrographicis etiam *Capo Tavolero* nuncupatum promontorium excelsa, divisa, & arida cuspide effertur, ac angulus est lateris Meridionalis occidui, Australis verò apex lateris, quod Occidentem cœli plagam intuetur.

OCCIDENTALE LATUS inter *Capo Teler* promontorium hujus marginis angulum Australium, & eum, qui proximè insulam *Asinaram* in Septentrionem projectus ex litore prominet, interjicitur. Insulæ mox in exordio litoris hujus in conspectum prodeuntes sunt 42. *Toro* & 43. *Vacca*. duo grandioris ambitus scopuli ex aquis eminentes, quorum posterior magnitudine excedit priorem aliquantò minorem, qui majori interstitio à litore recedens quam alter, Orienti magis appropinquat. 44. *Palma de Sol* insulam satis spaciosa intitudo à litore dirimit, ita ut navibus eam tranandi facultas commoda detur. 45. *S. Pedro* insula scopulis multis obducta, ac proinde arida, & sterilis, quantum ex aspectu ejus colligi potest: Color ejus ad rubedinem accedit; Angulus partem terminans, quæ in Occidentem solem abit, excellitate mediocri exlturgit; Apex verò, qui Orienti Soli obviam progreditur, præcipiti declivitate in mare abitum maturat. Ad 4. fere milliaris partem, à termino lateris Occidentalis apice, scopulus aliquot minoribus, quorum quidam aquis occultantur, alii verò ex undis extantes oculis se subjiciunt, obtectus conspicitur. A litore aliquo spacio divitius facile patitur, ut freti intercedentis usu naves velificantes sine impedimento feuantur. Post insulas has plurasque triremibus suis latere, & navibus, quibus *Bossam*, vel *Caltari* petituris hæc loca præternavigandi sunt, insidias struere, Turcis aliisque, piraticam exercentibus in more positum esse fertur. Hinc

Capo Pulo.

C. di Feronia.

Capo Teler.

OCCIDENTALE LATUS.

Toro. Vacca.

Palma de Sol. S. Pedro.

discrimen haud exiguum nautas quandoque subire necesse est. Porrò in hoc latere occiduo sequitur sinus, in cujus margine sita cernitur *Oristagni* vel *Oristang* cpia *Oristagni.* scopulis urbs & circumjacentis Marchionatus metropolis cum portu egregio in ipso sinu, in quem *Sacer* fluvius dictæ urbis latus dextrum præterfluens undas suas effundit. Magnum quidem spacium ambitu suo comprehendit, sed propter aëream valetudini minus conducentem, & à vaporibus & halitibus ex stagnis, quibus cincta est, erumpentibus corruptam incolarum frequentia magnitudini non respondente carer. Trans fluxum octiolo si conjeceris, Napoli urbem videbis, in eiusdem sinus margine situm suum habentem, quam subsequitur *Cabo de Napoli*, angulus sinuosi hujus anfractus Septentrionalis. Reliqua loca sunt *Osia*, *Matessa*, *C. de la Cassa*, & *C. Taramna* insulæ *Asinaræ* vicinum promontorium.

Insula *Sardinia Corsicam* fertili uberrate plurisque in Bona & locis longè antecellit, imò *Siciliam* ipsam fertilitatis fructus. fama non illustrium, ut plurimorum fert opinio, superaret, si incolarum ad desidiam aliquanto procliviorum cultutam debitam & ad fertilitatem requisitam non desideraret. Ac quamquam montes & scopulosi colles ei aliquam asperitatem conciliant, istiusmodi ea in parte, quæ Septentrioni propior est, montes tamen hoc habent, ut gramine referti ad pecuariam rem promovendam sint habiles, ac plurium rerum alarum, quæ ad sustentationem hominum requiruntur, feraces. Pars ea, quæ Noti flatibus pervia est, frumento ferendo mirè luxuriat, tantaque illud copia suggerit, ut reliquiarum copiosarum exteri etiam participes fiant. Communes totius insulæ fructus sunt preciosa & fragantia vina alba, olivarum oleum optimum, Mastiche, & oleum mastichinum, quod incolæ olei olivarum loco in usum adhibent, unde fit, ut multæ olivæ neglectæ cultus defectu laborent, & steriles evadant. Diversis in locis auri & argenti venæ fulphuris, & aluminis fodinæ, ac Salinæ, ex quibus maxima salis vis quotannis erui solet, inveniuntur. Salinarum in urbis *Caliari* territorio paulo fupcriùs mentio facta est. Salis verò, qui ex aqua marina hybernis mensibus in fodinas fe infundente æstivis à calore solis exsiccatur, induratur, ac Junio & Augusto mensibus ex fodinis eruitur, tanta est, & tàm incredibilis multitudo, ut incolæ eodem gratis potiantur, exteri vero mercatores vili precio eundem consequi queant. Ex fundo maris insulam circumeuntis piscatu lucrosissimo coralia rubra extrahuntur, alba verò inventa, rariffima sunt. Commoratur etiam animal quoddam in hac insula *Mosfe* Gallico, & *Mosfoni* inquilino idiomate nuncupatum, quòd corporis forma, & pilorum colore à cervi figura haud multum abludit, cornibus verò ab eo differt. Hæc enim arietis ferè similia recta incurvatione in tergum inclinantur. Velocissimum animalis genus, ab una rupe in alteram saltando se conferre, novit, ac caeue *ris* delicatum saporem habente palatum gustantis mirâ voluptate perfundit. Ex cute ejus crispatum illud corium, quod Cordubense, vel Cordovanicum vulgo appellatur, singulari artificio incolæ parant, ac in *Italiam* mittunt. Equos hæc insula parvos quidem alit, sed admodum fortes, animosos, robustos, halitum longioreem ducentes, laborisque patientes, quæ dotes in causa sunt, ut extranei mercatores, eos studiosè conquirant, & precio haud exiguo redemptos, in alias regiones secum transferant. Solet etiam hæc insula in duas partes dividi, *Septentrionalem* nimirum quæ *Cap de Logudore* vulgari cognomento insignitur, & *Meridionalem* cui ultimum est nomen, *Cap de Cagliari*.

INSULÆ IN MARI TYRRHENO SITÆ,

quâ illud marginem Siciliæ Insulæ Borealem pulsat.

INSULÆ, quæ ad *Siciliæ* marginem Septentrionalem accubant, ac litoris *Siculi* inter ortum & occasum exporrecti, longitudinem seriei suæ extensione in Tyrrheno mari sequuntur, sunt antiquorum *Æolie*, *Vulcanie*, *Hephæstiades*, & *Pleiæ* insulæ, quarum 7. recto tramite se invicem consequentes, longam quasi lineam serie sua conficiunt. 8. inter 1. & 2. ac *Siculum* litus interjecta est. Quanquam verò ad Siculum marginem quam proximè accedant, Jurisdictionis tamen ratione ad regnum Neapolitanum pertinent, ac sequenti ordine, ex ortu in occasum procedunt.

STROMBOLI. 21. STROMBOLI. vel *Strongoli*, quo nomine non *Siculi* solum, sed & incolæ eam nominant, tractum sinum maritimum promontorio Siculo *C. di Melazzo* obvertit, quà Meridionalem cœli plagam inspectat. Quà verò Orienti Soli adversatur, oppositum habet Regni Neapolitani promontorium *C. Baticano*, & *Golfo di S. Eufemia* Sinum. Boreale litus totum Tyrrheni maris fluctibus irrigatur. Occiduus margo è regione obversus insulam *Lipari* in oculis versantem aspicit. Portum commodum navibus stationem quærentibus Insula exhibet. Ex una parte ignem quandoque evomit, fumum autem ferè indefinentem emittit. In altera vero parte ingentem fructuum copiam, godsipiumque optimum producit. Haud magno ab hac insula, interstitio cernere est, parvam aliam, aut potius scopulum ingentem, *Stromboletto*, *Strombolino*, vel *Volcanello* nomine, quæ etiam ignem eructare solet.

Strombolitta.

PANARI. 22. PANARI, vel *Panaria* aut *Bonari*, nomen est 4. insularum exiguam magnitudinem comprehendentium, quæ quadrangularem figuram situ suo pingunt. Earum una castrum quoddam collapsum, ac in ruderibus suis jacens, ostendit.

LIPARI. 23. LIPARI inter has insulas magnitudine primas tenens ac 20. fermè *Italicas*, 5. *Germanicas*, & 7. *Gallicas* milliaria à *Siculo* litore distans, 4. *Germanicas*, 3. *Gallicas*, & 16. *Italicas* milliaria circuitu suo, metitur. Civitatem in ea sitam, *Barbarossa Turcicæ* classis præfectus Generalis, anno 1544. demolitus est, & circiter septem mille incolas secum captivos abduxit, ac miserandam in servitutem conjecit. Postea novis operibus bellicis restaurata, ac ejusmodi molibus militaribus munita est, ut ferè invincibilis habita, omnem victoriæ spem hostibus adimere videatur. Cæterum pagis hæc insula penitus destituitur, habitatibus locis aliis, ut & portubus, quibus naves excipere possit. Multæ thermæ variis corpoeis defectibus, & infirmitatibus tollendis, utiles pallim offenduntur. Solum pinguedine luxurians omnis generis fructuum, uvarum præcipuè passarum, & ficuum, incolas compotes reddit. Sulphure & alumine abundat, fodinisque aliquot Sal marinum colligit, & efficcat. Circumfluens pontus omnis generis pisces piscantibus haud invidet. Inter eos quoddam piscis genus est, quod *Meanole* appellari consuevit.

VOLCANO. 24. VOLCANO, *Vulcano*, *Bolcano*, *Bulcano*, & *Borcano*, vel *Burcano* latere suo in frigidam Arctoa conversio, vicinam insulam *Lipari* tectâ vià, sibi oppositam

	inspectat, parvoque admodum divortio ab ea separatur, adeò ut 5. tantum milliar. Italicorum intercapedo, inter utramque insulam intercedat. Quà verò in meridiem peona propendet, Sicilia insulæ litori Septentrionali extremitate suâ Australi obsicitur. Ignem & fumum in æerem ejaculatur.	
SALINI.	25. SALINI haud magna secretione, ab insulæ Lipari ortâ occiduâ disjungitur, & ab illa vix 4. aut 5. milliar. *Italicis* apice fino Orientali discedit. Olim ejecto igne & fumo incolis molesta, hodie incommodum illud nescit, vinique & fructuum ferax est, aluminisque fodinas exhibet. 12. Italicorum milliar. dimensione circuitum fuum includit.	SALINI.
FELICURA.	26. FELICURA, vel *Filicuri*, 10. vel 11. Italicorum, 1. & dimidii Gallicorum, & 2. ac dimidii Germanicorum milliarium sejunctione dierempta, ab insulæ Salini extremitate Zephyri flatibus subjecta, ac totidem ferè milliaria ambitu suo complectens. rei pecuariæ quàm agriculturæ aptior perhibetur.	FELICURA. CHR.
ALICURA.	27. ALICURA vel *Alicudie* haud multo majoris intervalli interventu à præcedente insula *Felicur* seponitur, quàm illa ab occiduo insulæ *Salina* fine, dispandit. Nominis origo nata ex insigni cricetorum multitudine, quæ ejusficiem insulæ obtinuerunt.	ALICURA.
USTICA.	28. USTICA omnium harum insularum, quà in occasum ferierm suam expandunt, ultima & extima olim urbem, ostentabat, quæ temporis rerum edacis progressu collapsa, exuvias fui indices reliquit. Itaque hac nostra ætate inculta jacens piratis & prædonibus, piraticam exercentibus, perfugium præbet.	USTICA.

Insularum hactenus descriptarum Distantiæ.

Cabo Corso, & *Calvi*, vel *Rossa* insula	*Milliar.* 10
Cabo Corso, & *Golfo di Fiorenza*	4
S. Bonifacio, & insula *Asinara*	10
Insula *Asinara* & *Pene* Sardiniæ insulæ angulus Boreus	10
Insularum intercapedo	5
Pene, & *Cosa de Dona*	10
S. Marco, & *Isola de S. Pedro*	8
S. Pedro, & *I. Palma de Sol*	8
S. Pedro, & *Toro* scopulus	5
Toro, & *Cabo Pulo*	5
Scopulus *Vaca*, & *Cabo Teler*	5
C. Teler, & *Insula Rossa*	2
I. Rossa, & *C. Feronia*	2
C. Feronia, & *Cabo de Pulo*	1
C. de Pulo, & *Cabo Sarach*	4
C. Sarach, & *Caliari*	4
Caliari, & *C. Carbonera*, vel *I. Cortelasa*	7 vel 8
Cabo de Pulo, & *Cortelasa*	8 vel 9
Stromboli, & *Salini*	8
Salini, & *Felicur*	4
Felicur, *Alicur*	4
Alicur, & *Ustica*	11 vel 12

Capo de Pulo angulus Sardiniæ Australis 38 grad. & 36 Scrup. declinationis ab Æquatore ad Polum Arcticum obtinet.

SICILIA INSULA CUM ORIS

suis Maritimis Mediterraneo Mari irriguis.

SICILIA. SICILIA Insula seu suo trianguli oblongi figuram repræsentans, longitudinis suæ expansionem ab ortu in occasum deducit, ac tribus lateribus seu marginibus fluctuum marinorum impetus à se amolitur. Septentrionibus adversans mœgo, ab ortu in occasum vergendo, in occiduum insulæ apicem definit, ac Inferi seu Tyrrheni maris fluctibus conspergitur. Ora, quæ in Orientem Solem vergit, ab Arcto in Antarcticum decurrens, una cum Margine Boreali unum, & cum Meridionali latere alterum acumen formut, partimque faucibus *Siculis*, quas *Faro di Messina* nominant, contigua est, partim vero mare *Siculum* attingit. Litus prospectum suum in Austrinum cœli distrìctum inclinans, ab Oriente in Occidentem prosectione in-

Biblioteca Museo Franz Mayer

fitura cum Borealis lateris extimo fine cocundo, insulæ occiduum terminum acuminat, Siculique maris affluxus repulsu fuo fiffit. Tota hæc insula imperio in nobile regnum contracta, hodierno tempore Serenissimo & Potentissimo *Hispaniorum* Regi obsequium debitum præstat, qui ejus administrationem Proregibus eò missis commendat. Triplex ejus litus maritimum, quod ordine descriptum dabimus, sequentia loca offendit.

ORA BOREALIS. *Cap. del Faro di Messina*, trium hujus insulæ angulorum seu promontoriorum primum, à quo hic margo Septentrionalis incipit, in Boream pelagi projicitur, & promontorio *C. Scigliz*, vel *Capo Garofilo* in *Calabria* regni *Neapolitani* provinciâ sito, è regione opponitur. Apex est Borealis portus illius celeberrimi, in cujus margine *Messina*, pulcherrima *Sicilia* civitas, caput suum turribus fastigiatum exerit. *C. di Milazzo* vel *Milazzo* appellationis suæ occasionem habet urbem *Milazzo*, munimentis bellicis apprimè firmatam, & in margine suo locatam, qui in Occidentem conversus portu commodo ornatui urbis haud parvum incrementum adjicit. *Castello Olivieri* arx seu castrum situm, quâ sub litore antiquæ urbis *Tyndaridæ* excisio Thuinorum piscatus est creber, & copiosus. Civitatis illius in ruderibus collapsis, inter quæ quotannis 8. Septembris mercatus insignis celebratur, memoria adhuc viget. *Patti* urbs cognomini portui assidet. Propè præcedentem locum *Oliviero* amnis aquas suas in mare evehit; apud proximum autem *Patti* fluvius suorum fluctuum molem in eundem pontum deponit. *C. Milazzo*, vel *Calavra* acumen Eoum, & *C. di Orlando* angulus occidium in margine Sinus, quem includunt, munitissimum castrum *Brolo*, vel *Castello de Brolo* asperis & præcipitio excelsioræ declivibus scopulis injectum ostentare. *Rosmarino* urbecula finitimum ostii, per quod *Rosmarino* fluenti undæ in mare exeunt, latus occupat. Ostium amnis *Pitrinos Caronia* civitas. *Tusa* vel *Tusa* civitas cum portu, ubi navibus frumentum imponi solet. *Cefalu*, vel *Cifalu* civitas promontorio idem nomen obtinenti impolita. *Roccella*, vel *Rocchella* urbecula in exitu fluvii eodem nomine gaudentis. *Buon Fornello* oppidulum, in cujus districtu meliorisnotæ sacharum reperitur. *Termini* oppidum. *Solanto*, vel *Solanta* civitas & portus haud magno itineræ ab exitu fluvii *Ponte Rotto* disjuncta, ubi frumenti copiâ quamplurimâ naves onerari confuevrunt. *C. Bongerbino* promontorium cum Sicu & portu adjuncto, qui in occidua ejus parte locum habens regiâ civitate *Palermo* sibi adjuncta superbit. Hæc pulchritudine, magnitudine, divitiisque nobilissima ac celeberrima, incolarum tàm nobilium quàm ignobilium multitudine maxima completur. Proregis, qui Potentissimi *Hispaniorum* Regis locum tenet, sedes confueta ornatissimarum platearum ædiumque ac palatiorum splendidissimorum fastuoso ornatu nitet & effert. Accedit negotiationis & mercaturæ exercitium, & credeum & magnarum quærum portens, cujus causa magna mercatorum ditissimorum turba in hanc urbem confluit, qui domicilia ac sedes hic fixerunt, ac navigationis opera per mare quasi ossissimam mercaturam exercent. Cultro validò & forti minor portus, qui aliqua sui parte urbem ingreditur, defendi solet. Major portus est, cui sedes eâ in urbis parte obtigit, quæ Bortholybico subinitur. Muri mirâ crassitie, & fortitudinis ex lapidibus quadratis constructi, & turribus quadrangularibus, & ex lapidibus vivis quadratis constantibus munitæ, cum cinguut, ac defensione sua protegunt. *Cabo di Gallo* ex litore in aquas marinas exertus apex cum altero *C. Bongerbino* sinuosum litoris recessum, qui se in longitudinem spaciosam extendit, claustris suis coërcent. Posterior occiduus est, urbe-culamque in conspectum dat, quæ *Mondello* nomine notatur. Turrim item, in qua nocturni ignes, nautis litoris præfentiam indicantes, excitantur; *Sferra cavallo* ei nomen est. Inter modo dictum promontorium, & alterum proximè sequens *C. Rossi* iterum sinuosum an-

fractum mare interfundit, quem peiore longè minorem mox alius excipit ab eodem promontorio, & proximè succedente *C. de S. Vit*, vel *C. Vito* comprehenditur. Tandem seriem hanc litoralem finiant *S. Bartholomeo* fluvii exitus, & *Trapani* molibus militaribus civitasque bè munita, & à natura portu navibus opportunissimo dotata, quæ sedem suam adepta est in angulo cuiusdam ex reliquo litore in Occidentem prorumperantis margine, solem in aequas partes diem dividentem inspicientè. Fama celebritatem mercaturæ exercitatio frequentissima, navium numerus ingens, Salinæ, & Thunnorum ac coralliorum piscatus, magni lucri occasiones opimæ, ipsi conciliant.

OCCIDUUS APEX, & secundus hujus insulæ angulus obtusio litore inter *Trapani* & *Capo Faro* extimum cuipiam ponè *Mazara* fitam interficitur, & 4. prò. montoris aut ipsius marinis fluctibus infertus, in extremitate, qua mare attingit, crassam turrim habet ignibus nocturno tempore excitandis aptam. A fronte apicis tres aut quatuor parvæ insulæ undis marinis immorantur, fundum maris ad latus promontorii hujus Aquilonare proximè accedens, lapidibus & scopulis sub aquarum congerie constratus, anchoras repudiat, quandoquidem ipsarum immissagum fimues ab asperis & acutis faxis limando atterruntur, & diffecantur: *Sagagia*, civitas mediocris, portu commodo in sinu quodam extante utitur; ex reliquis celeberrimæ & famosissimæ urbis *Syracusarum* cnata: *Augusta* civitas antiquissimæ urbis *Megaræ* ruderibus collapsis proxima: *Catania* civitas, anfractu sinuoso in terram immensum affluarium, cum urbe cognomine appositâ, quà *Judicei* flumen in mare abiens exitum suum offendit, & in finum dictum se infundit. *Monte Gibello* nomen inquisitum est *Ætnæ* montis excelsissimi, qui aliquo interstitio ab urbe *Catana* secreeus, in interiores terræ partes se recepit. Si per cœlum nubium obscuritate liberum & plane serenum licet, omnem Orientalis litoris oram legentibus apparet, ac ut plurimum etiam iis, qui Occidentale latus præternavigant, aut aliquâ in statione navibus commorantur, conspicuus est. Cacumen enim ipsius semper nive operitur, ac fumat, imò quandoque etiam ignis flammas ejaculatur, quæ grandiores etiam nocturno tempore probè conspiciuntur. Fumus ex jugo hujus montis in aërem ascendens, grandem & nigram lineam efficit, quæ cum altitudine insigni certissima ejus nota est, qua facilime à nautis & aliis mare frequentantibus & animadvertitur, & agnoscitur: *Capo de la Molina*. Sinuosi anfractus, qui *Golfo di Catania* nuncupatur, angulus est Aquilonari coli plagæ oppositus. *Capo Schifo* promontorium apud *Schifone* urbeculam, in cujus territorio optimæ notæ Saccharum conficitur, ac ferri multitudo haud exigua è fodinis eruitur, & paratur. *Taormina*, vel *Taormina* oppidulum in excelso & erecto scopulo constructum, amœnam planitiem subjectam sibi inspicit. *Messina* civitas, cui sirus laxior adest, quinquies mille passus ferè ambitu suo permetitur, & portum cornicularæ Lunæ figuram habentem in sinu sibi adjungit. Adeò profundus est, ut naves ad urbem prosiuè accedentes non solum à ventorum omnium injuriis statione turissimâ fruantur, verum etiam hostilem impetum nullum reformident, utpote quæ à munimento *S. Salvador*, ac propugnaculis *S. Jaques*, & *S. Georgre*, quæ totum portum machinis suis bellicis perstringere possunt, defendi solent. Vallum, quod circa totam civitatem congestum est, crassitie, altitudine, & validitate sua nullos hostes exhorrescit, ac 14. propugnaculis fortissimis distinctum, sossisque admodum latis & profundis circundatum, quosvis insimicorum conatus contemptui habet. Vires mirum in modum augent 4. castra, aggeribus & tumulis bellico opere congestis fortissima: *Gonzaga* nempè, *Castellazzo*, *Gonsalvia* & *S. Salvador*. Suburbia 4. amplà urbi annectuntur, *Zaara* nominum, *Porte da Boa*, vel *S. Philippo*, *S. Dea*, & *Porte Reale*. Ædibus splendide constructis decoratur, incolarumque multitudine maximâ completur. Haud longo ab hac urbe spacio in mare si concedesis, periculosus ille vortex, quem veteres *Charybdin* appellavêre, mirâ fluctuum vertigine laboraut, eosque in gyrum contorquens, occerit.

LATUS EOUM inter *Capo Passaro*, & *Capo di Faro di Messina* intercursat. *Capo passaro* inter Orientale & Meridionale latus eminens apex hoc claudit, ejusque est Orientalis angulus, illiusque non modo initium, verum etiam angulus Australinus, atque ita tertius apex, aut tertius angulus totius hujus insulæ. Plano & de-

accubans; *Capo de Leocate* promontorium denominatum ab adjecto sibi oppidulo *Leocata*, vel *Alicata*, aut aliis illud nominare placet. Hoc navibus mercatorum adventantibus optimum frumentum, & vinum nobile in alias regiones transvehendum, suggerit; *Terra Nova* urbecula; *Porto Longobardo* oppidulum; Capo *Scarammi* vel *Sarracenico* idiomate *Saracaramio* angulus in mare prorenus, qui post se videt S. Nicolæ Marzurella, & Marza hujus litoris meridionalis terminem.

LATUS EOUM inter *Capo Passaro*, & *Capo di Faro di Messina* quod alio nomine etiam signatum ab aliis *Cap de la Tour du Faro* nominatur, & ex *Siculo* litore in marinas undas emittitur, & *Coda della Volpe* (caudam Vulpinam sonat, si Latinè interpreteris) quod promontorium alio nomine etiam *Capo Scigliz* cognominatum, Calabriæ in Neapolitano regno provinciæ litus in mare exporrigit; Spacium maris inter hos duos apices perrumpentis, vasti & dimidii circiter milliaris latitudine coarctatur, adeo ut fauces hæ Siculæ hoc in loco angustissimum intervallum polideant, & Italia ac Sicilia minimo divortio dividuntur. Longendo autem Freti à Noto in Subsolanum, & à Septentrione in Favonium, 6. aut 7. milliaria *Germanica*, quæ 18. *Italica*, & 9. *Gallica* colligunt, comprehendit. Quod verò fretum hoc certo fluxu ac refluxu aquas suas reciprocetur, ut quidam afferere audent, revera non comperient, sed experientia ipsa tesse falsæ fur opinionis convincentur. Nihil enim aliud est, quam aquarum cursus contrarii, qui occursu mutuo concurrentes, conflictu impetuoso reciprocationem incertam nec statis temporibus aut horis circumscripsam, excitant. Aqua enim, quæ inter promontoria *Capo di Faro di Messina*, & *Capo Scigliz* in fretum irrumpens angustia claustris primo coërcetur, ac paulo laxius mox spacium nancisciter, tanto impetu in fluctus ab *Italico* & *Reggio* civitatis maritimo districtu repulsos, mediosque in canali obvios fertur, ut aqua quasi ebulliens exiliat, & in gyrum se vertat: quod per quartam circiter horæ portionem continuat, aut tandiu etiam, donec undæ ab Italico litore reiectæ, iis, quæ per fauces irruperunt, superiores factæ, ad fauces & exitum properent, & has cogant, ut secundum Siculum litus decurrant, aut tandiu ibi morentur, donec à sequentibus fluctibus viribus auctæ alteras iterum aggrediantur, & superiores fiant. Nautæ Belgarum gentis, navigationi maximam operam dantis, qui hoc fretum sæpissimè percurrerunt, & adhuc quotidie frequentant, hunc cursum per illud tenendi canonem præscribunt. Cui ex Meridionali aëris plagâ in Septentrionalem vela facienda sint, is navem suam Italico litori, quod in Calabria provinciâ est, propius admoveat necesse est, propter aquæ cursum, qui ut plurimum à Meridie in Septentrionem per fauces fertur, ac litus Italicum legere solet. Qui verò iter suum ità instituit, ut à Septentrione in Meridiem navigaturus, fauces inter promontoria *Capo di Faro*, & *C. Scigliz* permeare cogatur, illi consultius est, ut ad *Siculum* oram propius accedat, & aquæ ex Septentrione in Meridiem decurrentis cursum sequatur. Hinc utrâmque aquam diversum cursum tenere, & alteram alteri locum cedere, apparet. Verùm quoniam interdum usu venire potest, ut aqua Siculum latus præterfluens, cursu tam impetuoso utatur, ut etiam vorticoso gyro circumcoatur, nautæ sibi sedulo cavcant oportet, ne tranquillis & quiescentibus ventis, tandaque placata, periculum sibi accersant, inde facili negotio emergens, quod propter tranquillitatem velorum usus sæpè quiescens, nil efficiant, & nauta regimine suo orbatus fluctuum imperio navem invitus committere, cogatur.

Insulæ *Sicilia* ubertas, fructus, opes, & merces manifestò loquuntur, eam non à novercâ, sed matre naturâ infinitogenis fructuum fertilitate mirâ, & omni-

Biblioteca Museo Franz Mayer

omnigenarum mercium copiâ incredibili locupletatam esse. Frumenti abundantiâ, tam olim alias regiones antecelluisse, dictum est. Hodierno adhuc tempore tantam ejusdem vim profert, ut non incolis solum, ad vitam sustentandam sufficiat, verum etiam largissima liberalitate & Italiæ toti communicetur, adeò ut *Sicilia* non sine causâ *Italiæ* granarium appellata fuerit. Inveniuntur autem hic multa ac pretiosa vina, olivarum oleum, Saccharum, mala Punica, aurea, citrea, dactyli seu carioteæ, ficus, cucumeres, melones, amygdala, nuces Ponticæ, castaneæ, poma, pira, cerasa, mala persica, pruna, alba & nigra moræa, crocus bonitate Italicum superans, aurum, argentum, ferrum, alumen, vitriolum, sulphur, & salis petræ copiosa multitudo. Sal duplex occurrit, Sunt enim in montibus fodinæ, è quibus vis ingens eruitur; sunt in mari litoreæ salinæ, in quibus solis calore salem multum excoquit. Reperire etiam est in hac insula Achatas, Smaragdos, Beryllos, Jaspidas rubras, & Porphiritas. In *Messina* & *Trapani* confinibus maritimis coraliorum piscatus opulentus insigne commodum parit. Omnigenæ carnis ferinæ defectum nullum insula sentit. Apes in cellulis suis melle optimo farciendis, cæraque conficiendâ sunt operosissimæ. Prata latissimo gramine repleta, & pascua opima, quibus insulæ magna pars operitur, incolarum ruri degentium, potissimum turbam rei pecuariæ exercitio occupatam tenet. Pabulum in pascuis urbem *Catanam* circundantibus adeò pingue est, ut boves & vaccas ad satietatem pastas, inde suffocari dicant, nisi ex vena post aures secta, sanguis dimissus opportuni huic medeatur. Pisces innumeri circumsunt mare incolentes, quotidianoque piscatu extrahuntur. Inter eos præcipui sunt Thunni, quorum incredibile dictu est, quàm insignis copia in *Trapani*, *Palermo*, *Melasso*, *Cefaledi*, & *Solento* urbium finibus maritimis capiantur. Idem quoque fit in mari *Messinam* civitatem alluente, ex quo etiam incredibilis magnitudinis anguillæ, & Xiphias piscis numeroso piscatu auferuntur. Totius autem negotiationis, aut mercaturæ, quæ per totam hanc insulam ab incolis commerciorum excolendorum studiosissimis, exerceri solet, cardo in frumento vendendo, & serico patando versatur. Commercia, quæ ex Serico nascuntur, tanta profectò sunt, ut singulis annis in sola urbe *Messinâ* septingenti magnitudinis ingentis fasces, imò uno coronationis millione seri cum coëmptum, navibusque impositum, in alias regiones transvehatur. Quovis enim anno à *S. Isodoro* festo, quod in Augusti 10. diem incidit, usque ad 25. ejusdem mensis, famosissimus in hac civitate mercatus celebratur, ad quem ex Europa omnigeni mercatores se conferre solent.

Locorum in *Sicilia* maritimis sitorum Distantiæ.

C. di Faro di Messina, & Melazzo	*Milliar.* 7 vel 8
Melazzo, & C. Bongerstivo, sive angulus *Salanto*	20 vel 21
C. Gallo, & C. S. Vito	5
Angulus *Salanto, & C. Gallo*	3
C. S. Vito, & Trapano	4
Insula *Maritima, &* angulus *Sicilia* occiduus	4 vel 5
Maritima, & Favognana	3
Favognana & angulus *Marsa*	2
Trapano, & angulus *Marsa*	6 vel 7
Angulus *Marsa, & C. Lucata*	17 vel 18
C. Lucata, & C. Sacramis	11 vel 12
C. Sacramis, & C. Passaro	13
C. Passaro, & Saragosa	7
Saragosa, & Messina	20

Insula *Maritima* ad 38 grad. 0. scrupulum latitudinis Borealis refertur.

C. Passaro ejusdem latitudinis 36 grad. & 45 scrupulum obtinet.

INSULÆ RELIQUÆ INTER SICILIÆ & Africæ Margines locatæ.

Insulæ inter Siciliam & Africam.

RESTANT adhuc aliquot insulæ, quæ inter Siciliæ & Africæ litora interjecto mari inspersæ, declaratione debita illustrari volunt, antequam ad alteram hujus pelorii tabellæ hydrographicæ portionem, Africanam nempe litus describendum nos accingamus. Sunt autem illæ *Malta, Gozo, Limosa, Lampidosa, Pantalaria, & Chirbi.*

INSULA MELITA VULGO MALTA.

Malta.

MALTA INSULA 12. aut 13. mill. à *Capo Passaro Siciliæ* promontorio segregata *Equitum Melitensium*, seu *Ordinis S. Johannis de Hierusalem*, & *Magni* eorum *Magistri* totius hujus ordinis supremi capitis, imperio paret. Feudum est Imperatoris *Caroli V.* qui anno 1530. 9. Kal. Septembris huic Ordini, eam inhabitandam & possidendam concessit ea conditione, ut singulis annis Regiæ *Hispaniarum* Majestati, tanquam *Siciliæ* insulæ Regi, per procuratorem suum die illo, qui omnibus Sanctis facer est, Falconem optimum debitæ submissionis signum, exhiberent, quem Siciliæ Prorex Regis sui nomine recipere solet. Subjecta est hæc insula parallelo 30. & longissimus in ea dies 14. horas, 15. scrup. complectitur. 38. gradibus, & 45. minutis remota est à primo Meridiano, qui insulas Canarias transit, & *Ptolemæicum* calculum dirigit. Sin verò novum calculandi rationem, quæ hodierno die usitata Meridianam insulam S. Michaël unam ex Azoribus transeuntem ductorem habet, respiciamus, 46. gradibus à primo Meridiano recedit. Secundum Ptolemæi observationem latitudinis gradum 41. & 40. scrup. possidet. Nuncupum verò hodiernorum observationes ei 35. gradum, & 40. scrup. ejusdem latitudinis Borealis assignant. At angulum ejus in Borrhapeliotem emittum ad 36. gradum, & 5. scrup. referunt. Longitudinem suam, quæ ab ortu in occasum excurrit, 20. vel 22. mill. Italicorum spacio distendit: latitudine verò coruadem 12. ferè congregat, adeò ut tota ejus circumferentia 60. ferè milliaria dimetiatur, quæ ad Germanicorum & Gallicorum supputationem reducta, illorum 25. & horum 20. dabunt. Mare quod interventu suo inter hanc & *Sardiniam* insulam intercedens impedit, quo minus utraque mutuo coitu coalescant, *Canal di Malta*, id est Canalis *Melitensis* cognominatur; Formidabilis olim nautis erat, ut ex historiis colligitur: hac nostra & superioribus ætatibus non modo iis navigiis, quæ *Barcquen* vocantur, sed etiam aliis minoribus; iis videlicet quæ *Felenguen* & *Ieyne Barcquen* nuncupantur, pervius. *Malta* civitas situ suo latus insulæ Boreale occupavit, eumque in locum se recepit, qui haud procul ab angulo occiduo distat. In 3. diversas civitates dispertitur. Prima *Borgo Novo*, vel *Terra Nuova*, id est nova civitas appellatur, Nomine *la Valette* enim notatur, appellatione sumpta à Magno Ordinis hujus Magistro *la Valette* nuncupato, qui eam post obsidionem gravissimam, quâ Turcarum Imperator anno 1565. urbem cum totâ insulâ in potestatem suam redigere frustrà conatus est, extruendam curavit. Imposita est scopulo editiori nomine *Mont Sorberras*, qui instar linguæ à Meridie in Septentrionem *Siciliam* insulam versus, exeritur. Quâ latus suum in cetum protendit, portu adjecto claudiur, latus ejus occiduum introitui adjacet, qui navis in magnum portum intromittit. Ita validissimo munimento *S. Elmo* in præcincti montis angulo Boreali, & à fronte urbi sedente defenditur. Hoc eodem anno, quem supra diximus, Turcæ potiti sunt, postquam 70000. ictibus ex machinis bellicis emissis illud concusserant, & 13000. militum amiserant. Tunc temporis Christiani ex suis 5000. desiderabant, ex quorum numero erant 240. ex ordine Melitensi Equites. Turcæ tandem spe irrita recedere, obsidionemque solvere coacti, arcem illam vacuam reliquerunt. *La Valette* civitati ad fortitudinis & pulchritudinis, quibus se efferre potest, gloriam nihil deest. Fossæ grandes, profundæ & lapidibus ac scopulis incisæ eam cingunt; Excelsa propugnacula, iisque impositi atque machinis bellicis onerati tumuli, ipsi fortissimo sunt præsidio. Plateæ pulchræ, latæ, & recto tramite expansæ summum ipsi ornamentum conciliant; Hoc augent ædes in altum surgentes, & ex lapidibus veris lapicidarum artificio adornatis constructæ, quas pavimenta quadrata & plana, uti per totum Orientem mos est, confegunt. Omnia urbis latera 2 maximis undis feriuntur, illo excepto, quo insulam tangit, & magna tamen altaque fossa ità à reliqua insulæ portione separatur, ut insulæ similior esse videatur. In hac urbe Magnus Ordinis Magister Palatium summ habet, Equitesque reliqui, qui in Insula præsentes sunt, domicilia suis commorantur. Magnus portus, quem ingentis ponderis catena ferrea clauditur, & navibus tutam stationem præbet, & omnem ventorum injurium ab iis arcet; inclusus est duobus longis, ac bis, & ex terra protensis acuminibus, quæ instar lingularum ex litore exterarum ab ortu in occasum protensa exremitatibus suis scopulo *Mont Sorberras*, cui *Valetta* civitas imposita est, è regione se opponit. In alterâ lingularum dictarum, quæ margiem portus Aquilonarem attingit, videre est alterum civitatem *Borgo* nomine insignitam Magni Magistri, *Villiers de l'Isle Adam* opus, qui eam hunc loco imposuit, quo tempore hujus Ordinis Equites in hujus insulæ possessionem venerunt. Fossis ea, & munitionum militarium operibus reliquis hujus loci munimentis haud cedit, ac 200. circiter domos comprehendit. Civitati huic præsunt *S. Angelo* castellum fortissimum, & validissimis maris, turribus ac propugnaculis circundatum, quod in extima dictæ linguæ cuspide conditructum, fossâ scopulis singulari artificio incisâ, à civitatis corpore à tergo latente segregat. Hanc maris unda permeantes, atque eo pacto totum castellum circumlabentes, illud in insulæ formam redigunt. Quâ civitas *Borgo* posteriore sua parte in Orientem tendit, alia fossa occurrit, cujus opera insulæ solum ab hac urbe disjungitur, eique majores vires adduntur. Quâ vero castrum *S. Angeli* frontem suam urbi *Valetta* è regione oppositæ, ac in finistro introitus margine sitæ objicit, toti introitui, ac reliquis suis partibus integro portus defensione sua patrocinatur, adeo ut vix credibile sit, ullum portum inveniri posse, cujus tutelæ tantis operibus bellicis cum artificiosè & prudenter prospectum sit. Validissimum autem ac munitissimum esse, facilis ex eo conjectura sumi potest, quod *La Valette* civitas cum arce *S. Elmo* dextrum introitus marginem fortissimè tueatur, ac castrum *S. Angelo* sinistri lateris tutelæ machinis suis bellicis pexit; ipsoque portus utraque civitate stipatus nullam vim hostilem sentire queat, nisi omnia prædicta munimenta prius in hostium potestatem redacta fuerint. Itaque situs à natura formatus, & artis peritia naturæ operibus

Canal di Malta.

Malta.

Borgo Novo, vel la Valette.

Castel S. Elmo.

Portus magnus.

Villiers de l'Isle Adam opus.

S. Angelo.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

auxilium ferens, hinc locum adeò invincibilem reddidêre, ut omnem vim hostilem ludibrio habens, fo-
lam famem omnium munimentorum expugnatri-
cem, & pecuniam reginam, quibuvis machinis bel-
licis fortiorem, reformider. Tertia hujus loci civitas
S. Michel. *S. Michel* vel *Isle de Sangle* à magno Magistro fundato-
re filo denominata, in altera lingula, quæ marginem
portus Australem comitatur, sedem suam nacta est.
Operum munitionum inopia nulla laboreat, & æque
ac vicina civitas ab insula altitudinis ingentis fossa fe-
movetur, qua tergum suum Orienti soli obvertit. Et
hæc sunt membra, quæ invictissimam hanc urbem *Mal-*
tam componunt, & propugnaculum validissimum
Turcarum tabici objicium.

Civita Vechia. *Civita Vechia*, idest antiqua civitas ferè in medio
insulæ colli editioni immissa Episcopalis sedes est,
quam Episcopus spiritualis jurisdictionis præses inha-
bitat. De pagorum in insula numero diversi in diver-
sa abeunt: Ex quorundam suppuratione 45. nume-
rantur; alii 40. tantum vicos in ea reperiri asserunt.
Verum si Equitibus ipsis, Ordinis hujus membris, qui
in ea commorati sunt, de propterea plenissima hu-
jus insulæ cognitionem habere creduntur, fides adhi-
benda, 60. circiter pagos in ea repetiri nemo nega-
verit.

Pagi.

Marza Scala. *Marza Sirocco.* *Marza Siroco.* Reliqua hujus insulæ loca, quæ in litore ordine
suo progrediuntur, hæc sunt: *Marza Scala* portus in
litore Orientali primo apparet; inde ulterius pergen-
ti, ac ad *Sirocco* seu Notapeliotem tendenti obviam
procedit *Marza Sirocco* portus inde dictus quod Nota-
peliotæ è regione adversetur. (*Marza* enim incolarum
idiomate portum indicat.) Magnus est, & plurima-
rum navium capacitate dotatus. Magnus Magister
Pignacourre tribus munimentis fortissimis, & machi-
nis bellicis instructissimis, quæ hic in margine ex-
truenda dedit, ejus tutelam, ac custodiam commen-
davit. Quà litus in Meridiem, prospectu suo se in-
clinat, *Pietra Santa* parvum sinum offendes, ac è re-
gione ipsi respondentem insulam exiguam *Forfola* vel
Foffola, quæ parvi aut nullius momenti inter Equi-
tes facetum proverbium peperit, quo altee alterum
scommaribus exceptorius *Forfola Principem* appel-
lare solet. Litus Meridionale, quod *Tripoli* civita-
tem in *Africano* litore sitam aspicit, nusquam anfractibus sinuosis navibus portum aliquem offert, sed
meris scopulis & cautibus asperis vallatur. Quæ ve-
rò *Libecchio*, sive *Favonio* flatus excipit, duo magnitu-
dinis ingentis recessus sinuosi se conspicuos exhi-
bent, quorum uni *Antifega*, vel ut *Maltheneses* in-
colæ vocem hanc eloquuntur, *Hespatfica* nomen
est; alter vero *Afogarro* nuncupatur. Ultimus insu-
læ apex, qui in occasum exit, commodissimo por-
tu suo *Melcca* nomine naves ad se allicit, tutoque
fundo anchoras committere jubet. Et latus suum re-
ctâ objicit *Gozo* insula. Utrumque locum dividunt
angustæ maris fauces transitum constituentes, qui
Canal Freo apud nautarum turbam audiens, duabus
parvis insulis *Comino* & *Cominotto* conterminat. In
Aquilonari latere, quod *Sicilia* margini Meridio-
nali recto oppositus adversatur, invenies *Cale de S.*
Paul, locum eâ de causâ famosum, quod navis quæ
Sanctum Paulum vexerat, ibidem in litus conjectum,
ut incolæ referunt, naufragio perierit. Eum in fi-
nem ibi constructum monstratur sacellum, quod in
S. Paul memoriam erectum est. Fortalitium proxi-
mum machinis suis bellicis navium ad litus acces-
sum prohibere potest. Ejusdem *Cale de S. George*,
ac tandem sequuntur urbis *Malte* portus duo gran-
des *Marza Mufetto* nempe, in cujus sinistro latere *S.*
Elmo castrum, & *La Valetta* civitatem sitam vidi-
mus, & *Marza Grande*, quæ statio navalis inter ca-
strum *S. Elmo*, & *la Valette* civitatem ad dextram in-
trorsus accubantem, & *S. Angelo* castrum sinistram
ejus partem defendens interjicitur, adeò ut *S. El-*
mo caltellum, & *la Valetta* civitas inter utrumque por-

Antifega. Mafaro. *Melcca.* *Canal Freo.* *Cale de S. Paul.* *Marza Mufetto. Marza Grande.*

tum interjacentes, eos à mutua conjunctione prohi-
beant, & unicuique propium suum ex mari interorum
conservent.

Insula hæc, lapidoso & scopulis ac saxis repleto so-
lo constans, pauca loca exhibet, ubi terra 4. pedum
altitudine saxeum tegat. Si quæ tamen insulæ pars
requisitâ bonitate prædita est, eam in *Civita Vechia*,
seu veteris civitatis territorio invenies; cui si totius
insulæ solum responderet, aut fertilitate par esset,
incolis non necesse foret, ut alimenta ad vitæ susten-
tationem necessaria alunde peterent. Quamquam au-
tem naturæ negligentia fertilitatem neskit, labor tamen
& studium, quo excolendæ insulæ habitatores incum-
bunt, efficere solent, ut aliqua ex parte defectus ille
farciatur. Cultu enim suo indefesso fructus conse-
quuntur, ac frumenti vix tantum acquiruntur, quod ad
incolas 8. mensium spacio nutriendos sufficiat. Qua de
causâ, quicquid ad sustentandam vitam reliqui
est temporis, illius penuria frumento ex *Sicilia* petito
compensanda. Hoc à mercatoribus advectum ma-
gno quæstu hîc dividitur. Accedit etiam quod fru-
menti cultus incolas minus sollicitos habeat, utpote
qui ex gossipio, bonitate *Hispanicum* excedente, ea-
que de causâ magis expetito, plus lucri percipiant,
quàm ejusque culturæ majori industriâ & contentione va-
cant. Hinc contingit, ut quotannis 300. *Cantares*,
quorum quilque centenas libras valet, colligant, &
exteris precio redemptos tradant. Porrò foleti cul-
tu curata insula rubras & albas uvas magnis acinis
distentas, olivas, amygdalas, ficus, mala citrea dul-
cis & acidi sapotis, ac magnitudine singulari con-
spicua mala Armenia, melones, ac similes fructus
profert. Ligni inopia laborantes incolæ sinum vac-
cinem solis calore exsiccatum, & carduos aridos in
ejus locum sufficiunt. Olivarum lignum ex *Italia* in
hanc insulam transvectum magno precio venditur,
liberâque appenditur. Res habitatorum pecuaria ex
ovibus, capris, porcis, asinis, mulis, & equis con-
stat. Equi pulchri, robusti, & laboriosi Hispanicis
vix bonitate aut dotibus cedunt, quamvis alimento
tam pingui non nutriantur, utpote qui palea tan-
tum, stramine sectis & comminuto, ac hordeo ali so-
lent. Rosæ, violæ, thymus, aliique flores ac her-
bæ odoriferæ ac salutares, quæ campos mirâ copiâ
vestiunt, incolis animi præbent, ut apes quamplu-
rimas vigili studio educent, quæ campos omnes per-
volantes, boreæque perreptantes mellis dulcissimi *Mel.*
collecti eos compotes reddunt. Cuniculi, lepores, *Fauna.*
perdices, turdi, coturnices, & falcones, ut & aliæ
similes rapacitati deditæ aves, mira copia passim cam-
pos & agros tam currendo quam volando frequen-
tant. Sunt qui hanc insulam serpentibus orbam & *Serpen-*
venenatorum animalium expertem asserant; sed fal- *tes.*
luntur, eò quod non serpentes sotùm eam inhabi- *Scorpio-*
tent, verùm etiam scorpiones, nocentissima insecta, *nes.*
hîc occurrant. Cumini porro feracissima quotannis *Cumi-*
mille circiter *Cantares*, quorum quisque centum li- *num.*
bras complectitur, uti anteà de gossipio dictum est,
incolis submittitur, qui hoc semen collectum Bel-
garum nutris vendunt, ut in suas regiones secum au-
ferant. Hoc in Belgio & aliis regionibus iterum di-
venditur, atque adeo & incolis hujus insulæ, & mer-
catoribus extraneis lucrum affert. Aquam dulcem
partim ex fontibus & scaturiginibus hauriunt, par-
tim verò etiam ex cisternas aquam pluvium confluc-
entem in usum adhibent. Omnis mercaturæ, quæ ab
incolis exercetur, cardo in gossipio & cumino vefa-
tur. Quod ex vino & sérico nascitur lucrum, exigui
est momenti. Paupertas inter indigenas frequentior,
divitiæ rariores, unde & pecuniosa vulgi pars vix tan-
tum habet, cujus beneficio vitam sustineat, eaque
de causâ parcum ac duram vitam agere cogitur. Pau-
ci enim sunt, ac vix 50. numero, quorum reditus
annui ducentos coronatos exhibeant: Pauciores
verò & quidem haud ultra 20. aut 12. qui 600. co-

Fœnum Græcum. *Bona, & merces.* *Insulæ.* *Ecclesiæ.* *Pauperes.* *Uvæ.* *Fructus.* *Lignum.* *Res pecuaria.* *Abi.* *Cumi-*

ronatorum reditibus annuis fruantur. Si quid pecu-
niæ ex mercibus suis corradunt, illud omne iterum
in bona ac mercimonia impendendum est, quorum
ex *Sicilia* insula, aliisque locis advectorum compotes
fieri cupiunt. Suppeditat autem ipsis Sicilia omnis
generis frumentum, vinum, carnem recentem, &
sale macceratam, legumina, lignum, oleum, sericum,
& ex serico contextos pannos, ac similes merces. Qui-
cuò verò in *Malthe* insula precio dato, aut mercium
commutatione facta, sibi comparant aromata, sac-
charum & alia mercimonia, quæ *Maltheneses Turcarum*
naves deperdendo nacti sunt.

GOZO INSULA.

Gozo. 32. Gozo insula Magni Magistri ejusdem ordi-
nis S. Johannis jurisdictioni subjecit donatio eadem,
quæ à Caroli V. Imperatoris liberalitate profecta, eam
cum præcedente insula Equitum *Maltheneſium* propri-
am fecit. Ovi figuram situ suo repræsentans collocata
est ad fretum *Canal Freo*, & Orientali sua extremitate
Insulæ *Malthæ*, trans dictas angustias sitæ, marginem
occidium è regione obversum inspectat. In circuitu
suo habet 30. in longitudine 8. & in latitudine 5. mil-
liaria Italica: Areem, quam offendit, parvam quidem,
sed validissimam, & editiori loco impositam nullus in
vicinia locus est, qui altitudine superet, ac proinde
machinis bellicis attingere queat. Ad montis, cui arx
imposita est, radicem pigui soder, præter quem nul-
lus alius in tota insulâ reperitur. Nam non nisi ædi-
bus diversis reliqua ipsius pars hinc inde quasi con-
spersa est. Turcæ anno 1551. subitâ impetitione eam
invaserant, ac 4000. incolas captivos abduxerunt.
Aëre fruitur cum valetudine hominis probè conve-
nience. & scaturiginibus ac fontibus abundat gratis-
simi saporis aquam dulcem effundentibus. Solum
tam fecacis est naturæ, ut insula, quamvis montosa,
tota coleat, pulchris hortis affluat, frumenti, &
fructuum copiam insignem proferat, ac reliquiarum
suarum insulam *Malthæm* etiam participem reddat. A-
nimalia hîc frequentiora sunt apes, oves, lepores, &
diversæ aves, Falcones præsertim nobilissimi, & præ-
stantissimi, qui in magno colle Barbarico in Africâ
litori è regione adversante, capiuntur. Ex iis anno
quovis unus feudi accepti & compensatio & tessa *Si-*
cilia Proregi Hispaniarum Regis locum tenenti, Ma-
gni Magistri & Ordinis Equitum Malthensium, to-
tius nomine exhiberi solet. Siqui Falcones etiam aliis
Regibus aut Principibus à Magno Magistro & Ordine
dono dandi sunt, hi aliis ob dotes suas egregias merito
præferuntur, & digni censentur, ut dono loco ad eos
mittantur, quibus mutuo aliquod decretum est. Inco-
lis eadem cum *Maltheneſibus* lingua, iidem mores. Per-
tus portò in hac insula sunt *Scilendi*, *Devere*, & *Mag-*
giare.

Comini Cominotto. Duæ aliæ insulæ in exiguam magnitudinem contra-
ctæ inveniuntur, etiam inter hanc & Maltham, quo-
rum nomina sunt *Comini*, & *Cominotto*. Hæ olim in-
cultæ, bodiè inhabitantur ab eo tempore, quo Magnus
Magister *Pignacourt*, mutinenso impolito ipsis de se-
curitate prospexit, & effecit, ut habitatores nactæ ad o-
sum humanum fertilitatem suam transferre coperint.

LIMOSA INSULA.

Limosa. 33. Limosa, vel *Limosa* insula & *Lampedosa* 20.
milliarium *Italicorum* intervallo discrepant. Illa 40. cir-
citer longitudinis gradum obtinet, si primi Meridia-
ni exordium à *Canaria* insulis sumpseris. 34. verò gra-
dibus, ab Æquatore in Septentrionem declinat. Cir-
cumnavigationem facit 20. & aliquot milliarium *Ita-*
licorum. Totus verò litoris circuitus nusquam com-
modo navali diffusus est, ac propterea navibus statio-
nem denegat.

LAMPIDOSA INSULA.

Lampidosa. 34. Lampidosa vel *Lampadoſa* inculta & Lampi-
habitatoribus vacua insula, ad Magni Magistri, Equi- *dosa.*
tumque *Maltheneſium* jurisdictionem etiam pertinet,
& à primo Meridiano per *Canarias* insulas decimo 30.
gradium interfitio dimovetur: sed 34. fere gradibus
ab Æquatore ad Polum Arcticum fecedit. Ut commu-
ni rumore percrebuit, ædes quidem in ea inveniuntur,
quæ incolas in ea fuisse testari possunt: sed hodierno
tempore propter spectrorum, & aliorum ejusmodi spi-
rituum tumultus & vexationes, planè inhabitabilem
esse ajunt. Hoc certum esse nonnulli confirmant,
quod in ea templum offendatur nomine *S. Mariæ*
Lampidoſæ in duas partes divisum, quod Christiani
pariter & Turcæ invisunt, quorum hi in unâ, illi
verò in alterâ parte sacra fua peragunt, quæcunque
autem ibi sacrificio oblata relinquuntur, à nemine
auferri ajunt. Equites tamen *Maltheneſes* tricenes suas
ad hanc insulam appellentes, quæcunque à Christia-
nis dona oblata inveniunt, secum abiata vel in Xeno-
dochium urbis *Trapani* in *Sicilia*, quod *Navicta* vo-
catur, deferunt, & ad pauperum sustentationem trans-
ferunt, aut etiam in insulam *Malthem* transportant.
Unum navale commodum hæc insula habet, in quo
navibus commoda quiete uti licet, ac optimi saporis
aquam nanciici dicut.

PANTALARIA INSULA.

Pantalaria. 36. Pantalaria insula commorationis suæ Panta-
locum posuit inter promontorium *Cabo Bona*, quod Laria.
in *Africa* ipsi oppositum cernitur, & *Sicilium* insulam,
quam altera parte inspectat. Longitudinis gradum hab-
bet 42. & 50. scrupulum, si Meridianum primos per
Azores insulas deductus fuerit, prout *Stines* calculus
indicat. 35. verò gradibus ab Æquatore ad Arcticum
polum inclinatur *Hispaniarum* Regis imperio subdita
circuitu suo 30. milliaria *Italica* colligit, ac longitu-
dinem suam 10. milliarium spacio absolvit. Orbi
pari cognomine cum eâ litori ea parte ponto immi-
nenti quâ Arction frigidam inspectat, injecta fortissimi
castri tutela utitur. Excelso, præcipiti, & à Natu-
ra quasi præfecto scopulo, ad quem nullus adiitus pa-
tet, immoratur, ac fortissimi valdissimique situs à
natura dati arteque communiti beneficio, nullos ho-
stes reformidat. Ipsa insula tota magna ex parte mon-
tibus contecta, scopulorumque ingentium plena, la-
pidum quoddam genus exhibet, qui pulchritudine &
splendore suo intuentium oculos mira voluptate per-
fundunt. Pumices frequenti numero se passim offe-
runt. Solum siccius, frumento ferendo ineptum est.
Hinc fit, ut frumenti penuriæ Siciliam auxilio suo sub-
venire & quotannis incolas copiæ suæ compotes face-
re necesse sit. Caterum fructus ex Terra prodeuntes
sunt anisum, capparides, ficus, melones, uvæ passæ,
vinum nobile, & gossipium. Arbuscula quædam in
hac insula reperitur, quam *Stines* Siculi nominare
consueverunt. Fructum fert parvum, siperum, rorun-
dum, & rubrum, qui maturescens sensim nigrum co-
lorem induit. Ex eo in hunc colorem mutato inquilini
oleum expriment. quod partim ciborum coctioni ad-
hibent, partim verò in lampadibus usurpant, ut ignem
sua flammam nutrient. Eodem fœminæ capillos ben è
lotos & purgatos ungunt, ut & celeriter crescant. & qui-
cherioes evadant: cum hujus olei virtus fit capillos ni-
torem, & pulchritudinem egregiam conciliare, eosque
à corruptione conservare. Equorum defectu laboran-
tes incolæ, boves agros arant, qui etiam alia munia
curant, quæ equorum peopria sunt. Pauperes ut plu-
rimum ut Æthiopes & loquuntur, & vestiuntur, quan-
quam Catholicæ Religioni addicti Siciliæ Regni Ju-
risdictione gubernentur.

Biblioteca Museo Franz Mayer

CHIRBI VEL QUELS.

Chirbi. 38. CHIRBI vel QUELS scopuli sunt, & cautes summis tantum cacuminibus suprà aquæ superficiem eminentes, & ex fluctuum marinorum, qui in eos valido impetu feruntur, illisione vehementer murmurando whalarum grandes edentes. Quam prosimè illos, imò ad scopuli istum à Meridionali latere mare 30. orgyarum altitudine fundum fuum conregens fasciale patitur, ut utrumque horum scopulorum latus navibus præternavigantibus quam proximè accedere, sine ullo discrimine liceat, quandoquidem necà vadis nec à locis aliis scopulosis ne minimum quidem periculum ipsis imminet.

Insularum descriptarum Distantia.

Goza insula, & *Melehe* insulæ angulus in Borthapelioten abiens. Milliar. 9. vel 10.
Goza & insulæ ejusdem angulus in Notapelioten porrectus. 8. vel 9.
Pantelaria, & *Goza*, vel *Goza*. 25.
Limosa, & *Lampidosa*. 5.
Lampidosa, & *Pantelaria*. 13. vel 14.
Angulus *Melehe* Borthapelioteæ oppositus 14. gradum & 8. scrupulum altitudinis seu latitudinis Borealis, possidet.
Insulæ *Goza* 34. grad. & 45. scrup. ejusdem latitudinis assignatur.

MARIS MEDITERRANEI LATUS DEXTRUM,

seu Africani marginis ea pars, quæ à Freto Herculeo usque ad Cabo Mezurata Promontorium extimo Italiæ apici oppositum extenditur.

Divisio ejus in Mari Mediterraneo portionis, quod Africæ marginem, inter Fretum Herculeum & Promontorium Cabo Mezurata interjacentem, ferit.

Mare Ibericum. QUANQUAM Maris Mediterranei membrum illud, quod fluctuum suorum reciprocatione *Africani* Regni *Fez* litoribus alluditi, Mare *Africanum* jure ac merito nominandum videtur, *Ibericum* potius seu *Hispanicum* appellari solet, quo nomine omnis ea hujus maris Mediterranei portio intelligenda, quæ in Regni *Tremecen*, & *Alger* limitibus finem fanum invenit. In litore ejus fluctus arruentes deprimente, Sinus *Golfo Algazar* cum promontorio cognomine invenitur.

Golfo d'Efora. *Golfo d' Efora Numidicum* est mare à *Numidia* regione olim denominatum, quod *Mauritania Cæsariensis* sive *Tremecen*, & *Alger* regnorum maritima undis suis eluens ibi finitur, ubi *Tunis* regno limites sui constituuntur.

Mare Libycum, seu *Punicum*, vel *Carthaginense* il- Mare Libicum. lud est, quod regnorum *Tunis*, & *Tripoli* margines bycumrigat, & cui contermini sunt *Golfo di Mahometa* sinus, quem litori ad *Cabo Bona* promontorij latus in Notapelioten protrum fodenti hoc mare imperfilit, *Syrtis parva* sinus, cui hodie *Golfo de Capi* nomen est, & *Syrtis* magna anfractus, litoris proximè promontorium *Cabo Mezurata* siti, sinuosus, quem hodierno tempore *Les Seches*, vel *Bancqs de Barbarie*, id est *Barbariæ*, loca sicca, vel Pulvinos *Barbaria* nominare solent.

FEZ REGNI MARGINES MEDITERRANEI MARIS fluctibus obstantes.

Fez. FEZ Regni litora Mediterraneo mari accumbentia cum *Freto Herculeo* ordiuntur, ac eo usque cursum suum protrahunt, donec à fluvii *Mulvia* ostio terminantur. Trium verò tantum provinciarum litoribus maris Mediterranei extremitates hoc regnum attingit: Cæteræ ejus provinciæ marginem suorum objectu partim *Atlantici* maris impetus *sibunt*, partim mediterraneæ sunt.

Habat. HABAT vel *El Habat* provinciæ litora mediterraneo mari contigua, à *Capo Spartell* promontorio per fauces *Herculeas* ultrà *Ceuta* urbem, protrahuntur: Eorum potiffimam partem *Lusitania* Reges olim jugo suo submisere, ut jam in *Hispaniarum* Regis ditionem redacta ab *Hispano* regatur, uti in *Prætt Herculei* descriptione mox ab initio hujus illustrationis posita docuimus. Post *Herculis Fauces* sequitur *Tetuan*, Tetuan. vel *Tetzigain* civitas 2. ferè mill. distantiâ ad interiores terræ partes se recipiens, ac supra ejusdem fluvii, *Sabu* sita. Hoc *Africanis* est *Tetuvain* amnis. Ubi autem 800. circiter ædibus completa, in Regis Fessani adhuc est potestate, & à subditis ejus Mauris incolitur. In Piratico exercitio operosissimâ homines à Lusitanis odio capitali dissident, ac 3. aut 6. Fregattis (navigia sunt minora & velocia) singulis mensibus in mare erumpentes, hostibus suis magnum damnum inferre solent. Loci hujus appellationem fecisse feruntur Comitissa quædam eundem in possessione suâ habens, quæ altero oculorum carens unum tantum oculum habuit, & *Tettegain* vel *Tettevain* appellata est. Monoculam enim hoc nomen significat.

Merces. Merces hujus provinciæ, quarum beneficio mercaturæ exercitium excolitur, sunt Coria bubula crudа, & ante partâta, cera, lana, linum, panni ex lino contexti, & alia, quæ quavis hebdomade in urbe *Agla*, in mediterraneis sita, quæ singulis septimanis mercatum celebrat, magno numero venduntur. In dictæ urbis territorio circumjacente leonum quoddam genus adeò timidum est, ut fœminarum etiam clamor ipsis terrorem incutere queat, vel pueri ipsi metum injicere possint; Timiditas animalium in proverbium abiit, ut de timido homine vulgò dici soleat. Leonibus *Aglensibus*, qui tolerant ut à virulis canda sua devoretur, similis est. Multum frumenti, ac vinum rubrum & saporis & coloris pulchri, hæc provincia etiam tradit.

Errif. ERRIF Provinciæ maritima ab Occasu *Gomerum* Errif. habens, ab Ortu finem fortiuntur, ubi *Nacor* fluvius, terra relicta, in mare Mediterraneum descendit. *Gomera* exigui momenti locus, ad fluminis *Gomera* in mare exeuntis ripam sedet. Oritur hic fluvius ex montanis, quæ eadem appellatione insigniuntur. *Targa* Targa. vel *Terga* oppidulum 500. ferè ædibus constans, promontorio *Cabo Targa* immorarur. Hoc occiduus est apex finus, quem mare hoc in loco in litus infundit. *Tarfornelli*, & *Netgali* villa sunt loca, in quibus nihil notatu dignum occurrit. *Cerver*, vel *Cherver* in fluvii Cerver. cognominis, quod ex proximis hujus provinciæ montanis delapsum, breviore cursu in mare properat, ostio communem locus æque ac priores nihil memorabile offendit. *Penuon de Velez.* 23. ac 40. scrupulum Penuon longitudinis, & 34. grad. & 20. scrup. latitudinis seu de Velez. altitudinis obtinere *Horo* calculus asserit. Insulæ cuidam parvæ, vel potius scopulo à continente faucibus angustis 10. vel 12. trieremium portum capacem complectentibus divifo incumbit. *Ferdinandus* Rex eam nullius

nullius jurisdictioni obedientem, & planè desertam occupavit, sui juris fecit, operibusque militaribus contra hostium vim munivit. Hoc Mauros tam malè habuit, ut Regem *Fessa* ad ejus obsidionem impulerit, qui tamen ab Christianis adeò viriliter repulsus fuit, ut re infecta tandem obsidionem solvere coactus fuerit. Postea hujus loci Gubernator Hispano cuidam conjugem suam vi eripuit, ereptamque stupravit. Maritus injuriam hanc tolerare nescius, ignominiam tantam fœtusque nefarium ità ultus est, ut Gubernatorem interfecerit, castrumque hoc tam firmum, & validum Mauris proditione tradiderit. Hi, proditore uno excepto, omnes Christianos, quos in hoc loco offenderant, interfecerunt. Sed Hispani sub Philippo Rege anno 1564. expeditione navali eundem aggressi, postquam ex proximo scopulo machinis suis bellicis prædiatiorius Mauroeum milites debilitassent, & magna clade affecissent, iis ad dedicionem coactis, receperunt, & novis molibus belliciis defensionem ejus assecurunt, imo quasi insuperabilem reddiderunt. Ab eo tempore *Hispaniarum* Rex eam in potestate suâ conservat. *Belis*, vel *Bellis*, vel *Velez* ut Hispani addito nomine *Gomera* eam nominare ac *Velez Gomera* dicere solent, *Africanorum* idiomate *Deyrat Bedis* appellatur, ac 21 gr. & 40. scr. à primo Meridiano distat: Ab Æquinoctiali verò linea, ubi dies noctesque Sol pares facit, 34. grad. & 40. scrup. ad polum Arcticum secedit. Civitas utrumque latus monte ingenti septa 600. circiter focos, aut ædes circuitu suo ambit, ut & spaciosam quendam locum, castrumque mediocrem tutelam ex molibus suis bellicis percipiens. In litore maris armamentarium parvum locatum aliquod spacium trirembus & *Fustis* (*Fuste* parvæ triremes sunt) ædificandis largitur, in quo ejusmodi navium architecturæ opera impenditur. *Gebba* parva & collapsis ruderibus scatens civitas, 8. mill. interstitio à Velez secernitur, ac quandoque incolis habet, quandoque etiam iis plane destituitur. *Mezzemie* vel *Megemma* in laxiorem circuitum dilatata civitas in *Garet* provinciæ finitimo territorio montem inscendit haud ita magnum ac spaciosum, planiciem sub se situm, ac 9 militarium longitudine se exporrigentem, & 3. latitudine se dilatantem amœnissimo prospectu intuetur, maximâ ex parte ruinosa est, & Arabibus inhabitatur: Planiciem medium interfecat *Nocor* amnis, qui utramque provinciam *Errif* & *Garret* alveo suo intercurlan- Nocor. te disterminat. Quâ litus inter Belis, & *Gebba* intermeat, medio infixa est sinuosa excavatio *Battoy* nomine, cujus apex uterque eximus 2. ferè mill. interpositu disjicitur. Fundum ejus anchoris retinendis admodum habile negotiationis frequentioris occasionem præbet, atque ex sinu hoc portum opportunum facit, cui adjuncta urbecula Battoy Judæos. Arabas, & Maures incolas habet. Priores duæ gentes mercaturam exercitant; posteriori cæteris imperitat, & Judæos facili, imo quavis occasione data, aut etiam quæsita, bonis & mercibus suis spoliat, mutatâque mercede provectură solvendâ vacuos demittit. Battoy.

Regio hæc asperis & frigidis montibus, quas proceræ, altæ, & rectâ linea in aërem exsurgentes arbores vestiunt, exasperata frumeneo haud abundat: Ejus tamen raritatem hordei, avenæ, milii, uvarum, ficuum, olivarum, & amygdalarum ubertino proventu compensat. Animalium magna est infrequentia, cum in montibus dictis præter capras, asinos, & simias vix alia offendere liceat. Sunt etiam nonnulli equi, & boves magnitudine vitulo ecthnestri vix respondentes. Vinum plerumque nigro colore præditum hac imprimis virtute excellit, quod annosum evadens diu vigorem suum conservet: imprimis illud, quod in montibus *Benfachmed* crescens, atque recens ab incolis parum coctum, ad 15. annum saporem suum vinosum retinet. Litoris accolæ piscatu crebro multorum piscium compotes sunt, quos sale conspersos & maceratos mercatoribus ex montanis locis defcendentibus vendunt. Hi verò fructus Fructus, Bono, & Commercia.

suos, linum, linteamina, fœnegma, & uvas passas venum exponunt. Totius regionis inquilini Mahometis erroribus imbuti sunt. Inter eos Judæi habitant, quibus in urbe *Fessa* habitationis locus peculiaris, & à reliquo corpore segregatis concreditur, ubi vino vendendo mercaturam exercent. Mahometis etiam assecelis lege vinum prohibetur, quanquam sibi ab eo non temperant, verum nimia aviditate illo se ingurgitare solent.

Garet. GARET Provinciæ extremitates maris mediterranei fluctibus perfusæ ab ostio fluvii *Nocor* tractum suum inchoant, eumque ab occasu in Orientem producturn *Melvoya* amnis exitu finiunt. Hic enim limes est, quo ultima hæc regni *Fessani* provincia mediterraneum mare attingens à sequenti regno disterminatur, finemque suum invenit. Mariti tatarum oram ejus sequens est descriptio. Tarfogarcilo, Feris, & Tarfoquitaro mollius nonæ loca sunt: Exitus fluvii *Melucen*, vel *Malvan*, qui ex *Melucen.* *Atlantis* majoris montibus eruptionem faciens, circitet 9. mill. distantiâ, à *Garet Leyn* provinciæ *Elchans* civitate ejusdem provinciæ deserta loca peragrat, usque peragratis ea, quæ in *Angued* & *Garet* inveniuntur, pervenit, sub montanis *Benizemetes* profectionem suam instituit ac ad arcus jactum latus civitatis *Cayaga* vel *Cassa* præterlapsus mare Mediterraneum subit. Fluvius hic, cui *Mazuy* & *Afra Murazenar*, propeti sui idiomatis nomen. indiderunt, ut *Niger* in *Africa* descriptione testatur, in vid secum rapit *Metlule* fluvium grandiore alveo *Metlule.* aquas suas copiosiores coërcentem, qui ex Atlantis majoris montibus inter urbes duas *Tecar* & *Dubudo*, quarum posteriori propior est, elapsus delertas *Torrefi* & *Tafatan* cursu suo perstringit, ac postea *Medrea* fluvii undis immergitur. *Cayaga*, vel *Cassa* civitas opportuno portu navigia condens, & *Cassa.* *Veneturum* commercii olim nobilis. *Ferdinandus* *Arragonia* & *Caftilia* Rex eam Mauris eripuit, à quo tempore Hispanorum imperio conjuncta manet. *Alcudes* locus nullis mœnibus cinctus sed apertus in montis *Alcudia* radicibus sedet. *Cabo de tres Forcas*, *C. de tres* vel *Cap de trois Fourches*, id est trium furcarum caput Forcas. aut promontorium, quod à *Ruffelli Capo de Cassa* nuncupatur, magnum acumen mari imprimit. Pontus hic magnum Sinum litori incidit, qui inter duo promontoria *Cabo One* & *Cabo Figolo* terræ inseritur. Quâ *Cabo de tres Forcas* Promontorium alterum latetum suorum in Orientem inclinat, *Melilla* Melilla. civitas in conspectum se dans in occiduo magni istius sinus margine sedem posuit. Eam Africani *Deyrat Melila*, alii *Melilla* vocant. 25. graduum differentia inter eam & Meridianum primum per insulas *Azores* deductum interest; Inter Æquatorem vero & ipsam 34. graduum, ac 20. scrupulorum interstitium intercedit. Metropolis olim fuit hujus provinciæ, ac postea sub *Mahometanis* maximis floruit, adeo ut bis mille & amplius ædibus replera portus fuit commoditate & mercatores plures ad se invitaverit, & commerciorum exercitio haud exiguo ditaverit. Anno 1497. *Guilielmus Dux de Medina Sidonia*, ejus incendio ab incolis vastatæ, & penitus relictæ, compos factus est, qui eam operibus bellicis fortissimis cinxit, & *Hispanis* conservandam dedit, à quo tempore in *Hispanorum* potestate hostibus manet, & semper præsidio militari firmissimo defenditur. Postquam eâ *Hispani* potiti essent, majoris defensionis, & securitatis causâ aliquo tempore post fortalitium validum adhuc defensioni à scbquis molibus bellicis proficiscenti adjunxerunt, ut eò plus negotii hostibus facessitur, ii crebro multorum piscium compotes fuerunt, quos sale conspersos & maceratos mercatoribus ex montanis locis descendentibus vendunt. Hi verò fructus

Biblioteca Museo Franz Mayer

autem ejus ferri venis copiosis distenta sunt, adeo ut ferri magna multitudo ex fodinis hic petatur. Osseæ, quæ olim in poetu hoc à piscantibus deprehendebantur, margaritis erant gravidæ. In sinu hoc grandi ulterius pergenti occurrunt *Porto Novo* portus, & *Salines*, seu Salinæ, in quibus sal excoquitur, & paratur: 3. item insulæ *Zafarines*, quæ sita suo ita dispositæ sunt, ut à trianguli figura haud multum abhodant. Earum 2. parum absit, quin continenti annectantur. 2. mill. Italicorum divortio dissociatæ sunt. Orientaliori *Zafaria*, vel *Safarina* nuncupatur. Posteriorem *Mahonia* fluvii exitus his litoribus finem suum constituit, Regnumque Fez, quà mare mediterraneum extremis suis limitibus attingit, terminat. Ex Atlantis magni congeries montosa eiuctatus in civitatis *One* confinibus marinis undas suas immisit.

ALGER, SIVE ALGIER.

ALGER Regni litora.

HUIUS REGNI ALGER LITORA à fluvio *Mahoia* ostio exordium capientia ibi finem suum fortiuntur, ubi *Safsemar* fluvius, aquarum suarum colluvium ex continente in mediterraneum mare educit. Longitudine sua ex oceano in ortum projecta 150. milliaria *Italica* includit, ac 10. portus, aut regiones secundum Turcarum divisionem complectitur, quæ omnes tractu suo maris mediterranei extremam extensionem sequuntur, illique appositæ Turcici Imperii habenis dominantur. Sequenti autem ordine altera alteri subjungitur.

HUMANDAR. *One.*

HUMANDAR prima, & provinciæ *Garet* in Regno *Fessano* sitæ proximæ appellationem largitur metropolis, quam *Leon*, & *Sanuto*, *Humain* appellant: aliis *Humain* & *One* vel *Hone* dicitur. *Afri* & *Mauri* ipsam *Deyrat Vnyn* nominare consueverunt. Civitas hæc sedem suam fixit, quà promontorium præsens *Cabo de One* marginum suorum alterum soli Orienti obvertit, ac anno 1531. ab Hispanis solo æquata est. Redintegrarunt eam postea incolæ Afri, post quam redintegrationem eò tot augmenta accessêre, ut hodierno tempore totius hujus provinciæ caput existat. Portus ejus in angustias spacium contractus, duas turres habet defensionis suæ firmamentum. Urbs ipsa fornibus & validis mœnibus, imo fortioribus ea in parte, quà mari opposita est, admodum fiemâ hostilem impetum infringit. Ædes plerasque ex codilibus fasis constructæ, egregioque artificio compactæ nitore haud contemnendo splendent. Haud magno itinere ab hac urbe abest mons *Tarara*, *Afri* etiam *Gualbara* nuncupatus, qui aspet excelso jugo sc. suprà confine territorium extollit, apicisque sua in mare mediterraneum projectu *Cabo de One* promontorium efficit.

C. de One.

Fructus & commercia.

Tota hæc Regio ad mercaturam promovendam fructus & merces sequentes confert. Ficus nempè, poma, mala cirea, mala punica, & persica. olivas, melones, gossipium & linum, de quorum omnium proventu largo & planicies & montana gloriantur. Est & frumentum quibuslibet in locis, ac hordeum, & frumentum Saracenicum. In monte *Gualbacta* ferisodinæ etiam præsto sunt. In incolas ex gossipio & lino magnum commodum quotannis redundare solet. Vestarum navium, quæ in portu *One* anchoras figere solent, annuus adventus commerciorum excrescendorum gratia incolarum commodis vehementer inservit.

HABES-GOL. *C. de Zeroni. Hordubare.*

HABESGOL Provinciæ ora maritima sinui contermina est, qui *Golfo de Zereni* nomen habens inter promontoria *Cabo de One*, & *Cabo Fegalo* vel *Figalo* litui excavatione sua cunavit. In sinum hunc præceps datur *Hordubare* fluvius, qui ponè *Mahaffar* civitatem in diœcesi *Benitazid*, vel *Beni Arran*, Regni *Tremecen* portione, situm, ex terræ visceribus effluit, in planitie *Citat* propter locum quendam *Xamarum* dictum *Zio* annis undas ebibit, planicici illius occasione novum nomen *Circt* induit, ac uti dictum est, huic sinui aquas suas ebibendas propinat. *Harofgel* civitas in ejusdem sinus margine, à fluento *Tefsone* vel *Tefset*, quod ex *Atlantis* magni aquarum suarum incrementa prima sumit, ac postea alio nomine *Harofgel* vocatur, haud grandi divortio diremptæ, undisque mari mediterraneo ita circumvallatur, ut insula jure dici possit, ni latus in Meridionalem certi plagam excurrens, exiguâ viâ scopulum duum transeunte, continenti annexum esset. Castellum defensionis, quæ urbi patrocinatur, augmentum in eo latere extructum est, quod Solem supra horizontem ascendentem instuctur. *Comes Petrus de Navarra* eam subito impetu oppressit, ac spoliavit. *Arabes aut Afri* tamen postea eam iterum in potestatem suam redegerunt, & hactenus retinuerunt. Turcæ præsidio imposito incolas obsequium sibi præstare cogunt, hodiesque arcent. *Zereni*, vel *Sereni* vel *Zireen* vel *Zerfen* Meridionalem *Cabo Figalo* promontorii marginem possidens, adjuncto sinui nomen suum communicat. Propter illam, litus fluvium *Buento* ab ℰ. *Æthiopibus* aut *Afris* incolis *Cera* nuncupata exitum concedit, per quem in æstuarium hoc fertur.

Harofgel.

C. Figal.

Zereni.

ORAN Provinciæ ab urbe primaria *Oran* nomen venit. Litoris dominium bipartitum est; pars *Hispaniarum* Regis dominio subjecta est; pars vero Turcarum Imperatori paret. *Cabo Figalo* litoris in mare protuberantis, & promontorium constituentis apex est; Eum sequitur *Alfaska* in exiguum spacium contracta urbecula; Inde mox est *Cabo Falcone* aliud à terrâ in mare exeruum promontorium; Ei vicina cernitur urbs *Mersalquivir*, vel *Mercat el Quibir*, vel *Mersalkarzaquiver*, quæ nomina magnum portum denotant. Appellationis ratio est portus huic urbi appositus, qui tantæ est magnitudinis, tantæ securitatis, ut multi dubitent, an major & tutior in hac oca maritima inveniri queat. *Afri* ejus dioturni fuêre possessores; Post ejecti à Manchione *Comarez*, qui anno 1505. hanc urbem in potestatem suam redegit *Hispaniarum* Regis Domini sui dominio adjecit. Nostra ætate huic urbi annectitur castrum admodum forte, duas turres grandes, in quibus excubiæ aguntur, supra se habens. 4. Gallicis, aut 2. magno milliari Germanico ab urbe sequente *Oran* distat. Hanc civitatem *Oran* Afri alio etiam nomine *Guharan* nuncupant. Addita est eidem portui aut insui, & à primo puncto Occidentali seu primario Meridiano 29. gradibus & 40. scrupulis distat. Interstitium vero, quod inter illam & Æquatoris Boreale latus intercst, 39. gradus conficit. Sitam cernes sub litore, ubi collis cujusdam declivitate parte aliqua incumbit, parte vero reliqua planicium occupat, quà *Cartagenam* in Hispanico litore oppositam è regione urbem recto intuitu, contemplatur. Latus ejus terrestre multi horti amœni, civuli jocundi, & fontes vivam aquam fundentes exornant. Portus exiguis cancellis coërcetur, & à ventis Boreabilibus naves tutas non præstat. In ejus latere occiduo castellum edito loco impositum, è regione oppositam habet grandem montem seriem procul in mari conspicuam, quæ primo intuitu ephippiorum effigiem præ se ferre videtur. Civitas angustis, & in nullum ordinem redactis plateis scatens, ædes quoque habet admodum inordinatas, sed mœnia alea & opere artificioso erecta. Olim splendida ædificia, quorum ultra 600. quidem numerabantur, ipsi etiam pulchritudinem conciliaverant: Potentia ejus antiqua inde etiam patet, quod incolæ in mari piraticam exercere soliti, totum *Hispania* oram maritimam, quæ mare mediterraneum tangit, depræda-ti fuerint. Piraticum hoc exercitium tandem inhibuit *Cardinalis Ximenes de Cysneros*, qui *Ferdinandi Regis Hispaniarum* jussu civitatem anno 1509. hostili vi adortus eaque octavo Maji mensis die vi potitus est. Ex suis triginta tantum desideravit. *Afrorum* vero

Oran.

vero 4000. cæsi. Christiana mancipia vigesies mille ex servitute erepta fuerunt. Reditus loci hujus annui consistunt in frumento aliunde advecto, & furnis, aneque molis, quæ tributum quotannis, aut vectigal ordinarium solvere consueverunt. Terræmotus *Veneris* à tempestatibus periculosis, & procellarum rabie diversatis solenne erat in portum urbis *Mersalquivir* perfugium capere, ac merces suas in urbem *Oran* mittere, quo tanta securitate pervenire ipsis non dabatur. His enim in locis *Veneti* mercatores magni momenti mercaturam exercere consueverant, quæ temporis progressu in desuetudinem abiit, ac plane concidit. *Hispaniarum Rex* validis & fortibus præsidiis horum locorum securitati providet, quæ non modo iis defensione debitâ patrocinantur, verum etiam perpetuis excursionibus & depræ dationibus finitimis *Turcarum* regionibus multum negotii facessunt. Reliqua in hoc maritimo tractu loca, Turcarum dominio obsequium præstant.

C. Ferrat. *Cabo Ferrat* promontorium & angulus occiduus, ac *Cabo bei* apex Orientalis magni hujus anfractus excavati, in cujus margine ædificata est *Arzeu* urbs; *Tagiomar*, & *Tagilfa* vicos, & secundum litoris extensionem proficiscentem montium *Magarona* ordinem. Hi 14. mill. longitudinem continua serie percurrendo tandem finem habent, quò fluvio *Xilef* per ostium suum in mare abiens est permissus. *Mesagran*, vel *Mazagran* vel *Mazazagran* haud magno intervallo à fluvii *Xilef* ostio distita, & ad 15. milliare ab urbe *Oran* sita urbs, magna altitudine elatis muris tegitur, & à castro adjuncto defenditur. Ostium fluvii *Xilef* olim *Cartene* dicti, qui ex montanis *Guanessis*, vel *Guenzeris* exordio capto per provinciæ *Tremessen*, quà provincia *Tenez* contermina est, declerta plana se devolvens, lato spacio alveum suum expandit, & inter *Mesagran*, & *Mollegan* in hunc suum aquarum suarum cogestarum farcinam deponit. *Mollegan*, *Mesfegan*, vel *Mallegenin* ad 14. ab urbe *Oran* milliare à fluvii *Xilef* exitu unius tantum milliaris separatione dividitur. Ex locis 1500. composita urbs pulchro templo decoratur, portum conetractiorem habet, ac tutelam suam, & securitatem castro acceptam fert, quod sublimiori loco in latere Meridionali affixum est. Cum urbe *Mesfegran* ad radices montium *Magarona* sede sua concessit. Circuitus exterior urbem circumambulans plurimis hortis omni frugiferarum arborum genere constitis scatet, totumque territorium, in quo sita est, mira soli fertilitate luxuriat, sed propter perpetuas Hispanorum & Arabum incursiones & depopulationes, cultu necessario planè destituitur. In montibus *Magarone* plurimi agri fertiles occurrunt, frumentum optimum ferentes; Pratorum item & pascuorum lætissimorum copia; unde fit, ut pabuli occasione inquilini rei pecuariæ maxime studeant, studioque sui lucrum haud exiguum sentiant.

Mesagran.

Xilef.

Mollegan.

Oran.

TENEZ. *C. Ivi.*

TENEZ Provincia: *Cabo Ivi* montium litori præluctantium & mari imminentium extensio. *Teadra* civitas in ejusdem pede constructa: *Goleta* urbecula: *I. de Columbi* parvum spatium ambitu suo obiens insula, quæ minimo aquarum intercedentium divortio ab ora terrestri extrema secernitur. *Tenez*, vel *Tenez* civitas cum declivitate montis descendentem secum obtinens dimidii milliaris secessione à mari Mediterraneo seponitur. Castro fortissimum hostibus à se immolitur, ac palatio quodam Gubernatore Turcico, qui huic provinciæ cum imperio præest, domicilium præbet. Medium viæ inter *Oran* & *Algir* partem obtinet, ita ut utrinque pari itineris spacio, 30. nempè milliaribus ab *Oran*, & totidem ab *Algir* civitate distet. Inter *Hispania* verò & *Mollegan* mill. 15. separatio intervenit. Quicquid territorii *Tenez* urbem circumundo cingit, frumenti multi ferax est, ex pascuis optimis ad pecuariam rem sustentandam pabulum lætum promit, ac apum maximam multitudinem alens, cera & melle abundat. In monte *Abuzaid* maxima caperarum

Tenez.

vis germina gratissima carpens nutritur, apes infinitæ cellulas in alvearibus melle dulcissimo distendunt, & hoedei magna multitudo crescit. Mons *Guanssiris* singulari fertilitate prædituset. In eo Spartium, *Hispanis* idiomate *Esparto* dictum, crescendo ex terra prorumpit, ac in jugo ipsius Tutia optima invenitur. Passim item hordeum solo ipsius mandatum feliciter, ac abertim crescit. *Tenez* civitas magnorum commerciorum insignis est frequentiâ, utpote in qua hordeum, & frumentum reliquum navibus imponitur, ac in *Algir* civitatem aliisque loca maritimo itinere trajicitur. Monetis Abuzaid incolæ certam, mel, corium, aliasque merces in urbem *Tenez*, aliosque vicinos portus delatas, verum exportant, quæ ab Europæis mercatoribus emuntur. Quod his promontorium in latere suo occiduo nominatam civitatem offendit, ab ea *Cabo de Tenez* nominatur. *Montes de Simie* montium est congeries eidem promontorio annexa, quam incolæ hujus territorii *Benjabuaid*, vel Abaquid, vel Zatima nuncupare solent.

SARGEL. *C. de Sargel.*

SARGEL Provincia, *Amcal* urbs lateri, quod est in *C. Tenez*, occiduo adhæret, quà mare Mediterraneum in parvam litoris cavitatem se infundit. *Breseh*, vel *Bresch*, aut *Brieh*, sive *Berse*, ut Arabes eam idiomate suo nuncupare solent, civitas 8. mill. interstitio ulterius semotam ab urbe *Tenez* sedem occupavit. *Marsalcrb* oppidulum in eo hujus litoris loco sequitur, *Mesqui* parvo antractu excavatus exiguo æstuario locum facit, cedit. *Cabo de Serseli* ex litore extrusus apex cum urbe. *C. de Sargel.* Arioloalatus ejus Orientale difficilium ingredienter, ad cujus quod sita cernitur *Serseli*, vel *Sirsel*, aut *Sargel* civitas hujus provinciæ, cui nomen suum imperitivit, primaria, quæ maritimum iter suum ad urbem *Tenez* per 15. milliaria extendit, eodemque spacio ab *Algir* urbe distat. Sin autem terrâ iter conficiendum, ab utroque locorum nominatorum 30. taneum milliaribus abest. Tutelam ipsi præstant pulchra, fortia, & ex lapide vivo quadrato compacta mœnia. In latere, quod mari prospectum suum obvertit, muri collapsi & rudera apparent templi splendidissimi & pulcherrimi, quod ex marmore & alabastrite olim Romani conciderant. Cum *Coin Calopha de Carvan* horum locorum imperio præesset, Arabes hanc civitatem vi oppressam demolisti sunt, soloque æquarunt. Restituta tamen & ex ruderibus resuscitata est à *Mauris*, qui ex regno *Granada*, anno 1492. exterminati, atque in exilium ejecti, domicilia sua hinc transtulerunt, ac hujus urbis cadaver deturparunt, in eum statum ierum deduxerunt, ut hac nostra ætate 3. milia ædium in hac urbe inveniuntur. *C. de Alsatel* vel *Calo de Bit.* promontorium litori præfixum, seu cujus protru- sa à tractu 2. mill. interstitio ab urbe *Sargel*, vel *Serzeli* dissite, cui *Turris Carapula* nomen imposuere, Æthiopes verò incolæ *Giraffamar* appellationem ac Christiani *Betallo* nomen indiderunt. Ex eo latere, quod ab urbe Orienti soli occurrit, ingenti celsitudine in auras exlurgit, adeò ut ejus, qui in jugo ipsius constituras mare subjacens inspectat, conspectum navis etiam ad 20 mill. inde remota fugere non queat, modo aëris clarirate liber prospectus permittatur. Tandem unus *Celof*, vel *Reynalach*, aut *Riviere du fer-Celof.* *fran*, quæ appellatio aliis utitata est, exitu suo hujus provinciæ litoribus terminum præscribit. Quum itaum acceptum fert Atlantis majoris montibus, ex quibus eruptione evadens, postquam camporum *Metegela* vel *Metija* latus unam perrupit, mari appropinquat, & 3. mill. interventu eis urbem *Algir* mari Mediterraneo augmentum accedit. *Sargel* urbis incolæ agricolæ industrii agrorum magnum numerum colunt, ex olivis copiosis olearum fapotis grati exprimunt, ac ex vineis urbis mœnibus conclusis, ac sparum 3. mill. circuitu dilatatum complentibus, vinum comparant. Ibidem etiam ferici cultu plurimæ mori coalescunt. Qui vero *Breseh* civitatem inhabitant, lino, fœcubus, ac hordeo abundant, & in mo-

Biblioteca Museo Franz Mayer

re positum habent, ut lintes, ficus, linum, & fericum quæ è mercibus effluunt, maritimo intrare in urbes *Alger*, *Bugie*, & *Tunis* injuncti.

ARGEL. ARGEL Provincia nomen accepit ab urbe sua primaria, & Metropolitana *Argel* vel *Arger*, ac tractum maritimum à fluvio *Celef* ostio occidentali ibi finitur, ubi novi limites occurrentes eam à *Bugie* provincia distinguunt. *Cabo Caximes* suo ex litore procurrit maris fluctus penetrans, promontorium in margine suo, soli Orienti, obstante sinu, lanciniatur civitate *Alger* superbo. Hæc nomina etiam alia habet, nimirum *Argel de Getzeir*, *Getzeir Benimoz.* quæ appellatione *Arabes* utuntur *Mosgana*, titulum alias frequentem, *Cæsar*, vel *Barbarie Cæsar Turcis* usurpatum nomen, *Argel Hassanes* idiomate dictum, *Algiere* quo gentiles *Galli* eam appellant. *Anglis Alger* est, & nonnullis aliis *Arger*. Montis cujusdam pedi eo pacto accumbit, ut cum eius ascendentis acclivitate ædium series una post aliam sensim ascendat, ac gradatim ascendendo & supra alteram priorem attollat, adeò ut tota civitas figurâ sui theatrum aliquod repræsentet, in quo gradus quilibet supra præcedentem elatus, altiore eminentia conspicuus est. Mœnibus autem suis inferioribus tam propè mari admota est, ut ab undis ejus insultantibus feriantur. Mœnia ipsa ex lapidibus magnis in quadratum figuram lapicidarum artificio redactis combinata, superiore exaltitie, 12. spithamæs & inferiori 40. colligunt; 10. vero spithamarum altitudine supra terram se attollunt. Circuitu vero universo 3500. pedum longitudinem absolvunt. Murus item fortis usque ad parvam quandam insulam pertingens, quæ eidem etiam includitur, portum circundat, & à periculis tutum reddit. Piorumarum gavium capacitate prædirus eas ingredi patitur, quæ 120. aut aliquanto plurium doliorum onera vehere possunt. Iis à Septentrione, & Zephyro, aut Favonio, cæterisque ventis vicinis periculum nullum imminet; Verum Subsolani, Borrhapelioteæ, & reliquorum ventorum his collateralium insania dominans, ac tempestate grandi se in portum ingerens, navibus ingens periculum creare, imò maximum etiam damnum afferre potest. Exemplo est tempestatis rabies, quâ efferati venti illi anno 1619. tanto impetu se in portum hunc effuderunt, ut 25. naves submersæ fundum petierint, & Turcæ magnam jacturam fecerint. Insulæ, quam diximus muro includi, impositum est fortalitium quinque propugnaculis constans, quod in portus introitu haud magno interstitio ab urbe locatum, defensione sua navium securitati consulit, & hostium in portum incursiones remoratur. Diversis enim vicibus factum est, ut *Christiani* classibus suis in hunc portum irruptione facta *Turcarum* naves incendio consumpserint. Testantur id clades, quas annis 1578. 1596. & 1606. Turcæ passi sunt, cum subito impetu à *Christianis* hic portus invaderetur. Incolarum frequentia bene habitatam civitatem loquitur, utpote quæ 13. millibus ædium conferta, incolarum per magnam copiam complectitur. Platææ angustiores hyberno tempore, pluviisque dominantibus, luto ac cœno conspurcantur, & ad deambulandum ac eundum incommodiores redditæ, omnem amœnitatem amittunt. Una platearum cæteris latior & grandior laxiore latitudine à Meridie in Septentrionem ad mare per montis declivitatem decurrendo descendit, cujus ueramque latus multis officinis & mercatoriis tabernis sepitur. In hac enim plateâ quotidianas mercatus celebratur. Nec rivuli, nec fontes aquam vivam ejaculantes, per totam civitatem aquæ acquirendæ commoditatem, offerunt; sed quicquid hic aquarum dulcium in usum adhibetur, aut è cisternis pluviam colligentibus petitur, aut ex campis, ubi aqua dulcis reperire potest, in civitatem transfertur. Ei rei inservunt mille mancipia, quæ singulis diebus, amphoris, aliisque vasis in campos excurrentia aquam hauriunt, eamque in urbem transportando & vendendo victum ac amictum suum quærietant. Potrò maximam partem hanc urbs pluribus collibus amœnissimis, & montibus cingitur, quorum valles & declivitates horti amœnitate pulchra, insignes & optimè culti exornant. Post montes illos planicies sequitur amœnissima viriditate oculos pascens, quæ campus *Mettigia*, vel *Metya*, vel *Metyana* à nomine appellata, longitudinem suam 16. mill. excursione relaxat, latitudinem vero 10. mill. expansione dilatat. Medium hanc percurrit fluviolus, magnam ejus partem aquis suis irrigans, ac molas plures continua agitatione movens. Ab urbe *Alger* ulteriùs in ortum perrexerit, obvias habebis urbes *Mansiro* & *Mentifiro*, vel *Metafur*, aut *Mesiora*, *Temendufi*, quarum hæc posteriore diversis nominibus insignita, & à promontorio *C. Metafur* à se cognominato, haud magno itinere distincta, lateri accumbit Orientali urbis *Safe*, olim omni genere copiarum affluentis, sed hæc ætate nostra cadaveris instar roderibus collapsi splendoris suum sepelientis. Quæ civitas *Mesifora* in occidium cœli tractum prona est, jocinm prospectat fluvii *Cessoye*, vel *Sessoye*, quod instar cæterorum ex Atlantis majoris montibus exundans, in planicies subjectas se infert, peetransisque campis *Metigia* propter *Metafora* mari Mediterraneo aquarum suarum collectionem impertit. *Huedel Harrax*. & *Huedel Hamic* duo fluviorum arbevis mensibus admodum parvi, haud multum aquæ alveis suis comprehendunt. Sed Hybernis mensibus aquas ex montibus deturbatas, maxima copia absorbentes, grandes evadunt, ac inter *Algea* & fluminis *Cessoye* exitum, in maritimarum undarum societatem suas demittunt. *Safe* civitas ruderibus suis antiquam splendorem arguens, fluviolorum priori adhæret ac jam vetus *Argel* cognominatur. *Hurdicer* magno alveo grandes aquarum copias vehens, fluvius ex Atlantis majoris montibus *Numidiæ* fines attingentibus excedens urbis *Mesifora* Orientale latus perstringit, & propter vicum *Benishebela* & *Thebdeles* in mare dilabitur. Post *Motula* & *Bingot* proxima est *Thebdeles*, & *Thebdel* ultima hujus provinciæ civitas, quâ litus hoc in Orientem protrahitur. Inter ipsam & *Alger* urbem mill. 10. interstitium interpositum est. Fœrdbus muris pinguium insulæ ades includit, ac castrum habet, quod urbi defensionem præstat, & Gubernatori à Prorege Turcico commorationem suam in urbe *Alger* habenti, huc abiegato domicilium præbet.

In hac Provincia sunt cerasa, pruna, poma, pira, uvæ passæ, ficus, mala persica, nuces, olivæ, melones; Omnis generis item animalia, leones, struthiocameli, hystrices, apri, cervi, chamæleones, erinacei, simiæ, boves, tauri, vaccæ, asini, feles, vulpes, canes, quibus longe alia est natura, quam iis quos in nostris regionibus alimus, aquilæ. & multæ aliæ aves, quarum omnium recensio hic nimis prolixa foret. Habet etiam regio hæc aspides incolas, serpentes, & alia animalia venenis suis humano generi damnum inferentia. Ubique locorum piscatus est uberrimus, ac præcipuè in urbis *Theddel* confinibus adeò copiosus, ut pisces capti non vendantur, sed pretentibus gratis dentur. Bona quibus in urbe *Alger* mercatura exercet solet, sunt uvæ passæ, mel, ficus, olivarum oleum, oryza, butyrum, fericum, frumentum, cameli, boves, oves, dactyli, & lana. Commercium tamen caput est corium, cui etiam cera accedit merx incredibili copiâ venum exposita. Omnis arie Christianorum nationes ex omnibus *Europæ* partibus ad hanc urbem confluentes afferunt diversa metalla, falem petræ, pulverem pyrium, pannos Hispanicos, tabacum, margaritas, acetum, vinum aduum, aurum, argenteas monetas, reales, omnis generis ex fericò contextos pannos, lectos, vitra &c. Ex Orientalibus etiam regionibus in hanc urbem conveniuntur varia aromata, lintea texta, cingula, fericum, corium, Persicæ & Indicæ merces. Ex urbe *Constantinopoli* mittuntur acinaces, tapetes lanei, & fericei, lintea, pilei *Turcici*, gossipium, & variæ ex fericò contextæ vestes. *Mesifora* insula casos suppeditat; *Mansiro* Salem; *Tunis*

nis olivas, olivarum oleum, & lenugma: *Tabarca* insula pulcherrimi coloris coralia: *Bone* civitas butyrum, & carnem bubulam sale maceratam; *Constantina* variorum colorum tegumenta, & villorum pretiosi vestes, quas Arabes vestiendo corpori adhibent: *Sargelmat*, uvas passas, & ficus suggerit; *Fez* antrum, mel, & faccharum: *Cuco* & *Numidia* palmulas; & *Tetuan* lapides pretiosos. Tandem magna commerciorum, quæ in urbe *Alger* peragnntur, pars est prædæ venditio, ac eorum distractio, quæ naves Turcarum in mari Mediterraneo piraticum exercentes, *Christianis* tàm mari quàm terrâ prædando eripuêre.

BUGIA. BUGIA Provincia Æthiopibus incolis *Bizele*, vel *Begeya* dicta, litoribus suis sequentia loca comprehendit: Primus est *Carbello*; ab eo secundum insigne quoddam æstuarium anfractuosum, quod inter *Cabo Carbon* promontorium & *Gigeri*, mare diffluit tot circiter milliarium. cui insula *de Tifan* adjacet. Mox ejusdem margini alter à sinuosâ excavatione & quidem exiguâ disjecto, apud *Gosso di Bogia* cognominato accumbit *Bogia* civitas, quæ 10. mill. intercapedine ab urbe *Argea* vel *Alger* semota, & 12. mill. divortio ab urbe *Gigel* segregata, magni montis pedem declivem occupat, ac vetustissimâ sed tamen pulchro splendore nitentibus ædificiis undique magna surgentibus, & octo millium numerum excedentibus, completa est. Platææ iisdem ornato & ordinato situ superbiunt. Ad montis latus spaciosa extensione laxum cubiculum, quicquid periculi hostes urbi creare tentaverint, defendione sua amoliri conatur. Quâ vero litus ab urbe in Orientem solem gressum suum promovet, ethum offendit fluvii *Huedel Quder*, quod nomen Latinè redditum magnum fluvium significat. *Christiani* eum *Singanor* appellitant. Hunc Majoris Atlantis montes *Sebi* regionis terminos attingentes ex visceribus suis emittunt. Iisdem per altissimos montes facto tandem ex iis emergens mari redditur. Tandem in sinus hujus magni margine in sequentia loca incides: *Menefurium* nimirum, *Balafum*, & insulam quandam parvam parvo divortio à continentis litore separatam, cui *Isola de Cavalli* nomen est.

Bona, & commercia. Hujus provinciæ montana secundum maris mediterranei tractum longa expansione progrediuntur. Solum *Bugiæ* urbem obambulans macrum est, & frumento ferendo inpium, sed optimorum fructuum ferax. Nam *Bugie* habitatores hortorum cultores industrii, in hortis plurimis circa urbem ferendo & plantando omnigenos fructus acquirunt. *Nemus* civitas mediterranea optimorum caprorum fuorum beneficio frumentum optimum demetit. Fluvii præterlabentis margo nucibus & ficubus consitus est. Ex lino & cannabi, quorum insignis est copia, incolæ linea parant, sed crassiore filo contexta. Montes infinitis fimis, & haud paucis etiam leopardis inhabitantur, ac ligno grandi vestiuntur; vilcera verò eorum cerebris ferri venis dilabendi untur. Solemne quoque est incolis equorum, boum, vaccarum, & caparum vim magnam alere. Eorum, qui in montibus domicilia sua habent, commercia ex lino, lintels, & re pecuaria nascuntur.

GIGEL. GIGEL exiguis cancellis inclusa provincia, exiguo etiam litore mari mediterraneo inniniet, appellationemque suam mutuo accipit à vico quodam cum castro ipsi adhærente, quod toti circumjacenti territorio imperitat. Vico nomen est *Gegel* vel *Gigeri*, aut *Gigiari*, qui sic satis cultus ex 500. circiter ædificiis compositus est. Haud grande spacium ab eo si ulteriùs eundo perrexeris, in alium incides multò tamen amœniorem, & villorem, cui *Metafuran* nomen est. Totum hoc territorium asperioris conditionis propter pinguedinis defectum, nimiamque macritudinem, nil nisi hordeum, linum, & cannabem producit, ac nucum & ficuum tantum ferax est. Cæterum hic locus *Gigeri* portu non ita magno, attamen ad naves condendas valdè idoneo à natura donatus, crebrò à Gallorum nauris & mercatoribus invisitur, qui cerium & ceram colimunt, & focum in Europam transportant. Nuces & ficus incolæ minoribus navigiis in urbem Tunes, ut eò venundentur, transmittunt.

CONSTANTINE Provinciam nominis sui participem reddit *Constantine* totius hujus regionis primariam ac præcipuam oppidum, quod interioribus partibus situm suum adeptum est. In tractu maritimo sequentia loca notatu digna visuntur. *Cabo de Bugaronie* promontorii in mare exerti apex: *Chollo*, vel *Col*, aut *Collo* civitas, quæ hoc tempore etiam *Al. Col. del muticupatur*, sub pede montis collocata muro rum cinctum plane deliuitur, ac aperta à castro quodam proximo scopulo insidente defenditur. Hajus loci portus securitatis plenus omni periculo vacat. *Sucicicada* in ulteriori tripa occentans alia est urbs cutiffimam itidem, & maximè idoneum portum exhibens. *Talifem* & *Eftora* vel *Stora* sita sunt in ultima sinus *Gosso d'Eftora* appellati, quem mare inter *Gosso & Eduo* promontoria *Cabo de Bugaronie*, & *Cabo de Ferro* interi magno hiatu diffociato inicit. *Sufemar* fluvius grandi alveo magnam aquarum multitudinem continens, fontium suorum scaturiginem habet in *Bugia* regionis montibus *Amrat*, ex qua pedibum elapsus est, incultas, steriles, & aridas planicies permeat, meatusque suos flexuosos ad urbem *Conftantinam* deducens, flumine *Aturzeh* secum abrepto, ad mare properat, perrupisque asperis montibus se in illud præcipitat. Crebris navigationibus ad superius nominata duo loca delati *Cali & Gronuesini*, frumentum, corium & ceram precio ab incolis redemptas merces secum auferre solent.

BONA Provinciæ appellationis suæ nomine *Bona* metropolitanæ devincta est. Inter *C. de Ferro*, & *C. de Madre* promontoria 22. hiatu aperto litus deficens ira. iterum æstuario quodam dividitur, in cujus margine sedem posuêre *Ferra de Lara*, & *Ferre Cruz*. Illi consectim aliud subjicitur *Cosso de Bona* cognominatum, quod 2. fatis apicibus *C. de Madra*, promontorio nimirum occiduo, & *C. de Rosa* orientali angulo intersecti tur. Ineum undas fuas effundit *Tadeck*, vel *Isdeck*, aut *Isgel* fluvius, qui ex spaciosâ montium M joris Atlantis corundi propter *Conftantinæ* urbem collecta oriundus, per planicies subjectam profeiscitur, ac ad mare veniens 1. mill. distantis ab urbe *Bona*, quæ in Orientem propendet, undis maritimis commiscetur. *Bona* 37. grad. & 10. scrup. longitudinis, & 15. grad. 40. scrup. latitudinis Borealis obtinens civitas, aliquot aliis etiam nominibus decoratur. *Belidbuneb* enim, aut *Beledel Ygneb* denominatur, appellatione significante urbem *Infubarum*, quod fructuum genus ubertimo proventu hic crescere consuevit. In scopulo extructa, quâ parte Orientem respicit, castello munitur, in quo Gubernator Turcicus domicilium suum habet. *Cabo de Rosa*, vel *Rose*, aut *Rosa* gulus est promontorii ex rubris lapidibus, aut scopulis constantis, quod ab occidente sinum prehendit, qui ab Oriente promontorio suo Orientali *Cabo Negro* claudituur. In eo ceterere est Insulam *Tabarcam*, *Marfacarit*, *Marfacarese*, vel *Mafacrea* exiguo ambitu concludens portus, quem reductus aliquot machinis tormentariis ceuftus defendit. Hoc in loco conftructum fuerat fortalitium *Baftion de France* nomine, ubi Gallorum naves ftationem habere solitæ. Fortalitium quidem appellatum, cum reverà ædificium tantum grande fuerit ædium Orientalium more tecto pluno conectum, ac Turcici Imperatoris consensu hoc in loco erectum in usum Gallorum, qui in ora hac maris Barbarica, ut vocant, coraliorum piscatui vacant, eademque opera plures merces, frumentum puta, corium, ceram, equos, & alia bona commentes, incolis haud parvam lucrum adjicient. Illud tamen ante paucos annos Turcarum milites dejecerunt, fame excitati, quæ regionem hanc

Biblioteca Museo Franz Mayer

tunc temporis divexabat. Culpa imputabatur Gallis mercatoribus, qui maximam frumenti copiam coëmptam avehendo, regionem annona denudasse, & famem hanc concitasse dicebantur. Postea Galli novâ venia impetratâ ad 3. circiter à priori loco militare ulteriùs progressi, alias etexerunt ædes propter finum quendam, ubi hactenus naves anchoris ferantur, ac in ædibus dictis domicilium habent, quamdiu coeabiorum piscatu distinentur. Est autem coralliorum piscatio hic non minus lucrosa, quam celebris, adeo ut rumore percrebuerit, ramos ex mari extractos esse, quorum diameter duos digitos longitudine superavit. Crassitiei tantæ occasio est, quod piscatus aliquandiu intermissus coralüs ad tantam crassitudinem perveniendi tempus indulserit. *Gallorum* nautæ hujus loci ab urbe *Aterfilâ* distantiæ 150. mill. *Gallica* attribuunt, quæ ad *Germanica* reducta centum & duodecim dabunt. *Tabarca* insula quamvis *imperio* Imperio *Turcico* sita sit, attamen *Lomellini* nobilis familiæ Genuensibus est subjecta, & dimidia ferè militaris spacium circuitus suo cingit. Ad scloperi ictum, aut aliquanto majore intervallo à litore divisa, magno & valido foetalitio latus suum Aquilonare tuetur: reliquæ vero suæ partis tutelæ 5. castris parvis in ambitu reliquo extructis consulit. Præsidia Genuensia his imposita insulam ab omni Turcarum vi & impetu hostili defendunt, & numero ad defensionem necessario partitæ ac copioso alunter, quamvis *Genuenses* cum *Turcis* jam multum sit bellum, verùm pax inter ipsos constituta vigeat, pro quâ *Bassa* qui in urbe *Tunis* cum imperio morarur, quotannis 4000. & alteri *Algeri* urbi & regno præfecto 2000. coronatos solvere *Genuenses* solent. *Turca* etiam militibus pluribus, quos *Iamissares* vocant in continentia litore oppositio excubias diligentissimas agunt, & solerti industriâ, accuratisque observatione omnes peregrinorum actiones explicantur. Commercia firmus Genuensibus hic intercedunt cum incolis & Turcis, de quibus triticum, hordeum, avenam, fabas, ceram, palmulas, lanam, & plures alias ejus generis merces emunt, emptasque navibus suis *Genuam* transvehunt. Coralliorum verò piscatus & Genuenses & Turcas quovis anno maximo lucro ditat. *Galiga* N°. 43. parva, arida, & scopulosa insula, habitatoribus destituitur, penitusque inculta maximam partem ex ortu in occasum dimidii militaris parvi extensione projicitur. Adeo sterilis est, ut nec gramen etiam producat, tantum abest, ut in ea arbores aut frutices inveniantur. Altitudo ejus Borealis ad 37. gradum & 40. scrup. refertur. Angulus ad Orientem prodivis in acutum acumen acutissima cuspide terminatum definit, ac effigiem panis facchari exhibet: Propter illam scopulis quibusdam aqua diffunditur. Meridionalis margo navali commodo naves ad se allicit. Qui navim suam anchoris hic affixit, ex editioribus scopulis consensis facilè subjectum Barbariæ Africanæ litus cernere potest, si nubium aërem obscurantium densitas ipsi impedimento non fuerit. Distantia usque ad insulam Tabarcan, 9 aut 10 milliaria comprehenditur.

Bona. Hoius litoris *Africani* ad hanc provinciam pertinentis incolæ adeo stupidi sunt & rudes, ut utilissimam illam coralliorum piscationem in usum & commodum suum convertere nesciant, eamque peregrinis permittere cogantur, utilitate sola contenti, quæ ex peregrinorum industria in ipsos redundat. *Mele* hujus provinciæ urbs, latæ commercio nobilis, pannorum parandorum artificio deditis incolis abundat. *Bona* civitatis habitatores littoreum maximam copiam in *Numidia* divendunt, *Arabes*; territorium urbem *Bonam* circundans incolentes, lac suum in civitatum Tunis & Bonæ fora venum expontunt, aut etiam in insulam *Gerbes* trajiciunt. In campis provinciæ plerisque multum frumenti crescit. Jujubarum agri *Bonam* urbem cingentes plenissimi sunt. Siccant fructum incolæ, & hyberno tempore comedunt. *Mole* urbis civis horrorosa penitis, piris, aliisque arboribus frugiferis conferunt, fructuumque copiam magnam congregant. Multum item frumenti in portus matinos advecti nautis precio accepto concedunt. Non minus etiam re pecuariâ lauti sunt, quâm illi qui in territorio *Bonam* urbem ambiente habitant. Maris fundum passim rubris, albis & nigris coralüs repletum esse piscatus uberrimus aperte loquitur.

TUNIS, SEU TUNETANUM REGNUM.

TUNIS, VEL TUNETANI REGNI ora maritima cum amnis *Guadilbarbar* ostio, quod occiduus horum litorum finis est, incipiens secundum maris mediterranei extensionem decurrendo ibi germinum suum offendit, ubi *Capi* fluvius, hujus marginis *Tunetani* limes Orientalis, in *Golfo de Capi* sinum fluctibus suis defendit. Diversas provincias hoc regnum complectitur, quorum *Imperator Turcicus* est Dominus. Earum provinciarum quæ mare mediterraneum attingunt, litora sic se habent.

TUNIS.

BISERTA Provincia. *Guadilbarbar*, vel *Hamed Tibarbar* fluxus alvei sui initium facit, quà a. quarum ex colle quodam in *Fyhs* vel *Lorbus* civitati vicinis fero, erumpentium coacervatio congregatur. Inde canali quodam ex albis lapidibus cæsis compacto, ad & per dictam urbem deductus, diversa molendina cursu suo rotat, ac postea mare petens totuosis flexibus serpentis instar tertas radit, adeo ut iis quibus inter inter urbes *Bonam* & *Tunes* est faciendum, summo cum periculo & maximâ molestiâ viginti quinque vicibus hic fluvius sit transeundus, quandoquidem nec ponte aliquo sternitur, nec naves ad transeundum necessariæ alicubi in margine offenduntur. *Cabo Negro* longiore extensione in mare exspatiantis promontorii angulus, qui ex Orientali plaga navi advectis procul conspectus insula esse videtur. *Rosamisfah* vel *Rosamusfah* alius est apex promontorii è litore ejecti, quod mox alia duo promontoria sequuntur; iis commune nomen est *Due Dui Torri Zorri*, id est duæ sorores, eo quod magna similitudine inter se conveniant. *Cabo Mora* dine convenientia 2. quasi sorores esse videantur. Proximè litori admotæ sunt 2. insulæ in exiguam magnitudinem arctatæ, in quarum comitatum admissus est ex maris fundo exertus scopulus fastigium cuspide acutiore acuminans, ac parvam quasi turriculam formans. Insulas has cum scopulos *Italorum* nautæ *Fratri*, id est fratres nuncupare solent; quandoquidem ut priores fororum initar, ita hi tanquam fratres inter se conveniunt. *Cabo Mora* bur, promontorii rotundo monte constantis acu men, unde sinus aut brachium quoddam à mari in terram introditur, cui in margine introitus à finistro accumbit *Biserta*, aut *Bisserta* civitas, quam *Afri Benserth* vel *Beoserth* appellitare confueverunt. Brachium hoc interiora terræ penetrans laxiore spacio in arduarium grandius se dilatat, ac paludem magnam efficit, cujus margini præter piscatorum æides & laboratorum domicilia hinc inde dispersa, octo satis grandes pagi appositi cernuntur. Nominata civitas spacio quidem exiguo inclusa, nihilominus sex mille familias, duos grandes carceres mancipiorum custodiæ destinatos, domum mercatoriam, seu ædes publicas merces negotiationi inservientes custodia sua conservantes, turres duas, & propugnacula aliquot fortia, quibus portus defendi potest, complectitur. Ea regendæ Gubernator Turcicus præficitur. Sinus autem hujus, qui ab adjacente urbe *Golfo de Biserta* denominatur, margini Orientem solem inspectanti duæ insulæ exiguo ambitu cinctæ pexiacent, quibus *Cani*, vel *Canis*

GOULETTA vel TUNES Provincia duplex nomen sortitur à metropoli sua regiâ, quæ hujus regni *Tunetani* primaria ac præcipua *Tunes* appellatur, & ab adjecta ipsi arce fortissima, cui *Goletta* nomen est. In eius litore loca sequentia observationem mererentur. *Cabo de Carthago* promontorium appellationem sibi adscivit ab urbium olim celeberrima *Carthagine*, quæ situm suum hoc in loco habuit. Alio nomine etiam *Rosa de Mastissares* appellatur. *Afrii* autem *Almenara* dicitur. Portum autem adjunctum *Marsa*, vel *Marza* iidem cognominant. Parva hic est civitas veteris *Carthaginis* collapsa rudera occupans, ac 800 circiter ædes circuitu suo includens piscatoribus tantum, hortulanis, opetariis, & aliis, qui lineis deallbandis occupantur, domicilium præbet. A promontorio C. di *Carthago* litoris ora pergit ad sinum quendam introitu contractiore aquis admitentem, quæ admissæ intus laxiore spatio se dilatant, effluxumque prolixius efficiunt. Huic adnota est *Tunes*, aut *Tunis*, *Afris Tunes*, 4. milliar. interpositu à mari, & 1. milliar. Gallicorum interjectione ab antiqua *Carthagine* secreta civitas, quæ nuper olim solis, vallis, & propugnaculis munitissima fuit. Horum operum militarium partem dejecerunt Turcæ, quanquam adhuc multi restant, qui 40 ulnas altitudine sua colligentes, ab impadis turribus & propugnaculis undiquè præstringuntur, & delendantur. Numerantur autem in hac urbe 8 portæ, 18 plateæ magnæ patitet atque latæ, plurimæ minores, & angiportus copiosi, duo fora admodum spaciosa, in quibus omnigenæ merces venum exponuntur, mutatoriumpia, Palatium regium unum, & infinita ædificia pulchritudine & splendore excellentia. Memoriæ proditum est, antehac ædium 10000 in ea inventa fuisse; Verum ab illo tempore, quo *Mauri* & *Afri* ex *Hispania* seu *regno Granadensi* exterminati, incredibili numero in *Africam* tedicre, eorum haud exigua pars domicilia in hanc urbem transtulere, tanta incrementa sumpsit, ut vix alii Europæarum urbium aut pulchritudine, aut splendore, aut

commerciorum exercitio quicquam concedat. Tribus suburbiis cingitur, quorum unum ante portam *Bessavatica* 300 focis constat; alterum juxta portam *Bebelmanora* aliquot mille focos numerat; Tertium ante portam *Bebel Bacchor*, id est matinam portam, sita 300 ferè ædes admodum humiles & angustas complectitur, & à *Venetis*, *Genuensibus*, aliisque *Christianis* mercatoribus inhabitatur, qui eâ de causâ in hoc suburbium habitatum concedere solent, ut à *Turcis* reliquaque *Turcarum* & *Africarum* face separati, liberiorem vivendi potestatem habeant. *Gouletta* vel *Goletta*, à fluxu inter- *Goletta.* pieteris, parvum guttur denotat: vocabulum per diminutionem desumptum ab *Italico* vocabulo *Gola*, quod guttur significat. Fortalitium eli munitissimum, quod insulæ cuidam seu potius monti cuidam parvo supra aquam & alium attollenti, & jugum planum habenti inædet, ac ostio canalis oppositum est, per quem minoribus navigiis, *Barchis* nimirum, ad urbem *Tunes* transitus patet: vicinum item est paludi *Goleta*, quæ ipsi appellationem suam debet. Turcæ ibi magnum & commodum portum excavarunt, muniverunque hoc tanto ædificiorum numero auxerunt, ut urbi quam fortalitio longè similior exilat. Duplicia mœnia ipsum ambiunt, vallaque valida propugnaculis validis munita mœnium fortitudinem augent, quibus si fossas profundas *Edmuxtrin*, nihil ad fortis munimenti defectionem desiderari posse certères. In urbe fons aquam dulcem ejecit. Canalis ex lapidibus cæsis conjunctus mediam aream transit. Veteris munimenti reliquiæ nulle cernuntur, nisi macrorum strues lapideæ, & rudera collapsa, atque in medio mœnibus positio quædam veteris propugnaculi, seu angulus quidam refidnus, ex quo 24 *Ienissari* seu milites Turcici quotidianas excubias agunt, 10 machinis tormentariis portum defendunt. Hoc quoniam tutorum *Carolus V. Imperator*, postquam expeditionem illam memorabilem maximo itinere in African instituisset, anno 1535. ex fervitute *Turcica* eripuit. Verum *Turcæ* anno 1574. eodem vi bellico iterum potiti sunt. Inest litus *Tunetanum* seu *Golfo de Goleta* & alterum *Golfe de Mahometa* litus longiore acumine, cujus apex extimus bifurcatus in 2 angulos definit, mare penetrat. In eius latere Borcholybici flatibus exposito apparent *Rabia*, & *C. de Zaffran* promontorii cuspidam in mare abeuntis extimus angulus. Bifurcati autem apicis occidua cuspis *Cabo Bona*, vel *Cabo de Na-* *C. Bona.* *bis* appellatur. Cuspidis Orientalis *Cabo Capia*, vel *Zuppia*, *C. Capia.* *Gallipa* nomine notatur. *Cuspidi* occidua rectâ vià se opponit *Zembra* vel *Zembaro* in effigie hydrographi- *Zembra.* ca N. 37. notata insula. Unde aliquanto altius in mare oculos si conjeceris, è regione extimi Siciliæ anguli in conspectum tuum se dabunt scopuli seu cautes *Chiebi*, *Chebi.* vel *Zoppi*, in litorali effigie N. 18. indicati. Horum scopulorum cacumina admodum præcipiti declivitate parum supra aquas eminentia & valde acuta, insultantes maris fluctus infringunt, magnoque murmure, ejulatuque horrido recedere cogunt. Justa litus hoc à *Cabo Negro* promontorio aquarum cursus incipiens ac *Biserti*am præterlabendo promontorium *Cabo Bona* petens ut plurimum, ac ferè per totum annum in Orientem ferrur; Venti vero frequentiores flatu hic dominantes sunt Notoëlibycus, Zephyrus, Borcholibycus, & cæteri qui horum latera stipant.

Bona & Mutten. Quæ *Mersa* vel *Carthago* vetus, solum à se in occa- sum & meridiem recedem, dimittit, pulcherrimorum consertu & cultissimorum hortorum numerosa multitudo o- ra- mnis generis magnis, pulchris, ac gratissimo sapore palatum delectantibus fructibus exornata occupat. Scatet enim arbusta illa malis Perficis, Punicis, Citreis, aureis, limonibus & aliis ejusmodi fructibus, quorum maximam partem hortulani in forum Tunetanum important, & vendunt, ut ære graves domum redeant. Solum circumjacens fertili natura dotatum quidem est, sed angustioribus cancellis definitur, utpote quod propter montes proximos, mare vicinum, & paludem Golceta Septentrionali & Orientali suo latere conti-

Rrrr guam,

Biblioteca Museo Franz Mayer

gasam, intra limites arctiores se continere cogitur. A Marsâ ad urbem *Tunes* itur 65 f. milliar. Totum hoc interstitium aridiore terra constans, nullis fontibus aut rivulis rigatur. Ad dimidium ab urbe *Tunes* milliare in unicum hujus totius districtus fontem incides. In ipsâ quoque civitate *Tunes* nec fontes viva aqua salientes, nec putei, ex quibus aqua dulcis exhauriatur, inveniri possunt. Cisternis solis aquam pluvium ex tectis & aedibus confluentem excipiunt, & ad usum conservant. Fons est tamen unus, cujus aquæ in *Bassa* & subjectorum ipsius usum solum conservantur. Molendina aut à bobus circumagantur, aut manuum humanarum opera rotantur. Extra urbem rivulus etiam est, cujus cursus molæ nonnullæ moventur. Omne illud latus, quod ab urbe *Tunes* ad occidentem vergit, à quibusdam rivulis rigatum humiditatis alicujus particeps fit, ac propterea fertilitatis meritiquam expers est: Sed latus Orientale aquarum penuriâ laborem admodum sterilis, cui sterilitati haud parvum etiam adminiculum præbent creberrimæ *Arabum* prædonum invasiones, & depopulationes, qui frequentibus depredationibus agricolas & rusticos in perpetua paupertate detinent, adeò ut multoties in urbe *Tunes* maxima frumenti caritas ex hoc incommodo oriatur: idem etiam ligno usu venire solet. Animalia fera, quæ in hujus districtus silvestribus locis commorantur, sunt Leones, feri boves, vaccæ eæ-jusdem naturæ, struthiocameli, simiæ, chamæleones, hirci feri, lepores, phasiani, & perdices. Equi & Cameli in urbe *Tunes* tolerabili precio emuntur. In eadem habitant varii opifices, & mercatores, aromatarii nimirum, pharmacopolæ, sartores, sellatii, odorum precio-sorum confectores, pistores, præcipuè autem qui panem oleo subactum coquunt, lanii, & textorum magna multitudo, liquidem lineis mercatura opulenta in hac urbe exercetur, eâque de causâ plusquam trecenta taberne instructæ inveniuntur, in quibus panni & lintea sola venduntur. Commercium enim hoc, quod ex lineis exsistit, unum ex præcipuis est, ac urbi huic maximæ est utilitati, utpote quæ per totam Africam limes sua distribuit. Oleum verò toti Ægypto communicat. adeò ut hæc mercatura præcipuis annumeranda sit. Porrò etiam multos equos *Tunetani* mercatores vendunt, ut & Struthiocamelorum plumas, maximam item olivarum & finegmatis copiam in urbem *Alger* mittere quotannis consueverunt.

Sousa. SOUSA Provincia nominis sui originem adducit *Susum* metropolin suam. In eius littoribus loca, quæ notam merentur, sunt; *Golfo di Mahometa* anfractuosa diffusione littori injectus sinus, qui in Orientali, illius longo tractu in mare procurrentis acuminis, cujus modo nostro fasta est, latere fodet, ac appellationem

Mahometa. suam accipit ab adjacente urbe *Mahometa*, quæ etiam *Hamamet* cognominatum habet, & 17 milliar. segregatione ab urbe *Tunes* recedit. Bonis & foetibus muris cincta, in maris littore opportunum situm elegit.

Susa. *Susa* vel *Susa* urbs hujus provinciæ primaria angulo hujus sinus in Notapeliotem converso, & parvo fine excavato immoratur, ac scopulo injecta est, qui haud facili negotio adiri potest. 25 circiter milliaria inter eam atque *Tunes* urbem interjecta sunt. In duas urbes, superiorem videlicet & inferiorem, divisa, portu eximio navibus stationem opportunam offert, ac muris ex quadratis lapidibus constructis septa ædificiorum elegantiâ splendorem suum ostentat. *Pholkerton Sabaudia* Princeps, anno 1619. cum strategemate occupare conatus plurimorum militum ac Maltheusium equitum jactura receptui canere coactus fuit. *Arabes* enim, quorum auxilium *Turcis* brevissimo temporis spacio succurrere potuit, nimia celeritate ipsi imminentes fortiter conatus eius repulere. *Commigeras* parvus quidam locus in apice quodam cernitur, cui duæ parvæ insulæ prejacent.

Bona, & commercia. Districtus *Susam* urbem obumbulans hordeo ferendo idoneus est: Multæ ibi ficus nascuntur, & olivæ, palcorumque lanorum occasione plures etiam vaccæ fallentantur. Cæterum tota provincia ficubus, pinis, malispunicis, ac oliris cumprimis abundat. Qui Mahometam incolunt, aut piscatui vacant, aut nauticam rem exercent, aut cæbonibus uerdis operam dant, aut lineis dealbandis occupantur. Potissimus hujus littoris accolarum cibus est panis hordeaceus, & farina hordeacea oleo cocta. Hordei enim solius hic tractus fertilis est. Civitatum *Susa* & *Mahometa* habitatores in mari etiam commercia exercent.

Africa. AFRICA vel *Mahadia* Provincia appellationem sumit ab *Africa*, quæ huius regionis caput Africæ *Mahadia* & aliis *Elmahdia* dicitur. Situm suum adepta est hæc civitas in angulo exiguo, lingulâ vix 200 passus latâ Continenti annexo. Hæc duplici muro, fossaque magna & profunda, turribusque muros defensione sibi respondentibus, omnem ad urbem aditum intercludit. Reliqua urbis pars circumcirca maris fluctibus implicita aquarum vallo ita munitur, ut difficilis admodum, aut fere nullus ad eam aditus detur, quamvis operum militarium validitate & turela lingulæ illi munitæ minime par sit. Fundum enim maris circumjacens tot ac tantis pulvinis constratum est, ut viarum ignotis accessus neutiquam concedatur. Portum spacio satis magno explicatum, ac 30 triremes recipientem, urbis mœnia intra se continent. Introitum instar portæ propugnaculum unum, & turres aliquot adjectæ firmissimum reddunt. Adeò angustus autem est, ut triremis, postquam remos omnes contractos intus recondidit, vix ac ne vix quidem per eum inerare queat. Longo autem tempore hæc civitas Tunetanis regibus subjecta fuit. *Assan Gerbin* sanguinis vinculo Barbarosſæ conjunctus, incolarum quorundam proditione adjutus, eam in potestatem suam redegit. Exterminatus tamen est iterum à civibus, qui tyrannidis ejus pertæsi, virili animo se in libertatem vindicarunt. Tandem *Dargut*, vel *Dargut* piraticam in mari exercens *Turca*, anno 1545. proditorum quorundam ex incolis adjumento eam occupavit, ac *Turcico* imperio adjecit, adeò ut hactenus *Imperatoris Turcici* habenis coërceatur.

Cayraoan. CAYRAOAN Regio exigua ora suis maritimis sequentia loca comprehendit: *Cusar Bunater* parvi momenti locum, & *Farcote*, vel *Fachs*, aut *Asfaun*, *Esfaun*, *Esfaun*, *Affaun*, & *Affaquen*, (tot enim nominibus diversis donata est) quæ spaciosum locum occupat, ac muris bonis includit, adeò ut incolarum frequentia excellens olim fuerit civitas, quam temporis decursus & injuria eo redegit, ut hodie vix 400 focos comprehendat. Hic non habitant nisi textores, piscatores & nautæ, qui parcè ac duriter viventes, pane hordeaceo & farina hordeacea oleo cocta vitam sustentant.

TRIPOLI REGNUM.

Tripoli. TRIPOLI REGNUM sub se habet provincias sequentes, *Tripoli* nimirum, *Ezzab*, *Cyrenaïc*, *Mamarmarica*, *Barca*, cum insulis aliquot, inter quas *Gerbes* familiam ducit. In præsentis tabulæ Hydrographicæ illustratione ultra *Cabo Mesurata* promontorium non progredientur. Reliqua hujus Regni, quæ restant, littora insecundæ tabulæ Hydrographicæ, quæ reliquorum maris Mediterranei tractuum maritimorum effigiem repræsentat, rejiciemus.

Tripoli. TRIPOLI Provincia, ut & toti huic Regno nomen hoc, largitur *Tripoli* civitas, non regionis solummodo hujus, sed & totius hujus regni metropolis. Maritima in hac regione sic se habent. *Cherchera*, vel *Querquera*, aut *Isle de Querquenoies* Insula angulum occidentem, Sinus *Golfo de Capi* cognominati, longitudine sua 8. circiter milliaria metitur, ac in medio divisa duarum insularum figuram habere videtur. Inter Notapeliotem, & Borrholybicum extenſionem suam propiciens, angulo suo in Borrholibycum protenso insulam parvam obtendit, cui *Feira* nomen est. Ab ejus latere occiduo fundum siccum & vadosum in mari fere usque ad urbem *Africam* derivatur, quod originem suam ab insulæ extremitate Meridionali, & Boreali deducit. *Golfo de Capi*, vel *Capes* appellationis suæ ortum habet ab urbe *Capsi* ibi adhærente. Insigni & spacioſa magnitudine expansus sinus 41. longitudinis, & 32. latitudinis Boreali gradum obtinet, ac antiquorum Syrtis est parva seu minor. Syrtis in mari locus est modo aqua abundans, modo parum aquæ habens, modò eadem

Mahomet. planè carens, adeò ut ipsa arena interdum nuda conspici queat. *Mahomet* vel *Mahometa* vicus cadscilo cuidam adjunctus, ac locarus in hujus æstuarii magni angulo, qui in Notolibycum expenetrat. Interscriptum & *Gerbes* insulam 12. vel 13. milliar. distantia intercedit. *Frexalo* nomen est 3. parvarum insularum, quæ in fundo sinus à Meridie in Septentrionem procurrendo, eo passu se mutuò consequuntur, ut rectam lineam formant. Earum prima & Meridionali plaga proxima, exiguo admodum divortio à continentis ora sejungitur.

Cape. *Cape* vel *Capes*, *Capsa*, aut *Cusar*, ab *Africa* *Cabes* cognominata civitas, altis & fortibus muris circumvallatur, & castello admodum forti defenditur. Offitum fluctus *Capsi*, vel *Capesi*, vel *Capsa* quod in deserto quodam grandi versus meridiem sito scaturiginem suam habere dicitur, aut in monte *Vasallat*, ut *Anania* placet. Flaminis huius aquam adeò calidam esse perhibent, ut qui eam biberit velut à totam horam prius quiescere sinat, quam potui accommodam invenant. Incola in more positum habent, ut per totam noctem ipsam quietam & immotam relinquant, antequam in usum adhibeant. Ubi ad urbem *Capsi* pervenit, undarum in mare dilabentium onere liberatur. Porrò in hujus Sinus margine situm suum nacta sunt prioribus succedentia loca, quæ sunt *Zachil*, *Cusar Nacur*, *Sakinibes*, *Meroet*, *Potenzata* vel *Zerbi* civitas, & *Zarrat*, vel *Zaara* vetustatis notæ urbs cum portu suo in eusdem æstuarii grandis angulo, qui in Notapeliotem prominentiâ sui fertur, collocata. Huic è regione objecta conspicitur *Gerbes* vel *Zerbe* insula, ab alis *Gerbe* nuncupata, quam Hispani *Gelves*, Arabes *Gezire*, id est, insulam, & incolæ *Algelvesi* vocare consueverunt. 4. aut 5. mill. orbitam circumcudo conficiens 42 grad. à primo meridiano, & 32. ab Æquatore ad Boream digrediens. In Boreali portione castellum apparet cum 4. aut 5. viculis per illum partim dispersis, & in reliqua parte nil nisi villa quadam rusticula, hic & illic quasi disseminata. Est autem insula hæc plana, macra, & arenis referta, adeò ut incolæ continuis humectationibus aquarum ex puteis profunde ex terra effossis hauſtarum soli hujus aridati succurrant necesse sit, ac magnis laboribus quotannis aliquid hordei tantum singulari sua industria consequantur. Crescunt etiam in eadem, caryotæ aut dadyli, uvæ passæ, ficus, olivæ, & alii fructus, ac & Lotus arbor, quam Plinius lib. 13. cap. 17. describit. Ex hac arbore, quæ & in vicino continentis litore frequens esse solet, incolæ potum, aut vinosum liquorem conficere noverunt, qui sapore suo ab Hydromelite parum abscedit, sed ultra 10 dies in vigore suo non manet. Potio hæc ab *Italis Bagolara*, & ab *Arabibus Tedar* vel *Zadar* cognomentum accepit. Caro in hac insula magni constat propter pernarum animalium, quorum carne homines vesci solent. Eth etiam incolis bonorum pannorum studiosis, frequens commercium, quo pannos ex lana contextos *Alexandriam* in *Ægyptum* transvehere solent, quibus etiam fructus suos, uvas passas præcipuè adjungunt. Arabes singulis septimanis forum insulæ frequentantes lanam, & pecora sua vendunt. In Ulteriore continentis ripa porro obviam progrediuntur. *Beala de las*, *P. Tebi* portus *Palmeri*, *Rasfamabet*, vel *Rasfamabes* in octo fluminis eodem cognomento insignis, *Porta de Arafa* portus, Casar, Vol, *Tripoli Vecchio*, seu vetus *Tripoli*, de qua civitate olim floreute nil nisi parietinæ & ædificiorum splendidorum exuviæ sunt relictæ. & *Tripoli de Barbaria*, quod cognomentum eo fine huic civitati adjicitur, ut à cognomine *Tripoli in Syria* ora maritima urbe sita distingui possit. Hunc autem *Turca Terabulus*, *Hispani Tripol*, & *Affri Trebolo* vel *Tarabilis* vocitant. In arenolo territorio adjacet pulchris quidem sed non admodum fortibus,

aut imperium sustinentibus muris exornatur, plateasque habet eleganti ordine convenientes, ut & ædificia ejusdem in urbe *Tunis* more ædificatarum. In confinio hujus civitatis ostium patet fluvio, qui ab urbe etiam *Tripoli* denominatur.

Bona & mercatura. Hujus Regionis solum arenosa superficie contextum, eaque de causa adeo sterile est, ut fere nullum in frumentum nascatur, incolis urbis *Tripoli* fame moriendum esset, ni ipsis commerciorum usus adimeretur. Hinc ubi venit, ut perpetua annonæ charitate diveretur, qua frumentum ipsis ex aliis locis submittere oportet. Tota civitas & fontibus & putei caret, & solarum cisternarum aquam pluviam congregantium, operâ aquæ dulcis compos fit. Dactyliorum seu palmularum copiosissimus est proventus. Lothique arborib, in cujus mentionem insulæ *Zerbi* descriptio nos adducit, copia maxima. Propter *Capes* etiam palmulas multas ferunt arbores ibi copiosè crescentes, & in campis sub terra fructus inveniuntur frequentes, qui fabæ figuram, amygdalæque sapores habens *Hallebas* nomine inter *Arabas* innotuit. Per totum regnum *Tunis* cibus est usitatus, & creber. *Tripoli* urbis incolæ ex lana filisque linteamina contexunt, & frequentibus commerciis operam dant, in *Numidia*, *Tunetano regno*, *Alexandria*, in *Malta* & *Sicilia* summa industria negotiationis rationem habentes. Multa mancipia Æthiopica, quos *Negros* vocant, inde in *Turcium* abducti quotannis venduntur.

Ezzab. EZZAB vel *Azzab* Provincia sequentia loca in ejus maritimo suo tractu ordine producit, *Tessera* nempe vel *Tessura*, *Rasgara*, vel *Ras Axarra*, *Rasamisel*, vel *Rasamsser*, *Lepide*, *Porto Magro* suum à mari mediterraneo in terram ingressum, qui portum complectitur, in quem *Magro* fluvius undas suas congestas exonerat, *C. Bardona* promontorium, *Brata*, & *C. della Gindora*, vel *Zodica*, alio nomine etiam *Cabo Mesurata*, vel *Mesrata* dictum promontorium, quo hanc prioris effigiei hydrographicæ, principiique in mari mediterraneo partis descriptionem hic finimus. Distinctus modo descriptus parum frumenti fert, sed plantis arum palmularum ferax est, ut & croci optimi, quod colore, & bonitate omnia alia croca longe superat, eodemque nomine maxoi etiam precio redimendum est. Mediterranea montibus *Gariun* vestiuntur. Eorum incolæ oleum olivarum, quod ex olivis sua exprimunt, *Alexandriam* deportare, crocumque sium in *Ægyptum*, *Gracium*, *Tunetanum* regnum, & *Turcium* mittunt. Tantam croci copiam montes istis reddunt, ut superioribus temporibus dominus regionis *Tripoli* & cæterarum adjacentium, quibuslam annis ex decimis, tantam croci vim consequutus est, ut 15 mulos eodemoncrare potuerit.

Distantiæ locorum hactenus descriptorum, quæ in Africano libro à Promontorio C. Spartel in *Freto Herculeo* sito, usque ad promontorium *Cabo Mesurata* progrediente inveniuntur.

Cabo Spartel, & Schermuccia Berg.	*Milliar.* 6
Tanger, & Ceuta	6
Schermuccia Berg, & Ceuta	6
Angulus prospice Ceuta, & Tetuch	5
Portus Tetuan, & Penon de Velez	15
Ceuta, & Penon de Velez.	20
Penon de Velez, & Buxey	5
Penon de Velez, & Buzema	10
Buzema, & C. de tres Forcas	13 vel 14
C. de tres Forcas, & Melilla	8
Melilla, & Ilhos Zafarinas	6
Ilhos Zafarinas, & Mellaria	4
C. de tres Forcas, & Ilhos Zafarinas	11 vel 12
Angulus prospet Custam, & C. de tres Forcas	40
Ceuta, & isola Alboran	40
C. de tres forcas, & C. d'Oro,	17 vel 18
C. de Oro, & C. de Figala	8
C. Figale, & C. Falcon	8
C. Falcon, & Cabo Caban, vel *C. Ferrat*	7
Bibir, & Oran	20
Marsaquivir, & Oran.	1
Cabo Carbon, & C. de Iyi	9
Cala Iuy, & Monte Santo	12

Biblioteca Museo Franz Mayer

Cabo Tenez, & Sicilia 10
Bercelle, & Algez 10
Monte de Sonne, & C. Cazenes 18 vel 19
C. Carsitto, & C. de Bugaronie 36
C. Bugaronie, & Cabo de Fere 7 vel 8
Cabo de Fere, & insula Tabarca 20
Tabarca, & C. Negro 5 vel 6
C. Negro, & C. Mordan 6
C. Mordan, & insula Cete 3
Gineta, & Gemelera 2
Gemelera, & Insula Zembara 6
Insula Zembara, & Cabo Bona 4
Cabo de Carthago, & C. Bona 10
C. Bona, & C. Cogita 5
C. Cogita, & Sufa 14
Sufa & Comagerias 3
Comagerias & urbs Africa 4
Africa, & Affarua 6

Diſtantiæ tranſverſæ Europæorum & Africanorum litorum, ut & Inſularum, quæ in priori tabula Hydrographica, priorisq; in mediterraneo maris partis effigiem repræſentantis deſcriptione illuſtratæ ſunt.

Cabo de Trafalgar, & Cabo Spartel *Mallar.* 7
Tarifa, & Cabo Spartel 6
Tarifa, & angulus propter Ceutam 6
Angulus prope Gibraltar, & C. Ceuta 5
Angulus poné Gibraltar, & Penon de Velez 22
Angulus propter Gibraltar, & C. de tres Forcas 40
Malaga, & Ceuta 21 vel 22
Malaga, & Penon de Velez 28
Malaga, & Cabo de tres Forcas 34
Ceuta, & Salobreña 35
Ceuta, & Cabo de Gata 52
Inſula Alboran, & Cabo de Gata 15 vel 16
Cabo de One, & Cabo de Gata 20
Cabo de One, & Cabo de Palos 36
Cabo de Figalo, & Cabo de Gata 20
Oran vel Cabo de Falcon, & C. de Gata 21 vel 22
Oran & C. de Palos 25
Cabo de Fer, vel Mellagan, & C. de Gata 34
Monte Simor, & C. de Cara 45
Monte Simor, & C. de Palos 27
Monte Simor, & C. de S. Martin 38
C. Cazenes vel Algez & C. de Gata 62
Algez, & C. de Palos 49
Algez, & C. de S. Martin 46
C. de Gata, & C. Figalo 20
C. de Gata, & Oran ſeu C. de Falcon 21 vel 22
C. de Gata, & Cabo 34
C. de Gata, & Monte Simor 45
C. de Palos, & Oran 25
C. de Palos, & Monte de Simor 27
C. de Palos, & C. Cazenes 44
C. S. Martin, & Monte de Simor 38
C. S. Martin, & Algez 46
Inſula angulus Notoliby co obverſus, & *C. S. Martin* 8
Formentera inſulæ apex Notoliby co oppoſitus, & *C. S. Martin* 14
Formentera inſulæ apex Orientalis & *Inſula Colorra* 16
Inſula inſulæ angulus Orientalis, & *Colorra* 12
Inſula inſulæ angulus Orientalis, & *Dragonera*, ſive angulus *Mayorca* inſulæ occiduus 10
Inſulæ Mayorca angulus occiduus, & *Cabo Dragonera* 40
Inſulæ Mayorca angulus occiduus & *Minorca Caldor* 15 vel 16
Angulus inſulæ *Minorca* Borrhapolitanus inſpectans & *C. Dragonera* 58
Inſula Minorca & Inſula Ere 60
Formentera, & Inſulæ Sardiniæ extremitas Aquilonaris 50
Inſulæ Minorcæ angulus Meridionalis, & *Corſicæ* Inſulæ angulus Borealis 64
Inſulæ Minorcæ angulus Meridionalis, & *inſulæ Sardiniæ* angulus Meridionalis 48
Inſula Yuica & Algez 40
Inſula Formentera & C. de Palos 30
Inſula Yuica vel Formentera & Alicante 18
C. Martin, & Inſula Yuica apex occiduus 8
C. Martin, & Inſulæ Formentera angulus in Notoliby cum proiectus 14
C. Dragonera, & Inſulæ Majorcæ cuſpis occidua 40
C. Dragonera, & inſulæ Minorcæ extremitas Borealis 30
C. Dragonera, & inſulæ Ere 38
C. Dragonera, & Leuantes 83
C. Dragonera & Mariola 36
C. Dragonera, & angulus Rocelæ in Corſica 60
C. Dragonera, & Guiſla de Alacia in Corſica 60
C. Dragonera, & Lamone juxta Sardiniam 63
Inſula Ere, & angulus Inſulæ Corſicæ Borrholiby cum inſpectans 16
Bay de Peras, & Inſula Roſſa poné Corſicam Inſulam, 28
Angulus S. Feſpucio & Roſſa propter *Corſicam* 23
Orenze, & C. Corſo 25
Torre Speccia, & C. Corſo 30
Liuorno, & C. Dragone 37
Liuorno, & C. Corſo 17
Piombino, & C. Corſo 17 vel 18
Inſula Elba, & C. Corſo 13
C. Corſo, & C. Delle Mole 14
C. Corſo, & Cenna 25
C. Corſo, & Porto Speccia 30
C. Corſo, & Liuorno 27
C. Corſo, & Piombino 17 vel 18
C. Corſo, & Inſula Elba 13
Iſla Roſſa, & Bay van Viriul 18
Iſla Roſſa propter Calvi, & C. Feſpucio 21
Iſla Roſſa, & C. Delle Mole 24
C. Roſſa & Corſica angulus Borrholiby cum intuens, & *Inſulæ Asinare* angulus Meridionalis 64
C. Roſſa, & Cabo Dragone 60
C. Roſſa angulus *Corſicæ* Borrholiby cum obiectus, & *Inſulæ Ere* 56
Golfe de Aiaſſe in Corſica & Cabo Dragonis 60
Inſula Aſinare propter Sardinam & Cabo Dragonis 63
Inſula de Pedro & Mariola 46
Toro & Galita 21 vel 22
Cabo Pula, & Galita 14
C. Carbonara Sardiniæ promontorium in Notapelitem eminens, & *Inſula Marinara Sardiæ* occiduo ſitu proiecta 28 vel 30
C. Carbonara, & Trapano in Sicilia occiduo margine 54
Angulus Sardiniæ in Notapelitem exeuns & *Leſſina* 58
Angulus Sardiniæ Notapelitem inſpiciens, & *inſula Capra* 60
Iſchia, & Palermo in Sicilia 42
Iſchia, & Stromboli 56
Inſula Capraja, inſulæ Sardiniæ angulus Notapelitæ obſitus 60
Inſula Capra, & inſula Vilica 38
Inſula Capra, & Alicur 30
Inſula Capra, & Cabo Larga 30
C. de Lorca, & Cabo la Mantia 28
C. la Mizithra, & Stromboli 9 vel 10
Iſchia, & Stromboli 36
Cabo Larga, & Stromboli 23
Palermo, & Iſchia 42
Palermo, & Inſula Vilica 34
Palermo, & Inſula Alicur 21 vel 22
Inſula Marettimo, & inſula Elba 75
Inſula Vilica, & Sardiniæ apex ad Notapelitem prorſus 42
Trapano, & C. Carbonara Sardiniæ apex Notapelitem inſpiciens 54
Cabo de Fere, & Inſula Galita 22 vel 23
Inſula Galita, & Tabarca inſula 9 vel 10
Inſula Galita, & Cabo Negro 5
Inſula Galita, & Scopuli Chobi, vel Quali 24
Inſula Galita, & C. Palo vel Pola Sardiniæ promontorium 12
Inſula Galita, & Toro ſcopulos propter apicem *Inſulæ Sardiniæ* 21 vel 22
Scopuli Chobi, vel Quali, & C. Bona 10
Quali, & Inſula Formentara 36 vel 37
Inſula Formentara, & C. Bona 26 vel 27
Inſula Formentara, & I. Fontalara 14
C. Bona, & I. Fontalara 23
Inſula Fontalara, & Africa in Barbaria littore citeriori 12
Inſula Fontalara, & I. Lampidoſa 13 vel 14
I. Lampidoſa, & I. Lampa 5
I. Fontalara, & I. Coſa occiduo *Malta* apice adiectus 25
I. Lampidoſa, & I. Coſa 17 vel 18
I. Fontalara, & C. Paſaro 40
I. Coſa, & C. Paſaro 18 vel 19
Malta, & C. Paſaro 21 vel 22
Malta, & Trapani in Barbaria littore 40
C. Paſaro, & I. Candia 206
C. Paſaro, & C. de Mongon. 86
C. Paſaro, & I. Sapienza 76
Malta, & Alexandria in Ægypto 200

MARIS MEDITERRANEI TABULA HYDROGRAPHICA POSTERIOR.

FIGURA HÆC MARIS MEDITERRANEI HYDROGRAPHICA POSTERIOR ejuſdem maris poſteriorem ſeu Orientalem portionem complectens, eorum litorum effigiem repræſentat, quæ Oriens ſol ſplendore ſuo colluſtrat. Hanc Italorum nautæ communi & uſitatâ voce *Levante* appellant, quemadmodum alteram, quâ Sol ſe ad Occaſum ſuum inclinat, ſitam, *Ponente* cognomento à priore diſtinguunt. Verum Orientalis hæc pars aliâ diviſione ſecta: iterum in duas partes diſſilit, ac duo diverſa dat oe atum ſuarum maritimarum latera, Siniſtrum nempè & Dexterum:

Sinuſtrum ſeu *Europæum* ab extremo Italiæ termino & promontorio *Capo Spartivento* dimiſſum cum *Italiæ* litoribus ſecundum ſinuſeras *Adriatici* maris extremitates *Venetias* aſcendit, atque inde iterum ſecundum ſiniſtrum ejus marginem cum *Dalmatiæ & Epiri* diſtrictibus maritimis deſcendens, ac mare ſuperum planè relinquens, *Græciam* porrò totam & *Moream* Peninſulam obvallat, ac in Archipelagum ingreditur, cujus inſaniæ reliquas *Graciæ, & Macedoniæ* oras, ac tandem *Thraciæ* litora opponit, donec *Conſtantinopolim* perveniens, in Ponti Euxini oſtio cum mari Mediterraneo finem ſuum inveniat.

Europæum latus.

Dextrum verò partem ex *Africa*, partim verò ex *Aſia*-*Aſia* litoribus conflat. Africanum latus à Promontorio *Cabo Mezzo* ad litorum ſuorum curſum inchoatum ultrà extimum, & ultimum Nili oſtium, quod ab Oriente ſole colluſtratur, ſenſim promovet, terminumque ſuum conſequens Aſiatico litori reſpondet ſpacium decurrendum tradit, quod in eodem loco iter ſuum ſuſcipiens cum *Syria, Caramania & Natolia* tractibus maricolis *Boſporum Thracium* ac *Conſtantinopolim* petit, atque ibi itineris ſui metam attingit.

Africum latus.

DIVISIO HUJUS IN MARI MEDITERRANEO PORTIONIS ORIENTALIS, AC MARIUM DIVERSORUM NOMINA.

MEDITERRANEI MARIS PORTIONEM diverſas partes comprehendit, ſeu diverſas in partes diſpertitur, quarum quæque proprio ſuo titulo gaudens ab altera diſtinguitur. Nomina inter Nautas uſitata, aut etiam ab antiquis ad nos derivata ordine enumerabimus.

GOLFO DE SATALIA.

GOLFO DE SATALIA, vel SATALIA appellationis ſuæ occaſionem arguit *Satalium* civitatem à Veteribus *Attalien* dictam, quæ in *Pamphilia* regione ſedem ſuam fixit. Nomine autem hoc ea marin Mediterranei portio deſignatur, quæ lateri ſuo Meridionali omnes eas *Africæ* oras lavat, quæ à *Cabo Bacatim* promontorio incipientes, uſque ad extremos Ægypti fines, Meridionalibus *Terræ Sanctæ* limitibus, conterminos proiiciuntur: Orientali extremitate ſuâ *Terra Sanctæ*, & *Syriæ*, vel *Syria* tractus maritimos legit; Borealibus ſuis terminis *Caramaniæ* extimos margines præterit, atque ita à his poſterioribus marginibus Aſiæ oras ſibi conterminas tangit; occiduos tandem fines cum Rhodii maris, & illius, quod Candiam ferit, limitibus, communes habet. Terminis itaque quos narravimus, *Golfo de Satalia* ſeu *Satalia* ſimo ita cognominatus, quod magni ſinus figuram obtineat, includitur, ſiſque alia maria membra ſua coerect: *Ægyptium* videlicet mare *Mormarica & Ægypti* oras lambens; *Syriacum*, quod *Paleſtina & Syria* Regionum diſtrictum maritimos elnit, *Sanctæque terræ* quæ *Paleſtina* partem eſt, finibus ſuos impingit; Siculum, quod Siculam inſulam undis ſuis perfundit, & tandem *Pamphilium*, & *Lycium*, quæ maria *Cilicium*, *Pamphilium*, & *Lycium*, regiones, id eſt *Natolia* provinciæ ſeu *Aſiæ* minoris latus Meridionale, quod *Caramania* noſtra ætate nuncupatur, fluctibus ſuis humectant. Sinus autem hic *Satalia*, qui etiam *Cyprum* inſulam clauſtri ſui coërcet, olim propter vehementiorem tempeſtatum & ventorum furorem admodum periculoſus fuiſſe perhibetur. Sedatiorem tamen evaſiſſe ajunt, ac pacatiorem redditum eſſe à *Sanctæ Helenæ*, quæ *Hieroſolymis Conſtantinopolin* reditum mutans, unum ex clavis, quibus Chriſtus crucè affixus eſt, cum per hoc mare navi veheretur, in illud conjectiſſe dicitur, à quo tempore tranquillius ſuctum, tranquillitatem hanc tanto miraculo acquiſitam hactenus conſervare creditur.

Mare Ægyptium. Syriacum. Sicilium. Pamphilium. Lycium.

MER DE RHODES.

LA MER de RHODES ou SCARPANTO id eſt *Rhodium* ſive *Carpathium* mare fluctibus ſuis circumbait inſulas *Rhodes, Scarpanto, Caſſo Piſcopia, Nyſari, Lango*, vel *Co*, & *Coſſino*, quæ omnes hujus maris finibus comprehenduntur.

MER DE CANDIE.

LA MER de CANDIE ou CRETE, id eſt mare *Candium* ſeu *Cretenſe* illud hujus portionis Orientalis membrum eſt, quod Inſulam *Candiam* ſeu *Cretam* fluctibus ſuis obambulans, Meridionali ſuo tractu *Golfo de Satalia* finibus imminet, ab Oriente cum *Rhodio & Carpathio* mari terminos communes habet, à Septentrione ab *Archipelago* attingetur ac Jonium & Siculum mare ea parte à ſe repellit, quâ in Occidentem pronum fertur.

MER JONIE.

LA MER JONIE, quod *Itali* idiomate ſibi proprio *Mare Ionio*, vel *Gionio*, aut *Golfo Gionio*, ut plurimum nominare conſueverunt, ſequentibus finibus circumſcribitur. Propter *Corfù* inſulam exordium capiens, & *Candii* maris limites extimos fugiens tàm Meridionale quàm occiduum *Moreæ* Regionis latus præterveh itur, *Græciæ* margines Occidentales attrahit, inſulas *Zante, Zephalonia*, & *Corfu* fluctibus ſuis implicans cum regionis Epiri margine litorali, & magna *Albaniæ* parte uſque ad maris ſuperi ſeu ſinus *Venetiarum* introitum *Bocca del Golfo di Venetia* cognominatum, quod inter *C. Linguella Albaniæ* promontorium, & *T. del Orſo* in Regni *Neapolitani* littore ſitum angu ſtiore hiatu, maris aquas in ſinum Venetum properantes intromittit, profectionem ſuam ſiſtitutam promovet, ac tandem totius litoris in regno Neapolitano

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

Orientalis dictum sequens, ubi in maris Siculi fines incidit, in exitum suum definit.

GOLFO DI VENETIA.

GOLFO DI VENETIA seu Sinus *Venetus*, aut *Venetiarum sinus* mare est *Adriaticum* antiquorum, cui appellatio hæc obrigit ab Adrii civitate in ejus margine sitâ. Vocabant etiam hunc sinum Veteres Mare *Superum*, quo cognomento illud à mari Tyrrheno distinguitur, quod antiqui appellatione frequentè etiam Inferum mare nuncupabant. Est autem in cinctum hujus finus propter ostium fauum, *Boca del Golfo di Venetia* Italis dictum, quod inter *Otranto* Neapolitani Regni civitatem, & *Capo de Lenguetta* Albaniæ ora maritima exertum promontorium in angustiores fauces contractum, maris fluctibus ingressum permittit. Hinc itaque exordiens latere in Notolibycum converso lieus, in Italia Borrhapelioteæ obversum undis suis humectando, primum Neapolitani Regni oras maritimas fluctibus suis oppugnat, ubi inter Neapolitanas provincias *Capitanatæ*, & *Terra di Bari* magno sinu litus lanciniatum ingrediens, *Mare di Puglia* grande æstuarium efficit, à quo postea ulteriùs pergens *Pontificii Romani Dominium*, *Ancona Marchionatum*, *Ducatum Urbinensem*, & *Regionis Romagna* partem radit. Latus ejus Borrhelibycus flatus excipiens *Ducatui Ferrariensi & Veneto Dominio* contermin atur est. Exterùs ejus autem Borrhapelioteæ adversa *Istria*, *Morlachia*, *Dalmatia* æque partis in *Albania* tractus maritimos undis suis verberat. atque *Liburnicum*, *Illyricum*, & *Dalmaticum* maria titulos suos à vicinis regionibus mutuantia complectitur.

ARCHIPELAGO.

ARCHIPELAGO, *Archipelagus Gallica* idiomate nuncupatum pelagus, vel *Archipel*, aut *Archipel*, quod corrupteum nomen Belgarum nautis familiare est. Veterum est *Archipelagus* cujus occiduam extremitatem Regionum *Morea* seu *Peloponnesi*, Græciæ, & Macedoniæ litora cohibent; Septentrionales fluctus à Regionis *Romaniæ* seu *Thraciæ* marginibus retundunturi; Orientalis ejus margo Regionis *Natoliæ* seu *Asiæ Minoris* latere occidno claudit ur; Meridionalem Mare *Candiam* seu *Creticum* suis limitibus excipit. Archipelagus hic quam plurimis insulis conspersus est, quæ per ipsum disseminatæ in diversis ejus maribus, in quæ dispescitur, situm suum habent. Sunt autem matia ea quæ sequuntur, *Mar de Mandria* à Veteribus *Myrtoum* mare appellatum nomine accepto à Myrto insula parva, quæ in ipso collocata est. *Le Mer Icarienne*, sive *Icarium mare*, appellatione nata ex fabula Icari, qui *Dedali* filius cum patre ex Creti cercis alis fugiens, ac partiorum præceptorum immemor, soli nimis approximans in hoc mare decidit, ut Poëtæ fabulantur. *Myrtoum* mare insulis *Mandria*, vel *Mirto*, *Farmaco*, *Lero*, *Calamo*, *Piperno*, *Lango* & *Stampalie* undas suas circumfundit. *Icarium* verò mare *Nicaria*, *Patmos*, *Phyra*, & *Ietia* insulas comprehendit. Omnium autem in hoc *Archipelago* insularum & sinuum illustrario & descriptio prolixa in sequentibus adjacentium litorum explanationibus occurret.

Mar de Mandria.

Mer Icarienne.

MAR DI MARMORA.

MAR DI MARMORA angustioribus clauditis inclusum pelagus parvum, exiguæ insulæ, quam aquarum suarum affluxu circumcirca madefacit, appellationis accepta nomine devinctum est, & collocatum inter duo ista freta, seu fauces Europæ & Asiæ litora quam proximè coëuntia secantes; quarum quæ *Archipelago* vicinæ sunt, Hellespontus nominantur; Alteræ verò, per quas in *Pontum Euxinum* navigatio patet, Bosphori Thracii nomine insignitum. Locorum horum situm & propietates prolixius describendi facultas dabitur, ubi oedo nos ad litora ipsorum deduxerit.

Golfo di Venetia.

Archipelago.

ORIENTALIS IN MARI MEDITERRANEO PARTIS LATUS DEXTRUM SEU

Europæum, quod à Promontorio Cabo di Spartivento in extimo Italiæ apice sito usque ad Pontum Euxinum extenditur.

ITALIA.

Italiæ extremitates Maritimæ, quæ Jonii Maris, & Sinus Veneti fluctibus se objectant.

NEAPOLIS.

REGNUM NEAPOLIS.

CALABRIA ULTRA.

CALABRIA ULTRA Provincia margine suo Orienti Soli adversante Jonii maris undas ingruentes sustinet, ac initium suum habet. quà *Italicum* litus *Cabo Spartivento* promontorium fluctibus marinis inferit; Finis ejus ibi invenitur, ubi hians litus fluvio *Neeto* undas suas advectanei ostium aperit, ut in mare abire queat. *Capo di Spartivento* extimus est Italiæ angulus, quem in meridiem hic margo exire jubet. Ab eo litus Meridionalem plagam deserens, iterum in Septentrionem ascendit, ac sequentia loca sibi inhærentia sequenti ordine in conspectum produ-

Capo di Spartivento.

CT. *di Spartivento* vicus quidam est; *Capo Bursano* promontorii undas marinas penetrantis angulus, qui etiam *Capo Bursano* dicitur; *Le Bianco* vicus; *Calipso* pagus; *Chareni* fluvii in mare egredientis exitus cum cognomine vico *Chareni*: *Pinbolo* pagus, *Condyani* vicus *Puglia Poli* pagus; *Gierani* vel *Grace*, aut *Gierazza* civitas seu suo à litore aliquantum ad interiores hujus provinciæ partes recedens: *Novara* fluminis ostium; Amnis *Presereiata* patens exitus, cujus Borcali margini *T. Turbalo* pagus immissus inhæret; *Rocella* vicus in subjecto sibi scopulo moram nectens; Fluviorum *Amasa*, *Alaro*, & *Stephanici*, qui hic exitibus suis marginem incidunt, ostia; *Arvicita* pagus; *T. Forida* pagus adhærens promontorio *Capo di Stilo*, quod hic undas marinas penetrans appellationis sux originem ar- *Capo di Stilo.*
tribuit urbeculæ *Stilo*, vel *Stillo*, in montibus dimidii milliaris divortio à mari secedentibus sito, ubi montium vilcera auri, argenti, & ferri venis distenta reperiuntur. Sinus seu æstuarium inter promontoria *Capo di Stilo*, & *Capo Bursano* à pelago in terram incudum *Golfo di Grotta* nomine notatur. Nominatis hactenus locis succedunt *T. di Castellone*; *T. S. Antonio*; *T. de Menas*; Fluvio *Stenca* egressum largiens ostium; *T. Stalleri* pagus: *Golfo de Squillace* Sinus ab urbe *Squillace* *Golfo de Squillace.*
appellationem suam sumens; Inter hunc & alterum *Squillace*, *Golfo de S. Eufemia* in occidentalis hujus provinciæ margine situm, *Italiæ* angustissimum spatium possidet, quod duo maria *Tyrrhenum*, & *Ionium* interventu suo distingit. Urbs *Cortanzaro* diremptione parva à litore discedens; Fluvii *Alli* ostium; fluenti *Tacina* exitus, & *Tacina* urbecula illum amnem nominis sui participem reddens; *Torre* pagus Orientali ejusdem exitus margini accumbens; *Le Caſtelle* cum ejusdem appellationis promontorio undas marinas egressu suo dividente, *Capo Rizzuto* vel *Rizzate* angulus eidem sinus modo nominato præcinctus, quà in Orientem latus ejus prominet ferus; *Capo Bianco*; *Capo della Nave*; & *Capo della Colonne* tria in pelagus abeuntia promontoria, quorum ultimo pagus *Scisa* insidet. *Corone* vel *Crotona* civitas celebertimi athletæ Milonis Crotoniatæ ab eâ dicti patria. Ostium fluminis *Neete* hujus provinciæ oram maritimam à sequenti litore disterminat.

C. della Colonne.

C. Rizzuto.

Bona, merces, & cæteras hujus provinciæ opes in priori is tabellæ Hydrographica descripione, ubi occidium hujus regni latus illustratione nostra explanatum est, indicavimus.

CALABRIA CITRA.

CALABRIA CITRA Provinciæ margo à *Tarentini Sinus*, *Golfo di Taranto* Italis dicti, undis affluentibus humectatur, ostentique soli objectatus à fluvio *Neeto* exitu usque ad loca à tergo *Cosenæ* urbeculæ deducitur. Loca quæ sustinet, *Iuste*, ut ordine sequenti progrediuneur. *Strongolo* civitas ab ostio fluvii *Neeto* unius milliaris interventu remota; *Torre C. Petraro* pagus; Fluminis *Lipoda* in mare per litus exeuntis ostium, *Capo Lice*, vel *Delle Alice* litoris præcinctus angulus, qui Austrinus est, magni hujus æstuarii à pelago infigni aquarum copiâ hic in terram infusi, quod à *Taranto* in margine suo ita cita civitate *G. di Taranto* nomen adeptum provincia *Calabria Citra*, *Basilicata*, & *Terra di Otranto* extremitatibus suis sibi conteguis humiditatem suam communicat. Profundiore excavatione terram penetrans inter provincias dictas, quadrata fere figura se immergit, ac introitu aliquanto angustiore insulas aquas recipit, intus verò patum laxius spacium dilatat. Quà margo ejus Orienti obvertatur. *C. S. Mari* promontorio suo Orientali claudicur. *Cariati Nuovo*, seu *Cariati nova* cognomento hoc addito à veteri civitate *Cariati*, aliquanto longiore spacio à mari distincta, distinguitur. *C. S. Giacomo*, & *Capo Trionto* promontoria bina, quorum posterius cum proximè sequente *Capo Rossa*, vel *Rossata* sinum quendam complectitur *Golfo di Rossano* dictum, ab urbe cognomine, quæ in ejusdem finus margineni seu fuo commigravit. *C. Trionto* promontorium præterveëtus incides in ostia fluentorum 3. quæ hic marginis undis suis commiscent, *Trionto* primus propè sui nominis particeps promontorium aquarum suarum effusione linui jungitur. Alteri amni potè sequenti *Celaro* nomen est. Inter hunc & tertium *Lucino* nomine insignitum interest *Rossano* civitas, fortissimis rumulis bellicis firmata, & uno circiter milliari *Gallico* à mari distans. Extra civitatis mœnia templum *Mariæ del Patire* nuncupatum, esse ferunt, in quod sexui Fœminino ingredi neutiquam licitum sit. Ubi enim venire ajunt, cum primum fœmina aliqua ingressa fuerit, ue maxima tempestas pluviis, tonitribus & fulguribus horrendis mixta repentè oriatur, tantoque tumultus excitet, ut omnia corruitura esse videantur. Eam mox iterum cessare perhibent, si eadem fœmina ex templo iterum egrediatur. Causa hujus rei hæc recenseur: *S. Maria*, cum *S. Bartholomæo Nili* discipulo atque hujus loci Abbati locum, ubi hoc templum ædificatum foret, & jam ædificatum est, demonstraret, extra structuræ ambitum confisteri, in mandatis dedit, ne nulla fœminæ ullo unquam tempore in templum intromittantur, sed extra templum relictæ Missam sacram audiant, & cultui divino operam dent. In litore ulteriùs pergente iterum 3. fluentorum ostia parvis interfluitis disjuncta occurrunt, *Crate* nimirum, *Cochile*, cui antequam in pelagus se effundat, *Sparo* fluvius se adjungit, & *Racanello*, *C. di Rossa*, vel *Rossa* angulus est promontorii ex litore Sinus *Golfo de Rossa* Orientali in pelagus excurrentis, ac nomen suum ab urbecula *Rossa* vel *Rossetta* mentis. Tandem veniunt vici *S. Giordano*, & *Cannæ*, qui hujus provinciæ litoribus finem imponunt.

Golfo di Taranto.

Cariati.

C. Trionto.

C. di Rossano.

Rossano.

Mar di Marmora.

Bona & commercia, quibus hæc provincia dotata est, in litoris ipsius Occidentalis, cujus descriptionem in tabellæ Hydrographicæ prioris illustratione declinus, explanatione indicata sunt.

BASILICATA.

BASILICATA Provincia exigua & brevi portionis sui portione Sinui *Tarentino* contigua est. Quicquid enim marginis habet, quo *Golfo di Taranto* ambigit, à finibus præcedentis provinciæ propter *Cannam* illud incipiens ultrà fluvii *Bradano* ostium deducit, ac nihil magni momenti demonstrat. Nil enim aliud in his locubus occurrit, nisi pagi aliquot, & præter illos *Lino*, *Agri*, *Salandrella*, & *Bradano* fluviorum, qui omnes in hac provincia origines suas habent, in finum Tarentinum exitus. Postremi ostium litoris terminus est.

Basilicata.

Agri, Salandrella, Bradano.

Quamquam hæc provincia inæquali solo constrata collibus pluribus planitiem excludit, & paſtim montibus referta est, in frumento tamen ferendo milliquies segnities aut sterilitas animadvenitur. Olei olivarum, amii, coriandri, eroci, & gossipii diccissima est, ac mercium harum emendarum qui copidus est, earum in civitate Tueſi magnum multitudinem nanciſci potest. Arbores & rosæ quotannis duabus vicibus efflorescunt, omnisque generis fructus copiosissimo proventu ex terrâ enafcuntur, præcipuè verò mala aurea, citrea, & limones. Alunt etiam incolæ apes, maximâ studii in colligendo melle infesta, unde hi, ut quovis anno mellis & ceræ insignem copiam divendant. Venatio & aucupium ob ferarum & avium frequeniam ferimum copiosè sufficiunt. Boum & porcorum maxima est multitudo, eorumque occasione optimi caporis boeuli in hâc provincia fareuntur, qui apud veteres etiam plurimi fieri solebant, & Lucanicæ appellabantur. In matis litore ostrea inveniuntur, quæ margaritas habent.

Bona & Commercia.

TERRA D'OTRANTO.

TERRA D'OTRANTO Provincia nomen suum sibi acquisivit à peninsulâ sua civitate *Otranto*. Litoribus suis Jonii maris fluctus in finum *Tarentinum* summo impetu irruentes ternoratur, ita videlicet, quæ finum attingunt; Reliqui verò & exterioribus, quæ in Orientem tendunt; partim ejusdem pelagi undas usque ad urbem *Otranto* retundit, partim verò finus *Veneti* aquis coërcet, & pagum *Torre S. Leonardo* eorum finem habet. In tractu itaque maritimi serie conspicienda sfofferuut sequentia loca: *Torre di Mare* pagus, Fluminis *Golfo* per latus in mare evadentis ostium; Urbis *Taranto* finus, cujus angulus Aquilonaris *C. Rondemel*, vel *Rondinella* cognominatur, ac filo ejusdem vel. appellationis vicum adjungit: Apici verò ejus Meridionali aeris plagæ obtenteri *C. S. Vito* nomen est. His 2. angulis ex litore exertis concluditur hic finus, in quo parvæ insulæ insſat *Taranto* nova & celebris verustatis civitas, hac nostra ætate adhuc ambitu suo satis prolixo spatium magnâ obambulans, utpote quæ anno 1614. 3110. focos numeravit. Latus ejus Borrholibyci flatus excipiens longo, atque alterum in Notapelioten prospectum conjciens, breviore ponte lapideo continenei annectuntur. Ibidem etiam castellum est fortibus operibus bellicis firmatum, à quo defendituc. Ante introitum, quem naves in finum illum vela faciuræ transire cogunt, ex, sunt 2. insulæ in angustias oblongas contractæ, aquarum illa, quæ *C. Rondemel*, & Septentrioni oppositæ est, *I. Grande*, vel *S. Pelagie* nomine notatur; altera verò, quæ promontorium *C. S. Vito* recto intuitu inspectat, meridiei obvertitur, & *S. Andrea* appellatione ab altera dignoscitur. Fundum Sinus ab initio 20. orgyarum altitudine aquas sibi incumbentes tenit; si propius urbi accesseris, 5. orgyis numerus diminutus ad 15. redit; proximè urbem ergrat tantum 10. aquæ profunditas habetur in ipsius portus introitu 5. tantum orgyas anchoræ fundum percutiens emetiantur oportet. A *C. S. Vito* promontorio, Sinus istius minoris claudito Austrino, finus in finu *Tarentino* magno, ulteriore profectione progredieris ostendit *C. del Otranto* promontorium, & urbe *Nardo* antiquitatis fama vo- *Nardo.*
notissimum, quæ sedem aliquo spacio à mari distantem adepta est. Patum inde digressus obviam habes *Gallipoli* fortalitium partiter & civitatem munitissimam, & fortissimis vallis lapideis, propugnaculis, & castris firmis-

Terra d'Otranto.

C. S. Vito.

Taranto.

Biblioteca Museo Franz Mayer

simam, quam naturæ loci validissimi & tutissimi fundatores ejus allecti, insulæ parvæ, tractui huic maritimo prajacentes, imposuerunt. Hæc brevi ambulacro ex lapidibus opere cæmentario compactis cum litore conjungitur. Postea succedunt *Capo di Carreri* promontorium, duæ parvæ insulæ ante continentem sitæ, *Scoglio di Sore* videlicet, ac *Fiorleta*, *Alessano* civitas, & *Capo S. Maria* magni Sinus *Tarentini* eximius apex, qui *Italiæ* latus Notapeliote obtiltens ad finem perducit, ac regionem hanc in Boerhapeliotem iterum inflectit. Itaque ex latere hoc 4. notabiles apices in mare *Ionium* prosiliverant, *C. Spartivento* nimirum, *C. Stilo*, *C. delle Colonne*, & *C. S. Maria*, quæ promontoria 3. haud parva notæ finus etiam complectunt; quorum primus est *Golfo di Grasso* inter *C. Bonfano* & *C. Stilo* fe in continentem inferens; alter *Golfo di Squillaci* vel *Scholachi* promontorium *C. Stilo*, & *C. de la Caſtelle* claudit is convexitas, ac tandem *Golfo di Taranto* seu Magnus ille sinus *Tarentinus* grandi hiatu terram inter promontoria *C. delle Colonne*, & *C. S. Maria* diffindens. Promontorium hoc relinquens ken cum mari Jonii extremitate tensim ad Veneti Sinus ostium ascendit, atque in itinere sequentia loca commonstrat: *S. Maria de Lunca* urbeculam; *Caſtropopidum* parvum quidem, sed seu commodo gaudens, ubi oleum olivarum copiosum, frequentem & lucrosam negotiationem parit. *Otranto* hujus provinciæ metropolis, quæ veterum est Hydruntum, urbs vetustate sua nobilis, & parvo finui accumbens, cujus apex in Austrinam cæli plagam conjectus *Capo di Otranto* appellari consuevit. Portus ejus satis spaciosa magnitudine explicatus castro fortissimo, atque scopulo cuidam immisso, totique pelago circumspecto dominanti tutelam suam acceptam fert. Ventorum Noti, Notolibyci, Favonii, & collateralium rabiem non reformidat, sed Aquilonem & socios flatus recto flamine eum turbantes exhorrescit. Urbem hanc 1481. *Turca* rabiosissimo insultu occuparant, foeminæque masculinum defensioni aptum trucidarunt, sed feminas & liberos secum captivos abduxerunt. Recuperavit tamen eam postea Alfonsus II. & restauratam præsidio impositio contra hostium imperium firmavit. Spacium maris inter promontoria *Capo di Otranto*, & *Capo de Leuguela* vel *Leugua* ex *Albania* litoribus proæulum intercedens Introitus est ex mari *Ionio* in *Golfo di Venetia*, seu *Sinum Adriaticum*, quem naturalium tealorum cohors *Bocca del Golfo di Venetia*, id est os Sinus *Veneti* appellatur. Latus quod ab urbe *Otranto* ad altesam *Brindisi* ascensione sua proreptat, nonnisi pagis vilabus, & haud magni momenti vicis conflertitur. Fundum maris adjacens arenosum, & scopulis omnibus carentem districtum exhibet, ac facile patitur, ut ubicunque placuerit, anchoræ figantur, aut propè litus passim velificatio expeditur. *Brindes*, *Brindisi*, vel *Brundisi* antiquum est *Brundusium*. Civitas pulchra, spacio, ac tuto portu navium quieti consulens, tribus castris validis tutelam suam habet. Eorum unum castellum magnum, alterum insulæ castellum, ac tertium *Fort Brindes* cognominatur. Huic defensioni accedit altera ex duabus turribus, portus introitum defendens. Harum uni *Cavallocio* nomen est; altera *Pena* appellatur; una dextro introitus margini imposita cernitur: altera in finistro latere collocata est. Quicunque in itinere maritimo constitutus navem suam ad hunc finum appellere in animum inducit, latus ejus Orientale vitet, ac proximè castellum in parva insula sinum cursum suum teneat necesse est; Scopulus enim illud & cautibus præcinctum facile naufragii discrimen navibus creare potest. *Guasto* vel *Torre de Guasto* pagus est, *Oſtuni* urbs grandior, & à mari aliquanto remotior; ac propius ad interna continentis recedens; *Torre S. Leonardo* vicinus tandem huic litori finem imponit.

Provinciæ hujus aëri qualitas sana, & valetudini conducens attribuitur, quamvis lepræ infectorum hominum haud exigua copia passim se offerat. Morbi occasio ex fusilia nascitur; quæ commune incolarum alimentum, utpote qui fusilia & ficubus ficcis contuetio & vulgari cibo quotidie vescuntur, opulentis exceptis, qui sibi de commodiore victu prospicere possunt. Tonitrua hic non solum æstivis mensibus, sed etiam hyberno tempore frequentia sunt, & grandine froges crebro ledentur. Quamquam etiam Regio hæc aquis non abundat, & paucorum laterorum tamen defectu non conqueritur. Inæqualis, & lapidoso solo tecta nihilominus fertilitate sua gaudet, cujus indicia sunt frumentum, hordeum, avena, vinum, oleum olivarum, mala aurea, citrea, limones, melones fapidissimi, poma, pira, & croci incredibilis multitudo. Olei olivarum tanta vis quovis anno colligitur, ut & Incolis ad usum quotidianum copiosissimè sufficiat, & maxima Italiæ pars ejusdem magna copia participeps reddatur. Multi quoque boves, asini, & muli, qui ob bonitatem, & robur suum, quo portandis oneribus graviotribus apeissimi sunt, plurimi fiunt, in hac provincia educuntur. Cuniculorum, leporum, & id generis aliarum ferarum carne sua fapidi palatum afficientium, ut & avium variarum, & piscium diversorum penuria nulli animadvertitur. Incommodat eum Tarantula araneorum genus mire veneno præditum, utpote cujus remedium non est aliud nisi cantus dulci harmonia dolorem leniens, & instrumenta musica, quorum beneficio hujus animaluculi venenum tepitur. Cicadæ numerosæ & grandiores frumento magnum damnum inferunt, sed ab avium, quæ *Gavia* appellantur, & gregatim hæc insecta impetunt, genere quodam consumuntur, & abigunturque.

TERRA DI BARI. Hæc provincia oram suam maritimam mari *Adriatico* connectentem, atque ponè *Turre S. Leonardo* pagum incipientem usque ad ostium extendit, quod *Ofanto* amni egressum in Adriaticum sinum largitur. Ejus loca sunt: *Manopoli* sedes Episcopalis, cum castro quodam munito, cujus tutelæ particeps redditur; *Mola*, cui cognomentum *di Bari* additur, ut ab altera ejusdem nominis *Mola di Gavvette* appellata discernatur; Civitas hæc inter *Marchionis di Polignan* possessiones refertur, ac castelli sibi additi defensione litus adjacens tutum reddit. *Bari*, *Barium* vel *Barri* hujus provinciæ civitas Metropolitana, & Archiepiscopi sedes insigni magnitudine se dilatat, ac multis habitatoribus referta 2. turribus craslis & obtusis, castroque opeimè munito ab imperu hostili defenditur. Humili solo incubans 2. remporum quorum unumquodque duplici cuspide acti minatur, ornatu superbit. Grandiores naves urbi propius admovere non licet, nisi ad 18. 17. aut 16. profunditatis orgyam, ubi fundum adhuc mollius, & anchoris retinendis aptius. Nam reliquum 13. 12. aut pauciorum orgyarum altitudine tectum propter lapides, & scopulos anchoris recipiendis inepium est. Ipsi portus adhærent navigiorum solummodo minorum capax. *Giovenazzo* civitas ex vetustæ urbis *Egnatia* quæstionis, & muris collapsis suscitata, comitatus titulo insignitur, & ad Principis de *Moſfetta* dominium pertinet. *Moſfetta*, ab alio *Moſfetta*, *Matſetta*, & *Moſfetta* cognominata principatus hujus caput est, ac principium *Gonzagarum*, qui à *Ferdinando Gonzaga* Imperatoris Caroli V. præfecto militiæ celebertimo delicendunt, patrisnomium. *Bisiglia* Episcopi commoratio in cauæ excelsa maris litori inflxa sedens. *Trani* civitas Archiepiscopo domicilium destinatum pulchro ædium ornatu splendet, statione navibus tenderdis apta, rem nauticam olim promovit, ac castri validissimi à Cæsare Friderico II. extructi defensione utitur. Portum tamen temporis progressu arenosi pulvini è pelago hue devoluti ferè totum obturarunt, ut negotiationis commodo abunde incolarum etiam frequentia diminuta fuerit, & urbis ipsius ferè dimidia pars inhabitatoribus hacænate vacua sit. *Barletta* castro forti munita navale habet urbis *Bari* portum bonitate & commoditate superans, in quo sive proximè ad urbem navem appulexis, sive remotius ab ea anchoras fixeris, aqua 7. 8. aut 9. orgyarum altitudinem habet, & fundum arenosum, scopulisque nullis turbatum, anchoras firmiter retinere potest. *Ofanto* fluvii, qui supra *Conzam* urbem in *Principato Ultra* regione ex fontibus suis excedit, & in hac provincia *Bari* sub civitate *Canoſa* in dextra ipsius margine collocata Adriatico mari aquas suas tradit, horum litorum finem facit.

Provinciæ hujus aër & graveu est, & amœna qualitatum suarum omnis excellus neficiarum concordia temperatur. Aquæ verò crudiores aliquam fallsdinem sapiunt. Solum fertilitatis promptæ argumenta producit, frumentum, hordeum, fabas, pisa & id generis plura leguminia: Alia item ubertimo proventu producuntur, anisum putà, cuminum, coriandrum, crocuseps reddatur. Multi quoque boves, asini, & muli, qui ob bonitatem, & robur suum, quo portandis oneribus graviotribus apeissimi sunt, plurimi fiunt, in hac provincia educuntur. Cuniculorum, leporum, & id generis aliarum ferarum carne sua fapidi palatum afficientium, ut & avium variarum, & piscium diversorum penuria nulli animadvertitur. Incommodat eum Tarantula araneorum genus mire veneno præditum, utpote cujus remedium non est aliud nisi cantus dulci harmonia dolorem leniens, & instrumenta musica, quorum beneficio hujus animaluculi venenum tepitur. Cicadæ numerosæ & grandiores frumento magnum damnum inferunt, sed ab avium, quæ *Gavia* appellantur, & gregatim hæc insecta impetunt, genere quodam consumuntur, & abigunturque.

CAPITANATA Provinciæ ora maritima juxta *Ofanto* fluvii ex litore emerlionem exordium capiens, feriem finam ultra Termoli urbeculam, paulò trans *Fortori* fluvii exitum, tradueit, & loca, quæ fistinet, sequenti ordine luftranda offert. *Salpe* civitatis titulo ornata, haud magno divortio ab *Ofanto* fluminis exitu separatæ est. Inter hoc vero ostium, & alterum, quod flumini *Carapelle* ex continente in *Adriaticum* finum serpenti aperitur, palus longiore projectione proximè maris litus in continente se exportigit, quæ *Canal Sanct Antonio* nuncupatur. Ipsi succedunt nominati fluvii *Carapello*, cujus scaturigo in Provincia *Principato Ultra* cernitur, exitus; *Candelare* fluenti, quod ex hujus provinciæ visceribus enatum diversos fluvios secum auferit, effluvisent. *Sipento* civitas maris collapsis splendorem antiquum arguens, ac in pede montis *S. Angelo*, ubi sita est, templum cathedrale adhuc integrum offendens: *Manfredonia* civitas à *Manfredo* Rege ex *Sipento* civitatis cadavere, anno 1256. excitata, in scopulum translata, & denominata. Fortissimo castro debet, quicquid tutelæ cancsicitur. ac navali commodo fruens navigationis etiam emolumento fruitur, Quadratum figuram seu suo consequuta longitudine etiam rectâ plateas suas elegantes expandit. A *Turcis* anno 1620. subita invasione oppressa, incendio devastata, omnibusque suis campanis, machinis tormentatis, pulvere pyrio & communeatu bellico orbata est. *Monte S. Angelo* hujus provinciæ caput, sita suo in *Monte S. Angelo* montem commigravit. Hic ab antiquis *Garganus* appellatus, hac nostra ætate cum urbe sibi impolita nomen commune habet. Urbi vero hæc appellatio obtigit ab *Archangelo S. Michaele*, qui ut perhibent, spelunam lapidi aut scopulo hujus montis cuidam incidit, hunc locum sedem sibi elegit, atque anno 492. piorum cœtui hoc manifestavit. Adjunctum autem est civitati castrum molibus militaribus adeo munitum & firmatum, ut vix ullis intus impugnari possit, creditur. *Monte S. Angelo* recta & oblonga longitudine excurrens mons, prima est terræ excelsioris, aut exaltatio, quæ in latere occiduo constitutis nautis in oculos incurrit, quando velis expansis mare Adriaticum ingrediuntur. Cum cœlum sudum evadens, omni nubium crassarum, exhalationumque densarum obscuritate liberatur, distinctius excelsior urbem *Augustum* cingens, ac Sinus hujus Orientali extremitati restiens, insula *Pelagosa*, & *S. Angelo* mons, si ad Libanotum à mare abstarrit, uno aucuitu & prospectu animadverti possunt. *Capo Teuto* apex est Australis promontorii hujus latiore excursione in pelagus *Adriaticum* se inferentis. *C. Veſtice* verò angulus eidem à Septentrione præfixus, ubi fundum anchoras immissas felicitet retinens occurrit, fatioque est navium, quæ eas à Zephyro, Coro, Boerhapeliota & cæteris eos concomitantibus ventis fœcuras præstat. Inter *Capo Teuto* & *Ofanto* fluminis ostium, litori à pelagi undis exeso, imprimitur grandis sile finus seu æstuarium ingens, quod apud Italos vulgari nomine *Mare di Manfredonia* innotuit, & in cujus margine hactenus enumerate civitates locatæ sunt. *Vieſti* vel *Veſtice* in angulo Boreali, quem nominis sui communione hic locus dignatur, civitas est nominis famam castro fortissimo debens, quod in maris litore exædificatum excubias agit, invasionesque hostium à locis sibi circumjectis amolitur. *Golfo de Varano* Sinus est terram hiantem *Golfo de Manfredonia*, margine suo diversos pagos & urbeculas sustinet. Ipsi confinis est altus *Lago de Leſina* nuncupatus, accepto nomine ab urbecula *Leſina* ad eum sita. *Fortore* civitas 1. milliaribus ab octavo fluminis *Fortore*, *Fortori*, ad Continentis interiora se recipiens, frumento insignem mercaturam exercet, & id cum mercibus cæteris in turrim grandem, in ora maritima dicti fluvii octavo appositam, deferendum curat, ut postea in naves imponatur. Omnium enim mercium aut advectarum, aut avehendarum, turris illa commune receptaculum est, ac ob magnitudinem suam in remotioribus maris partibus conspicuitis, facile in oculos incurrit, si modo aër serenus fuerit. Fluminibus triumphum inde avectum, per omnes *Italiæ* regiones, longè latequedistributur. *Termoli* urbecula ultimus hujus oræ *Termoli* maritimæ terminus est.

Aër hujus regionis bono temperamento qualitates Opes & finas mitem ejus valetudini nullo tempore obesset, ni æstivis mensibus nimio calore incensus, temperatura &c. ubertate fines egrederetur, & tam incolis quàm peregrinis gravis sanitati ipsorum nocetet. Aquæ egestas, terræ etiam damnum affert, quæ levis & arenosa brevius quidem gramen effert. Sed eodem tamen opimè bestias nutrit, adeo ut hujus provinciæ res pecuaria laudissima, non modo incolis emolumentum maximum pariat, verum etiam *Hispaniarum* Regem annuo vectigali opulentissimo locupletet. Confirmant id vectigalium rationes, ex quibus constat, anno 1592. ex 490. ovibus supra quatuor millibus quadringenta sepreaginta & unum millia, ac ex 9600. pecudibus sexcenties vigesies bis mille centum & septuaginta ducatorum vectigal redisse. Lana quidem ovium hic nutricum teneriot ac mollior est illa, quâ *Tarentinæ* oves vestiuntur, sed tenuitate & subtilitate illi non respondet. Cum jam pecudibus ac pecoribus tot abundet, illud commodi etiam consequitur, ut *Neapoli*, *Sclavoniæ*, *Venetiis*, *ac totis Thuscie* canes imperitatur. Floribus odoriferis campi & prata ubique vestiuntur; ex his apes dulcissimum mel colligunt, ceramque optimam conficiunt. In pluribus etiam hujus provinciæ locis, nec arbores nec fructus invenientur.

ABRUZZO CITRA Provinciæ litorum sortem ferium ab urbecula *Termoli* exortam usque ad

C. S. Maria.

Otranto.

Bocca del Golfo di Venetia.

Bona, & malum.

Ofanto.

Opes, & commercia.

Terra di Bari.

Capitanata.

Salpe.

Canal S. Antonio.

Sipento.

Manfredonia.

Giovenazzo.

Moſfetta.

Biſiglia.

Trani.

Monte S. Angelo.

Barletta.

Abruzzo Citra.

Biblioteca Museo Franz Mayer

ostium contiouit, per quod *Pescara* fluvius in mare evolvitur. In hac ora maritimâ præternavigantibus loca sequentia in oculos incurrunt. Diffisio lotoris, quæ fluvio *Tergino* aquas suas egerenti aperitur. *Cuosso di Amone*, vel *Valle d'Amona* urbecula titulo gaudens locus: *Aquella* fluenti in mare effluvium: *Sentra* fluminis in *Adriaticum* sinum lapsus: *Sangro*, vel *Sanguino* fluenti in eundem per litus hians eruptio: *Ortona*, vel *Ortona à Mare* civitas conjuncta cum navali in sinu quodam, ubi ad dimidium à litore milliare fundum anchoratum capax molle est, ac 14. vel 15. orgyarum altitudinem habentibus aquis, occultitur. Statio minus commoda, nec à Subfolani aut Borthapelioto furoribus tuta. Animadversione hâc dignum, quod aquarum cursus secundum *Italiæ* litoralis hyberno tempore utplurimum ex sinu evumpens in Orientem feratur, quemadmodum adversis meridibus è contrario in sinum *Adriaticum* iterum irrumpens, fluxu suo occiduæ plagæ adversatur. Merces quæ in præfato loco frequenter offenduntur, sunt melioris notæ oryza, & vinum nobile. Naves ex *Epiro*, *Dalmatia*, & aliis locis vela facientes, & hæc litora petentes, naves duas ad hunc portum appellunt, ac merces suas in urbem *Lanciano* mediterraneam, & diversis mercatibus anniversariis, quos celebrat, nobilitatam transmittunt. Postremum in hâc serie litoralî locum obtinent fluviolorum *Foro* & *Lenta* exitus, & *Pescara* urbecula, cum cognomine fluvio, qui hic per ostium suum aquas fuas eliminat, ac finistrum oppiduli dicti latus lavat.

Tergino. Amone.

Sanguino. Ortona.

Merces.

Hujus Regionis aër temperaturæ debitæ fines transiens frigoris excessu aliquaneum peccat. *Mœstæ* mœns perpetuis nivibus crebrò hanc provinciam invadentibus, regitur. Toeus autem districtus multis ac variis fluminibus irrigatur, nec de aquarum dulcium penuriâ conqueri potest. Solum partim planicieibus pulcheris constratum, partim vero collibus & montibus inæquale, amœnitate tamen delectamento insigni sensus perfundente præditum, ac fybeferibus locis plurimis, & fæcubus grandioribus refertum est. Opes ejus in oryza, omnis generis frumento, vinis nobilissimis, oleo oliveatum opeimo, fructibus variis, croci copiâ ferè incredibili constituunt.

Tremiti. Insulæ.

TREMITI, vel *de Tremiti insulæ* in effigie hydrographicâ Numer. 28. indicatæ litoribus modo descriptis è regione oppositæ sunt, ac ad Provinciæ præcedentis *Abruzzo Citra* jurisdictionem pertinent. Eas ad tetrarium numerum Geographorum quidam reducunt. Alii verò, ut & nautarum diaria, 4. indicant. *S. Maria de Tremiti* cæteris omnibus ob magnitudinem præfertur, & urbecula operibus bellicis admodum firmâ exornatur, cujus defensioni accedit castellum validissimum scopulo omnem aditum hostilem excludente injectum, quod militari præsidio fir-

Terra.

exiguæ magnitudinis navali in hiatu, quem fluentum *Terra* undas suas ex terra in mare exterminans divellendo aperit: Odia item 3. alioeum fluviorum, quorum unus post alterum aquas suas mari absorbendas portigit. Eorum nomina sunt *Chienti*, *Potentia* & *Musone*. Inter posteriores duos situm suum habet *S. Maria de Monte Santo* urbecula. Postrè ordo tangit

Ancona.

Anconam hujus Marchionatus civitatem capitalem, ædium pulchrarum splendore & ornatu se efferentem, ac propugnaculis validissimis, quibus muræ machinæ tormentariæ impositæ sunt, omnem hostilem impetum repellentem. Nomina autem propugnaculorum hæc recensentur: *Il Bolvedino del Porto*, *Il Cavaliero di S. Stephano*, *La Fortezza del Cassero*, *Il Cavaliero della Porta del Calamo*, *Il Bolvedino de S. Agostino*, *Il Lazaretto*. Quantum ad portum attinet, non fine ratione de eo glotiatur. Cum enim naves in capaci admodum spacio nullam tempestatum aut ventorum vim exhorreſcant, sed tutissima quiete frui possint, inter ac meritò in optimorum totius Italiæ portuum ordinem referendus esse censetur. Nullo totius anni tempore navibus vacuus est, utpote qui à navibus ex Italiâ reliquis, *Istria*, *Sclavonia*, *Dalmatia*, *Græcia*, & aliis locis mercatores, & merces advectantibus, variaque iterum ex hac urbe mercimonia avehentibus, crebrò visitatur, qua occasione urbis commercia in floreantissimo statu versantur, & negotiatio magnarum divitiarum origo ab incolis exercetur. *Monte Gusso* promontorium urbi *Ancona* præcingitur, quæ ad latus hujus montis ex terrâ in pelagus eliminati Aquilonare sita est. Inter promontorium dictum, & *Sinigaglia* fluvii in pelagus exitum, huic tamen quàm illi propior cernitur vicus *Sirolo* famæ celebritatem nactus à nobilissimo vino, quod in territorio eius nascitur, per quem undas suas in pelagus abeuntes excernit. *Terre Sicure* litoris hujus limes propter *Tronto* fluvii ostium postremam sedem occupat.

Provincia hæc aëris temperamento incolarum valetudini plurimum adjumenti afferente fruitur, ac pluribus, fluviorum, & aquarum humiditate aspergitur. Et in situ sui à natura conceſſi, & in incolarum strenuorum ac bellicoforum fortitudine, plurimum præsidii habet. Ubertatis ipsius copiosæ, fertilitatis insignis, insigne indicium est, non frumenti solum optimi, sed etiam vini nobilissimi vis magna, unde lucri multum in incolis quotannis redundare solet. Crocus item, cujus tam largus apud *Agnilem* civitatem est proventus, ut ejusdem loci incolæ quotannis 40000. Ducatorum emolumentum ex eo percipiant. Rei pecuariæ habitatores per totam provinciam sunt studiosissimi, utpote qui à pascuis lætis ad hoc studium invitantur. Variæ aves & feræ hic sunt frequentes, utique & lupi passim in sylvis densis visuntur. Mercaturæ exercitium plurimûm, ac multi panni ex lanâ conficiuntur; commerciisque cum aliis gentibus crebris longè lateque distrahuntur.

Salvello.

Tronto.

Opes.

Divitiæ & Negotiatio.

STATO DELLA CHIESA,

Seu Earum Regionum Sinui Adjacentium, quæ Pontificem Romanum Dominum agnoscunt, Litora.

Stato Della Chiesa.

STATO DELLA CHIESA seu Pontificii Dominii, quà illud Sinum Adriaticum attingit, litora Neapolitani Regni, otium maritimam eidem pelago conterminam, mox excipiunt, seriemque suam litoralem cum locis omnibus eidem insidentibus sequenti ordine ab initio usque ad finem suum continuant.

Marca d'Ancona.

MARCA D'ANCONA. Marchionatus titulo exornata regio, districtum suum maritimum provinciæ *Abruzzo ultra* in Neapolitano Regno ultimæ litoribus mox subjungit, eumdemque in medio illius fpacii finit, quod inter utrasque fluminis *Pisenoches* & *Nogula* exitus intercedit, ubi hujus marchionatus fines à *Ducatu Urbinensi* limitibus disterminantur. Locorum autem in extremitate hujus marchionatus maximâ sedentium hæc est ratio. Primum omnium in conspectum venit ostium fluenti *Tronto*, quod ex *Apennini* montis visceribus manans *Ascoli* urbem fluctibus eluit, & ab eâ destuens, inter *Terre Sicure* in *Abruzzo Ulra* situm locum, & *Porto di Ascoli*, qui hujus marchionatus litori immoratur, in Sinum hunc Adriaticum aquarum suarum effluvio devolvitur. Huic in progressu hoc litorali mox subjunguntur *Tesin* fluvii exitus, qui in pelagus effluens dexterum pagi *le Grotte* margineni lambit: Fluvii *Arone* in idem exeuntis ostium: *Porto di Fermo*, vel *Porto Formano* vicus, cum

Abruzzo Ultra.

Tesino.

Arone.

Fermano.

exiguæ

Ducato di Urbino.

DUCATO DI URBINO Pontificeis Romani imperio immediatè ejusdem non est obnoxius, utpote qui peculiari jurisdictione utitur, ac proprio suo Duci paret. Feudum tamen est à Pontificia sede profectum, & Feudalis juris nomine ab hæreditario suo domino possidetur. Sunt tamen etjam in ipso hoc Ducatu nonnulla patrimonii Ecclesiastici propria loca, quæ Pontificis juristdictioni immediatè subjacentur, adeo ut diversa dominia hoc in ducatu aliquantum confundantur, ut mox edemdemus. Litora hic describenda à Marchionatu Anconitani finibus usque ad pagum *Segabito*, à tergo urbis *Pesaro* vel trans ostium, per quod *Foglia* fluvio in pelagus effugium patet, ferum extenditur. *Sinigaglia* vel *Senegallia* ad *Aesis* fluvii ostium, (quam alii in Nogolæ fluvii exitu collocant,) haud procul à *Senegallia* ab *Isesano* vocati exitu, civitas est parvo quidem ambitu exiguum spatium obambulans, sed tamen portus navium capacis, & anchoris retinendis idonei amsilio navigationibus commodum fentit. Ulterio hac ætate munienti artificio vallis & munimentis militaribus circundata fortis est, ac crebeis navigationibus visitur. Belgarum nostræ *Italorum* Idioma ad linguæ suæ proprietatem inflectentes, corruptè hunc locum *Senegaya* vocant.

Ancona.

Aesis.

Marca d'Ancona.

MARCA D'ANCONA. Portio parva de *Anconitano* litore refidua hic Urbinensem D'Ancoram maritimam interrumpit, ut modo dictum est. Loca enim quæ hic recensebuntur, Marchionatui Anconitano annectuntur, & Pontificis Romani imperio immediatè reguntur. Itaque post *Cesano* fluvii ostium in Urbinenti Ducatu situm, alterum occurrit fluvii *Metro*, quod hujus portionis initium est, ac à *Fossombrone* in priore Ducatu sito descendit. *Fano* urbecula ornatiocis architecturæ, quæ ex ædium splendore elucet, nomine, merita laude digna, in quâ diebus festis plures virgines vestimentis ex fetico & aureis filis contextis vestitæ, quàm in ullo alio totius Italiæ loco conspiciuntur. Ottium *Argilæ* fluviolî, qui in hoc parvo districtu oritur, & in eodem à mari abforbetur, evanescit.

Metro.

Fossombrone.

Fano.

Argilæ.

Ducato di Urbino.

DUCATO DI URBINO. Ad Ducatus præcedentis litora refidua hic redeundum, quæ à vicino *Trellio* in finistra modo laudati fluvioli *Argilæ* ripa confidente iterum incipiunt. *Pesaro* cis flumen *Fogliæ*, five in dextro ejus in pelagus abeuntis margine, *Pesaro*. commorationem suam habens civitas pulcherrimo ornatu splendentibus ædibus, & augustissimo palatio superbiens & moribus admodum validis, ac propugnaculis fortibus, & castello ad omnem violentiam hostilem fortiter atcendam munitissimo, quicquid periculi & discriminis ab inimicis creari posset, felicissimè repellere potest, *Urbini Duce* suis sumptibus hic armamentarium instructissimum constructum omnigenis armis replevit, ac in more positum habuit, ut hyberno tempore hac in urbe commoraretur. Ac quamquam communi rumore feratur, quod aër ejus aliquanto incliementior reperiatur, urbs tamen ipsa amœnitate, ornatu, splendore, incolarumque frequentia vix aliis sibi similibus cedit. Post hanc urbem ulterius pergenti se offert *Foglia* fluvii os, undas suas, quas ex hoc Ducatu ad hunc terminum sum adduxit, in mare eructans; & *Segabito* pagus, quem his litoribus terminum præfinitum paulo ante diximus.

Foglia.

Segabito.

Regio hæc quamvis quibuslam in locis à montium plurium coegerie exsiperetur, non tamen ad frumentum producendum, & fructus alios edendos,

Fortene & contra.

3. SANSIGO vel SANSEGO Insulæ *Ossero* lateri in Meridiem prono objacens fundum maris circumeuntis puram & nundum exhibet, adeò ut eidem nullis scopulis aut cautibus turbato aut obscuro ubique ancoras sine ullo periculo infigere, & ad 16. aut 20. profunditatis orgyam, ab omnium ventorum inclementia navibus tutis esse liceat. SANSIGO.

4. PERMOLA admodum exiguis & parvis limitibus circumscripta insula, inter *Sanfigo* & *S. Pietro de Nino* insulas interserta est. PERMOLA.

CHERSO, & OSSERO diviso insulæ olim una fuêre, quam *Veneta Respublica* canali propter *Ossero* civitatem effosso, in duas partes secundum curavit. Pars illa, quæ in Septentrionem excursu suo vergit, *Cherso* nomen habet: Alteri verò, quæ in Meridionalem aëris regionem extensione sua progreditur, *Ossero* nomen impositum est. Quâ verò hæc insula extremitate sua in Aquilonarem cœli regionem abit, adversum *Istriæ* litori angulum habet: Orientali latere insulas *Veggia*, *Arbe*, & insulæ *di Pago* partem inspectat: Meridionalis margo insulas *S. Pietro de Nino*, & *Formola* cum aliquâ Adriatici Sinus parte sibi oppositas intuetur. Occiduum litus Sinus *Golfo de Guarnero* undis interlucentibus ab Istriæ reliquo litore discriminatur. Duarum civitatum ornamento decoratur, quarum una *Cherso* incolarum frequentia alteri antecellens, Septentionalem insulæ partem nominis sui participem esse voluit: Hæc de aëris temperamento ad valetudinem accommodato haud immerito gloriantur. Altera *Ossero* canalis, quem diximus, adjecta Meridionali parti nomen fecit. Navale ejus *Porto Mennigo* nuncupatum *Sanfigo* insulam è regione adversantens adpicit. Insula totius solum in frumento producendo tardius est: Vinum tamen nobile procreat, ac lana & carne affluit, quandoquidem 150. ovium millia pastione sua nutrit. Arboribus proceris quoque affluens ligna grandia & ad ædium structurum maxime expetita suggerit, quæ *Venetias* exportantur. Incolarum numerus quinquies mille & ducentorum hominum esse fertur, ex quibus 140. sunt bello idonei, qui necessitate postulante arma capiunt. CHERSO, & OSSERO.

5. S. PIETRO DI NINO in exiguum circuitum redacta insula optimo & ad naves condendas admodum opportuno porro, non minora solum, verum etiam maiora navigia occultat, ac 10. aut 12. orgyarum profunditatem habet. Eam his in aquis sedem nacta est, quæ Insulæ *Ossero* è regione objacet. S. PIETRO DI NINO.

VEGGIA, vel VEGLIA, vel VEGLIA insula margine suum, occidium cœli regionem inspectantem. Cherso insulæ opponit, meridionale latus Insulæ *Arbe* margini meridionali obtendit, Orientalem oram continentis litori inter *Fiume* & *Zeng* interjacenti objicit, ac angulo suo Boreali *Fiume* civitati è regione objacet. Civitate cognomine exornatur, minoremque aliam habet castri cujusdam *Atosichio* cognominati defensione hostium conatus & invasiones evitantem: Portus ejus *S. Nicolai* appellatur: Reliqua insulæ pars inter aliquot pagos divisa est; tota vero bis mille incolis inhabitari fertur. Amœnitate jucunda incolas sibi concilians, legùminibus, vino, & lignis conferta est; de fruumenti verò defectu conqueritur. Vinum, quod procreat, vitium magnarum expers, leviusculum, ac ceterum vaporibus tam fortibus non gravat. Equi, quos nutrit, vulgaribus magnitudine non respondent. *Iohannes Schenchius* vel *Frangipane* anno 1180. eam Venetis tradidit. Vina & equi incolis emolumentum haud parvum afferunt. VEGGIA.

ARBE inter *Veggia* & *di Pago* insulas situ suo intercedens ejusdem appellationis civitatem sustinet, portuque duplici *S. Rocco*, & *de la Raglia* navibus anchoras fundo affixuris, quiescentque capturis infervit: Reliqua ejus pars quatuor vicubus excolitur. Amœno suo situ miram recreationem parit, ac vina admodum delicata, cum ficuum infigni copia, procreat. Pascuorum litorum abundantia rei pecuariæ opimæ magno est emolumento. Multum falsi incolæ quotannis *Venetias* transmittunt. Eorum 1000 numerari dicuntur. Anno 1559. *Zara* urbis dominio adjecta est. ARBE.

ISOLA DI PAGO Orientali suo margine continentem inspicit, ac canali angusto à continentis oræ extimâ dirimitur; Boreali suo latere insulæ *Arbe* finitima est. Quâ in occasum litus suum divertit, Sinui adriatico partim vicina est, partim vero insulis multis exiguis vallatur; Quâ verò in meridiem fines suos dilatat, Nonam urbem, cum Continente, proximam habet. Longa quidem extensione ponto incumbit, sed eam in angustias contrahit, & nonnisi unam urbem, cui *Pago* nomen, possidet. Aëre frigida intemperie debitam temperaturam excedens, sterilem eam reddit. Malum hoc Borealem ejus partem præcipuè affligit. Nuda enim & arborum expers: Hinc lignorum penuria incolæ divexantur. Pars ad meridiem propensa fertilis soli quidem non est vacua, sed incolarum frequentiam desiderantis cultus necessarius deest. Vix enim ultra 3500. in ea homines habitant. Præcipuæ ac primariæ negotiationis exercitium in sale consistit. Ejus ex aqua marina copiam grandem paratam & excoctam incolæ quotannis Venetias lucri faciendi causa transferunt. ISOLA DI PAGO.

Spacium maris inter *Ossero*, & *Isola Longa* insulas, quod Insulæ *di Pago* lateri occiduo accumbit, insularum parvarum congerie conspersum est. De his nihil notatu dignum in medium afferre possumus. Sunt autem earum nomina *Luido*, *Silva*, *Dessio*, 6. *Isola Scarda*, 7. *Isola San Pontella*, 8. *Porto de Meleta* 9. *Pedre* cum porro optimo, in quo aqua 33. & 34. orgyarum altitudine maris fundum superat, & nonnulla aliæ his longè minores.

IADERA, SICVM, ET ÆNONA, VULGO ZARA, SEBENICO, & NONA CUM ADJACENTIBUS INSULIS IN PARTE DALMATIÆ BOREALI.

DALMATIA.

DALMATIA altera *Sclavoniæ* regio maritima tractus suos maris extremitatibus retinentes à litore *di Pago* insulæ è regione adversante usque ad fluvii *Rojano* à Sinu *Golfo di Lesso* haud longè distantis ostium deducit. Ejus maritima loca sequenti scrie secundum mare usque ad fines dictos expatiantur: *Nona* civitas 800. circiter incolis domicilia præbens, operum militarium firmitudine suorum tuetur confinia: præsidium ordinarium defensionis causâ à Republica Veneta hic quotannis sustentatum 25. militibus, & 10. *Stradiotis* seu ex *Albania* oriundis militibus constat, quibus necessitate urgente 230. incolæ bellicosi armorumque periti se adjungunt. *Zara* Dalmatiæ caput undique fluctibus ponti immersa figuræ quadratæ oblongæ imaginem sita suo repræsentat, & insulæ imposita est, quam pons undis per fauces intercedentes labentibus superstratus cum Continente conjungit. Sex validissimis & maximis propugnaculis cincta se fortiter defendere potest, quibus adhuc castellum fortissimum in Continente extructum, ac 750. pedes ambitu suo metiens, accedit, defensionis magnæ majus augmentum. Eam *Ladislaus Pugnacis* rex, *Caroli* filius & *Ludovici* nepos, cum toto dominio insulisque omnibus ad illud pertinentibus *Venetis* vendidit. Habent autem hi armamentarium in hac urbe instructissimum & nobilissimum, ac tricemes plures omnibus rebus necessariis armatas, quæ in promptu sunt, quandocunque necessitatis casus earum usum urgere videtur. Centum milites castrum dictum ut plurimum præsidio suo tuentur. Urbis præsidium 450. pedites, ac 200. equites, quorum maxima pars in *Croatia*, & *Albaniensibus* consistit, absolvunt. His se adjungere à necessitate coacti 1500. inquilini homines, disciplinæ militaris non ignari. Unde clarè liquet, loco huic haud exiguè sed magni momenti hâc ætate debitâ provisum esse, & adhuc melius provideri, si bellis tumultibus exortis ipsi majus periculum imminere videatur. Intervallo nequaquam longo ab hâc urbe digressus offendes *Zara Vetza*, vel *Vecchia*, id est veterem *Zaram*, in plano & feruli loco olim sitam urbem, cui tempus edax rerum, præter muros collapsos veteris splendoris exuvias & tesles, nil reliqui fecit. Castrum proximum circumjacentibus locis in discrimine versantibus opem & auxilium ferre solet. *Sebenico* in fluminis *Cherca* exitu finitimum marginem sibi occupanti, excelsi montis pedi adhæret, ac validissimis muris & vallis contecta civitas castri supra civitatem constructi præsidio tutior evadit. Ac quamquam *Mons S. Ian*, vel *Sasso* jugo suo alee evergente ipsi imperare videatur, hoc tamen incommodo adest, quod machinæ illæ tormentariæ difficulter admodum in summitatem ejus subvehi queant. Huic loco ad amœnitatem nihil deest, copiaque rerum omnium, ac incredibilis piscium quotidiano piscaro caporum multitudo faciunt, ut vilissimo porcio hic victu dergi possit. *Samuel Nicolai* mitæ fortitudinis castrum, scopuli, qui flaminii *Cherche* ab urbe *Sebenico* deducitis, quâ se in mare effundens finum efficit, exitum occupavit, jugo inidet. Uterque locus 400. virorum armatorum, ac *Stradiotarum*, vel *Albanensium* cohorte una, cujus dimidia pars 40. nempè in urbe *Sebenico*, & 40. reliqui milites in castro *Samuel Nicolai*, commorantur, præsidio utroque, pacis tempore minutius est. Aliquo intervallo supra urbem *Sebenico* in fluenti *Cherche* ripâ trans illud sitâ cernitur Turcica civitas & fortalitium *Scardona*, in quo forte præsidium Turcicum excubias agit. Nona. Zara. Sebenico. Samuel Nicolao.

INSULÆ linoti inter *Zara* & *Sebenico* urbes exporrecto præjacentes sequenti descriptione illustrantur: *Isolo*, *Vrbe*, *Pasman*, & *Virgada* secundum litus ab urbe *Zara* longitudinem suam experigentes, ac se mutuo consequentes rectam lineam faciunt. Ejusmodi etiam formam cæteræ insulæ oblongo tractu priorum lateri occiduo adhærentes, nimirum, 9. *Isola Grande* alio nomine etiam *Li tempi da Zara* appellata, & in angustias contracta longitudine 8. circiter mill. obsidvent, frontoque à præsidiis insulis haud lato distincta, quod tamen naves cæ tranare possunt, quæ vela facientes *Zaram* tendant: *Pervorso* insula parva: 10. *La Coronata*, vel *Incoronata*, *Isola Grande* aliquanto minor, & plures aliæ magis exiguæ, quæ ante finum *Golfo de Sebenico*, vel interitum, qui ad illam urbem naves adventantes deducit, commentationem suam natæ sunt. De omnibus his insulis notatu dignum, quod recensearnus, nihil occurrit. INSULÆ.

In *Dalmatiæ* tractu, ad quem ab insulis revertimur, porrò conspectui patent *Cenoscla* castrum probè munitum; *Bua* vel *Chiovo* insula oblonga expansione dilatata, & alteri minori pontis beneficio annexa, ex qua collocatam cernes *Trau*, exiguo quidem ambitu competchensum, sed admodum pulchram, & omnium *Dalmatiæ* urbium fortissimam, ac validissimam, quæ 13. pagis litori secundum maris longitudinem exporrecto incumbentibus imperat. Omnem ejus circuitum unde maris verberant, & ex eâ in continentem pons lapideus fauctibus impositus transitum permittit. Præsidium hujus urbi, ut & vicino territorio, securitatem præstans, ac à *Republica Veneta* sustentatum ex cohorte *Albanensium* una constat, & 1100. armatis inquilinis, qui hostium invasionibus exciti ad horum locorum defensionem concurrunt. *Spalato*, vel *Spalatro* civitas cum 9. ad jurisdictionem suam pertinentibus pagis, cujus ut & totius circumjacentis territorii defendendi provinciam *Respublica Veneta* ordinario præsidio, cohortem *Italorum* unam, & *Albanensium* alteram. Cenoscla. Bua. Trau. Spalato.

Biblioteca Museo Franz Mayer



Biblioteca Museo Franz Mayer

terram, levioris armaturæ equitatu constantem, ac 900. alios milites complectendi demandare soleat. In vicinia oculis subjiciuntur ruinæ antiquæ urbis *Salonæ*, *Issæ* item validissimæ *Arcturum* fortalitium 900. passibus ab urbe *Spalatro* dictum, ut & alind Turcico imperio itidem subjectum, ac pene invincibile, quod *Clissæ* nomine, diverticulo haud magno à *Salone* urbis cadavere, & *Solonchiza* flumine, marmoreo ponte ripam utramque jungente, fecellit. *Almissa* exiguum spacium ædibus complens, sed situ, & munimentis eam tutantibus nobilis urbecula, in finitimum marginem edita insulæ *Issæ* 7. oppositi, per quod *Cetina* fluentium undas duas in ponteum emittit, sedem suam contulit. Ostium hoc nulla aquarum profunditate conspicuum sed admodum vadosum, nonnisi navigiis minoribus *Barchen* appellatis ingrediendi facultatem concedit, quamvis intus in ipso æstuario tanta profunditas animadvertatur, ut majoribus navibus, si ingredi possent, navigandi portellas daretur. Præsidio suis militaribus urbeculam nominatam *Rezsedica Veneta* sibi conservat, ut & *Starigrad*, vel *Stanigrad* fortalitium parvo interstitio ab *Almissa* urbecula in excelso monte, ad quem difficilis, imò verò nullis fere aditus patet, firmum suum habens. Tale munimentum etiam est *Fescibio* à priore haud magno spatio secretum, & alteri monti impositum, quod & naturalis situs, & moles militares, & præsidium *Venetum* validissimum reddunt. *Narenta*, vel *Narona*, aut *Narenza* Turcico dominio subjectus locus fortissimus patitur, ac Turcico præsidio munitissimus, *Narenta* fluenti undis humectatur, ac *Ragusina* ditionis finibus conterminus est.

Salone. Issa. Clissa. Almissa. Cetina. Starigrad. Visclicha.

INSULÆ. INSULÆ antè litus *Dalmatiæ* modò dictum plures iterum in sinu hoc Adriatico recumbunt, quarum descriptionem sequentem damus.

SOLTA. SOLTA lapidoso & sterili solo obducta insula paucos habitatores habet, ac circuitu fere 40. *Italicos*, aut 10. Germanica mill. congregat, fitusque suo in spacium insulæ *Issæ* & *Brazzæ* segregans migravit.

LA BRAZZA. LABRAZZA ad insulæ *Solæ* Orientale latus jacens longitudinem suam ex occasu in eirum peolongat, ac secundum continentis sinus quam proximè provehitur. Vicus in ea est *Nersi* nomine & adhuc 7. vel 8. pagi. Lapidibus & montibus obruitur, eâque de causâ in frumento procreando, fegnitie quâdam laborat. Vinum tamen in convallibus quibusdam nobilius nascitur, pastionisque affluentia ad rei pecuariæ studium incolas invitat, qui capris plurimis alendis, maximè dediti, optimos ex lacte caprino cascos conficiunt, qui in alias regiones deportantur. Quater mille homines, inter quos 800. armis ferendis idonei numerantur, eam incolere perhibent. Aliquot repulsis viribus piraticis incursiones à se amoliri & fortitudinis & animositatis suæ specimina egregia ediderunt.

LESINA. LESINA, vel *Lisena* insula longitudinem suam secundum insulæ *Brazzæ* latus in Notum proclive ab Occidente in Orientem usque ad sinum *Golfo de Narenza* profert, eamque per 70. *Italicorum* mill. quæ ad Germanicorum calculum reducta 27. dabunt, intercapedinem provolvit. Latitudinem suam diverlimode expandit; siquidem ejus expansio maxima 16. tantum milliaria Italica, vel 4. Germanica numerat, & diversis in locis ad contractiores angustias redigitur. Quà autem insula hæc apice sua se in Occidentem præripit, *Lesna* vel *Lesina* civitatem, castri cujusdam adjuncti propugnatione securitatem suam defendentem, ac portu commodo quidem sed navium vix 3. aut 4. capace, navigationis emolumento subservientem in conspectum dat. Ea numero 12. designatur. Castrum supra civitatem præruptis cautibus ac scopulis eo pacto undique cingitur, ut aditus non modo difficillimus sed fere etiam impossibilis ad illud videatur. *Veneta Respublica* machinis tormentariis pluribus, & præsidio admodum forti ad instruere solet. Unius militaris intervenia ab urbe *Lesina* alius portus navibus offertur, *Porto Palermo* nuncupatus numero 12. in typo hydrographico notatur. Introitus inter duos montes præruptos, & ruinâ in pontem deturbatos vesicantibus patet. Intus navibus nec venti nec tempestates eximescendæ sunt, nec mare à scopulis exclusum cernitur, nec anchoris etiam opus est, cum fundus, scopulis & rupibus alligari possint. Inter hunc & urbem 3. navale occurrit, quod *Porto Grego* appellatum peccedente aliquanto angustior existit. Medium insulam æquat campus plenus 11. vicis repletus, quorum minimi 40. mediocres 220. aliquot 250. maximi 500. focos, ac plerasque ædes grandes & spaciosas complectuntur. In litore autem adhuc duo versantur vici pulcheis ædificiis & templis exornati. Tales quoque incolis frequentioribus optime culti 5. numerantur in hujus insulæ angulo continentem inspectante. Patrietiæ grandes, ac murorum collaporum ruinæ ingentes, fundamentaque præclara, quæ passim in insula conspectui obvia fiunt, magno sunt indicio, splendidissimis ædificiis, ac habitationibus eam olim excultam ac magni nominis fuisse. Pars ejus, quæ proxime sua ad continentem fertur, planitiæ æquali protracta fertilitate sua omnem fructuum procreandorum ignaviam repsuit. Reliqua pars multis collibus exsurgentes campos exhibet. Hi vino plurimo, olivarum oleo, croco, fructibus variis, ac ficubus præcipue exuberantes, inculento suo testimonio fertilitatem, probant. In frumento tamen proferendo tota insula admodum parca est, in melle suppeditando largissima. Indigenæ robustis corporibus & viribus magnis præditi artche contenèque vivunt, ac sobrietati studentes vinum aqua temperane, ebrietatem oderunt, & laboees nullos pefugiunt. Qui partem in Serenissimum prorsum eunt inhubitant, opsiones strenui ovium curam gerunt; Cæterorum incolarum pars agriculturæ operam navat, pars piscatu vitæ sustentationi consulit; reliqui negotiationis & commercium exercitio occupati lucro inhiant; piscatus studio arretei 150. navium, quæ *Fregatten* cognominantur, aliorumque minorum navigiorum opera piscibus capiendis incumbant. Æstivis enim mensibus incredibilem piscium cujusvis generis numerum, Sardarum præsertim, retibus suis arretisunt; summoque suo emolumento longè lateque dispertientes in aliis regionibus divendunt. Quod autem loca hæc tàm incitabili piscium copia exuberent, huic occasioni adscribendum, quæ ex tempestatibus & procellis ingentibus enascitur; His enim *Ionium* ac *Sclavonicum* mare, pontumque *Apulia* litora ferientem insana sua rabie vehementer turbantibus, pisces in aquis tanto motu inquietis subsidere non possunt, verum in freta hæc insulas has dividentia confugere, ac tempestuosam maris commotionem evitare cogiantur. Sunt incolis etiam onerariæ & mercatoriæ suæ naves, quibus vino, ficubus, carne murià vel sale conditâ, piscibus, & id genus aliis mercibus emptis in *Italiam* atque alias regiones vela faciant. Hoc emolumenti etiam in ipsos ex insulæ suæ situ redundat, quod feré naves omnes *Sclavonicam* hoc mare tranantes necessario in portus ejus diverti cogantur, unde usu venit, ut, quicquid penè desideres, hac in civitate vendi facilè invenias, cum huc omnis generis merces ex *Oriente*, *Italia*, *Sclavonia*, *Africa*, & *Gracia* advehantur, & eo pacto incolarum divitiis maxima incrementa accedant. Eorum numerus sex hominum millia complere fertur; ex quibus mille sunt, qui armis ferendis apti, casu necessitatis postulante, se hostibus suis opponere possunt. Insula hæc cum possessore suo Aliota Cadpenna anno 1524. in Venetorum potestatem se tradidit.

TORRETTA. 22. TORRETTA, vel TORCOLA, vel TORRETTA exiguum spacium possidens insula, parvo templo LA. conspicua, Venetorum dominio subnulla est, ac retinum prospectum in civitatem *Sabioncello* conjicit. Ante, ac inter eam atque *Lesinam* insulam, quicquid maris

maris interfusam est, fundum occulit, anchoris retinendis aptissimum, ubi navibus ab omni ventorum & tempestarum discrimine securis esse licet.

LISA. 16. LISA, vel LESSA insula opposita *Lesinæ* insulæ, angulo in *Borrhapelioten* proclinato, *Lesina* civitatis jurisdictioni obsequio debito devincta est. Eam nobilitat Sardarum piscatus ubertimus. Apex in Borrhapelioten prorsum devolutus optimo portu à *Georgi* navibus ad se divertentibus quietem securam permittit. Ante portum parva admodum insula se oculis subjicit. Notosybici flatibus expositum angulum sinus excavatione sua, in portum fundo in profundum decurso devexo, abeunte, præditum redigit. Appellatione *Porto Camisi* signatur, ac Zephyri, Borrhobybici, & Mefoccoi, ventorumque sociorum insaniem, non extinguit. Sed Africo rectâ oppositione adversus ejusdem flatibus exagitatur; Borrhapelioten flatus aliquanto fortiores in eum imminente anchoræ facili negotio de fundo deturbantur, ac navis de statione sua depellitur. Latus in Notapelioten prorepeans etiam anchoris figendis opportunum maris fundum præ se habet. Est autem hæc insula una ex iis, quæ in sinu Adriatico anchorarum retinendarum opportunitate primas tenent. Primario ejus loco *Ateo* nomen est; Incolarum numerus 1200. capita non excedit.

S. ANDREA. 15. S. ANDREA Insulam Ragusani *Hossa* appellitant. Unius feré milliaris discessu ab insula *Lissa* in occasum producta, culeus & habitationis humanæ expers est, ac nonnisi sylvis ac arboribus scatens ligna nautis necessaria, in promptu habet.

MELISELLO. 14. MELISELLO parvo ambitu circumacta insula ad 4. feré milliare ab insula *Lissa* in Hypatricum discedit, ac muris albis cautibus & scopulis tanquam vallo aliquo ubique præcingitur.

PONO. 13. PONO scopulus est rotundo circuitu ponto incumbens, ac, ab insula *Lissa* in Occidentem conversa, interstitio intercedens 5. vel 6. milliaria attribuit. *Pono & Venetia* seu *Malamocco* insula introitum in portum *Venetum* custodiens, oppositione sua mutua Borrhobybicum & Notapelioten. intuentur.

CURSIOLA. 21. CURSIOLA vel CURSOLA insula longitudinis suæ projectionem ad 7. milliare Germanicum protendens, ac contractioe latitudine se explicans præjacet litori, quod à pelago coarctatum & compressum in acumen ice coactum, insulæ feré figurâ inter hanc & *Lesinam* insulam fluctus marinos penetrat. Civitas nomine ipsi conveniens, & *Curzola* vocata latus illud possidet, quod in Borrhapelioten se prorsum, urbem *Sabioncello* recto opposito è regione sibi respondentem, ac in *Ragusinorum* dominio sitam contemplatur; Parva quidem est ac satis infirma, & debilis, utpote quam valla nulla cingunt, muri exiles circumdant, & circumjecti montes imperio suo dominæ; sed pulchritudine sua, incolarumque frequentia, ac sedis Episcopalis dignitate priores defectus compensat. Præter hanc urbem adhuc 5. aut 6. pagis ornatur incolarum copiam non desiderantibus, adeo ut melius quam exteræ circumjacentes culta & pluribus incolis refecta sit, si proportionem & magnitudinem ejus cum reliquarum magnitudine contulceris. Fauces hanc insulam à *Sabioncella* divellentes, fundum operiant, non modo 20. aut 24. orgyarum profunditate sub undis latentem; verum etiam ita comparatum, ut anchoræ immissæ facili negotio firmiter eidem inhærere queant. Solum insulæ promptè fertilitate vina bona gignotre non recusat, in frumento autem ferendo ignavus est, ac vix tantum profert, quod incolis sustentandis sufficiat. Ligna affatim expromit, sive illud ad navium fabricam ipsi adhibeant, seu aliis vendendo lucri opimi participes reddantur. Venetorum potestati subjecta est.

CAETIS. 17. CAETIS, vel CUSA circuitus exigui, limitibusque angustis circumscripes insula inter *Lissa*, & *Agosta* insulas feré in medio sita est.

CASTOLA. 18. CASTOLA, vel CASOLO ejusdem feré cum prioee magnitudinis unius & dimidii circiter milliaris interpositu ab insula *Agosta* disjungitur, ac pene se fundum maris habet 40. orgyarum profunditate sub aquis delitescens.

AGOSTA. 19. AGOSTA, LANGOSTA, vel LAGUSTA, Borealis sui marginis objectu, insulæ *Curzolæ* lateri in Meridiem abeunti, adversatur, ac finem suum Borrhobybici ineuieu terminatum, portu excavat & pulchro, & sirum adeo commodum nacto, ut nullorum ventorum flatibus infanis turbetur. Ragusinæ Reipublicæ legibus obsequitur, optimèque excultæ pulchris villis ac præsidiis lcatet, palatiisque plurimis, atque ædificiis pallim recreationis causâ à Ragusinis extructis splendet. Vino atque olivarum oleo abundat, ac Sardarum piscatu copiosissimo rem facit.

S. AUGUSTIN. 20. S. AUGUSTIN parvis admodum limitibus definita insula ante *Agosta* insulæ Eoum angulum versus *Meleda* constituta est. Qua se Insulæ *Agosta* acuminis in Notapelioten proreptanti obiectat, intercapedinem maris interfluentem, ac multis scopulis & cautibus, partim aquæ immersis, partim cacuminibus ex ea extantibus, ac 1. aut 4. mill. distantia ponrum penetrantibus scatentem & adjacentem periculosam esse loquitur, & sedulo cavendam præcipit.

PELAGOSA. 26. PELAGOSA parvo admodum ambitu circumacta parum abest, quin mediam inter ucrumque litus, *Neapolitanum* nimirum & *Dalmaticum* viam obtineat, atque ita in medio navigationis cursu sita sit. *A Monte S. Angelo* in *Neapolitano* litore ad Septentrionem 8. & ab insula *Agosta* ad Upolybanotum, 6. mill. abest. Unius parvi milliaris diverticulo ab insula *Pelagosa*, ad Hypeurum aquæ superficiem exæquat scopulus ingens, longitudine sua navi grandiori respondens, à quo fluctus maris impetu magno irruentes fragore maximo repercutiuntur. Inter hunc autem & dictam insulam penè intermedius est alius scopulus, præcedenti tamen quàm insulæ propior, qui aquam supereminens conspectum non fugit.

GIMNASI. 30. GIMNASI, vel GIMNASI, exiguis insulæ finibus insula, exiguo aquæ interludentis interstitio ab Insulis *Tremiti*, ante *Neapolitani* regni litus sitis, discernitur.

MELEDA. 23. MELEDA Insula 5. milliaribus in longitudinem patet, ac ab occasu in ortum exporrecta *Ragusino* litori obtenditur, ejusdemque appellationis civitatem sustinet. Quà navigationis cursus inter hanc insulam, & continentem transit, maris fundum maxima fluctuum altitudine tegitur, & commodum est, cui anchora committatur. Propter angulum Borrhobybicum inspicientem 30. orgyas aquæ profunditas habet & pond angulum Notolibyco advertentem 36. orgyarum altitudine fluctus fundum superemittent. Parum culta hæc insula *Ragusinæ* patet, ac præter Sardarum piscarum nihil memoratu dignum offert.

ISLA MESA. ISLA MESA marginibus admodum contractis circumducta insula, ante *Meleda* insulæ apicem in Borrhapelioten procurrentem, Continentis litori adeo propinqua est, ut procul aspicientibus ejus pars esse videatur. Vicinam hæc habet aliquam *Calamotta* nomine, & adhuc aliam justa *Calamottam*, cui *Lagosta* nomen est. Omnes Ragusinæ Reipublicæ legibus obediunt. Latus hujus insulæ in continentem pronum, optimum patitur æque tutissimum navale aperit, ipsique insula tota arduicius superbis & efferens locos ferè 700. numerat. Solum lapidibus & faxis constratum, ac proinde ad fructuum generationem ignavius, habitatorum sedulo & indefessi labores ità emendantur, ut fertile evaferit. Pulcherrimis igitur, & amœnissimis hortis, ac arbustis, in quibus arbores frugiferæ variæ, lauri, ficus, olivæ, mali aurea, & citreæ aliaque conspicuntur, repleta est. Vineta uvis delicatissimis abundant, vinumque nobile submittunt. Fructus etiam qui Panis S. Johannis ac *Gracis* Ceratia vocatur, hic est frequentissimus. In portu atque mari piscationum retibus varii pisces ex mari extrahuntur.

Biblioteca Museo Franz Mayer

CROMMA. 24. CROMMA vel CHIROMMA exigui admodum circuitus insula, proxime *Ragusanum* portum castro *Ragusino* à regione obvertitur. Scopulus potius est munitissimus, quem Venetipossessores nunquam *Ragusina Reipublicæ* vel vitentanti vel precium offerenti concedere volunt. Operibus autem bellicis munito tunquam freno aliquo *Ragusanos* coërcent, qui si hac insulâ potirentur, eamque molibus militaribus firmarent, tantam suæ civitatis latere ad pelagus conversò firmitatem conciliarent, ut penè invincibile evaderet, & nulli planè impetui hostili pateret. A tergo navale habet nullius ventri dominio expositum. Inter hanc & *Mesa* insulam aliquot adhuc parvæ insulæ collocatæ sunt; *S. Andreæ* nimirum & *Calamota* parvum templum ferens: Altera à tergo alterius sita est, illa mari quàm Cenzinenti vicinior; hæc vero in Cenzinentis confinio; Utraque *Ragusæi* dominos agnoscit.

MELANTO. 25. MELANTO ex parvarum harum insularum numero ultima, eadem cum *Porro Ateleute*, in Cenzinentis ora extima navali sito, appellatione gaudet.

Quicquid in continente litoris hic ad navale *Porro Melanto*, vel *Capo Melanto* procurrit, Ragusinæ Reipublicæ Dominio subjicitur adeo ut hujus rei publicæ Jurisdictio inter *Golfo di Narenta* finem, & *Capo Melanto* promontorium extendatur. Post *Golfo di Narenta* Sinum est *Stagno* vel *Stagnia* Episcopi sedes, quam scopulus in vertice fert: Inde Continens ex litore oblongam lingulam exerit, cujus ab ortu in occasum, inter *Lessum* & *Curzolam* insulas, in pelagus longiore extentione excurrit apici eximo, quâ latus suum in Meridiem protendit, immissa cernitur *Sabioncella* civitas, quæ suum finem *Curzolæ* vel *Curfolæ* civitati ejusdem appellationis insulæ inhærenti opponit. Tum sequitur *Ragusa* nova, Italis *Raguse*, *Ragusia*, & *Ragusa*, Turcis vero *Dobronick* dicta, quæ ad magnorum montium pedem in mare devexum consistens, ex litore mari imperdente, & bellorum superioribus seculis *Turcis* in *Bosnâ* gerhorum occasione, incolarum multitudine grandi accedente, tanta incrementa sumpsit, ut hac nostra ætate plusquam 25. hominum millia complecti dicatur. Emporium opulentia singulari pollens ac totius litoris Dalmatici, imò ipsius Sclavoniæ omnis caput & domina, pluribus propugnaculis & turribus vires suas ostentat, castroque *S. Laurentii* nomine insignito firmiore redditur. Armamentario suo varia æema machinasque tormentarias majores & minores, multaque alia ad bellum necessaria custodit. Portus quamvis angustius spacium concludat, opportunitate tamen sua navigationis emolumentum præbet, ac omnem ventorum injuriam excludens, noctumo tempore extera ferrea claudittur, ne peregrinæ navi fine magistratus consensu introitus apertus sit. Plateæ urbis propius conjunctarum ædium opera angustius quidem spacium inveniunt, ordine tamen adeo concinno coordinatæ sunt, ut in quacunque earum æterris, urbs mœnia tibi conspicere integrum sit. Æquali serie fronte conjungunt ædes, nec ullæ reliquas prominentia aliqua excedunt. Territorium civitatem ambiens multis palatiis & ædibus magnificis, recreationis causa extructis, superbit. *Ragusa Vecchia*, id est antiqua *Ragusa*, ad alterum milliare, in litore à nova *Ragusa* in Eurum seu Vulturnum proficiscente, flexui sinuoso adhæret, qui fundum æreodum mari substernens navibus anchoris sine periculo insistendi opportunitatem largitur.

Ora *Dalmatiæ* maritima ad *Portu Ateleute* stationem navalem profectione sui devolvit, dominii mutationem sentens, ac ex Ragusinorum in Turcarum jurisdictionem transit, qua ad *Golfo di Catero* sinum de civitate *Catara* nomen sibi fumentem continuatur. Hujus introitus longiore flexu continentem ingredienti latus dividens primò in Aquilonem seu Gallicum ostquè ad *Castel Nuovo* fortalitium incurrit. Ad dextram ingredientium conspectui obviam venit *S. Maria de Rose*, templi exigui vestigia à muris collapsis conservata, ubi si opus fuerit, navibus anchoras figere fundum permittit. A *Castel Nuovo* sinus ad Subsolanum se inflectens parvam insulam, templum quoddam exiguum seu sacellum sustinentem, accedit, unde ad Borrhapeliotem *Perasto* vicum offendit, juxtà quem tandem ad Cæsium seu Hellespontium profectionem suam deducit, & à tergo urbis *Catare* finem suum fortitur. *Castel Nuovo* seu Castrum novum in dicti Sinus ore situm, in validissimorum & munitissimorum fortalitiorum, quæ Turcæ in his oris possident, numerum merito refertur. Chersez *Dalmatiæ* Dominus ejus possessione fenebatur. Ei ex manibus *Turca* vi armata eam exorsserunt. Hâc *Turca* iterum ab *Hispanis*, & *Venetis*, quorum clarissimi *Andreas Doria*, & *Vincent Capel* imperitabunt, orbati sunt. Tandem anno 1538. *Turca* dictis sui Barbarosæ ductu & auspicio Hispanos exturbarunt, eamque ad obsequium suum reduxerunt. *Catare* interiorem sinus recessum possidens in *Pro-* *Catarum.*
montorium posseltate vertitur, ac propugnaculorum, valorum, aliarumque molium militarium firmitudine & robore vix ulli alii fortalitio cedit. Adjunctum ipsi est Castellum forte & munitum, virtumque quas ante habet, insigne augmentum. Præsidium Venetum ufcatum 220. militibus, 140. Albanensibus seu levis armaturæ equitibus, ac 15. alijs peditibus in castello plerumque excubias agentibus, ut & 100. incolis militaris cognitionis peritia nulli militum cedentibus absolvitur. *Bulon.*
Bulon, Bulos, vel *Butua*, aut *Budua* inter civitates, quæ in *Dalmatico* tractu maritimo Venetæ Reipublicæ dominio fræmantur, ultimum locum obtinens, suis molibus bellicis conatus hostiles eludere potest, nec incolarum frequentia gaudet ab illo tempore, quo ipsam habitatoribus plentissimam horrendo incendio *Turca* ferè totam delevernnt. Tutantur tamen eam 2. peditum cohortes, quarum quavis 40. capitibus constat, & 15. *Albanenses* seu levis armaturæ equites, quibus necessitatis casu urgente ex incolis 300. armis gerendis idonei ac militiæ periti à juxta cum militibus pradiis se adjungunt. *Antivari* appellationem suam *Antivari.*
inde deduxit, quod munimento *Bari* in *Neapolitani* regni litore collocato, situm è regione adversum opponat. Venetis eam in potestionem sui habentibus à *Turcis* erepta est. Eandem fortunam sequutus est *Dul-* *Dulcigna.*
cigne locus, qui hodieno tempore non modo munimentis fortibus firmatus est, verùm etiam incolarum frequentia excelsus maximè floret. Tandem in his oris maritimis ultimus est terminus ostium fluvii *Bojana*, quem alii *Boiuno* nominant. Hic ex stagno mediterraneo *Scutari* egestus, *Dalmatiæ* cum litoribus suis fines constituit.

Regionem hanc aër perambulat temperaturæ suæ Opes, &
modicæ claustris ita coercitus, ut nec frigore modum Mercet.
excedens, nec calore nimio gravis valetudinis emolumento maximè inferviat, ac paucissimorum morborum occasione, in vegeta fanitate incolas conservet. Continua propemodum viriditate terra obducta, aspectum amœnissimum efficit ac mira voluptate oculos perfundit. Olivetis & vinetis est refertissima. Loca ad asperitatem aliquam proclivioria pallionis uberrimæ beneficio quicquid emolumenti habent, ad rem pecuariam promovendam conferunt. Omnis autem hæc Regio in universum fructibus optimis & pulchertimis, frumento & omnibus iis, sine quibus corpus humanum neutiquam sustentari potest, mirum in modum affluit. Montium viscera metallorum venis diffusa fodinas opulentas aperiunt. Silvas ferè omnis generis incolarum venatoribus multitudine sua negotium gratum faciunt. Boves copiosi, vaccæ numerosæ, & oves plures ter singulis annis fœtus suos edentes, rem pecuariam opulentissimam reddunt. Ex avium frequentia frequens & magni commodi aucupium nascitur. Fluviatilium piscium præcatus creber & copiosus fluminibus multos pisces alentibus acceptus fertur. Marinorum piscium, & ostrearum optimarum copia ferè est incredibilis. *Catara* civitatem memorabilem faciunt litoræ ex omnibus *Europa* emporiis præcipuis, regionibusque variis, *Italia*, *Gallia*, *Anglia*, *Belgia*, & *Germania Constantinopolim* missæ, & inde in dicta loca redeuntes, quæ singula fe primatis equis veredariis hanc urbem transeunt. Inde in *Italiam* transportantur cera, mel, plumbum, pix, candelæ, coria ovilia, corium crispatum, quod Cordouanicum appellatur, ficuum insignis multitudo, & aliæ merces. In *Sclavoniæ* urbe navibus in *Italiam*, transportandæ merces imponuntur, cera, mel, *calcus*, ficus, oleum & vinum: *Spalatro* & *Traun* idem commerciorum genus occupatis tenet, ac pellium vulpinarum, & levi accessione augetur.

Territorium *Ragusæum* urbem ambitu suo obumbrans, aëre optimo fruitur, cujus ipsa urbs est expers. Sed lapidibus ac faxis ubique repletum, à fertilitate ad fleriratem natura sua propelive est. Defectui huic naturali singulatis incolarum industria, ac labor improbus medetur. Superficiem hi lapidofam, & sulteram, terrâ ex alijs locis haud parvis sumptibus advectâ, conegunt, contectamque laboribus sufficis ad fertilitatem deducunt. Tandem vinam, frumentum, mala aurea, citria, punica, & alios fructus preciosos artificiosæ & laboriosæ fuæ fertilitatis emolumenta colligunt. Ingressio piscatu marinis piscibus infidias struunt, aliaque artificiis subeubibus picationis suæ emolumenta desiderata promovent. Ex pluribus technis unam recenfere libet, ingressi laboris argumentum. Oliveas arborum in litore consistentium ramis affigunt; Ramos incurvatos, & lapidibus gravibus oneratos in aquam inclinante, ut ostreæ ramis adhærentes cum ipsis fructibus immergeantur. Ramis tum aut alterum annum cum ostreis in aqua relictis tanta horum conchyliorum copia adnascitur, ut in qui nunquam viderunt, vix verisimile fieri possit. Tertio anno maturitatem consequuntur existuntur, & sapore grato palatum mirè afficiunt. Est alius etiam modus, quo usi solent, ut vidclicet fasciculos ex virgultis collegatos in mare conjiciunt, & deinde ostreis completos iterum eximant. *Ragusa* urbis habitatores in commercijs mari terraque exercendis, sunt operosissimi, ac navigationis studio doctissimi, utpote qui plusquam 120. onerarias naves, quarum quævis 600. doliorum capax est, possident; minores taceo, quarum magnus est numerus. Hinc communi rumore fertur, maximas totius *Italiæ* naves in porta *Ragusæo* cerni. His Mare Mediterraneum frequentant; & ubique locorum navigationis beneficio mercaturam exercent. Ex pluribus locis *Ragusæi* advectos pannos varios ut & alias merces diversas *Constantinopolim* trajiciunt. In *Italiam* verò, ceram, fericum, vestes & pannos undulatos, corium Cordouanicum, plumbū, & tegumenta, quibus terram ligno, & mancipia tegi solent, transmittent. Libertatis suæ redimendæ causa *Respublica Ragusæa* singulis annis vigesies mille Zecchinos seu ducatos *Imperatori Turcico*, & decies mille *Reipublicæ Venetæ* pendere cogitur. Maximam quidem navium copiam possidet, sed ex armamentario suo nullas triremes in mare deducere audet, quandoquidem hoc ipsi *Respublicæ Venetæ* concedere aut permittere recusat.

ALBANIÆ TURCICÆ PROVINCIÆ MARITIMA LOCA.

ALBANIA. ALBANIÆ TURCICÆ PROVINCIÆ ora maritima à *Bojano* fluenti ostio discessionem facies, extremitatis suæ contactu Adriatici maris humectationem partim sentit, partim verò *Ionii* maris irrigatione fruitur, *domos Gremitæ* flu- *Gremitæ*
minis ostium attingens, *Epiri* regionis finibus subitur. Turcæ hanc provinciam *Arnaut*, & *Albani*, aut Albanenses *Arnavolar* idiomate sibi confuetò cognominant. Maritima autem ejus series sequenti ordine progredi- *Palina.*
tur. *Alessio* vel *Alessa* muninemeum fortalitium, *Golfo di* *Alessio.*
Ladrin sinui imminens, & animosissimi Herois Scanderbegi, qui 7. Januarii anno 1467. hic diem suum obiit, ex hac vita discessa memorabile, alio nomine etiam *Alessio* dicitur, & in propinquo est fluminis *Drin*, vel *Ladrin*, vel *Drino*, qui de se Sinum hunc, in quem prolabitur, nominat, nisi forsan hoc laudis civitas *Ladrin* in dextro faucium hujus fluenti margine excitata, sibi vendicat, ac utrumque in nominis sui societatem adfeiscit. In Sinus autem laudati margine, in meridionalem aëris regionem preno, os cernitur fluvii *Matho*, vel *Malin*, à quo idem margo ad extimum æstuarii hujus *Malin.*
apicem, meridici expolitum, & *Capo Rodoni* cognominatum provehitur, ubi cuidem finis est. Hinc latis- *C. Rodoni.*
perto hiatu fluenti *Lisano*, vel *Lizano*, à validissima & *Lisano.*
munitissima arce *Croja*, consurto *Scbanderbegi* domicilio, delabentis aquas in mare properantes dimittit.

DURAZZO. Tum *C. Durazzo* promontorium adest, nomine mutato ab urbe *Durazzo* celeberrimâ olim famâ illustri, ac hodie splendoris tanti vix vestigia conservante, & malè admodum habitata, quæ in dextro margine oris, per quod *Argento* fluvius undas suas eructat, recumbit: *Argento.*
Proximus est fluvius *Spinaza* exitus, qui in duos alveos *Spinaza.*
diductus, duplicitem ostio in Sinum *Venetum* effundit. *Alio.*
Unus eorum, cui *Alio* nomen est, propter Durazzo civitatem cum *Argento* amnis ostio parem finum effingit: Alter verò juxtà vicum *Frego* in eundem *Frego.*
finum se precipitem, *Preo* vel *Frego* nomine signatur. *C. Lodo.*
Inter utrumque intermedium est promontorium *Ca-* *Frego.*
bo Lachi coercentre suo apice maris fluctus secans. Mox consequuntur *Fergovicus*, & fluvioli cognominis eidem propter eundem vicum se in Superum mare præcipitem dantis ostium: *Polina* fluvii, juxta vicinum *Spinaz-* *Polina.*
za dextro sui exitus margini accumbentem, undas suas mari Adriatico tradentis fauces. *Salnich* fluenti effu- *Salnich.*
vium, *Valona* civitas in cufpide Boreali sinus cujusdam *Valona.*
à mari altius in terram introfi fundata, ac ad pedem montium magna excelsitate adti minatorum collocata, quam castra duo forcifilima propugnatione ab hostibus fecuram reddunt. Unum *Canina* vocatum ac fopuli jugo immissum, omnes totius civitatis partes machinis tormentariis perstringit, & tutas præstat; alteri Torazzo dicto ac in litore ædificato portus tutela commititur. Spacium maris ante litus inter *Salnich* fluvii ostium, & angulum æstuarii propè *Valona* Aqui- *Valona.*
lonaem interccdens domicilium præbet insulæ *Saseno* *Saseno.*
vel *Sasfano*, quæ à Borrhapeliote ad Notolibycum ex- *Sasfano.*
porrecta longitudine jacens, prima est in Jonio mari, quæ *Turcarum* Imperatori fidelitatis juramento obstringitur. Insula hæc nihil aliud commodi affert, quam quod nauris aquam dulcem suppeditat. Collocata autem est propter *Rocca del Golfo di Venetia* seu introitum in mare *Adriaticum*, ad cujus dextrum latus situ suo se contulit. Perfugium est commune pirarum, qui myoparonibus & navibus prædatoriis sub litore ejus de latet esters, advenantes naves prædandi occasiones solicitè anceps anteruntur. Acumen Sinus ad urbem *Valonam* jacentis Meridionale, nomine *Capo Longua*, vel *C. de la*
de la Longuetta notatur, appellatione derivata à vicino *Longuetta* sibi impolito, & è regione adversanti pro- *Longuetta.*
montorio *C. di Otranto* in regni Neapolitani Italiæ partis ora maritima sito objicitur. *Sinus Adriaticus* hic finis est, & initium *Maris Ionii*, cujus extremitates retibus *Alluntæ* litora lambunt, in quibus cernere est *Orsa* vel *Orfa*, urbemlam ante *Monte di Chimera* montium ex terra in mare prominentium coërcitionem fitam, *Paltasse* vicum, & fluvii *Gramata* ostium, quo distinctus Albaniæ maritimus terminatur.

Cum Regionis hujus portio illa, quæ seu suo ad Se- Divisio
ptentrionem concessit, alteram, quæ Meridionali aëris & Complagæ obtinitur, planicies sit æqualitate autecellat, merita.

Biblioteca Museo Franz Mayer

eidem etiam feracitate præstat, atque vinorum nobilium proventu largo præcipuè gloriatur. Eorum illa quæ in urbi *Vallona* territorio nascuntur, cæteris præstantiora sunt, ac magis expetuntur. Territorii dicti habitatores quotannis maximam piscium copiam parant, atque magno quæstu vendunt, sale item opulentam & quæstuosam mercaturam exercent. Eum ex montium adjacentium visceribus eruere solent. Vallonâ etiam exportantur cera, gossipium, linteа, tapetes, sale conditi pisces, & aliæ id genus merces.

Distantia locorum in Sinu Adriatici margini-bus sitorum.

Cabo Spartivento, & C. Bersano.	Mill. 2. vel 3.
C. Bersano, & Stilo.	8.
C. de Stilo, & C. de Colonne.	23. vel 24.
C. Colonne, & Taranto.	22. vel 23.
C. Colonne, & Gallipoli.	16.
Cabo Colonne, & Cabo S. Maria.	18.
Cabo Maria, & Cabo de Otranto.	7.
C. de Otranto, & Brundisi.	20.
Brundisi, & Monopoli.	8.
Monopoli, & Bari.	9.
Bari, & C. Vestice seu Monte S. Angelo.	9.
Monopoli, & Monte S. Angelo.	16. vel 17.
Monte S. Angelo, vel *C. Vestice & Gymnasi* insula.	6.
Insula *Gimnasi*, & Insula *S. Maria de Tremiti.*	2.
Monte S. Angelo, & S. Maria de Tremiti insula.	8.
Monte S. Angelo, & Ortona.	20.
Ortona, & Ancona.	23.
S. Maria di Tremiti, & Ancona.	32.
Ancona, & Sinigaya.	6.
Ancona, & Rimano.	16.
Rimano, & Volano.	14.
Volano, & introitus in portum *Venetum* propter insulam *Malamocco.*	11.
Venetia & Rovigno, vel *S. Iustin Pelago.*	19.
Rovigno, & Pola.	3.
Rovigno, & Promontorium.	5.
Promontorium, & Isola Longa.	17.
Isola Longa, & C. Cesta.	8.
Isola Longa, & Lissa.	35.
Trau, & I. Lissa.	6. vel 7.
Lissa, & I. Pomo.	5.
I. Lissa angulus Meridionalis, & *Curtsi.*	6.
Curtsi, & Lagosta.	3.
Lagosta, & Meleda.	4. vel 5.
Meleda, & Ragusa.	5.
Ragusa, & Catano.	5.
Cataro, & Dulcigno.	7.
Dulcigno, & Durazza.	7.
Durazza & la Valona, sive insula *Sasseno.*	14.
Sasseno, & Corfu insula.	10.
Sasseno, & Fano.	9.
Fano, & Pare.	12.
Fano, & C. de Otranto.	9.
Fano, & C. Maria.	10.

Distantiæ transversæ, seu obliquæ.

C. di Otranto, & Valona, vel *I. Sasseno.*	Mill. 9.
C. di Otranto, & C. Durazzo.	21.
Brundisi, & C. Durazza.	20.
Brundisi, & Ragusa.	21.
Brundisi, & I. Lagosta.	30.
Brundisi, & I. Pelagosa.	30.
Brundisi, & C. Pali.	36.
Monte S. Angelo & Catero.	25.
Monte S. Angelo, & I. Melida.	37.
Monte S. Angelo, & Lagosta.	31.
Monte S. Angelo, & Pelagosa.	8.
Monte S. Angelo. seu *C. de Vestice, & Ancona.*	40.
Ancona, & insula Pelagosa.	31.
Ancona, & parva insula Pomo.	26.
Ancona, & C. Cesta.	28.
Ancona, & Isola Longa.	23.
Ancona, & I. Lorda.	21.
Ancona, & I. Lissa.	22.
Ancona, & Promontorium.	24.
Ancona, & Pavenza.	27.
Ancona, & introitus in portum *Venetum* propter *Malamocco.*	35.
Pelagosa, & Lagosta.	6.
Pelagosa, & Curtsi.	5.
Pelagosa, & I. Lissa.	8.
Pelagosa, & Pomo.	10. vel 11.
Pomo, & Venetia, seu Malamocco.	60.

CORFU Insula cum Litoribus, quæ Pelagi fu-roribus opponit.

CORFU. CORFU, vel CORFOU grandioris spatii insula *Epiri*, regionis litoribus obtenditur, ac longitudinem suam inter Aquilonarem regionem, & meridianam cœli plagam expandens, haud grandi marinorum fluctuum intercapedine ab introitu, qui naves in mare Adriaticum deducit, segregatur. Itaque *Ionii* maris fluctibus circumfusa *Venetis* ac ab insula *Candia* æquali ferè spacio abest, atque eo pacto inter utrumque locum pene media constituitur. Longitudinis suæ mensura 15. vel 16. milliaria *Germanica* metitur: latitudine verò 5. aut 6. non excedit. *Veneta Respublica*, sub cujus dominio est, eam rebus-que ibi præpositis in obedientiæ officiis continet. De ejus maritimis hæc pauca: *Porto Sidari* navale est, in quo naves anchoris commodè stari possunt. *Capo de la Serpa* promontorii in mare fe imminentis, ac à scopulo *Serpa* appellationem mutuantis apex. *Serpa* scopulus fruticum hanc insulam ab *Epiri* litoribus separantium frontem obsidet cum alia minore caute, quam fibi adjocavit. Utrique *Barbi Serpa* nomen quoque impositum est. Introitum in fauces periculosum facitur, ac naves ex Septentrione ad urbem *Corfu* cursum tenentes naufragii periculum fedula cautione declinare, & se vitare jubent. Post promontorium proximè præcedens est *Cassopo*, haud exiguæ commoditatis portus cum urbecula dicta, & templo *S. Maria de Cassopo*, quod *Barbarossa Turcarum Amiralius* incendio delevit, & *Ioan Pasqualigo Venetus* anno 1598. ex cineribus suis impensis splendidius surgere iussit. Huic juncta sunt *Punctes de Saincte Nicolas Nicolae*, & *S. Sidero* 2. parvorum promontoriorum cuspides in mare *Ionium* abeuntes. Inde est *S. Barbara* tirus, & proximè *Corfu* civitas condita in lingula quadam angustiore tractus litoris in fauces exerta, & recto objectu *Butrinto Epiri* oppido occurrente, seu *Basilia* pago in eodem litore recto opposita respondente. Itaque medium ferè latus Orientale occupans validissimum, firmissimum, & quasi insuperabile est fortalitium, quod 5. diversis munimentis admodum fortia, quorum unumquodque solum duo viros hostiles eludere posset, complectitur. Infimum reliqua 4. suo ambitu recondit, ac in 3. angulos pene desinens, quâ parte mare subjectum despectat, latrantium fluctuum asperitonem glato supercilio deficit, eosque insultantes propugnaculis suis lapideis repellit. Partem ejus urbi extra positæ obvertium 2. ingentis magnitudinis & fortitudinis propugnacula, fossaque profunda & latæ admodum vi-ribus firmant. Tres autem munimentum hoc portas aperit, quarum una *Portella di Coltredo* dicta, & in meridiem conversa, prospectum suum in mare projicit: Altera *Porte de Mandrachio* è regione eriam mare subjectum intuetur: Tertia, cui pons pensilis pexilxus est, *Porte Reyale* cognominatur. Eam transeunti

P. Sidari. C. de la Serpa. Serpa.

Cassopo. S. Maria di Cassopo.

eunti anguita via offertur, quæ in alterum munimentum admirandis molibus bellicis armatum ducit. Inde in 3. & 4. per gradus scopulis incisos, ac unum post alterum incedentem admittentes adscenditur. Hic admirandæ defensionis & offensionis specimina in oculos incurrunt; Non enim sibi solis defendendis duæ illæ arces sufficiunt, sed etiam toti mari adjacenti, territoriogue circumjacenti machinis suis tormentariis imperant. Bini scopuli 100. passuum interjectione disclusi geminis verticibus utramque ferunt. Quæ urbem sub se habet, altitudine illam antecit, cui mare in prospectu est. Machinæ tormentariæ, quarum haud exiguus in his arcibus est numerus, eò delatæ non sunt, sed ex materia altera ineus fusione in figuram desitam redactæ. Ex munimento ubi vicino clandestinis gradibus lapicidarum operâ in scopulo formatis tandem in quintum pervenitur, quod *Atezalana* id est dimidia luna appellatum, prioribus firmitate nequicquam concedit. Quâ civitas in Occidentem prominet, alius castri validissimi, ac solis scopulo lapicidarum artificio immissis cincti, tutela fruitur. Adhujus firmitudinem accedit, quod scopulus, quiargo suo hoc castrum sustinet, ipse etiam marinis fluctibus totus circumfundatur. Nomine autem *Castel Nuovo*, quod castrum novum sonat, insignitum, ac mœnibus civitatis adhærens, non modo Boreali, sed etiam occiduæ ejus parti defensione sua succurrit. Ipsa civitas *Corfu* inter hæc duo castra medium locum possidet, omniaque ferè lutera sua Nepruno lavanda exhibet; uno tantum excepto, occiduo nimirum, quo Contineneti ita committitur, ut 3. altissima propugnacula & crassissima mœnia ac valla 2. montibus vicinis *S. George*, & *S. Salvador* sibi imminentibus objiciat. Hic cernere est portam *S. Nicolai* cum *Mandrachio* navali veteris castri muris proximo, quod 24. triremium capacitate dotatum, vallo pedi lapidibus quadratis ex maris fundo cæmentatiorum laboree edudo innitente cingitur. Urbs autem in tres portiones dispertita est, quarum nomina sunt *Spilee*, *Frionove*, & *Spienate*. In propinquo urbis *Corfu* sunt rivi in mare effluentes, *Panica*, *Mesogie*, *Euripus*, cum fuo portu *Euripo*, *Potamio*, qui omnes ordine fuo fe invicem consequuntur. Litusque fensim ad meridionalem hujus insulæ finem, aut angulum *Capo Bianco* transmittunt.

Insulæ civita Corfu insulam.

Occidentalis autem margo aliquot insulis parvis fcpius est: Eæ sunt *Formiche* scopuli potius quam insulæ; *Gavidia Isola* haud procul à *Porto Timon* in continentis litore; Insula *Catarina*; Duæ insulæ *Merlere* N°. 33. Insula *Fano* N°. 32. Insulæ *Scopuli* vel *Scropali*, *Ragusia*, & *Condelouse*. Hæ insulæ ob pastionis abundantiam rei pecuariæ commodo quidem fervient, verùm ab habitatoribus vacuæ sunt & inanes, piratarumque exercentibus solis perfugium præbent. *Mathiere*, vel *Marpiere aut Marpere* insula 200. *Mafsus*, passuum distantia ab urbis *Corfu* Boreali latere abest. Olivis aliisque diversis arboribus referta multos apros alit.

Insulam *Corfu* circiter 18000. homines inhabitant. Comin 68. pagis, ac cæteris præcipuæ notæ locis ipsaque mercia. & civitate *Corfu* domiciliafus habentes. *Barbarossa* anno divitiæ. 1537. eam miserè vastavit, & 16000. hominum captivos abduxit. Præsidium mittere Venetum, cui hujus insulæ tutandæ provincia demandatur, 500. complectitur pedites, ac 150. *Albanenses*, seu levis armaturæ equites, quibus ex indigenis 3000. homines excrcipis militaribus ad pugnam adfuefacti, neceffitate urgente, fupperias ferunt. Solum insulæ ad Italiam vergens cæteroribus montibus affurgit: Quâ verò ad fotis ortum proficifcitur, Epiroque regioni finitimum fit, diverfis ac frequentioribus collibus ac vallibus, fertilitatibus non neficis, confertitur; ejufdem naturæ etiam fune mediterranea. Vinum fert, ut oleum, olivas, mala aurea, medica, fimilefque fructus. Herbæ plurimæ medicinæ ufui infervientes, rarasque fimplicia inveftigantibus paffim fiunt olivum. Mellis & ceræ copia non eft parca. Frumenti tantum non fuppetit, quod incolarum omnium fuftentationi fatis fit. Huic tamen defectui remedium artificiofum quæritur, cujus auxilio agricultura eò deducfum irifpes eft, ut inpoftetum inquifitis proprium frumentum fufficere queat. Aqua in fortalitio *Corfu* craffior, & valetudini minus conducens, eaque de caufa aqua pluvia cifternis colligenda. Extra illud fons eft *Cardacchio*, qui aquam pulchram, & Cryftalli inftar pellucidam emittit. Sales affirtim incolæ quotannis coctione & præparatione folita fibi comparant, Venetiafque tranfmittrentes lucro quæftuofo commutant. Eorum commercia in *Italiam* & *Sicilium* vadant, ac Confidenfie aut Corduanum cotium, tegamenta, lanam craffiorem, ceram, mel, & plures alias merces tranfportant.

PAXUS.

14. PAXI, vel *Paxlo* 15. & *Antipaxo*, vel *Antipaclo* duæ insulæ à regione objectum habent Venetum fortalitium *Parga*, vel *Parga*, cujus incolis à *Venetâ Republi-ca*, eâdono datæ funt, aliamque ufum non habent, quam quod tei pecuariæ commodo inferviant, & dictorum incolarum pecudes & pecora nutriant: cum *Pargatanen* insulæ *Corfu* jurisdictioni subjiciantur. Quamvis verò utraque habitatoribus carcat, fterilitatis tamen nominfimulandæ, cum palcuis & pratis referta paftionem opimam offerant. *Paxa* major eft, & portum habet, in quo fine difcrimine aliquo, naves anchoris inniti poffunt. Pars ejus Orientalis planitie æquali conftrata, vineta colit, & omnis generis arboribus fructuum feracibus confertitur. *Antipaxos* exiguis finibus coarctata nullius portus commodo fruitur.

EPIRI PROVINCIÆ, QUAM TURCICI Imperii habenæ moderantur, margines, marinorum fluctuum obices.

EPIRUS. EPIRUS REGIO tractus fui maritimi feriem interpofuit geminis oftiis 2. fluviorum *Gramata*, & *Catochi*, ex quibus ille oram *Albaniæ* provinciæ maritimam limitat; hic verò, qui *Pefcaro*, vel *Pefcaria* in confpectum dat, *Arbanja* regionis maritimæ ordinat. Quâ igitur hæc provincia in mare mediterraneum vergit, fequentibus urbibus, fluviifque & portubus oram fuam confpicuam reddit. In fronte eft *Panormo*, vel *Porto Palermo*, quod poftcrius nomen à nautis ufurpatur: Navalis munere fungitur, vicinumque habet vicum *Sotopo*, qui alias *Sopaco* dicitur. Succeditur *Capo Rifetto* promontorium; *Orchino* vicus; *Butrinto* civitas deftructa & dejecta portum *Almare* habens, in fina à marihic in terram impacto, quem pifcibus affluentem pifcatores frequentant, ac faepius retibus fuis everfum, *Venetis* hoc in loco infulam admodum parvam turri validâ muniverunt, qua pifcatum dictum, ex quo maximum in eos emolumentum quotannis redundat, à piratarum incurfionibus damnofis prohibent. Sinus ille *Golfo di Butrinto* cognominatur. Lo- *Golfo di* cis laudatis fubjunguntur *Ballia*, & *S. Nicolò* duo *Butrinto*. pagi exiles cum promontorio pofteriori vici appellationem fibi fumente, quod utrumque diftingit. Inde eft *Porto Gomenza*, vel *Gomenica* nava- *Porto Co-* le ex fua cognomine *Golfo de Gomenica* exiftens. *menica.* Tum *Parga* intèr utrumque portum *Gromenica* & *Fu-* *Parga.* *reri*, ad *Venetos* pertinens fortalitium infulæ *Corfu* angulo in Meridiem ejecto è regione obftat, atque eo nomine etiam maxime commendatur, quod iteras *Conftantinopolim* cunctes, ac inde remeantes hic tranfeant. Navali opportuno rei nauticæ favens, fcopuli

Panormo. Sotopo. C. Rifetto. Butrinto.

Biblioteca Museo Franz Mayer

excellioris vertici incumbit, aggeribusque militaribus lateris terræ expositi tutelam mirandum in modum firmat. Geminum autem munimentum gemino præsidio defendit. Docentæ *Albanorum*, seu *Albanesium* similiæ inferius inhabitant, ac totidem *Epirotarum* superius incolunt. Armis idonei cum militibus *Italis* à *Venetis* submissis tutelæ rationem habent.

P. Fanaro. Post *Pargam Porto Fanaro* navale in *Golfo de Fanaro* flexu sinuoso terram hic incidente, ante quem *Sivota* insula jacet. In propinquo cernes *C. Nisso* dicti Sinus à vicalo *Fanaro* nomen sibi adsciscentis angulum in Notapelitenen projectum; Et *Golfo di Larta* cavitatem limosam *Larta* civitati appellationis suæ ortum attribuentem. Hæc ad levam oræ sedet, quod *Spagnegmaro* fluvio, undas suas huic sinui mariranti, alitore incito aperitur. Sinus ipse maris fluctibus intrantibus angultum introitum exhibens, intus laxior evadit, terramque profundiore sectione adjungit. Sinistrum introitus apicem possidet *Prevesa*, *Turcarum* civitas maritima, spacioso & probe munito ambitu & incolas frequentes, & præsidium Turcicum forte conciudem. *Capo Figalo* ejusdem in Sinum *Golfo di Larta* ingressus apex dexter, & finis. Proximè sitas habet freti, *Stretto di S. Maura*, fauces angustas, per quas aquæ continentem *Epiri* & Insulam *S. Maura* interluentes reciproco cursu eunt & redeunt. Ultimum in litore locum tenent *Porto Candela*, sinus cujusdam navale, & ostium fluvii *Catochi*, quem alias nominibus etiam *Pachicolan*, *Affori*, *Affrigotamo* & *Geromeles* appellant.

Negotiatio. & divitiæ. Quoscunque montes *Epirus* attollit, eorundem plærosque etiam arboribus pluribus tegit, ac planitiebus æqualibus, campisque quos rivuli limpidi rigant, passim obducit. Interiora hujus regionis silvestria sunt, & sterilia. Partes vero mari propius admotæ fertilitatis laudem merentur, frumentique genus procreant, cui *Calomboche* nomen incolæ imposuerunt. Haud mollem formæ sua abludit abvilio, quod in Lombardia *Sorgo* appellatur, soloque hoc discrimine distinguitur, quod colore albo obductam sit, cum *Sorgo* rubeo colore emicet. Fluvii pulchros pisces alunt, ex quibus præcipui sunt, quos indigenæ *Cephales*, *Galli* verò *Mouniers*, vel *Tetars* idiomate suo cognominant: Ex quibus *Rautargues* suum conficiunt, cibum in his oris & notissimum & familiarissimum. Eosdem pisces in mari etiam piscantur. Viros, & ovorum plenos dissecant, dissectisque ova eximunt, & solis calore exsiccata ad conficiendum *Boutargues* suum adhibent: Hoc in Italiam mittunt ab Italis vehementer expetitum, utpote apud quos, ut cibus delicatus, plurimi fit. Ad id genus cibi tamen apiores nolit capiantur, quam qui sinum *Golfo de Larta* incolunt; cæteris omnibus præstantiores. Pisces ipsi sale macerati, ac in dolia compacti circumiacentibus provinciis copiosè submittantur. Vaccæ, quas hæc regio nutrit nostratibus sunt majores, & altiores. Idem & de cæteris bestiis, bobus puta, ovibus, & canibus censendum. Asinos excipio, qui magnitudine nostris sunt inferiores. Magnitudinis causam esse perhibent pastiones luxuriam ex opimis pascuis, & pratis lætissimo gramine luxuriantibus emergentem.

S. Maura. 36. SANTA MAURA Insula *Epiri* promontorio *Cabo S. Nicola* apice suo terræ Continenti insistante proxima est: inde longitudinis suæ excursu ad insulæ *Cephaloniæ* latus tendit. Itaque longitudinem inter Borrhapelioten & Notobibycum expandens circuitus sui dimensione integrâ 17. mill. *Germanica* colligit, appellationemque suam urbe vicinæ *Santa Maura* quam sustinet, acceptam fert. Eximum promontorium, quod *Cefalonia* Insulæ extremitati obsistere jubet, *Cabo Ducado* appellat. Solum omne plurimis silvis opertitur: Qua planis campis æquatur, è vinetis dulcem Lyæi succum depromit. Turearum eam inhabitantium est raritas infignis: Judæorum frequentia major. Hos fœneratores maximos, turpissimosque hujus vitii occasione ex Hispania ejectos, hæc insula ad se diverientes excepit. Est etiam piratarum multorum latebra, qui ex ea tanquam latibulo suo prorumpentes totum mare circumjacens infestant.

CURZOLARI Insulæ, quibus etiam *Scilies* nomen competit, in spatium illud maris sitæ suo migrarunt, quod *Epiri* & *Achaiæ* litora unâ extremitatum suarum ambunt, altera vero *Santa Maura* & *Cefalonia* insularum margines humectat. Plærasque lapidoso solo obductæ, ob saxeta crebra, & steriles sunt, & culturam ferre recusant. Præcipuarum nomina hæc recensentur: *Calamo* margine suo ad insulam *S. Mauro* quam proximè accedit: *Petucio*, angulum, exitus, per quem *Catochi* fluvius effunditur, occiduum obsidet: *Scopulo inter S. Maura*, & *Val Compare* insulas intercedit: Hanc sequendo rectæ cùm eâ litteæ figuram formant, dum ad litus progrediuntur *Cefro* & *Columbo*, seu *Dolichio Achaiæ* litori proxima; *Italia* insta *Cultro* insulam sinum habet. Reliquæ sunt *Thoa*, *Zarzolo*, & *Cefalari*. Ultima hæc introitui in *Golfo de Lepanto* sinum vicina est. Omnes hæ insulæ, quas etiam *Isole de Morea* à proxima regione *Morea* denominant, steriles & inculeæ nil offerunt, quod calamo negotium facellat, aut delcriptionem mereatur.

CURZOLARI.

38. COMPARE, vel *Val di Compare*, vel *Val de Val de Compagne* Græcis *Theachi*, vel *Theaxi* & *Turcis Phiachi* dicitur. Cum insulæ *Cefaloniæ* latere in Borrhapelioten conversò longitudinis suæ excursionem dilarat, ac expansionem suam inter Borrhobibycum & Notapeliotem extendit. Montibus quidem pluribus attollitur, sed portubus & navalibus fuis perquam opportunis, quibus margines ejus hinc inde fecantur, nauticæ turbæ multum commoditatis affert. Aëre admodum temperato, & valetudini multum conducente perflatur, ac crebris pluviis, frequentique rore madefit, ut solum ejus, & frumento gignendo, & vino producendo minimè ineptum evadat. Pascuorum latorum numerosa multitudo & sylvarum abundantia singularis eam commendant. Quamvis autem omnibus his commoditatibus ditata, facile incolas allectare posset, ferè tamen defertæ jacet, & tantum iis domicilia præbet, qui à *Venetorum* Magistratibus ex insulis *Corfu*, *Zante*, & *Zefalonia* in exilium ejecti in hanc insulam condemnantur. Perpetuæ item piraterum excursiones & depræ dationes, quæ hoc mare omni fecuritate orbant, impedimento sunt, quò minus cultu aliquo in usus humanos converti possit.

Compare.

Cefaloniæ Insulæ Venetorum Dominio submissæ Margines Marinis fluctibus rigati.

CEFALONIA Insula Venetæ Reipublicæ fidelitatis obsequio devincta, & effigie triangulari ex *Ionii* maris fluctibus se efferens, quò apice suo in Orientem solem procumbit. *C. Chiarenza* ex *Morea* seu *Peloponneso* exertum in mare promontorium sibi è regione obvians insectat: Angulum Arctico polo advertam ad *S. Maura* vicinam insulam inclinat, ac nomine *C. Guissard* vel *Guissarde* notat: Cuspis occidua *C. Sidro*, vel *Sidaro* N°. 17. excursu suo maris aperti fluctus in se illisos fecat. Latus Notolibyci flatibus dominantibus imperium submittens inter *C. Sidaro* angulum Occidentalem, & *C. Chiarenza* Orientalem apicem grandiore sinu ex mari irrumpenes undas condit, & rurso ab urbe *Zefalonia* intervallo parum facit

Cefaloni Ae

cit seu admodum commodo in ipso sinu fruenem, cui *Porto Argostoli* nomen est. Civitas autem *Cefaloniæ* ad editioris montis acclivitatem collocata, ejusdem finus margini accumbit, ac circuitus sui mensura 800. passus colligit. Suburbium adjunctum, & spacioſa dilatatione se explicat, & plurimorum habitatorum domicilia complectitur. In ore sinus, quem nominavimus, ingressuris obviam progreditur insula exiguis marginibus comprehensa, cui *Guardiana* nomen fecerunt. Antè urbem nautis pro lubitu anchoras fundo duodecim, decem, octo & sex orgyas sub fluctibus occulto, committere licet. Non eſt quod naves ullius venti injurias extimeſcant, ſi Borrhapelioten excipias, qui hic valde noxius eſt, & ſingularem cautionem nautas adhibere jubet, ut anchoræ propter molem fundi terram probè & ſolicitè muniantur, nec tam facile loco ſuo moveantur. *Cefalonia* autem urbs admodum fortis eſt, & grandibus ac fortibus propugnaculis aliiſque mobus militaribus optimè munitur. Præter hanc urbem alium adhuc arcem fortem, & munitam *Seſſopolica Veneta* in hujus insulæ margine extremum curavit, quæ ſub nomine *Naſſo* vel *Aſſo* cognomini portui aliquot triremes recipienti adjacet. Ferè totam circumcurſantes undæ ambiunt, ſolo aditu uno angustiore Continenti commiſſam. *Porto Guiſſardo* propter ejuſdem appellationis promontorium navale eſt, quod alteri hujus nominis ſui uſum non invidet. Ædificiorum in hac insula numerum ſuppotatio communis ad ſex millia reducit. Dulcis aquæ egeſtas paucis admodum fontibus & venis aquam ſcientibus, viviſque rigatam dirxat. Fertilitatis nihilominus defectu nullo laborat, utpote quæ frumentum, vina nobilia, olivarum olcum, uvas paſſas, linum, mannam, ceram, ex ubertatis ſuæ ſinu copioſè depromit, & moris abundans ſerico copioſè parando opem & auxilium fert. Montoſa quidem eſt, ſed ea ut in gratos colles & valles amœnas diducatur, ac pratis paſtionis ubertate luxuriantibus rei pecuariæ ſuccurrat. Hinc pecudibus & pecoribus ditati incolæ, lanæ & caſeorum vim incredibilem quotannis cogunt. Nutrit etiam insula hæc animalcula quædam inſtar ovium, corpus ſuum lanâ cute vebita; & ſerpentum quoddam genus in ſinum dormientibus hominibus ſerpentium, unde tamen nulla nova aut detrimentum ſentitur, quandoquidem veneno carere dicuntur.

Porto Argoſtoli. Cefalinia.

Naſſo.

Porto Guiſſardo.

Ante ejus ortum in Orientem protruſum, intervallo haud ſpacioſo ab apice in orrum abeunte in conſpectum prodit, exigua circuitione circumacta insula *Picola Zefalonia*, ſeu parva *Cefalonia*, ut *Picola* Latino adnotare hæc verba ſonant. *Picola Zefalonia. Vecchia Zefalonia. Cefalonie*, id eſt veterem *Cefaloniam* appellant. Nihil primo exhibet, niſi ſolum aſperis montibus celarum. Poſtequam verò ad civitatem, cui *Strabonger* nomen eſt, pervenit, horridum ſinum aſpectum in mitiorem mutat, & pagos aliquot incolis repletos oſtendit. Eccleſiaſtica perſonæ Græcum habent epiſcopum, cui, ſi libet matrimonium inire licet.

Zante Insula Reipublicæ Venetæ obsequio devincta, cum litoribus suis Maris Mediterranei undas eludentibus.

ZANTE. ZANTE INSULA pari cum priore obſequio *Reipublicæ Venetæ* habenas ſequitur, ac latere ſuo Arctico gelidam ſibi conterainm habente, cum *Cefalonia* inſulæ litoribus eandem vicinium colit. Orientalis autem ejus margo, & occiduum *Morea* ſeu *Peloponneſi* latus mutuâ oppoſitione ſibi conterainant. Meridionalis & occidua extremitas aperti maris fluctibus impugnantur. Loca in marginibus ſequentem ordinem obſervant. *Cabo Tiri* apex eſt *hujus* insulæ Eous, & *Cabo del Garde* ejus acumen, quod in Meridiem litus acuminat, & *Morea* regionis lateri occiduo conſine eſt. Inter utrumque videas licet *Porto Chiete* navale navium quieti deſtinatum; ultrà Meridionalem cuſpidem, unde ſe margo ad occiduum inſulæ finem *Cabo delle Grotte* nuncupatum deflectit, *P. S. Nicola* occurrit, ſtationis navalis fungens munere, & inter utrumque angulum iſtum conſiſtens. *Zante* urbs commorationem ſuam in Orientali margine ſinui cuidam ità affixit, ut editioni ſolo adhæreus, ad mille paſſuum diſtantiam ſupra ſe ſitam, ſuſpiciat arcem fortiſſimis muris, vallis, & propugnaculis eo pacto munitam, ut toti territorio circumjacenti, ac mari adjacenti dominetur, incolaſque neceſſitatis caſu receptos à periculo peohibeat. Urbs quater mille ædes ferè numerat. Parvæ ſunt, ac admodum humiles, uno tantum tabulato ſupra terram attolluntur, ac ex lapidibus & calce ſatis firmiter & conſtruuntur, & teguntur. Caminis, aut fumariis plane carent, ac carere debent propter creberos terræmotus, qui ſubinde excitati caminos erectos dejicerent. Extra urbem grandi capacitate dilatatum ſuburbium ſtructura ſua dimidiæ lunæ effigiem, repræſentat. *Camorra* rivus undas ſapore ſalſo præditas vehit, & latus ſuburbii Meridionale præterlabitur. Cum portubus aliquot inſignibus hæc inſula maritimis negotiis faveat, inſigniorem tamen non habet, quam cum qui *Porto Chiete* appellatus, aquæ ſuæ profunditatem 8. vel 10. orgyis mentitur, undique ſuis fundum anchoris ſervandis aptiſſimum ſubſternit, ac nullum ventorum refrendat, ſi Phœnicem, ſeu Gangeticum, & Eurum, vel Vulturnum, excipias. Una tamen ipſi incommoditas accedit, quod piratæ & *Turcica* triremes quandoque in eo anchoras naves commoitant, quoniam nullum caſtellum habet, ac omni defenſione carens urbicuique patet. Proinde navibus eundem ingreſſuris ſolicitudine ſummâ providendum eſt, ne quicris loco damnum inveniant, & rapacibus ſuis hoſtibus præda fiant. Pagi in hac insula quadraginta octo numerantur, in- Hujus inter quos primas tenent, qui partim marginibus inhærent, partim in mediterraneis ſiti ſunt. In litore igitur offendentur *Chiera*, *Lithachia*, *Pigalachia*, *Scolicado*, *S. Nicolao*, & *Natte*, qui omnes portubus, quibus contigui ſunt, nomina ſua communia faciunt. Ultimus *Natte* ſpatium tantum comprehendit, ut centum quidem triremibus ſtationem largiri poſſet. In montibus ſitum ſuum habent *Arabole*, *Chilemeno*, *Agale*, *S. Leo*, *S. Marino*, & *Volimet* mille focos numerant. Sunt & in montanis Cœnobia duo, *Græcorum* monachorum domicilia, *S. Georgi* nimirum molibus militaribus inclusum, & *Nolhre Dame Anafonitre*. Pagi porrò 2. in monte quodam Orientem verſus, quorum nomina ſunt *Xerocaſtelli*, & *Lambetti*: Duo item alia loca populoſa *Gerracario*, & *Bolleſi*, in monte alio ſeptentrionem verſus exporrecto: Bina quoque minora *Cabenci*, & *Tregucchi*. Tandem oſtenditur *Gattani* pagus ſatis grandis, & nonnulli alii minoris notæ vici, quorum nomina ſunt *Curculadi*, *Santa Dajrica*, *Fatar*, & *S. Dimitri*.

Porto Chiete. Porto S. Nicola. Zante.

Camorra.

P. Chiete.

Hujus inter quos primas tenent, qui partim marginibus inhærent, partim in mediterraneis ſiti ſunt. In litore igitur offendentur *Chiera*, *Lithachia*, *Pigalachia*, *Scolicado*, *S. Nicolao*, & *Natte*, qui omnes portubus, quibus contigui ſunt, nomina ſua communia faciunt. Ultimus *Natte* ſpatium tantum comprehendit, ut centum quidem triremibus ſtationem largiri poſſet. In montibus ſitum ſuum habent *Arabole*, *Chilemeno*, *Agale*, *S. Leo*, *S. Marino*, & *Volimet* mille focos numerant. Sunt & in montanis Cœnobia duo, *Græcorum* monachorum domicilia, *S. Georgi* nimirum molibus militaribus inclusum, & *Nolhre Dame Anafonitre*. Pagi porrò 2. in monte quodam Orientem verſus, quorum nomina ſunt *Xerocaſtelli*, & *Lambetti*: Duo item alia loca populoſa *Gerracario*, & *Bolleſi*, in monte alio ſeptentrionem verſus exporrecto: Bina quoque minora *Cabenci*, & *Tregucchi*. Tandem oſtenditur *Gattani* pagus ſatis grandis, & nonnulli alii minoris notæ vici, quorum nomina ſunt *Curculadi*, *Santa Dajrica*, *Fatar*, & *S. Dimitri*.

Fortunæ, & Negotiatio.

Insula hæc temperatioris aëris beneficio incolis valetudinem proſperam largitur, ac aquam dulcem, perexiguam tercapedine ab urbe *Zante* labentem invenitur. Itaque in locis illis, quæ aquâ deſtituuntur, farina, ex quâ ſubactâ panis pinſentur, vino miſcenda & ſubigenda eſt. Licet verò ſolum nullius fertilitatis insulani quæat, in frumento tamen ſerendo tanta ejus eſt ignavia, ut tantum vix proferat, quod incolis ſuſtentandis intertium anni partem ſufficere queat.

Biblioteca Museo Franz Mayer

Ea de causa Venetiis magna missi copia quovis anno huc missa, frumentumque suppeditatum huic defectui medetur. Ipsa verò insula inopiam hanc oleo, vino, uvis passis majoribus & minoribus, malis Punicis, aureis, medicis, palmulis aliisque fructibus delicatis, ut & herbis pulchris, floribus odoriferis, melle & cerâ compensat. Communi supputatione innotuit, singulis annis hanc insulam ex fertilitatis suæ proventu uberrimo aliis regionibus largiri vini nobilissimi dolliorum 30000. & uvarum passarum decenties mille corbes. Merces has omnigeni mercatores *Veneti*, *Angli*, *Galli*, *Belgæ*, aliarumque nationum negotiatores navibus suis ex hac insula petunt, & domum arcessunt, adeò ut ex hac solâ negotiatione, in incolas singulis annis centies quinquagies mille ducatorum quæstus redundare ferantur. Haud exiguum ipsis etiam hæcum parit *Boutargue* cibus, quem ex piscibus *Cefalos* aut *Tetars*, ovisque eorum artificiosa præparatione conficiunt. Hi pisces Julio & Augusto mensibus ex Archipelago in hæc maris loca enatant, ac copiosâ captura in hujus insulæ habitatorum manus incidunt. Navigationis quoque studio dediti incolæ navigia *suis*, quæ *Fregates* vocantur, *Moreæ*, seu *Peloponnesi* maritimas oras, aliarumque regionum, & insularum vicinarum portus crebrò frequentant, ac mercaturæ singulari contentione incumbunt. Anglis piratis solenne est æthiopica mancipia in hanc insulam navibus suis importare, & venum exponere: Hic enim variarum nationum mancipia venalia proftant, & tàm masculini quàm fœminini sexus homines vigintí, triginta, quinquaginta, sexagintà, aut pluribus coronatis, prout robustiores, aut posteriores nonnisi, ad quæ requiruntur, obeundis apti fuerint, emuntur. Sale, cujus insignem copiam quotannis conficiunt, quæ tuosum mercaturam exercent. Res pecuaria ut ipsos deficiat, pastionis raritas, ex pascuorum paucorum hinc inde occurrentium paucitate existens, efficit, unde nec lacte, nec carne, nec caseis abundent. Harum tamen rerum abunde compotes redduntur, utpote quas ex oppositis regionibus *Moreæ*, in cujus litore *Castello Turnesi* re peculiâ affluens cernitur, sufficiantè copiâ petere possint. Incolarum qui plærique Græci sunt, pauci verò Itali, plærunque decies sexies mille capita complectitur. Inter eos & Judæi reperiuntur, qui hinc inde per insulam dispersa domicilia incolunt. Triginta ut quadraginta Judæorum mercaturæ exercitio occupatorum familiæ ipsa urbs *Zante* habitationem concedit. *Græcorum* fœminæ ut plurimum speciosæ & pulchrâ formâ conspicuæ justa cum maritis, cum iis campos tendunt, equis vehuntur. Insulæ defendendæ causa aliquot centum pedites *Veneta Respublica* in urbe, atque castello alit, iisque adjungit sexagenta quinque aut octoginta *Stratiotas* seu levis armaturæ equites *Albanos*, qui equitando totum litus obire, & excubias agere solent. Ut primum enim procul adventantem unam aut plures triremes, aliasque naves animadverterunt, ex edito loco signo dato incolas de earum adventu certiores reddunt. Horum in re militari armisque exercitatorum, quinque millia confectim cum *Reipublicæ* militibus ad arma concurrunt, hostesque adventantes incredibili animositate à litore removent. Res insulæ Ecclesiastica inter duos Episcopos divisa est; Unus Græcus ità præest, qui Græcæ Religioni addicti sunt; Alter Latinus Catholicos Romanos regit. Ille in suburbio commoratur: Hic in urbe domicilium suum habet.

Achaiæ Provinciæ Turcicæ litus Occiduum Jonio Mari contiguum, & ora Meridionalis Golfo di Lepanto Sinum tangens.

ACHAIA

ACHAIA PROVINCIA nostrâ ætate *Livadia* appellatur, & *Græcia* pars est, quam *Turcæ* idiomate suo *Rumeli* vel *Rumilieget* nuncupant. Tractu suo maritimo, qui Favonii, vel Notolibyci spiramina excipit, *Ionii maris* fluctus ingruentes fistit, ac una parte, litoris sui Meridionalem ætris regionem inspectantis, *sinui Golfo de Lepanto* finitimus est: Altera verò parte *Golfo di Engia* æstuarium stringit. Triplex igitur nobis in hac provincia litus legendum. Duo priora hic inspiciemus, tertium suo loco videbimus.

OCCIDUUM LITUS.

OCCIDUUM LITUS pertervechentibus obviam mittit *Natolica* vel *Natalice* pagum in Eoo margine effluvii, quod *Catochi* amnem in mare *Ionium* dimittit; *Galata* civitatem; *Stretto* pagum; *Phidari*, vel *la Fidari* fluminis exonerationem: Hic ab urbibus *Castrogrifa*, & *Arta* desluit.

MERIDIONALE LITUS. *Golfo di Lepanto.*

MERIDIONALE LITUS Sinus *Golfo di Lepanto* Septentrionalem extremitatem premit. Hic Sinus duobus aliis nominibus etiam insignitur. Ea sunt *Golfo di Corinto* & *Golfo de Patras*. A Mari Jonio derivatus instar rami alicujus longiore excursione in terram dissectam inferior, atque angusta admodum longitudine *Achaiam* & *Atticam* dirimens, ab occasu in ortum incurrat, donec ab *Istimo Corinthiaco* prohibetur, quo minus *Moream* seu *Peloponnesum* insulam faciat. Appellationis occasio profecta est ab urbe *Lepanto* haud longè ab introitu ejus ora Meridionali incumbente, quam *Turcæ Enechachi* nomine signarunt. Apex autem hujus litoris lævam introitus partem custodiens *Cabe di Scandera* nomen habet. Uterque vero hujus æstuarii ingredientis, os complectens geminâ arce molibus suis militaribus munitâ, oneratur. *Dardanello Turcis* dicuntur hæc castella quæ introitum rurum præstant. Ipsa urbs *Lepanto* paulùm ab introitu remoto secessu intra sinum se recepit, ac æstuario cuidam, navale haud incommodum efficienti, se adjunxit. Miserando casu anno 1498. Turcicum jugum subire coacta est. Urbem hanc, simmque sempiternæ memoriæ commendavit famosissima illa pugna navalis inter Christianos & *Solimanum Turcarum* Imperatorem, septimo Octobris Anni 1571. proximè *Curfolari* ante sinum insulas sitas, commissa, in qua Christiani superiores facti Turcas 180. triremium detrimento affecêre, quindecim eorum millia trucidavêre, quatter mille ex reliquis, captivos fecêre; & duodecim Christianorum millia in libertatem vindicavêre. Validissimæ Christianorum classi summo cum imperio præfuit *Don Ioan de Aultria Philippi* II. Hispaniarum Regis frater; Pontificiis navibus *Marcus Antonius Columna* imperabat: *Venetorum* triremium cura *Sebastiano Veniero* erat commissa. Post *Lepanto* urbem sunt urbes *Asprepis* introitus in sinum parvum lævo latere insidens; *Isola* in ejusdem æstuarii dextro margine collocata; *Salona* itmus in alio parvo sinu sedem habens, ubi naves frumento onerari solent, & *Bassa* navale, ad quod naves in hunc sinum venientes quandoque diverti solent.

Lepanto.

Merces in hoc sinu *Golfo de Lepanto* mercaturæ exercitium constituentes sunt fericum, cera, corium Cordubense, uvæ passæ, Turcica tegumenta, tapeta, lana, frumentum, vinum, & casei.

Morea Turcici Imperii Provincia cum Extremitatibus suis, quas Maris Mediterranei Undæ verberant.

MOREA.

MOREA PROVINCIA Græcis *Morea* dicta latere suo gelidam Arctum intuente geminorum æstuariorum extremitates finibus suis compescit: Ut-ram est *G. de Lepanto* in superiore descriptione fusius illustratum, quod apud Italos etiam nomine *Rio d'Osfria* innotuit. Alterum *Golfo di Engia* nuncupatur. Inter utrumque *Istmus Corinthiacus* angusta longitudine interiectus *Achaiæ Peloponnesum* annectit, ac peninsulam facit, quæ alias insula foret. Litoraejus occidua *Ionii* maris humiditates fugant; Anthina *Cretici* Ponti humores hauriunt; Eoa Archipelagi aquas potant.

LITORA *Golfo di Lepanto contigua.*

LITORA *Golfo di Lepanto contigua*: Terra, inter utrumque æstuarium *Golfo di Lepanto*, & *Golfo di Engia*, in angustias contracta, ac provinciam utramque *Moream* seu *Peloponnesum* mutuo nexu conjungens *Istmus* est *Corinthiacus*, quem Græci hodierni *Hexamile*, vel *Heximile*, aut *Esmile*, id est spacium sex mille passus latum nuncupare consueverunt. Tot enim sunt latitudinis dimensione passus, qui ad milliaria reducti duo Gallica, aut 2. & dimidium milliare Germanicum faciunt, colligit. Plures Magnates cum perfodere conati, illud unum habuerunt, ut utrinque finus undas alludentes fossâ conjungerent, & *Moream* seu *Peloponnesum* in insulam redigerent; Tales fuêre *Demetrius Rex*, *Iulius Cæsar*, *Cajus & Domitius*, *Nero Cæsares*, *Herodes Atticus*, & alii, quorum frustros conatus natura elusit. Postea Græci Principes ab unius finus ad alterius spicem murum admodum fortem duxerunt, ut transversus finus omnem in Peloponnesum aditum intercluderet, & Turcas huic regioni imminentes excluderet. Hunc Amurathes Turcarum Imperator, postquam Græciam in potestatem suam redegisset, demolitus est; Sed *Venetis* anno 1541. trigesies mille hominum labore, quo 24. dies consumpti sunt, adhibito, cum redintegrasset, ac duplici fossâ munivisset. Paucis annis post *Mahometes* II. eum in *Turcarum* potestatem revocavit, ac tandem totum solo æquavit. Ante Isthmum in Peloponneso sita est *Corinthus* civitas, olim nobilissima & opibus clara, hâc verò ætate ruderibus fuit collapsa vix ter mille ædes ambiens. *Corantho* jam appellata ex arce excelso monti inædificâ, utrumque mare contuetur. In Sinus *Golfo di Lepanto* margine cernere est *Lefsinceri* vicum, *Vasilico* urbem in Ducatu *Chiarenza* vel *Clarence* haud magno divortio à fluminis *Arbon* vel *Darbon* exitu sitam, cui *Dirpeo* nomen antiquum competit, ut & fluminî Asopus, appellatio antiqua, convenit: Urbes item *Stapi*, *Xilocastro*, vel *Scolocastri*, *Vostitza*, vel *Bostican*, cum *Drepano*, vel *Trepano* promontorio, *Nitra* vico, ac tandem introitus in sinum hunc *Golfo de Lepanto* Meridionalis, ubi litora hæc desinunt.

Vasilico. Arbon.

Vostitza.

MARGO OCCIDUUS.

MARGO MOREÆ OCCIDUUS. *Patræ* urbs à *Turcis Badra* vocata, ubi Apostolum *Andream* ob confessionem nominis Christi ultimo supplicio affectum, martyrem crucifixe ferunt. Vici *Trepano*, *Castanica*, & *Cortiopoli* fluenti *Riso* eximi appositus. *Cabo Chiarenza* promontorii in mare extruti apex, appellationis suæ participe redditus ab adjuncta ibi urbecula *Chiarenza*.

C. Chiarenza.

C. Tornese. vel *Clarentia*. *Cabo Tornese* vel *Cabo Calvoni* aliud promontorium nominis sui appellationem debens, arci cuidam non longè à fe sitæ, *quæ Castelle Tornese* cognominatur. Hic multæ uvæ passæ in naves comportantur, quamvis navale peopter fundum acutum, & saxis asperum, & nimiam aquæ profunditatem minus aptum sit, & periculo non careat. *Selvedar* civitas cum navium statione in sinu quodam terram hic penetrante. *Orfea*, vel *Rofea* fluvii odium nomine *Carbon* apud nauticam

Selvedar. Orfea.

C. Corello. *Italorum* turbam notius. *C. Corello*, cui etiam duo alia nomina *C. Phidaro*, vel *C. S. Elie* familiaria sunt, promontorium ixtà *Golfo de l'Arcadia* sinum, denominatum ab urbe *Arcadia* vel *l'Arcadia* margini suo affixâ.

l'Arcadia.

Langa fluvii se in mare exonerantis exitus. *Largurdo* amnis hic in postrum undas suas evehentis effluvium. *Arnaro* fluminis in sinuosum flexum propter *Navarino* à *Arnaro.* aquarum suarum farcinam deponentis alveus. *Navarino*, vel *Spantia*, aut *Botinos* ab *Græcis* hodierno tempore nuncupatur, civitas portum eximium & nobilem ante se habet, qui ambitus sui dimensione 4. aut 5. mill. Germanica metitur, montibus, quà terram tangit, circumjicitur, ac duobus cassis scopulis munitur. Unum horum, cui *Navarino Vecchio*, id est vetus *Navarino* no- *Navarin.* men est, ab excelsi montis jugo fertur, qui alterum ostiorum hujus sinus ab anno 1572. ea ratione obsidet, ut una *Fregatta* post alteram vix ingredi queat. Alter vero introitus priore major & spaciosior est, ac plures naves onerarias conjunctim ingredientes, admittit. Alterum cacholeum dictorum militaribus molibus insignitur à *Turcis* firmatum, ac omnibus ad bellum rebus necessariis instructum, valdeque præsidio armatum, vim illatam facili negotio repellere potest. *Pronti* Anno 1500. hac civitate à Turcis orbati sunt. *Cabo de Ionne* vel de *Zanchi* promontorio posterius nomen à vico *Ionne*, *Zanchio* ipsi injecto derivatum nactæ Veneti imposuêrunt. Odium fluminis *Selfo*. *C. Sapienza* promontorium, aut angulus hujus occidui limitis Antirrhus, qui ex litore in *Sapienza* insula occursum proiicitur.

Zanchio *Selfo.*

INSULÆ.

INSULÆ quæ occidium latus *Ionii* mari pulsarum vallant, sequenti ordine hic enumerari volunt.

N. 39. STROFADIA, vel *Strofardia* aut *Strofades*, STROFADIA. insulæ duæ ad 8. aut 9. milliare à promontorio *C. Sapienza*, exiguæ mensuræ ambitum continent. Major bono & commodo portu navibus quietam stationem exhibet, ac domicilium est cœnobii 40 monachos Græcos habitatores continentis, quod vallis ex tumulo militaribus circundatum, turrim habet 6. machinis bellicis oneratam, quibus pirata portus aditu prohibentur. Utraque verò aëris optimè temperati ratione valetudinem sartam tectamque conservat, annonaque fertilitate incolis ad res necessarias sufficit. Vineta uvis abundant; Mala Medica, Punica, aurea, & olivæ copiosæ inveniuntur; Frumentum & legumina uberrime crescunt; Pascua opima pro infularum magnitudine rem pecuariam sufficientem suppeditant. Emporium in ipsas Turcæ habent.

INSULÆ.

N. 40. PRASODO, vel *Prodeno*, aut *Prodeno* litori PRASODO. admodum propinqua insula opposita suo *Navarino* civitatem è regione objectam immittit, ac hominum habitatione quidem caret, sed aprorum incolarum frequentia nobilitatur: magnam enim eorum copiam nutrit: Fundum maris inter hanc Insulam & Continentem intermedium 17. aut 18. orgyarum altitudine sub undis manifestè delitescit, & naves fine discrimine anchoris immissis affigi patitur. Illud verò, quod extremitatibus adjacet, & extra eam ferum solum habet, magna fluctuum altitudine operitur. Reliquum inde ad insulam *Zante* & Promontorium *C. Tornese* sub aquis procurrens, non modo valde profundum est, verum etiam acutis scopulis & cautibus completum, adeò ut anchoratum fines rodendo arenæ, ac paucis in locis navibus tutam consistendi facultatem largiatur.

Prodeno.

LATUS MOREÆ AUSTRINUM inter occasum & ortum exporrecta longitudine à *Cabo Sapienza*, promontorio suo occiduo, ad *C. S. Angelo*, vel *Cabo Matheo* apicem suum Orientalem inter fuscipit. In eo funt *Modon* emporium celebre portus sui oppotuni occasione quæstuose mercaturæ opetam navans, ubi *Zanzibar* vel *Morabeg* seu totius *Moreæ* Dominus, qui Imperatoris *Turcici* nomine hanc provinciam administrat, ac Græciæ totius *Beglerbeg* subest, commoratur. *Bajazeth Mahometi* filius eam expugnavit, omnemque sexum masculum pariter ac fœminium, ætatis annum 12. excedentem, ferro exstinxit: Civitas est virium

LATUS AUSTRINUM. *Modon.*

Biblioteca Museo Franz Mayer

magnarum, & Turcico præsidio grandi secura. *Cabo Gallo* occiduus est magni sinus *Golfo di Coron* apex. Æstuarium hoc spaciosa dilatatione in hoc litus influens communi cum civitate margini suo incumbente titulo gaudet. Est autem *Coron* una ex maximis & pulcherrimis totius *Moreæ* urbibus, quæ nullos alios incolas nisi *Turcas*, & *Mahometanismo* infectos homines patitur. Structura sua trianguli effigiem imitans, & foetitudine admirabili nulla alia inferior, gemino portu navigationis & negotiationis commodum percipit, ac maritimi itineris milliaribus 5. Germanicis, terrestris vero 3. ab urbe *Modon* abeſt. Extra civitatem Chriſtianis & Judæis libera habitandi facultas conceditur. *Spinaza*, vel *Stramba*, quod nomen alii uſurpant, fluvii exitus, per quem in hunc ſinum aquas ſuas effert. *Cavama*, vel *Calamata* vicus; *Vitilo*, vel *Vitulo* urbecula, propter quam omnis generis mercibus naves onerari ſolent. Hoc incommodi locus habet, quod ſundum 18, 19, & 20. orgyarum profunditate aquis immerſum, & ſcopulis ac cautibus exaſperatum navale hoc incommodius, & periculoſius reddat. Accedit & illud, quod litus nullis caſtris aut turribus munitum omni tutelæ denudetur, eâque de cauſâ nauta ſummâ cautione hic opus ſit, ne funes anchoratum incidantur, & naves ſubita irruptione opprimantur, aut litori infligantur. Eo enim audaciæ & perfidiæ ipſi incolæ progrediuntur, ut nauta rum incuriâ invitati funes incidendo prædam quærant, & naves afflictas ſpolient. Glandium paranima inde petuntur, atque *Venetias* deportantur, ubi cocio præparando adhibentur. *Maina* urbecula cum portu in parvo quodam æſtuario exiſtente, qui *Bras de Maina*, vel *Port des Cailles*, id eſt cotumnicum portus nuncupatur. Appellationis occaſio ex avibus his enata, quæ ineffabili copiâ hunc ſinum frequentando, ſcopulis & aliis locis nidos ſuos affigunt. Omnes naves in hac maris regione ſubita tempeſtate preſſæ, in hoc portu effugium quærunt. *Cabo Matapan* vel *C. de Maino* Auſtrinum hujus ſinus *Golfo di Coron*, atque ſequentis occiduum acumen. Æſtuarium hoc alterum cum priore latus *Moreæ* Auſtrinum gemina incliſione in duos ſinus dividit, ac *Golfo de Colochina* appellarium denominationis ſuæ originem ad urbem *Colochina* margini ſuo inſidentem dedit. Poſtquam fluminis *Vaſilopotamo*, quod alii *Iri* nomine notant, undis irrumpentes epotavit, alterius in quibuſdam æſtuariis ſita navalia offendit, in quibus onerariæ naves diverſa mercimonia recipiunt. Eorum nomina ſunt *Karythina*, *Tſoli*, & *Porto Rapino*. Extremum locum occupat Auſtrinæ hujus oræ orientalis angulus *Cabo de Malvoiſie*, vel *C. Malio*, aut *C. S. Angelo*, quo titulo ab aliis inſigniri conſuevit.

INSULÆ. INSULÆ Auſtrinum latus ſequentes: *Ante Cabo Gallo* promontorium, ſive lateris Auſtrini angulum occidutum inſulæ 4. parvæ ſe invicem conſequentes deſertæ ſunt, incolíque deſtitutæ culturam neſciunt. Quintam, quæ hic etiam annotatur, *Cerigo* inſulæ vicina eſt.

SAPIENZA. N. 41. SAPIENZA 4. diſtarum maxima orientalem ſuam oram incliſione dividens, navale format opportunitate ſua ſe navibus commendans, fundoque ſuo 11, 12, 14, & 15. orgyas altos fluctus imponens.

GOLFO DI LODO. COAGULON minimo ambitu ſpacium ſibi deſtinatum obambulans ab ortu inſulam *Cavorem*, & ab occaſu præcedentem vicinam habet, ita ut inter utramque locata litora ſuo occiduo inſulæ *Sapienzæ* portui Orientali proxime opponatur. Navibus *Modon* civitatem tranſitum inter ſe & *Sapienzæ* inſulam liberum permittit.

N. 42. CRAVERA, vel *Cavera*, vel *Capreja* & ab aliis *Faskello* cognominata, magnitudine ſua *Coagulon* 2°. vincit, *Sapienza* verò inſula inferior eſt. CAVERALIS FASKELLO.

N. 43. VENETICA minore circumferentia in Veneoculos incurrit, cujus latus Orientale diverſis adhuc cautibus & ſaxis obducitur. Horum nonnulli aquarum involucro involvuntur, alii verò ex aquis extant. VENETICA.

N. 46. SERVI inſulam exiguus circuitus obambulat, proximeque ſitam aſpicit continentis *Cerigo* inſulæ è regione adverſantis litus. Inter eas marginem Eoum, & Continentem anchoras fundo idoneo committere quidem licet: Sed ipſis fanciibus inter inſulam & continentem tranſeuntibus fundum ſcopulis & ſaxis refertum ſubſternitur, cui propter cautes acutiores & acuminatas haud tutò anchoræ concrediuntur. SERVI.

ORIENTALIS MOREÆ ORA, duobus acuminibus longiore projectione in pelagus emiſſis, quorum *C. Malio* vel *S. Angelo* Auſtrinum plagam eontinens ſuo inſpectat, *C. Scholi* vero in Arctos gelidam vergit, magnum æſtuarium includit, cui *Golfo di Napoli* nomen obtigit ab urbe *Napoli*, quam inter reliquas ſibi *Napoli*. adſidentes præcipuam margine ſuo ſuſtinet. Maritima ejus loca ſunt *Mortand Malvoiſia* urbecula, à qua *C. Malio* promontorium etiam *C. Malvoiſie* dictum, *Porto delle Tratie* ſinus & navale; *Caſtri de Ratoma*; *Civori*; & inde haud grandi intervallo diſtans *Planizza*, vel *Napo*, quod nomen alii uſitatum, fluvii exitus, ad quem ab urbe *Argos* deſcendentes propter 1 *Napoli di Romania* ingenti complexu latum ſpacium comprehendens civitas, quam in peninſula conſtructam Græcorum, in mari ponderis magni negotiationem exercentium, multitudo inſignis inhabitat. ORIENTALIS MOREÆ ORA. *Napoli di Romania.*

LITUS *Moreæ Golfo d'Engia contermineum*, ſeu Boreale margo, aut ora in *Borrhopeliotes* expanſa, quæ ad tetios ſinus Occidentali ſuo apice Orientalem Iſthmi extremitatem lambentib, extremitatem Auſtrinam tangit. Sinus hic *Golfo d'Engia* alterius etiam tituli notis innoteſcens nonnullis *Golfo de Legine* dicitur, & inter hanc *Moreæ* oram, *Achaiæque* Meridionalem oppoſitam ſe infundens uſque ad *Iſthmum Corinthiacum* pertingit, & abeo cohibetur, quo minus in alterum tranſiens ex *Moræa* peninſulam faciat. In litore autem Peloponneſiaco cernuntur *C. Schidi*, vel *Scidi*, aut *Damalas Golfo d'Engia* æſtuarii angulus à litore in Notapeliotem promotus, parva inſula *Sydra* N. 57. & reliqua loca *Fanari*, *Damalas*, *Stveri*, & *Nicia*. LITUS. *Golfo d'Engia contermineum.* *G. d'Engia.*

Morea tegio amœnitate jucunditſima maximam recreationem afferens in colles amœnos diducitur; convalliſque interjectas, planicieque pulchra exæquatas, diſtribuitur. Ubique pari fertilitate & colles & valles ſuſtentationi humanæ ſervunt, fluviique ac paludes cum ſtagnis pices ſuos tiberrimo piſcatu hauſtos ad humanos uſus conferunt. Promontorii *C. Malio* jugum tàm æſtivo quàm hyberno tempore perpetuâ nivium canitie obducitur, & navigatio vicinam mare permeans ob maximas tempeſtates, & ab iis excitatos fluctus horribiles, haud raro ſurgentes, valdè periculoſum eſt. Quod *Coron* civitatem territorium obambulat, oleo ferendo promptiſſimum eſt. Regio *Maina* circumcincta, & *Braſſo di Maina* Græcia dicta, frumento, vino, olivis, & carne affluit. *Malefam* obeunti tractui Malvaticum generoſiſſimum, frumentum optimum, & tes pecuaria locupletes, magnam famæ celebritatem conciliant. Naves urbis *Napoli di Romania* portum frequenter viſitantes, cera, melle, goſſipio crudo, & in ſila ducto, caſeis, ſerico, pice, vino, ſtumento, aliiſque ejuſmodi mercibus repleri ur, replerique deorum remittuntur. Facultates & Commercia.

ACHAIÆ PROVINCIÆ TURCICÆ

Reliqua Litora Golfo d'Engia Sinui, & Archipelago contigua.

ACHAIA. ACHAIA reliquam litoris ſui Meridionalis partem, ab Orientali extremitate *Iſthmi Corinthiaci*, ſecundum Sinus *Golfo d'Engia* longitudinem expanſam, uſque ad *C. Calonne* acumen æſtuarii hujus Boreale promittit, ac ſequentia loca in conſpectum producit. *Salone*, *Megarenſium* tempore portus *Salone.* noſtiſſimus, ſibi armamentarium inſtructiſſimum populus *Megarenſis* habuit, ac claſſem ſuam armare ſolitus fuit. *Setine* vel *Satines* celeberrima & famoſiſſima illa urbs *Athenarum*, olim Muſarum, nunc omnis Barbariei ſedes, quæ antiquum ſuum ſplendorem quidem amiſit, ſed hac ætate noſtra necdum habitatoribus deſtituitur. In tres partes diſpertita eſt. Una caſtellum complectitur, & carteris 2. multo excellior *Turcarum* domicilia ſuſtinet, & *Turcæ* ſolos incolas habet. Altera inter 1. & 3. ut & 3. pars prioribus 2. inferior, Chriſtianis, ac Græcis in primis, aliiſque nationibus ſuis inſervit. Sunt qui hanc urbem magnitudine Pragâ Bohemiæ metropoli ſpacioſo circuitu grandem locum ambiente ſuperiorem eſſe, ac multas in ea antiquitates hodierno tempore invenire affirmant. *Atahometh Turcarum Imperator* anno 1455. eam *Imperio Turcico adjecit Porthmo*, vel *Porto Leone*, portus eſt *Athenienſi* ad latus urbis, Boreali obvium, ſedens, ac appellationis ſuæ originem adſcribens ingentis & admirabilis magnitudinis operi, Leoni nimirum lapideo ex albo marmore caſo, ſtatuariæ alicujus artificio ſingulari excellentis ſpecimine raro, quod in margine portus ſpectatores in admirationem rapit. Portus ingreſſu ſuo in Aquilonem ſeu Gallicum incumbens, anguſtis faucibus introitum ſepit, ac intus prolixâ expanſione ſe diviricans, 300 quidem naves condere poteſt, fundoque fluctuum profunditate 30. orgyarum altitudinem nonnunquam ſubnerò, maximam anchoratum injiciendarum opportunitatem largitur. *Cabo delle Colonna*, id eſt columbarum promontorium angulus eſt Arctous æſtuarii ſitus grandis, *Golfo d'Engia*, à quo litus ad Canalem ſeu fauces inſulam *Negro ponte* ab *Achaia* ſemovenes ATALIS ORA. *Porto Leone.* *C. Colonne.*

recurvatur, ac ſecundum fauciam extenſionem à Notapeliota in Boreobibycum projectione inflitura, nullam curſus ſui mutationem ſentit, donec ad Sinum *Golfo de Volo* pervenien, urbem *Zeiton* ipſi accumbentem offendit. Sunt autem adhuc in litore hoc *Porto Raffi*, *Porto Raffi*, vel *Raphei*, vel *Raffaia*, unus ex optimis totius Archipelagi portubus, in quem ingruentibus tempeſtatibus validis, & horrendis effigium navibus è diſcrimine elabtari capientibus tutiſſimum patet, & *Socanina* vicus inſulæ *Negroponte* fauctbus additus, qui linea eſt earum maritimarum, quæ *Golfo d'Engia* Sinus, & *Archipelagi* fluctus receptui canere jubetur, ad regionem illum pertinent, quæ his noſtris adhuc temporibus à Chriſtianis *Ducatus Athenienſis* titulo cohonebatur. *Socanina.*

Proximè Ducatum hunc excipit *Beotia* provincia à *Turcis Stramenapa*, quod nomen *Græcis* etiam familiare eſt, cognominatur, fractus maritimus, qui fauces ſeu Canalem inſulæ *Negroponte* inter hanc & inſulæ *Negro ponto*, marginem alterum oppoſitum tranſeuntem, ab una parte claudit. Locorum in litore hac tenus nominata ſunt *Anthedon*, *Longon*, *Logiton*, & *Cleuton*, vel *Cleuta*, ut plurimum urbes aut vici cum portubus adhærentibus, quorum locorum ultimus, *Achaiæ* litoris terminus eſt. *Stramenapa.* *Porto Leone.*

In regione urbem *Athenas* circumcingunt multa oliverum millia columnæ, olcique tanta copia exprimitur, & Botatur urbis Conſtantinopolis neceſſitati non ſolum ſatisfacere queat, ſed & aliis urbibus & locis tantum ſuppeditari poſſit, quantum indigentia ipſorum poſtulare videtur. Qui *Beotiam* regionem diligenti cultura ad fertilitatem provocant, rei pecuariæ excolendæ labores ſuos deſtinant, ac pecorum, pecudumque numeroſiſſimam copiam paſtuone ſua opima alunt. Natura.

THESSALIÆ TURCICÆ PROVINCIÆ

Oræ terreſtres Archipelagi undas domantes.

THESSALIA. THESSALIÆ hodiernam & Turcis uſitatum nomen eſt *Thumeuſſia*, vel *Samoa*, hiſtoriique ejus limares ſunt oſtio duorum fluviorum, quorum unus *Atolus* inter *Beotiam* & hanc regionem fines conſtituit, alter verò *Peneus* nomine hujus & Macedoniæ limitaneus ſeparator exiſtit. Locorum autem in hoc litore ſitorum hæc eſt ratio: Fluvii *Atolus* oſtium juxta *Cleuton* introitum cuſtodit, Adjectus eſt Thermopoli vicus haud procul inde ſitus. Vicina eſt *Zeiton*, vel *Zeitoni*, aut *Zyton*, civitas ad dextram *Sperchii* fluvii ripam, qui noſtrâ ætate *Agrioménis* nomen habet, & in Sinum Maliacum, vel *Lamiacum* ſuas undas effundendo evanelcit. In propinquo eidem ſinui accumbit *Pontia* urbecula; Sinum autem ipſum ſubſequitur alter Æniauus nomine cum *Fetilea* civitate: Tum Sinus *Golfo de Armiro* cum urbecula *Armira* patet. Hic Avvo æſtuario, ſuiſtrum introitûs marginem ſecanti adhærens. Sunt alii, qui ipſi *Golfo de Volo* titulum tribuunt petitum ab alia urbecula *Volo*, quæ in intimis hujus æſtuarii penetralibus locata cernitur. Quà in Arctoa acumine ſuo caſpaciatur, triceps promontorium habet, ac trifurcus interuam cuſpidem ſibi immanentem antiquo nomine *Sepias* gaudere patitur; medio nomen *Cabo Skyrbaturno* inſunxit; Extremo *Cabo S. Georgio* titulus eſt familiaris. Hic Meridionalis apex eſt mox ſuccedentis æſtuarii *Golfo di Salonichi*, qui reliquum Theſſaliæ litus ſibi propium vendicat, & ad *Penei* fluvii exitum tranſmittit. Græcis hodiernis fluentum hoc *Salampria* dicitur, aut *Lycoſtomo*; Turcæ *Aſſaboa* vocant. *Theſſalia* finis eſt. *Atolus.* *Zeiton.* *Armira.* *Peneus.*

MACEDONIÆ TURCICÆ PROVINCIÆ

Litus, fluctuum Archipelagi Repagulum.

MACEDONIA. MACEDONIA duas habet regiones, quarum litorea *Archipelagi* fuctibundis undis obſiſtunt. Uni, quæ cum Theſſalia fines communes facit, *Camenolitari* appellatio hodierna competit; alteri, quæ Thraciæ confinis eſt, *Iambuli* nomen neotericum convenit. Oræ maritimæ exoſtus eſt os *Penei* fluvii ſeu *Aſſaboa*, ut cum neotericis eum nominemus, à quo cum tranſcurſus Continentem uſque ad locum quendam à *Rotulda* urbecula tergo in *Golfo di Contefſa* ſinus margine ſitum peragat, & *Mecedonium Thracia* finibus terminatim offendit. *Golfo di Salonichi* æſtuarium urbi *Salonichi* ſibi appoſitæ, nomen mutatum inter *C. S. Georgio* terminum ſuum Meridionalem, & *Porto di Sabion* cluſtrum ſuum Boreale, latis profundâ penetratione in Continentem diſſectam ſe injiciens, undas ſuas large diffundit, ac lateri ſuo Occidentali à *Peneo* fluvii oſtio uſque ad *Salonichi* urbem tendenti ſequentia loca incumbentia offendit; *Polaumna* videlicet; *Verlichio*; *Porto Quio* portum, *Trachie*; *Polaunda*; *Pelicas* fluvii ſectionem, qua in Sinum *Peloponneſiacum* margine ſuo dividit; hoc fluentum *Platamona* etiam vocatur; os annis *Perdare*, juxta quem *Pella Pydna*, *Philippi* & *Alexandri M. Macedonia* regum regia olim fuit). Hodiè eſt *Iehuiza*, vel *Zogria*; *Grania* vel *Veratafor* fluenti exitum. Hunc mox ſequitur Theſſalonica, hodiè *Salonichi*, vel *Salonichi* nuncupata civitas, grandi ambitu plurima ædificia comprehendens, ac plurimis *Turcis* & *Chriſtianis* habitatoribus abundans, quam commerciorum frequentatio infignis, & negotiationis magnum exercitium celeberrima nominis famâ ſuppa omnes alias totius *Macedoniæ* urbes extollit. Sedes eſt perpetua Turcici alicujus *Sangiachi* qui ſub imperio *Begherbegi* totius *Græciæ* præfecti generalis *Macedoniam* adminiſtrat, & 400. equites armatos neceſſitatis tempore, aut quandocunque à *Begherbego* ipſi in mandatis datur, in caſtra Turcica mittere cogitur. Jucundorum *Peneus.* *Pella Pydna.* *Salonichi.*

Biblioteca Museo Franz Mayer

drorum in dicta urbe habitantium numerus etiam non est paucus, utpote quorum 7000. numerari dicuntur. Turcæ 3. in templis cultui suo divino vacant, Christiani verò 20. aut ut alii dicunt, 30. templa possident, in quibus cultus sui divini exercendi rationem habent. Est autem hæc civitas exstructa in intimo dicti sinus recessu & fine in Boream desinente, ad quem ipse sinus Notapelioten relinquens, & ex Archipelago aliquot curvitate terram intrans, se obliquat. Marginem Orientalem sequentia loca occupant; *Porto de Lembraie*, vel *Lembalo* portus, *Monecastro*, *Sidero*, *Porto de Farnar* navale, *Similo*, *Chabrisi* fluvii ostiatim, *S. Georgio*, *Porto di Saboni*, navium statio ad Aquilonarem astuarii *Golfo di Salonichi* angulum, inter quem & ex regione oppositum Meridionalem, maximum latitudinis dilatationem nactum est. Mox sequitur aliud minus *Golfo Ayemano*, vel *Ayemana*, nomine derivato à cognomine urbecula sibi affixa, cujus latus finistrum in introitu monstrat. *Cassandria*, *Canistro*, & *Cabo Canistro* promontorium; in ipso verò fine *Ayemano*, unde nomen astuario huic natum, & in dextro latere seu Orientali *Cabo Kamor* promontorium, *Cassio*, *Passo*, & *Cabo Passo* vicus & promontorium ejusdem appellationis. Apex hic in terram ex litore protrusus, prioris astuarii finis est, & exordius alterius mos sequentis, ita ut utramque fua intercessione discriminet. *Golfo di Monte Santo* nomen est huic posteriori ortum à *Montanio Athos*, *qua* ferias montium hodierno tempore *Monte Santo* nuncupatur. Trium dierum itinere ex mediterraneis profectâ, cursu fuo dicti finus undas in *Archipelagum* remittentis lavam peatergreditur, finefque fuos in hoc promontorium marinos fluctus penetrans coarctat. Celebris est 22. coenobiis Monachorum Græcorum plenis, quorum numerus fex mille personas complecti fertur. Omnia ista coenobia muris fortibus circundata, piratarum incursiones & invasiones impediunt, & prohibent, quo minus incolæ prædentibus præda fiant. Præcipui nominis inter ea sunt *Vatopedi* & *Agion Laura*, quorum singula 300. Monachis incoli dicuntur. Eo nomine commoda sunt loca, quod mari proxima navigationis beneficio sui queant. *Cabo de Monte Santo*, ut præcedentis astuarii clausirum est Boreale, ità & sequentis magnitudine prioca duo antecellentis terminus Australis. Hoc *Golfo de Contessa* nomine in litore suo habet *Stola*, vel *Stolar*, *Nicalidi*, & *Batalida*, ubi *Macedonia* extremitas mari confinis limites suos habet. Cætera ad hunc finum loca ad sequentem regionem pertinent.

Porto di Lembraie.

P. di Saboni.

Golfo di Ayemana.

Golfo di Monte Santo.

De hujus regionis fertilitate, ex frumenti, pomorum, piroum, moscum, amygdalarum, olivarum, cerasorum, & castanearum, & gallarum proventu ubertimo facilis conjectura fieri potest: Monachi *Monte Santo* montanam congerient inhabitantes, vineta fertilia colunt, hortosque olivis, ficubus, allio, cepis, fabis, aliisque legaminibus abundantes possident, imò campos integros legaminibus conserunt. Laureta frequentissima bacas ipsis infinitas suggerunt; Ex his oleum maxima copia expressum in *Walachia*, *Bulgaria*, & *Servia*, aliarumque regionum civitatibus maximo suo lucro divendunt. *Sideroscepsa* apertus quidem, ac moenibus denudatus, sed magna circuitionis vicus in *Servia* finibus moratur. Huic montes auro, argento & plumbo differtas venas possidentes, fodinas opulentas incolis haud invident. Allicitur verò ex *Grecia*, *Bulgaria*, *Dalmatia*, aliisque locis magnum hominum multitudinem, qui in eruendis metallis operas suas posseforibus locane, adeò ut plærumque sex mille homines aut plures metallorum eruendorum labores singulis septimanis occupatos teneant, & *Imperator Turcicus* quovis mense decies octies, imo quandoque trigesies mille Ducatos tributi loco accipiat. Ex auro his in montibus effosso Sultanius, vel Turcici Ducati conficiuntur & *Constantinopolin* deferuntur. *Castagne* aut aliæ arbores etiam subministrat. Est & *locale siderocapsum* vicum inhabitantibus aliud negotiationis genus ex arbore *Rhus* vel *Sumach* ortum suum trahens. Frequens in montibus vicinis nascitur, ac à coriariis, ac alutariis in corius præparandis adhibetur, unde ligna ejus navibus imponunt, & maxima multitudine in alias regiones transiciunt. Fructus, qui rubet est, & corticem cibis gratum saporem conciliantem exsiccant, & vel in usum suum adhibent, vel aliis vendunt. Ex *Salonicha* vel *Theffalonica* urbis portu in Italiam transportantur corium, fericum, corium Cordubense aut Cordunicum, cruda & parata boum & vaccarum corja, pelles ovinæ, lana, frumentum, mel, & aunpigmentum. Frequentissima habitatorum *Macedoniam* incolentium multitudo Christianis, Turcis, & Judæis constat.

Faculties & Merchandize.

Thraciæ Provinciæ Turcicæ Extremitates, quæ Archipelagi alludentibus undis renituntur.

THRACIA vel ROMANIA Regio litoribus suis Austrum inspectantibus *Archipelagi* fluctus insultantes remoratur, ora vero, quæ Notapeliotæ adversa est, parvi illius maris, quod *Mar di Marmora* nuncupatur, partem donat. Quæ litorea Archipelagi fluctibus obtenditur, sequentium locorum celebratione innotescunt: *Sandino*, vel *Rendino* haud magni pondereris locus est: In propinquo dexter *Stromona*, vel *Marmara*, *ut Rodino* fluenti, cujus ripas *Ibrahim Bassa* sub *Marmora* vico ponte ligneo ingente junxit, exitus cernitur: Inde *Cisteffa* urbecula nominis, quo hic finus infignimus est, origo: Mox modo laudati fluvii finistrum effluvium, illudque sequens *Corvalla* amœnitatis elegantis urbecula, quæ 5000. circiter Christianos, Turcas & Judæos incolas complexa suo fovet, ac grandi quidem, sed admodum malè custodito ponti dotata est. Dictis locis succedunt *Carisso* fluvii ostium, *Longastro*, *Neapoli*, *Gisopoli*, *Savastopoli*, *Christopoli*, *Castropoli*, *Saramont*, *Nesse* fluvii exitus, quem *Graci Mestro* & *Turca Carasou*, id est nigrum amnem appellitant. Antè ipsum *Golfo de Contessa* propter *Saramont* finem suum sortitur. Ipsius amnis scaturigo est in *Monte Hemo*, ex quo elapsus tarde admodum progressu, quanquam multrum aeenæ secum provehit, iter susceptum promovet, donec ad litus maris perveniens diruptò margine ostium sibi aperit, & è regione anguli insulæ *Taffo*, qui in Borrhapelioten prominet, in finum *Golfo de Asperosa* aquas suas eiemnat. *Asperosa* civitas adjacenti finui illi nomen suum largitur. Ulteriora loca sunt *Farnar*, *Marogosa*, *Aiseri*, *Golfo de Marisa* litus perfodiens astuarium, quod *Marisa*, *Marizza* fluvii undis influentibus ditatur, quâ ipsi propter *C. Marisa* promontorium latus finum aperit. *Marisa* autem, vel *Marissa*, aut *Merissa* amnis scaturientium suarum aquarum fontem habet in *Rhodope* monte, quem Græci *Bassissa*, alii verò *Monte Argentato* nuncupant, ac per Thraciam cursu sestino ad mare properat. *Enos*, vel *Enos* vel *Eneo* civitas, quæ in finistrum fluvii *Marisa* vel *Marissa* in mare excurrentis *Janus Jommigravit*, *Pexi*, *Cesari*, *Caridia* civitas in margine finus *Golfo di Caridia*, cum quo nomen ad *Hellespontei* regionem occidentem sedente nomen communicat.

Thracia.

Sandino.

Stromona.

Cavalla.

Carisso.

Golfo de Asperosa.

HELLESPONTUS Fauces angustarum nomen est, quæ Europam & Asiam quamproxime litora sua conjungentes à conjunctione prohibent, & transitum, per quem in *Mar di Marmora* pelagus, & Constantinopolin velificatho dirigitur, custodiunt. Poetarum fabulæ hoc nomen ipsis fecêre, quæ *Helles Athamæ Thebanorum* regis filiam cum fratre *Phryxo* arieti insidentem, cum ex Europâ in Asiam evadere vellent; inter tranandum ex ariete casu insilici decidisse,

Hellespon-tus.

disse, & aquis submersam fretо huic nomen suum reliquisse fabulantur. *Galli* illud *Bras de S. George*, *Belgæ S. Ioris Arm*, *Itali Stretto di Gallipoli*, appellitant sumpta ab urbe in ejus finibus Borrhapeliota opposita sita, & *Turca Bogaz Asar* nomine à duobus è regione sibi respondentibus castris, ubi minimum latitudinem habet, derivato nuncupare solent. Longitudini ejus 9. aut 10. milliaria Germanica attribuuntur. *Europeum* & finistrum introitus exordium *Cabo Grego* nomine notum est; *Asiatico* & dextro in *Natolia* regione *C. Ienizari* appellatio competit: Spatium quæ utrique interjectum vix tres quartas *Germanici* milliaris complet. Quâ fundum sub aquâ in Hypocrisim tendens dimidii milliaris itinere à promontorio *C. Ienizari* discedit, anchoras immittendi commoditatem navibus non denegat, utpote quod & bonum est, & 13. aut 16. orgyarum altitudine sub undis latet. Ad 3. milliare Germanicum ab introitu castra Hellesponti tutelæ in marginibus sibi oppositis locum sunm tenent. Omni fere tempore, hyberno tamen præcipuè, cursus aquarum ex *Mar di Marmora* mari in Archipelagum præcipiti, & tam forti effluvio per Hellespontum expellitur, ut Europæum latus valido lapsu præterfluentem naves vento forriore etiam usæ, & velificando exstella dicta petentes vix superare queant. Hinc velificationis felicioris & promptioris causâ ab *Europæo* magis ad *Asiaticum* marginem declinent necesse est, & tamen interea sibi etiam caveant oportet, ne nimium huic lateri propinquæ fiant; Ad Scopeti jactum enim antè se habet scopulos sub aqua fe occultantes, qui naufragio inficiei naves pelliudæque possint. Navigationis spacium ab introitu ad castrum utrumque militaris Germanici unius dilatatione se expandit, & interdum dimidiam ejus partem adhuc adjungit. Castra duo oppositu recto se invicem aspicientia ab *Iterum*, & cæterarum *Europæarum* gentium nautis *Dardanelli* nomine insigniuntur. Inter *Turcas* nomine *Boga Zafar*, aut potius *Bogazkiefar* nominibus nota sunt. Latina interpretatione redditæ idem hæ appellationes sonant, quod fortalitium muris fiucibus impositum. *Europæum* castrum collis cujusdam devexitati appositum ejusdem altitudine superatur. *Asiaticum* situm naturâ fortior majores vires conciliat, distantia milliarium 3. ab urbe *Gallipoli* utrumque segunge. Ab ipsis autem *Constantinopolin* vela facturo, 30. milliarium iter mariponsqe conficiendum est. Exeuntibus hic agunt, & transitum *Constantinopolin* discentem custodiunt. Utrumque munitur 40. machinis tormentariis, aquam transitus rectâ linea perstringentibus, adeò ut fieri non possit, quin navis in frusta dissiliat, aut fundum petat, quando omnes uno momento exonerantur, quod Turcis facere solemne est, cum navis aliqua more solito vela demittere & consistere occulat, ut solitæ visitationi & examini fabricatur. Cuncta autem machinæ eo ordine disponuntur, ut omnibus simul explosis globi ex uno castro emissi globorum ex altero ejectorum latus quamproxime prætervolent, atque ità mutuò se prætervolantes nullum spacium intermedium relinquant. Navi ergo alicui prætransvigando evadere cupienti, una vice 93. ictus expectandi sunt. In utroque etiam castro inter tormenta illa bellica pulveremi pyrium cum globis homocentralis exsplorata duo ingentis magnitudinis inveniuntur: *Bassiscs* vocant, quorum numquodque mille & centum librarum spharam ejaculatur, & 175. libris tormentarii pulveris onerator. Excubiis tam diurnis quam nocturnis, quæ in muris agentur, naves omnes velificando prætereuntes accuratissimè observantur, & quæ *Constantinopoli* discedentes *Archipelagum* petunt, etiamsi tricenos ipsis scopeatoris fuerint, ex lege præscripta paulò supra cadium *Asiaticum* anchoras in mare demittere, velisque contrahere tenentur. Quod si non fecerint, ex tempore ligeum ab excubitoribus datur, omniaque ad naves excipiendas præparantur. In utroque autem castro duo fuge machinarum curuscres, quorum quisque uno fune incendiario, 21. machinas eodem momento accendere potest. Præter stipendium suum ordinarium & comitatum Gubernatores castrorum, & pedisdarii milites, qui plærumque multo fracti membra labore, sentoque confecti, belloque non amplius habiles tanquam emeriti hoc mittuntur, unamquamque Christianorum naves centum coronatos pendere cogunt. Nam si non plures 3. aut 6. mia fuerint, liberum ipsis transitum permittunt. In loco tamen dicto triduum aut quatriduum anchoris inhærent oportet, donec visitatis, & perveligatis abitus concedatur. Ab altera accium *Dardanelli* Europæus margo progressum finum maturat ad urbem *Gallipoli Hellesponti* finem, & *Mar di Gallipoli Marmora* parvi maris initium. Situs ejus cum declivitate collis devexus amœno aspectu oculos recreet, quanquam adium vilitas, & platearum sordes ipsi ex altera parte parum decoris & splendoris acquirant. Præter incolas qui arcuum & sagittarum fabricatores sunt, paucos & raros alios habet. Nullis etiam mœnibus aut vallis circundatur, sed aperta jacens nullas hostium incursiones eximescit, secura tutis sub vicinorum castrorum tutelâ, quæ piratas & alios eiusdemodi farinæ remorantur, & ab ulteriore progressu arcent. Antequam ad *Gallipoli* civitatem perveniatur, haud longa ab Europæo castro intercapedine *Mopto* cernitur. Civitas olim fuit, postea diruta & collapsa ad interitum abiit: hodie vix 300. ædes *Græcis* incolas capientes numerat. Mox hanc urbem excipit locus alius, cui *Choridocastro* nomen est. Inter *Mopto* & angulum supra arcem *Asiaticum Hellespondi* latitudo fere dimidii milliaris interstitium meatur. *Gallipoli* marginem anguli cujusdam occidua cœli plaga obvertum, ac sinum quendam claudentem occupat. Idem angulus occiduus est apex alterius sinus proxime sequentis, ut precedentis margine duo *Gallipolin* fustinentis Eoa cuspis exsitit. Tandem sequitur ostium, per quod *Larissa* fluvio effugium in *Hellespondi* fauces internas patet. Urbs *Gamaxar* nomine in *Asiatico* litore situm habens, *Gallipoli* civitati directa oppositione objecta est; Fauciam inter utrumque interjectarum intercapedo milliaris unius latitudinem obtinet.

Dardanelli.

Mar di Marmora.

IN MARE DI MARMORA, mari angustiis limitibus circumjecto, naves ex *Archipelago* Mar di Marmora per *Hellespondi* fauces deferuntur. Appellatio fluxit ab insula *Marmora Asiatico* litori proxime adjacente, ac *Rodosto* urbem in Europæo litore è regione sitam intuente. Altitudine cæteris hujus pelagi insulis superior, nonnisi castro uno & solo ornatur, ac finibus suis exiguum spacium circumcens, pulcherrima & albus ima marmorea appellationis suæ occasionem submisistrat. In Europæo itaque litore, hoc pelagus coërcente, loca sequenti ordine disponuntur: *Perastasi* templum habet, in quo Græcæ Religionis exercitium colitur: *S. George* appellatum *Hellesponti* nomen *Bras S. George*, vel *S. Iorii Arm* peperit. Loca vicina sunt *Arachiyes*; *Aiyeribite*; *Cira*; *Guino*; Fluvii *Chiaurbo* exitus; Antiqua civitas *Rhodosto* mœnibus carens cum promontorio *C. Rhodosto* proximè aliacente, nomenque illi ab illa sumente; *Aracles* particularis collapsis antiquitati suæ testimonium exhibens, portuque commodo naves lanam & corium petentes excipiens; *Selivrie* civitas unius dei itinere *Constantinopoli* distans, & remotius à navali fino, in quo naves mercibus *Adrianopoli*, & ex *Thracia* atque *Bulgaria* eò allatis, onerari solent, dissita balneis, templis, atque ædificiis olim maximè splendida; Hoc vero tempore edacis vetustatis dente mordaci ita arrosa est, ut tota ferè in ruinas redacta, à Turcis Græcorum usui & habitationi relinquatur. Editior in ea locus templum vetustate fuo fatiscet, cui omnes naves *Constantinopoli* discedentes & *Archipelagum* velificatione

Perastasi.

Rhodosto.

Selivrie.

Biblioteca Museo Franz Mayer

sua petentes in conspectu sunt. Sub urbe vicus *Turcæ* incolas habet, & ædificiorum splendore ac cæteris ornamentis urbi æmulatur. Tandem in litoris hujus fine *Constantinopolis*, celeberrima Turcicorum Imperatorum sedes splendidissimum suum caput effert, ac in *Bosphori Thracii* introitu locata Europæum maris mediterranei oram ad finem perducit, cujus descriptioni, quam largiorem tanta civitas poscularet, quo minus immoremur, instituti nostri ratio non patitur.

Bosphorus Thracius.

BOSPHORUS THRACIUS hîc nostrâ memoriâ apud Græcos *Leimon*, & apud *Turcas Bogazin*, id est guttur, vel fauces audit: Italis *Stretto di Constantinopoli*, Gallis *Destroit de Constantinople*, & communiter Canalis niger dicitur: Nam per eum in mare Ponticum, seu Pontum Euxinum vehiculandi facultas datur. Longitudinis ejus extensio vix 4. milliaria Germanica æquabit; latitudinis autem expansio quattuor milliaris partem non excedit, imò 2. *Constantinopoli* milliaribus 700. tantum passus explet. Ibidem loci castella fortissima duo utrinque margini injecta, & machinis bellicis probè instructa, transitui præsident, & *Castella*, qui mallis *Asiaticus*, *Europæus Pontis Euxini* marginem inhabitant, obtinet, quo minus *Constantinopolin* usque excursionibus suis pertingere queant. Interstitium inter utrumque tam exiguum intercedit, ut in utroque Gallorum cantus, & canum latratus, imò hominum colloquentium voces exaudiri possint. Utrinque autem margo vallibus pluribus, vinetis & hortis pulcher, qui malis Armenis, Perficis, Punicis, & olivis consiti sunt, abundantibus exornatus est, quamvis territorii hujus solum arenosa superficie obductum, minore promptitudine se ad fertilitatem componat.

Asiaticum Latus.

ASIATICUM LATUS *Bosphori Thracii & Maris de Marmora* maris complectitur litora, quibus *Bithynia* provincia, quæ Turcarum *Bursa* est, vel *Brussia*, ut aliis placet, aut *Ossuania* vel *Othomania*, secundum quorundam opinionem, canalem & pelagus illud contingit. E regione Constantinopolis urbis in conspectu jacet *Scutari* vicus, quod nomen Græca familiaue est, Turcæ *Iscudar* cum appellitant. Notatu dignum hîc est templum pulcherrimum matris *Atahometi* III. *Turcarum Imperatoris* opus, & *Caravanseri* seu diversorium publicum, in quo omnibus viatoribus exercitiique illâc iter facientibus, cuicunque ejusdem Religioni addicti fuerint, in Dei honorem victus præbetur. In propinquo est *Chalcedonia*, antiquæ memoriæ civitas, à tempore edace in vicum mutata, cui *Calcitim* nomen jam tribuitur. Ei succedunt *Nicopolis* seu *Gallipoli* parva; *Gebizè* civitas, *Golfe de Nicomedie* simus accola; *Cabo Carosa* ejusdem æstuarii angulus Arctous; *Punta Chirifo* in ejusdem flexus litoreali æquor Australi. *Golfo di Scio*, vel *Schio* aliud æstuarium, cui *Isnick* fluvius undarum suarum colluvium tradit; *Nicomedia* piscorum temporibus nobilis civitas, unius diei itinere à *Gebizè*, vel *Cutuja* distans, quam in vicum haud magni momenti conversam Turcæ *Nichea*, nuncupant: *Scutari*, vel *Iscudar* cæteris *Asiaticis* vicis amplitudine & frequentia præstat. Ejus vel *Schio* cuspidi littus dicti ad meridiem pronæ insistens; Ostium Fluvii *Lopidi*, vel *Lopadis*, cujus *Phabad* apud *Turcas* nomen est; *Caterna*, *Lartachi*, *Sfyge*, & *Erei*, atque hæc sunt loca illa quæ Asiaticum maris *Mar di Marmora* latus obsident.

Scutari.

Propietas mercis, & commercia.

Regionis hujus aëri ad boni temperamenti laudem nihil decst, si venti Septentrionales ex *Ponto Euxino* in has oras volutati, quandoque in locis quibusdam gelu intentius non excitarent. Urbem Constantinopolin salubri aëre perfluri ferunt. Pestis tamen ita ea etiam grassatur, ortum potius ex unguen vivendi modo Turcarum trahens, & Turcicis civitatibus immundis sordibus sæpè inquinatis familiarior. *Constantinopoli* altum & frigus sentit, prout venti diversi in territorio ejus dominantur, quibus illud etiam accedit, quod ferè tota marinis undis circumfundatur. Quattuor ad totam Regionem *Thracium* attinet, à Gallia Provincia *Picardia* haud magnam dissimilitudinem habet, utpote cum qua planicie sua grandi, & arboribus nuda, ac hinc inde collibus asperata, mirum in modum convenit; præcipuè vero tractus ille, qui *Constantinopolin* 30. milliarium circumferentiâ obambulat. Hinc ufu venit, ut ligna in urbe ea magno precio vendantur, atque eâ de causâ appendantur, quia cum plerâque ferinâ per Ponteum Euxinum navibus advehantur. Litora tamen *Pretiosorum*, & *Saphoro Thracio* accubantia nullius culturæ defectu laborant, horridque omnis generis fructibus, & floribus exculeis referta sunt. Frumentum in hac regione feliciore proventu colitur, quam vinum, quod tamen in partibus meridionali plagæ propioribus etiam nascitur, & saporis sui bonitate se gratum præbet. Fructus frequentiores sunt meliones, pepones, cucumeres, aliique fructus asiyi, ut & pedipium, sesamum, gallæ in terebinthi foliis nascentes, & tinctorum usui incivientes, atque asparagi, quorum passim multitudo maxima repetitur. *Atacosa* fluminis arenæ auri grana immixta esse dicuntur: Ex montibus argentum, plumbum atque auri aliquid effoditur: Territorium juxta *Cupsele*, vel *Chanfilor* alumine affluit. Passim quærentibus Jaspides se offerunt, & Chalcedonii lapides adeò frequentes sunt, ut in vicis muri ex ipsis construantur. Mellis nulla est inopia, imo superfluitas magna: hoc tamen peculiare illud habet, quod circa urbem *Aracloa* colligitur, ut concludum quandoque periculum creet, quia apes interdum *Chamelæonti* nigro, herbæ noxiæ, insidentes venenum fugunt, & ex eo mel conficiunt, cujus esus corpori humano exitium procreat. Montes in *Hielesponti* litore commorantes pinis silvestribus obductæ sunt. Ex his *Turcæ* picem nigerrimam ustione extrahunt *Quadam* Arabico nomine notam, quâ Ægypti cadavera sua condire solti sunt, quæ à putredine conservara in Mumiam abiêre. Pix hæc vilis est pretii, & navibus plenis in alias regiones transportatur. Butyro, lacte, caseo, pecoribus, pecudibus, avibus, & omnibus iis quæ humani corporis sustentatio requirit, tota regio scatet, nec ullam omnium illarum rerum difficultatem sentit. Pluribus etiam in locis refluentium grandis copia terram perreptat, quonam *Turca* ab earum esu abhorreant. Quantam piscium multitudinem *Mar di Marmora* pelagus, exiguis quidem limitibus coërctatum, sed piscium innumerabili caterva redundans suppeditet, vix dictu credibile est. Opportuna hæc & commoda Turcis affluentia, cum magis piscibus quàm carnibus vesci soleant. Æstivo tempore pisces æquæ dulciori & recentiori inhiantes cæterarum per *Mar di Marmora* pelagus, in Ponteum Euxinum profluentium, copiis sustinendem multorum fluminum dulcium affluxus temperat. Hyberno verò tempore ex Ponto Euxino per idem mare in Archipelagum reverruntur, adeò ut indefinenti permeatione pelagus dictum peragrent. Proximè litus, cui *Scutari* vicus adhæret, scopuli sub dulcibus latitantes, ac alto suo colore splendorem emittentes, advenantibus piscibus tantum terrorem incutiunt, ut *Asiatico* litore evitato incredibili numero *Europæ* littori appropinquent, & *Turcici Imperatoris* ædem, seu arcem, quæ *Serrail* vocatur, natando præterant. Præcipuè autem Delphini hoc faciunt, qui in maris superficie miris saltibus & lusibus se recreantes, sæpenumero totum illum diluculum regere consueverunt. Ut autem hæc maris insigni piscium fœtura luxuriantur, ac Xiphias iridem maxima copia nutriant, ità etiam odoris delicatissimis pascua, ac præcipuè circa *Constantinopolin*, affluunt. Ea de causa Christianorum piscatores quovannis circa Aprilem mensem, ex Ponto Euxino nigram arenam petere, eamque ante apicem *Serrail*, id est palatii, quod Turcicus Imperator inhabitat, in fundum maris præcipitare

pitare coguntur. Ex ea ineffabilis odorarum copia emanare solet, sive illud inde fiat, quod arena illarum semen complectatur, aut ex alia occasione oriatur, & viribus quibusdam occultis illius alicui rebendum sit. Commerciorum, quæ in urbe *Constantinopoli* exercentur, ratio hæc est. *Christiani* advectant pannos laneos pariter, & ex serico contextos; & *Angli* imprimis stannum, plumbum, & pulverem pyrium, quibus mercibus divenditis coriam, lanam, cæram, & undulanos pannos coëmptos, navibus suis imponunt. *Constantinopoli* in urbem *Alger* transmittuntur acinaces, tapetes, lintea ex quibus indusia conficiuntur, pilei *Turcici*, & panni ex gossipio atque lentico, textorum operâ confecti; *Cairo* in *Ægyptum* maritimo itinere cera, sericum, argentum, & alia mercimonia transcunter; Ex utroque loco *Constantinopoli* naves saccharo, omnis generis aromatibus, sale Armoniaco, & præcipuè saccharo Candi, id est in filtrias claras redacto, plenæ remittuntur. In *Cyprum* insulam *Caviar*, id est acipenseris ovis sale conspersis, carneque sale condità omnis naves ableganter. Hominum utriusque sexus *Constantinopoli* mercantes famosius est, & celebris, ac tam mares quam fœminæ in publico foro venales prostant. Candta vero enarrare, sequidem nimis longum foret, in compendium hanc recensionem constrahens uno quasi verbo dicam, urbem *Constantinopolin* emporium esse celeberrimum, & nobilissimum, ac quasi receptaculum omnium mercium, quæ ex *Asia*, *Africa*, & *Europa* eò confluunt, & inde iterum in dictas orbis partes effluunt. Nam omnes pretiosæ pelles, mel, cera, & manciplia ex feigidioribus regionibus eò convehuntur, pilei *Turcici*, & panni ex gossipio atque lentico, textorum operâ confecti; *Cairo* in *Ægyptum* maritimo itinere cera, sericum, argentum, & alia mercimonia transcunter; Ex utroque loco *Constantinopoli* naves saccharo, omnis generis aromatibus, sale Armoniaco, & præcipuè saccharo Candi, id est in filtrias claras redacto, plenæ remittuntur. In *Cyprum* insulam *Caviar*, id est acipenseris ovis sale conspersis, carneque sale condità omnis naves ablegantur

utilitas habet, qui exenbias agunt, & insulæ defensione præsunt: Adjacet ipsi pagus grandis, aut potius urbecula, cui castrum imperat. Turcæ hic sua domicilia habere solent: Christiani verò per totam insulam dispersi habitant. Quæ hæc insula litoralem suum oram in Arcton frigidam diverrit, nonnullam quam aquarum insularum vallo sepitur, quibus *Mauréa* nomen est, & multum mellis suppetit. Est & alia admodum parvis limitibus contracta insula, & *Tenedo* valde propinqua, quæ nonnullis *Archipelago* dicitur.

Santostrato. SANTOSTRATO, vel *Santstrati*, E. interiacens circumferentiam coarctata insula proliviore tubervallo ab insulæ Stabimene extremitatibus in Austrum converfis semovetur, ac montibus diversis inæqualis cultus humani, habitationisque expers est.

Macedonia tractui maritimo objectu suo observantiæ insulæ aliquot ambitu suo exiguum terræ spatium supra mare attollentes, quæ longitudinis suæ finem anticonentis sinus extendunt, & *Europæo* litori *Archipelagum* constringenti accenfentur. Eorum nomina sunt, quæ sequuntur.

Arsura. ARSURA, vel *Larisne*, insula in arctos limites circuitum suum compingens, de qua nil memoratu dignum occurrit.

Limene Pelagnisi. LIMENE PELAGNISI vel *Pelagisi* in longitudinem aliquam excursus insula litus suum attuarii quibus infingit, ac portu gemino nautas in mari navibus suis vagantes, ad quietem capiendam invitat, quibus etiam fecuritatem præstaret, si periculo vacuos introirus haberet.

Jura. JURA minoe, quam præcedens, circuitione spatium suum definiens, litus suum inter præcedentem & insulam *Piperi* collocavit.

Piper. PIPER, N°. 84. etiam *Piperi* cuncupatur; Sunt alii, qui eam *Lonene* appellari volunt; nonnulli verò *Seraguino* nomini meminerunt. Inter *Jura*, & *Gainbrusa* insulas collocatam invenies.

Gainbrusa. GAINBRUSA alia insula exigua, & in angustam longitudinem protractio, ac arduariis quibus diffisso litore circumsecipea extremum inter has insulas *Macedoniæ* litori objectas locum obtinet, & ad insulæ *Piperi* Australem oram concessit.

Prasonisi. PRASONISI parvitate prioribus haud impar, commorationis fuæ locum nacta est in ea hujus pelagi parte, quæ *Jura* insulæ oram Australem ferit, & propè *Pelagnisi* insulæ è regione fitæ marginem Eoum intuetur.

Laino. LAINO, N°. 85. aut *Lanio*, aut *Seraguino*, vel *Sarakino*, quæ nomina à quibusdam aliis usurpantur, insula bona portus commoditate allectis navibus quietem, & securitatem pollicetur, quâ latus suum *Pelagisi* insulæ margini australi obvertit.

Dromo. DROMO contrahitorius finibus inclusa *Lanio* insulæ tractui maritimo Australi objacet, & aquæ dulcis indigentibus nautis suppetias fert. Alio nomine etiam *Opsia* dicitur.

Scopello. SCOPELLO aut *Schoppelo* N°. 81. quibusdam aliis etiam *Dromo* dicta altioze situ ex aquis exstat, & latis ampio & spacioso circuitu sinum suum obambulat. Arboribus pluribus refecta habitatoribus non vacat, castrumque ostendit scopuli cujusdam jugo infixum. Qua parte in occasum inclinat, haud parvæ commoditatis navale in meridionalis angulí vicinia exhibet; hoc incommodi tamen habens, quod Austro flante difficultet admodum navibus exire liceat, & ea de causa periculum immineat à trirremibus Turcicis, quæ quandoque naves fine venia, aut concessione aliqua publica *Imperatoris Turcici* naves suas in his litoribus frumento onerantes capiunt, & *Constantinopolin* deducunt. Navigatio inter parvas insulas ad portum tendens etiam periculo non caret, quod duæ *Belgarum* naves, quarum una ad *Johannem Proslitium Enchusanum* civem, altera ad alium urbis *Schiedami* incolam pertinebat, naufragio & interitu suo testari possunt.

Selia. SELIA, vel *Elia* ex parvarum insularum numero insulæ *Scopelo* occiduo margini latus suum Orientale advertit, ac arboribus fcatens præter aliquot Græcos monachos incolas admodum paucos cultores habet. Insulam *Scopelo* nonnullæ parvæ insulæ comitatu suo stipant, qua *Gallerdromo* appellatæ tres aut quatuor sunt, quibus *Diaderfe* vel *Aderfe* insula valdè exigua, seu potius grandis scopulus conjunctus est.

Sciari. SCIARI, N°. 81. vel *Sciato*, aut *Siatto*, & *Schiatto* fuo rectâ finus *Golfo di Salonichi* angulo Australi seu promontorio *Capo Verdichi*, *Gallorumque* navalibus socia *Cap. S. George* dicto antepositæ est. In scopuli excelsioris vertice castellum monstrat, ut & in angulo Australi longo & prolixo spacio ingruentes maris undas excipientem sinum, quem aliquot parvæ insulæ antecedunt. In eo confinium est, ut naves abactas figant, quam in insulæ *Scopelo* portu, quoniam hinc semper evadere, & nunquam à Turcarum triremibus concludi possunt, ibi vero periculum hoc quovis tempore exhorrescere cogantur.

Sciarisia. RELIQUÆ INSULÆ in hac Archipelagi portione, quæ Boreales est, sequenti ordine recenscntur.

Negroponte. NEGROPONTE E. idem Latino idiomate sonans quod *Niger Pons*, apud *Turcas* usitato nomine *Egripus* signatur, ac longa contractione in quadratam figuram oblongam sinum suum egit, & longitudinis fuæ extensionem inter Notapseionem, & Boreholibycum projectam *Achaiæ* regionis litoribus accommodat, ità ut cum illis à *Cabo Colonne* promontorio procurrere incipientibus etiam cursus *sui* initium faciat, & continuo filo producta tandem in *Thessalia* vicinia finem nancifcatur. Primariam urbem habet *Negropontæ* cognominatam, appellationisque originem adscribentem ponti custodi continenti insulam antecedenti. *Græci* eam *Euboiam* appellant, ac magnitudine fua *Tubinga*. Ducatus *Wurtenbergensis* urbi, parem esse affirmant. Reliqua in litore loca & urbes sunt, *Rovco*, *Carefto*, *Armeni*, *Capo Mantello* promontorium, *Potari*, *Gerefto*, *Elopia*, *Valona*, *Loco*, *Lipfo*, & *Talandi*. Mediterraneorum locorum nomina sunt *Polirici*, *Mandogo*, *Lilanto*, *Cupa*, *Potiri*, & *Stura*, vel *Stora*, quam urbem *Mahomet* II. *Turcarum* Imperator, cum *Zaffica* civitate, incendio horribili in cineres redegit. Angustæ fauces insulæ hujus & continentis litora, quo minus coalescant prohibentes, in veterum historiis celebratissimæ sunt sub nomine *Euripi*, quem singulis diebus septies fluxum ac refluxum, sive accessum & recessum, maris, pati asseverarunt, quod tamen falsum esse nonnulli hodiè affirmant, utpote qui certum esse dicunt, aquam per has angustias bis tantum singulis diebus maxima violentia affluere, & iterum abire. Incolarum commercia præcipuè consistunt in serico, cera, melle, gossipio, lana crasiâ, corio corduanico, variis aliis coriis, & vino. Has merces exteris vendere solent. Veneti Dominii olim membrum fuit, à quo tempore *Iohan Carterio* possessor ejus ipsi defendendæ impar exsilens, jus possessionis fuæ in Venetos transtulit. Sed *Mahomet* II. anno 1570. ipsi Turcicum jugum imposuit, posteaquam in ea vi occupata annum iecum masculinum 12. annos agentem, ac plures annos habentem, miserè trucidandum curavit, minoris verò ætatis pueros & puellas Constantinopolin captivos secum aduxit. Eodem tempore vir quidam magni nominis, & unus ex Insulæ magistratibus, qui *Pol Erizzel* vocabatur, filiam habebat admirandæ venustatis, quæ cæteratem tanti fecit, ut mortem subire horrendam maluerit, quam honorem sinum proditione, & incasto concubitu *Mahometi* inferviendo, corpus suum polluere. Ante orientalem insulæ *Negro ponte* angulum parvæ insulæ *Pandice* vel *Pandice* sita sunt.

Scanda. SCANDA, E. parvo spacio maris undas excludens insula, inter insulæ *Negroponte* angulum, qui in *Archipelagum* eodem pertinebat, &

rus, hiatum aperit, effugiumque in mare largitur. Prævi militaris interstitio à Septentrionali urbis *Chii* latere recedens, tanta commoditate præditus est, ut omnium ventorum rabiem quantumvis magnam nesciat, & nil nisi securitatem navibus polliceatur,

S. George. *S. George* parva est antè ipsum insula, quæ aquam dulcem limpidam & recentem navibus impertit. A portu verò usque ad angulum insulæ Borealem, mille passuum iter conficiendum restat. Inter hunc lateris Orientalis finem, usque ad terminum Borealem extendum & continentis promontorium in *Ionia*, cui *Colubro* nomen est, in conspectum datur *Agnesia* vel

Agnuse. *Agnuse* insula, alio nomine *Spalmentori* dicta, quæ humilitate situ depressa viriditate delectabili oculos pascit, ac tres parvas insulas sibi adjungit, quæ ad occiduum ejus finem situ suo concurrunt. Inter Orientalem marginem, & Continentis oram, ut & occiduum hujus insulæ latus, ac insulæ *Scio* tractum in orientem devexum navigantibus cursus ubique liber & sine periculo datur. In Orientali hoc latere adhuc situm invenire castellum cum urbe *Calamoti* vel *Calamoti* pelago incumbente, & territorium, inter *Scio* & *Del*

Rivovera. *Fino* portus, feracissimum possidente. *Rivovera* vel *Revevera* alicujus momenti oppidulum in Meridionali margine *Porto del Fino* situm haud longè à *Belofano* fluvio distat. *S. Angelo* in eisdem sinus oræ occidua, ut

S. Angelo Pisio. & *Pisio* in ejus tractu maritimo in Boream converso; Inter sinum autem & angulum Arctoum intercurrunt

Cardamile. *Cardamile*, *Porto Cardamile*, navium statio, fluviolum quendam per ostium suum erumpentem absorbens: *Menolito*, & *S. Helenes Fons* appellatione alia etiam *Neofou* appellatus, post quem mox apparet apex insulæ Borealis, à quo occidium ejus margo iterum ad cupidem Meridionalem insectitur. In illo autem margine

S. Elia. Occidentali conspicuntur *S. Elia* cum aliquot collapsis indiciis monumenti, in quo *Homerus* Poëta in insulæ hujus urbe *Homero* secundum *Crusii* sententiam natus, olim sepulturam suam habuisse fertur; *Perperas*, *Amisse*, aut *Arvisse*, quod nomen aliis utiuntur est, urbecula planiciei secundum mare decurrenti immodestæ, quæ etiam portus alicujus fructu gaudet: *S. Georgio*, *Anaflesse*, & *Cossel Pigrino*. In tractu Australi *Atalico* se conspectui offert.

Natura, Propietates, & Bona. Præter multasce artu igines aquam vivam eructantes aliquot etiam sunt fluviolis, qui insulam hanc gratissima sua humiditate refocillans, fertilemque reddunt, & aliquot molendina in monte suo continent. Pars insulæ Arbora montibus diversis distincta arboribusque vestita, lignorum copiam suggerit, vallesque aliquot fluviolis & rivulis irrigatas montibus interponit. Austrina vero pars crebris collibus inæqualis, valles intermissa feracitate insigni præditas possidet. Tota, fertilitate admirabili, dotata multum frumenti ex Cereali suo penu depromit, ac fructibus diversis arcus puta pomis, ac medicis imprimis, adeò scatet, ut succus torculatibus expressus, ac dolioliis infusus *Constantinopolin*, atque alia in loca transmittatur, ac insar immaturi uvarum succi adcibos condiendos, & gratâ acetositate perfundendos adhibeatur. Nec olivarum oleum minus copiosum hic est, ut & resina laricena, aut terebinthina, quæ ex arboribus quibusdam incisis effluit. Fructus etiam reperitur magnitudine fua fabam exprimens, quem à Græcis *Onderinne* appellatum arboreum quarundam species *Gallo Carrombee* appellata procreat. Mallichè itidem, gummi illud odoratum, fruticis cujusdam admodum humilis, cujus folia à bucs aut lenticè solùs haud multum abludere videntur. Singulis annis decies terpaulò supra stipitem, seu truncum abscindituf, ut quavis vice lacrymas suas emittat, quæ deftillando emissæ in gummi illud nobilissimum, capitis fluxionum irrigium medelam, concrescunt. Arbuscellæ autem hæ in sola parte Meridionali nascuntur, colleque omnes uberrimo proventu emergentes passim contegunt. *Turcæ* somno studio in id incumbunt, ut gummi hoc, potissimæ hujus insulæ opes, accurato labore & accurata diligentia conquirator, atque arcis inferatur, quarum capacitas 200. libris capiendis par invenitur. Ex annua suppatatione colligitur, singulis annis 250. arcas hoc gummi in hac insula congregato replere, & ex iis 50. *Constantinopolin* missas ad *Turcicæ*

Imperatoris usum domesticum adhiberi: ex cæteratum verò venditione lucrum redundans in alios ejusdem usus conferri. Incolæ olim aliquot mille Ducatorum solutione annuâ sibi hunc quæstum conservare soliti sunt, quem postea *Turcæ* totum ipsis ereptum in suum commodum transtulerunt, adeò ut nemini per totam insulam hoc commercium exercere liceat, nisi se ipsum in summum vitæ discrimen conjicere velit. Præterea vinum albem & rubeum in hac insula nascitur, præcipuè in montanis justà Arvisam, unde Malvasiæ, præcipuè in montanis justà Arvisam, unde Malvasiæ, præcipuè in montanis justà Arvisam, unde Malvasiæ

cerona circumdatur, ac fola in hoc tractu maritimo *Reipublicæ Venetæ* imperio cum insula *Mycono* paret, eaque arcem defendit. Commoratur autem in mediis aquis diversis suo utrumque insulam *Andrum*, & *Myconum* dirimentibus. Urbs ejus & castrum admodum molibus bellicis munitur, ac jugo montis insidendo se fere inexpugnabiles in hostium occursum instruxerunt, imò *Turcarum* varios conatus hactenus fortitudine sua eluserunt. Magno autem ipsis damno sunt, & transfugas Christianos servientes Turciæ diritium fugientes recipiunt. Tota insula solo & plano & ferali constitata est, ac quosdam pagos & vicos habet, in quibus haud parum fertili patetur.

ANDROS. ANDROS, E. N°. 64. vel *Andro*, aut *Andria* longitudinis suæ prolatione ex Borthollibyci regione in Notapheræ tractum exspaciatur, ac margiem suum in Borthollibyci oram extensum in eam insulæ *Negroponte* extremitatem protendit, quæ Notapheræ fantis dominationi subjecta est: Quà verò Notapheræ tendens invetur, prosequitur suum in *Tino* insulam conjicit. Aquæ interveniunt, cujus separatione hæc insula & *Negroponte* discriminantur, uno milliari latitudinem suam metitur, & à canali inter *Capo delle Colonne*, in insulam *Zeno*, à quo navigationis cursus hoc tendens, in Hypocaciam dirigendus est, 7. aut 8. mill. intercessione sejungitur. Veneti nauæ *Constantinopolin*, in insulam *Sio*, aut *Smirnam* navigaturi, ut plurimum hos canales permeare consueverunt. Mensura latitudinis, quæ interarum inter Tino, & Andriam insulas dilatat, unum milliare cum dimidio compechendit, & navibus permeantibus transitum haud negat. Juxta angulum hujus insulæ Occidentalem litus ab æstuario quodam terram secante disjungitur, ac portum quendam formar, minus tamen navibus condendis opportunum, eò quod & scopulorum vicinia periculum erect, & difficultas haud parva navibus ierum exitum remoram objciat. Terminus Orientalis *Andro* urbem impositam fultinet. Incolæ sunt *Christiani* duplices, *Romani*, & *Græci*, quibus *Turcæ* ibi habitantes imperant. Ex urbe per pontem in castrum ingredi licet, quod scopuli circumcirca marinis fluctibus circumfusi jugo insidens territorium adjacens defensione sua tutum reddit. Aquis dulcibus exemplaribus irrigua insula aliquot montibus inæqualis exstit, vallisimque interjectarum fertilitate instruct. Vino abundat nobili & excellente, remque pecuariam passione abertima fovet. Telles ubertatis sunt calci saporis optimi, ac omnis generis alimenta, fultentat: onivitæ necessitia, de quorum penuria incolæ neutiquam conqueri possunt.

S. DELLES. S. DILLES, N°. 67. vel *Schiles* tam propinqua connexione se tractui duæ hæ insulæ contingunt, ut olim uno nomine apud veteres *Delos* vocari solitæ fuerint, atque ideò etiam hac nostra ætate *Edile* appellitentur. *Belgici* nauæ eam quæ occasum spectat, *Groot Delos*, id est magnam *Delle*, & alteram in Orientem pronam *Kleyn Dilla* id est parvam *Dilla* nuncupare consueverunt. Utraque ad insulæ *Mycono* latus cubant, quod Borthollibyco contrarium est. Illimus angustus, seu lingula admodum angusta, utramque *Dilla* partem conjungit, & impedimento est, quo minus aquâ interluantur, & in duas insulas dispescantur. *Cebadissa* aliud nomen ipsi esse quidam tradunt. Ferè in medià spacii magnum *Dilla* ab insula *Siro* fecerenetis portione, quà se ab utraque patulum ad Meridiem retrahit, conspecua est periculi & discriminis plena illa cautes *Levato*, vel *Levata*, vel *Lavata*, quo nomine in quibusdam efficiebus Geographicis notatur, quæ admodum depressa humillitate in aquis sita, jugum fuum parum supra aquas attollit, adeò ut notturno tempore, aut alio obscuritatis pleno, cautione & providentia navibus hunc tractum peragrantibus opus sit. Quamvis enim fundum sub marinis fluctibus delitescens, quod illam ambit, mundum & purum ac nullis scopulis aut cautibus corruptum sit, sapientium, & prudentius tamen agunt, qui ab insula *Serfos*, in insulas *Tino* & *Myconi* iter maritimum faciuntur, aut ab insula *Anticeno* in insulas *Serfon* & *Siphanto* iter fasiunt, ut navigationum suæ cursum prope *Sero* insulæ litus præterageant. Utraque insula nominata obedientiæ vinculo Imperatoribus *Turcicis* obstricta est.

MYCONO, E. N°. 66. vel *Mycole*, insula alta Micoet ac hoc in tractu maritimo, *Reipublicæ Venetæ* obse- no. quium præstans, insulæ *Sdilles* Orientali margini fuæ vicinissima est, atque occidui sui lateris aspicem in Borthollibycum excutiem, æstuario quodam in terram immerso, excavat, portuque opportuno, qui à 15. usque ad 20. orgyam profundis aquis, fundum anchoris continendis *Apostolorum* subjicit, proximè vicinum quendam naves præterentes, ac stationem quærentes allcdat. Unde Bromas totas in eadem consistendo, consumere naves quadam *Italæ* in more positum habent, quæ ejus propius ad marginem ejus accedunt, eò tutiores sunt ab omnibus ventis, à quibus neutiquam lædi possunt. Civitas insulæ ut & castrum ipsi adjunum, valida operum militarium defensione omnes hostium tentationes rejicit. Ubi in ortum insula vergit *S. Anna* cernitur cum *Pandromo* portu; Quà in medium diem se inclinat, *S. Efimene* prædò est; Margiuis occidui apex Archous, *S. Stefano* nomine signatur.

NICARIA, A. N°. 93. inter insulæ *Samos* latus Nica- ad Occidentem vergens, & insulæ *Anticeno* margiem ria. versus solis ortum se protipientem, situs sui longam extensionem à Borthapelliota in Notolibycum deducit, ac latitudine sua in angustias grandes coarctata longitudini suæ non respondet. Sylvæ & saltus rari occurentes, fertilibus agris optimum frumentum producentibus, & pascuis lactioribus, rei pecuariæ lautæ occasionem dantibus, locum concedunt. Hinc lacte abundantes incolæ, plurimos caseos conficiunt, confectosque divendunt. Sed quoniam loca vim aliquam hostilem arcentia ipsam deficiunt, piraturam depopulationibusque expediti sunt incolæ, à quibus facili negotio oppriuni & abduci possunt. Ante hæc uno cum insulis *Sio* jure fruens à Genuensibus gubernari consueverat. Inter *Micono* & *Nicariam* aliquot parvæ insulæ conmorationes suæ loca nacta sunt, *Rocchio* nimirum, quà insulà *Atyeno* latus suum in nivalem aëris regionem projcit, *Iero* qua insula eadem Orienti soli prospectum suum objcit; *Stapodia* exiguo divortio ab occiduo insulæ *Nicariæ* dimotus, & *Dragonisi*, quæ inter *Stapodium*, & *Iero* intermedia est.

SAMO, A. N°. 92. vel *Samos* in mari *Icario*, Samo. quà insula *Nicaria* latus suum in Borthapelioten prætrirrit, sita, accessu suo apici sinus, qui est propter *Efefo* in *Natolia*, in medium diem prono proxime appropinquat, ac magis in rotunditatem, quam latitudinem aut longitudinem situs sui figuram circumducit. Latera occiduum, & Boreale excelsis montibus, quorum scopuli præcipitiis ferè inaccessibilibus ærem fecant, fluctibus Archipelagi furentibus se annam inficiunt. Piratæ tot ac tantis depopulationibus hanc insulam superioribus seculis afflixerunt, ut incolis penitus denudata, nec pagos nec homines habuerit, nec bestias cicures aluerit. Anno 1587. Christiani ejus incolendæ & excolendæ intimum fecerunt, Margines orientalis & occidui navalia sua navigationis emolumentum promoventia ostentant. Meridionalis alicujus civitatis olim splendidæ & augustæ cadaver sustinet. Verum quoniam nec munimentum aliquod, nec ulla alia defensio militaris hoc insulæ præsidio esse potest, præsertim commune est perfugium, quò crebrò se hinc reclinantes aut naves suas marinis fluctibus concussas reficiunt, aut novas, quæ *Fosfon* appellant, fabricantur.

Ligno-

Lignorum enim ad navium fabricam aptorum hic frequentiam offendunt. Eâ de causâ paupertas & inopia in hac insula dominantur, paucisque Christiani reperiuntur, qui cæteris propter perpetuas depræda- tiones difficili ægrè vitam sustentant. Inter *Nicariam* & *Samos* spacium maris intercursum parvis quibusdam insulis aspergitur. Sunt ex *Corsia*, *Lipso*, & *Formosi*, aut *Formosa*, sive *Fourny* 2. miræ parvitatis insulæ, quas navibus inimicas ac periculosas, scopulos recitus, appellaveris. Ante litus *Natolia* occidium à latere insulæ *Samo* Meridionali defendentibus, & *Porto Cosmo* præterveheutibus navigiis, in oculos incurrunt insulæ *Fermaco*, *Curonisi*, & aliquanto ulterius duæ insulæ *Arathonisi*.

MANDRA. MANDRIA, A. insula sepimento quodam insularum admodum parvarum latus suum nivalibus ex Atchoo orbe profusis ventis objectum flupit, ac margine suo Solem ab Aurora adventantem inspectat. Veterum est *Chyro*, unde mare circumjacens *Myrtoum* appellatum, quod hodie ab eadem insula *Mare di Mandria* nomen obtinet.

PALMOSSA. PALMOSSA, A. N°. 94. vel *Palmosa*, quam nonnulli *Ferretti*, & *Baron de Beauvoir* Gallus *Patmo* cognominant, *Patmos* insula esse dicitur, in qua *S. Apostolus Johannes* Apocalypsim suam meditatus est, & literis mandavit. Insulæ *Samo* lateri in Atchicum orbem vergenti, & *Mandriæ* insulæ margini in occasum protenso è regione opponitur. Incolæ *Christiani Græci* confessionis fidem profitentur, commerciaque frequentia cum *Candia* insulæ habitatoribus exercent. Urbem suam *Patmo* ipsi custodiunt, ac vix 5. aut 6. Turcas cum *Cadi*, id est, prætore uno, qui institur præsit, penes se habent. Felix insula portuum diverforum opportunitate, inter quos unus castro cuidam satis forti subest, quod subjacenti vico defensione sua succurrit, portumque ipsum custodii sui à piraturum injuriis vindicat.

LERO. LERO, A. Insulam Palmossam mox sequitur ab ea in Meridiem fecedens, ac duobus castris vetustis, binisque collibus injectis conspicuus est. Montium fuorum altetudine *Samo* insulam antecedit, Turcarumque patiter & Christianorum frequentia probe excolitur: Aloës in eis conligitur.

CALAMO. CALAMO, A. ante Insulæ *Lero* angulum Notapheiæ renitentem versus insulam *Lango* excursum suum dirigit, & non modo in montanis, verum etiam in planitie multa ædificia collapsa incolarum multitudinis indicia producit, montesque in ærem adeò excelsos extendit, ut ex eorum verticibus *Efefo* civitas conspici queat, quamvis 20. Italicorum mill. divisione ab iis disjuncta sit. In Orientali latere antiquum civitatensis regione parvæ cujusdam insulæ objacentis cernere est, muris suis & ædificiis diruris & in lapidum strues converlis manifestè loquentem, qua incolarum frequentia, & quo splendore olim claruerit. *Calamo* insulæ caput æstuario linus incidenti adhæret. Alius sinus in occidum margine *Burvolum* quendam fallax undas secum adverheretem, & *Pachilio* cognominatum excipit, utque alterius cujusdam urbis olim florentis & augustæ eunvias in margine suo confpicicndas exponit. In latere Meridionali duo navalia navibus ingrefluris patent, propter quæ aquam dulcem ebullens fous ex caverna satis profunda emergit. Inter *Calamo* & *Lango* insulam *Cepriom* videas licet.

LANGO. LANGO, A. N°. 95. *Turcarum* idiomate *Stanco*, vel *Stanki* impositam appellationem sibi familiarem habet, & longitudinis suæ à Notolibyco in Borthapelioten progredientem excutiam ubique in æstuarium suo in terram inortis, *Notothe* latus usque ad urbem *Italicam* sum diffecans protendit. Ejus circumferentia 75000. passuum seu 25. mill. Gallica queritur, cui numero *Thevetus Cosmographus Gallicus* 9. adhuc milliaria adjecit, ac 14. mil. circuitu cinctam asserit. Caltrum ipsius & civitas eodem cum insula nomine *Turchis Stanco* decoratur: Illud editiori loco superfectum turribus rotundis, quæ magnitudine sua castrorum in insula *Leibo*, & *Tenedo* turres maximas superant, exornatur. Hæc linet maris contigua sub ipso castro se dilatat. *Baron de Beauvoir* narrat pem sol vicum esse dicit, sitruque suum sub fortissimo castro habere affirmat, quod colli ad mitis extremitatem prono incumbens, turribus & fossis vimillatam peropaffare potest. Inde aliquanto ulterius in confpectum cadit grandis vicus *Marango* vel *Arangos*, quod nomen apud alios inventur, qui hinc locum totius insulæ metropolin esse volunt, ac insidiæ Orientali interse in confpectum prodere, ac in medio stagnum quod dam, æstro tempore exsercere solitum, habere perhibent. In latere Borthapelioto objecto portus offenditur. *Thevetus* adhuc 2. aliorum pagorum mentionem facit, *Pally* nempe & *Cachonie*. ut & fluminis *Zephodior*, cujus nomen apud *Ferretti Spandeon* legitur. De aëris hujus insulæ temperamento inoterej authores in diversas sententias distrahuntur, cum quidam adeò infalubre illud esse contendant, ut fæpè ab incolis deretinqueatur, & ea de causa incultæ jaceat, alii vero contrarium affirmantes prioribus contradicant, & fœminarum ad grande sentium pervenientium testimonio sententiam fuam stabiliant. Maxima totius insulæ pars æquali & plano folo decurrit, si cam portionem excipias, quæ in ortum tendens montosa est, & ex montibus aliquot ihuy iolos, aut rivos gyram irrigationi utili humectantes, ac fœcundirati eius auxilium ferentes, extenuitur, & in Archipelagum ablegat. Arbores frequentiores sunt quercus, *Fagi*, ac terebinthi. Victus & lucri commoditas ex frumenti optimi, vini nobilissimi, olei olivarum, noræ melioris ficuum, mallorum Medicorum, & aureorum proventu opulento & diuino, incolis emergit. Varietum autem hominumque diversarum expers non est. Turcicus Imperator in omnibus tàm mari quàm terrâ expeditionibus bellicis, hujus insulæ incolarum servitio utitur. Præsidio forti & numerosa castri insulæque defendendæ provincia demandatur, præsertim ab eo tempore, quo *Mahometes* Equites improviso & subito impetu eam oppressiant in potestatem quidem suam redigerunt, verùm nimia præde cupiditate allectis *Turcis* earum temporis concessionem, ut se interea recolligerint, & viribus redintegratis præde insatiabilitidefiderio inhiantes Christianos iterum expulerint. Superioribus seculis Rhodiensium Equitum possessio fuit, sed cum insula *Rhodus* in *Turcarum* manus deliga, *Turcico* imperio à *Solymanno* Imperatore adjecta est. Turcæ urbem inhabitant; Græcis verò Christianis pagos per totam insulam dispersos incolere tantum permittunt.

Propter *Lango* insulam aliquot exiguæ circumferentiæ circumscripteæ aliæ situm suum acquisivêre: Eæ *S. Seliæ* N°. 96. *Cephano* 97. *Nicari* 98. *Pfiopia* 99. & *Caruso* 100. Hæ omnes longa serie fe inutuo consequentes ab insula *Lango* usque ad insulam *Rhodum* quasi lineam aliquam formant. Sunt & aliæ nonnullæ satis exiguæ juxta insulam *Lango* in mari cubantes, quorum nomina in aliis typis hydrographicis inveniuntur, ut *Colojero*, *Chirana*, *Lefandra* & *Coffile*, quæ ultima ad- Coffile. modum parva, insulæ *Lango* proxima est. Eo tempore, quo Turcæ celebri obsidione insulam, & urbem Rhodum Christianis è manibus extorserant, castrum admodum forte, & probè munitum excelsa turri se in hac insula efferebat, ex quâ propter celitudinem prospectus tàm procul in mare patuit, ut aiunt, quæ 50. mill. itinere ab ea abesient, nihilo minus conspici potuerint. De quibusvis ergo navibus hoc mare peregrantibus ex hac insula *Rhodiensis* diutno tempore fumo, & nocturno ignis flamma admoneri, & de hostibus suis certiores reddi poterant. Sed *Turcarum Imperator Solymannus* eam cum insula *Rhodo Christianis* ereptam *Turcho* satis fecit. Omnes autem hæ insulæ post *Lango* insulam commemoratæ ad *Asiam* pertinent.

Eccce STAM-

Biblioteca Museo Franz Mayer

STAMPALIA. STAMPALIA, A. N°. 74. ad insulæ *Lampedo* marginem, qui Africo vento pervius est, in mari *Myrtoo*, seu *Mare di Mandria* procumbit, & ferè 10. mill. *Gallicorum* ambitu circumfertur. Urbem & plures pagos possidet, portubusque oppetentis fruens quicquid commoditatis habet, ad navigationis emolumentum confert. Incolæ *Græci Christiani* imperio *Turcico* in debitis obedientiæ terminis continentur. Quâ marginem sinum Notapeliotæ flatibus pervium Lucit, in vicinia aliquot alias parvas insulas commostrat, *Placida* scilicet, *Seropha*, *Porcella*, *Zafrana*, *Campo*, & *Piana* à latere Meridionali aliquanto prolixiore spatio secretam.

MANFIA. MANFIA, E. N°. 73. vel *Nanfio*, aut *Nanfilo* urbem suum scopulo imposuam manifestat. Habebat olim cathellum sive arcem, quod maximam partem inculum jacens, hibernotibusque expers piratas recipiebat, & magno incommodo incolas afficiebat, qui damno hoc permoti, & continuis piratarum incursionibus inquietati, reliduas parietum demolitisunt, ibique urbem in insulæ medio collocavisunt. Admirazione dignum est, quod de hac insula referatur, venenosa eam animalia nulla tolerare, imò terram ejus tantæ efficaciæ esse, ut animalia veneno imbuta, si circulo aliquo ejusdem circumdentur aut circumfenbantur, mortem oppetant. Lateres in Notolibyco proclivi alia parva insula *Gierra* nomine obsecet.

SENTORINI. SENTORINI, E. N°. 72. vel *Santorini* aut *Sanderini* insulæ circumferentia circa limites arcbos constituit, ac in propinquo insulam habet, quæ *Xeros* nomine nota, præcedente multo major est, & ferelitate sua, portubusque commodis immotuit. Mare circumfluum piscibus innumeris scatens opulentissimum piscarum reddit, fundumque tanta profunditate occultat, ut nemo hactenus ejusdem mensuram bolide explicari, aut indagare potuerit. Antehac *Feretes* quisdam nobilis patrimonium fuit; hac vero ætate *Turcicum* fræmum patitur.

CHELISIANO. CHRISTIANO, E. N°. 71. insula ad præcedentia insulæ latus in occasum se protrahens è regione *Amargo* insulæ eximi anguli, in quem margo ejus Australius desinat, versus occasum recubat.

NIO. NIO, E. N°. 69. quam alii *Quinomisso* nomine dignantur, urbi suo nomen suum impertitur, ac sinum, ut nonnulli cypri hydrographici indicant, insulæ *Chersisano* margini in Notolibycum proficiscenti, & insulæ *Margo* acumini in Borthapelioten excunti è regione opponit.

MORGO. MORGO, E. N°. 70. in chartâ nostrâ nomine *Nio* notata *Amargos Polo* nomen aliud etiam agnoscit, ac tribus castris *Amargo*, *Hyalo*, & *Plato* violentiam hostilem à se fegicere solet. Borealis ejus extremitas marinis undis verberata, portubusque *Is*, *Anna*, *Calos*, & *Platos*, seu *Catapla* dilecta navigantibus subsidio est. Montibus quidem inæqualis est, sed diligenti labore ab incolis excolitur. Marginem Australem copiosissimus scopulorum, qui intempestivis maris flatibus abiconduntur, series obsidet, ac periculosam efficit; qua de causa maximè necessitatem est, ut nautæ tantum, quantum possunt, eum declinando vitent.

MAIXA. MAIXA, E. N°. 75. Locum sinum tuetur, qui *Margo* insulæ acumen sinum in Borthapelioten è regione emittit. Comites sunt nonnullæ aliæ insulæ, quarum apud alios mentio fit, *Zinara* nimirum, & *Leuste*, de quibus quod referamus, non habemus.

NICSIA. NICSIA, E. N°. 68. vel *Nicsia* nomen sinum trahit ab urbe sua *Nicsia*, quam cum portu admodum opportuno in insulæ Orientali margine sitam offendes. Fertilitatem ejus frumenti, fructuum diversitatem, & vini proventus ubertimam satis superque extollunt. Pars eius in Septentrionem abiens plurimis montibus conferuntur. Ex Meditullio grandis mons mira celsitudine aerem penetrat. Frequenti indagatione investigantibus se prodit lapis, qui Italico idiomate *Smeriglio* audit. Nigredine maxima niteat, duritieque intigni præditus est. Communis opinio antiquissimas hasce insulas assignat; inculas tamen, quod incolæ laborem suum ipsis impendere vetentur, ac à *Turcis* horrendis laborum durissimorum cruciatibus exercitentur. Admirandâ pulchritudine fœtum femininum hujus insulæ ornatum esse ferunt, quarum plurimæ ob masculini sexus raritatem in celibatu moriuntur. Hæc autem cum pluribus aliis in hoc tractu marino constituens insulis olim Nobili cuidam Veneto, *Leo Querini*, nomine subjectæ fuerunt: Postea ad Ducem quendam *Giacomo Crispo* pertinebant, quem *Solimus Turcarum Imperator* ex possessionibus suis extermintum omnibus his bonis exuit. In insula vero hâc nostræ ætate *Turcæ*, *Christiani Græci*, & *Judæi* domicilia sua habent.

STENOSA. STENOSA, E. N°. 76. unâ ex tribus insulis illis, quæ apud Veteres *Cicladum* nomine celebres fuêre. Reliquæ duæ hæc nostræ memoriæ *Dotteli* appellatæ in Borthapelioten, ab insula *Stenosa* progrediuntur.

PARIO. PARIO, E. N°. 69. vel *Paro*, insulæ *Nicsiæ* latere transverso situ Solis occasui obverso appropinquat, ac longitudinis suæ à Boreali æris plagâ incipientis progressum in Meridiem ablegat. Urbem *Parthium* ostendit cum duobus aliis locis, quorum unâ *Cephalio* nomen impositum, alteri *Argifa* appellatio indita. Vulgari rumore perhibetur, fontem quendam in hac insula aquam continere eas vires habentem, quæ intimis linea atro colore inficiat. Alia insulæ oblongæ spacio sui contrahitione secundum hujus marginem occidium se per hoc mare trahit, & *Antiparis* cognominatur, eo quod recto opposita è *Antiparo* regione insulæ *Paris* obsistit. Tertia *Sigilla*, vel *Sigilo*, admodum propè ad ejusdem litus occidium se *Zerfano* confulit; ac tandem quarta *Zerfano* ad præcedentis extremitatem in occasum propendentem recubans parva superficie ex aquis emergit. Quâ vero insula *Nicsia* margines suos *Andro* obtendit, diversas insulas parvas ineuerut: *Strongyle* videlicet, *Pira*, *Choro*, *Pergola*, *Racha*, & vetius insula *Nio* litus Notolibyco adversans, insulas *Sicendro*, & *Policendro*; quarum posterior lateris sui occidui prospectum in parvam insulam *Sicbino* projecit.

MILO. MILO, E. N°. 51. vel *Mylos*, nomine Græcis hodierneis familiari, hæc insula notatur. Significat autem molam, aut potius lapidem molarem, quales plurimi ex hujus insulæ solo & montibus passim effodiuntur, & denominationi huic ansam præbent. 27. circiter mill. Gallicorum circuitu marinos fluctus excludere dicitur. Latus ejus in occasum declive sinuosa sectione satis grandi, & profundius tertam penetrante divisitur, ac opportunissima naviom stationem donatur, quæ commodissime sita quotvis ventorum turbines, & tempestatis inquietudines excludit. Navibus ingressuris in Notapelioten & Upopheniccm cursus est dirigendus; egressuris verò Boreliboycò obviam eundum. Latus introitum claudens, quod Borthapelioten objectum est, castellum forte fulsinet, ulteriusque introeuntibus casarum piscatorium fectem exhibet, ante quam à litore in medium devexitate sua descendens, fundum 20. & 11. orgyarum altitudinem paulatim 6. & 10. orgyarum incremento naget, atque ita 16. & 20. efficit. Sed ante eum in Notolibycum propensum fundum sub aquis latitans 8. vel 10. orgyarum profunditate contegitur, ac in introitu ipso 12. orgyas possidet. Quidam in hujus insulæ descriptione 2. fortalitiorum, unius *Apanocastro*, & alterius *S. Demetrio* nomine memineruut: Alii contrà 2. evitatum mentionem faciunt, unamque *Castra*, & alteram *Chorum* appellant. Margo Notolibycus dominatum subiens in litore excavato portum navibus offert, majori aquæ profunditate 21. & 25. orgyis complen. Navale in orâ Borthapelioten adversante Peloponneso continua proxima est, & ad Meridiem navium cursus dirigit. Ad Occasum Insulæ *Argentera* cognominatur. Aquæ profunditas ibidem 12. & 14. orgyas absorbet. Haud procul ab angulo occasui contrario, duo montes excelsi sua prga longè abientibus ita conspectum dant. Insula hæc aquarum scatebras possidet, non dulcis solummodo aquæ ex montanis fontibus emanantes cogitam infigmem ex thesauris suis aqueis depromit, verum etiam altas suppeditat, quæ salubritis venâs & fodinas penetrantes, viribus medicinalibus impregnantur, & pluribus morbis felicitèr mederipossunt. Mellis tanta ubique est multitudo, ut in montium cavernis etiam offendatur. Sardonius lapis superficiem rubram, sub qua niger color latitat, & sub hoc medulla, seu medium album, ostentans haud tardò reperitur. Solum frumenti parcà atque vini ferax est. Incolæ in Isle apparando, atque in alias regiones emittendo ditenui, quotannis quasdam uberiorem faciunt. Nautis solenne est naves ad hanc insulam appellere, & de vino, pane, oleo, fyle, & aceto cuiusque suæ propiscere. Incolæ partim Romano-Catholicæ fidei confessione salutem suam quærentes, partim Græcum fidem profitentes, artis nauticæ peritia insigni nominis celebritatem acquisiverunt, & inprimis negotiationi & commerciis summo studio incumbunt; Idcircò ex tam uberes suos in scholis lingua Italicà imbuendos curant. ut eò commodius postmodum cum Venetis mercaturæ exercendæ facultas ipsis detur. Turcis tributum solvendo religionum suarum exercitia libera tribuunt: Insulæ *Milo* insulam situ suo ambientes sunt *Sarvetto* N°. 50. *Petani Remonici*, quæ latteri Australino propinqua est, & *Antanea* N°. 51. quæ propè occidium latus mari incumbit.

ANTIMILO. ANTIMILO, E. N°. 52. insulam exigua roturnditate mari incumbentem cernes, quâ insula *Milo* Borthoiibyci spiramisibus contraria est. Nomen ex hoc oppositu loco trahens rotundum montem extollit, qui ad 8. aut 9. milliare nautis ex, motis in conspectum prodit.

ARGENTERA. ARGENTERA, E. N°. 53. aut *Argentiera*, quemadmodum alii scribunt, insulæ augustius, quod in ea inveniri, aut esse creditur, nomen fecit. *Sarabella*, vel *Timola* alia quoque sunt nomina, quæ sibi arrogare dicitur. Quâ fluctus ex occasu irruentes extremitatæ sua fibit, *Quinomisso* insulam oppositam *Milo* insulæ margini obiectam in conspectu habet.

SIFANTO. SIFANTO, E. N°. 54. vel *Siffano* aut *Sifano* inter *Serfou* & *Milo* insulas constitura quasi 13. milliaribus spacium sibi à ponto concessum ambit, ac portum urbeculæ cuidam ad sinum positæ adjunxit. Ante sinum verò illum insula est parva, à qua fundum maris æstuarium ingredienti 24. aut 25. orgyarum profunditate usque ad litus intimum pertingit. Margo Solis ab aurora profiscitentis radiis illustratus *Golfo Sebinoso* æstuario terram penetrante diffinditur.

SERFOU. SERFOU, E. N°. 55. aliis *Serfou*, aut *Serfino*, vel *Serphino* extremitatem suam Notapeliotæ violentiam excipientem quasi duplici fundi, quorum alter post alterum sicus est, in terram ingredienti aperit, & urbeculam ipsi adhærentem, portumque admodum ostendit. Aquæ profunditas in anteriore à 30. usque ad 30. orgyas complectitur; posteriori tertio 9. vel 20. orgyarum altitudine sub aquis latitat. A Septentrione adhuc duas parvas insulas nomine *Calapadi*, & *Serfopopdi* sibi finitimas aspicit.

SIDRA. SIDRA, E. N°. 57. Insula sedem suam aquis marinis circumfusam ante *Cabo Schidi*, vel *Scidi Moree*, vel *Peloponneso* promontorium collocavit, atque longitudine sua secundum proximum continentis litus ab Austro in Septentrionem decurrit.

FALCONARA. FALCONARA, E. N°. 48. vel *Falconera* exigua admodum limitibus impliciat, & insulæ *Antimilo* margini occidui contraria, ab insula *Corvia* ad 4. aut 5. mill. differentia distinguitur. Circumcirca fundum omni periculo carentem, nullisque scopulis onerarum offert, adeo ut navigantibus nullam hic discrimen eximescendum sit.

BELLAPOLA. BELLAPOLA, E. N°. 49. orbiculari figura satis conspicua est, sed alto situ & supra ponti superficiem assidens, colles duos excelsissimis aeri minantes exhibet, qui procul conspecti ex hac una quasi geminam insulam faciunt. *Corvo* & *Bellapola* ad Circium, & Phœnicem seu Gangeticum 2. & dimidio vel 3. milliaribus mutuam distantiam metiuntur.

CARAVI. CARAVI, E. N°. 47. calvus & præceps scopulus nigro colore obductus, & magnitudine sua 3. aut 4. naves ouerarias exæquat; altitudine verò spacio excellore ex aqua extante contrarium superat, adeò ut procul aspicientibus velum aliquod mercatoris esse videatur. Spacium Ponti inter ipsum & *C. S. Angelo Moreæ* promontorium intercurrens, 6. ferè mill. intercapedinem ibi vendicat.

Archipelagum hactenus peclustravimus, ex quo antequam alio vela faciamus, hoc paucis montendum erit, cos, qui per *Archipelagum* aut *Græciæ* in eo insulas fitas, iter marituum fuscipientes in *Hellespontum* aut *Constantinopolin* profitisci, aut *Mytilene*, & *Scios* insulas petere solent, vel *Smyrnam* cogitant, aut in alia loca tendunt, ab occasu vela facientes, diversos meatus & canales habere, per quos ipsis transire licet, prout hunc vel illum locum quærunt, aut etiam ventum habent, cui ante omnia obsecundent necesse est. Ex iis duos sunt præcipui, qui commoditate cæteris antecellunt. Prior quo *Venetorum* naves in velificationibus suis ut plurimum uti solent, inter insulas *Zeam* & *Meronisi*, atque ulteriùs inter *Andrum* & *Negropontu* transiens naves Constantinopolin, & ad insulas *Metelino*, *Stiro*, *Scopelo*, urbem que *Salonichi* ac Sinum *Golfo de Vola*, & *Zeitouni* deducit. Alterius viæ transitus inter *Serfo* & *Sifanto*, ut & *Tino* & *Micono* insulas patens navibus inservit, quæ *Chio* insulam velificando attingere cupiunt, aut *Smyrnam* urbem aliaque in finitimis tractibus sita loca petituri sunt.

Insulæ ante Archipelagum sitæ, quæ eundem tanquam vallum quoddam obident.

CERIGO. CERIGO, E. vel *Strigo* promontorii *C. S. Angelo* margini Australi accessi plagæ obtento adversantem sinum habens, à Republicæ Venetæ dominio subiecta est, & ante *Golfo de Colochino* æstuarium sedem suam habet. A quibusdam prima Archipelagi insula dicitur, si ab occasu insularum eiusdem nominationem incipias. *Sinus Cirelis* ex *Satrapis Turcicis*, quos *Bassas* appellare solent, unus magni quondam nominis eam *Archipelagi* laternam, & adhonum *Turcicarum* exploratricem nuncupare consueverat. Ist *Moreæ* enim vel *Peloponneso* continua proxima est, & transitum inter illam regionem & *Cretam* insulam quasi custodit. Circuitus ejus quasi 20. Gallicorum, aut 15. Germanicorum mill. dimensione absolvitur. Angulus in Austrum protrusus latere suo Orientali Solis lumini adversante, castrum fortissimum ostentat, quod excelso admodum, & undique prærupto scopulo injectum, semitâ admodum angustâ & saxis præcipitibus incisâ, subsurbio subiacenti communitur, cæteris vero partibus undequaque inaccessibile est. Suburbium populosum inhabitantibus fcatet. Castro *Cassâ*, vel *Cassia* nomen est. Sunt qui ipsi *Cassâ* Cerigo

Biblioteca Museo Franz Mayer

Cerigo nomen cum insula commune faciunt, quod tamen incolarum cognitionem fugit. Litus, cui adjacet, assiduis incidentis beneficio commoditatis haud exigere portum nancisci tur, vulgari nomine *Porto Delfino*. *Porto Delfino* inter nauras notissimum. Sunt qui alteras alicubi portus mentionem faciant, eumque in Boreali margine *Peloponnesi*, aut *Moreæ* litori è regione obsecimæ locatum *Porto Tine* nuncupant, quamquam Belgarum nauticum observationes nauticæ, sub Lumine navigationis maritimæ titulo, in lucem editæ, expresse affirmant, quod neque in toto margine occiduo, neque in litore *Ardleo* ullus portus reperiatur. Ad tertium à *Porto Tine* milliare cadaverosum urbis alicujus corpus, multas murorum & adificiorum collapsorum ruinas ambiruisso comprehendens ostendisse; cujus nomen *Cythorum* fuisse ferunt; Incolæ *Pelopodi*, id est veterem urbem appellitant. Haud procul inde abest Templum *Veneris* exuviarum collapsarum beneficio sui memoriam adhuc conservans. Insula hæc ferè tota montibus & collibus superficiei suæ inæqualitatem attribuit, & tamen in vino optimo, oleoque olivarum fœcundo producendo, nihilo segnior aut tardior existit. Vallis quædam in Boreali litore montes interfecrans dulcissimæ aquæ rivulum emittit. Montes lapide porphyrio fecundi. Pinues Onagri seu asini silvestres montium incolæ lapidem in capite gestant, eximium epilepticæ, & dolorum pleuras infestantium remedium, cui & hæc virtus adscribitur, quod parturientis fœminæ collo appensus mira celeritate partum facilitet, & quam citissimè parientium labores difficiles, dolorisque ingentes mitiget & tollat. Maxima incolarum pars, prædiatoris militibus exceptis, ex Græcis indigenis constat, adeò ut paucissimè peregrini in eâ reperiantur. Omnes verò à nobili quodam *Venete*, cui hujus insulæ gubernandæ provincia demandata est, reguntur. In spiritualibus *Græci* & *Itali* Insulæ *Candiæ* Archiepiscopo obedientiam exhibent, quamquam Græci in cultu suo divino peragendo, propriis & confuetis sui ecclesiasticis utantur.

Peppodi.

DRAGONERES, E. sunt duæ vel tres spatio admodum exiguo distantes insulæ, sedem suam natæ ante Borealem lateris Orientalis, aut Orientalem lateris Borealis angulum, cui *Capo di S. Nicolao* nomen est, & quo in loco *Porto Tine* navium statio etiam conspectui patet. Fundum maris sub spacio inter has insulas intercedente ubiquum, navibus anchorarum demorandarum facultatem non denegat. Hinc *Fenolle* nautis, qui *Constantinopolin* itinere maritimo tendunt, aut ad insulas in Archipelago sitas navigationem instituunt, his in locis anchoras suas immergere solenne est, si quando ventus secundus ipsos deficit, & Neapolitotes, ac Subsolanus, caterique horum fœci, flatibus suis adversis inimici ipsorum remoram obiciunt. Eoque majorem hæc loca commoditatem habent, quod quovis vento spirante, iterum inde discedere liceat. Et regione margonum in his insulis Australium cernere est *Porto Tine*, vel *Porto S. Nicolai*, *Fenestarum* tritremium confuetu statio, quandocunque in his tractibus versantur, & hæc maria visitant. Portus quidem est satis commodus, sed hoc incommodi habet, quòd mantionibus, aut vallis armatibus præsidio non fruatur, & naves Noto directum flatum inspirante naves emittere non queat.

Porto Dolfino.

Porto Tine.

DRAGONERES.

OSE, vel *Asse*, & DOI vel *Doe* duæ ingentis magnitudinis cautes excelsiore altitudine scopulis supra aquam elevantes, dimidii milliaris magni separationem mutuam admittunt. Prior vero, nimirum *Osenius* & dimidii milliaris interfitio ab insula *Cerigo* ad Nectapelitoen situm suum constitit.

OSE. DOI.

L'OVO, E. N°. 44. id est ovum, nominis sui occasionem ovali figuræ acceptam fert. Sic enim hæc insula exiguæ circumferentiæ terminis inclusa, seu scopulus grandiore procul aspicientibus in oculos incurrit. Specium, quod ipsum ab insulæ *Cerigo* apice Australi segregat, navigabile, onerarias sine discrimine tranare patitur.

L'OVO.

PORO, & PORESA, E. duæ insulæ marginibus coæratoribus superficiem suam coæratæres spacium maris sibi suo occupant, quod *Serigotto* inter & *Asse* & *Doe* scopulos interluit. Illa, cui *Poro* nomen vulgatum propius ad scopuli *Doe* latus in Nototeleoten convertum accedit. Hæc *Poresa* nomine Insulæ *Serigotto* margini Arctoo propinquior est. Utraque plusimorum scopulorum, fundique arenosi & scrupofi ambitu circumfederatur. Interventus maris inter *Serigotto*, & *Cerigo* insulas fundum scopulis & cautibus plurimis oppletum fluctibus suis obducens, onerarias transeuntes periculosis difficultatibus implicat, fœdifragisque meris detestens, alterum transitum eligere jubet, qui insulam *Cerigo*, & *Moreæ* insulæ litus interme ans, omni periculo & discrimine caret.

PORO, & PORESA.

SERIGOTTO, E. N°. 45. vel *Cerigotto*, alias etiam *Cicerigo* nuncupata, exiguæ sue longitudinis exportectione ab occasu Solis in eadem ortum expatiatur, latesque sui ruralem aëris tractum infuscatas extremitatem insulæ *Cerigo* margini, Australi aëris orâ adversum, obvertit. Medio aquæ intervallo, quod insulam *Cerigo* & *Candiæ* insulæ latus Borrholibyco obsidens interficit, circumfunditur.

SERIGOTTO.

Candia Insula cum oris suis Mari Mediterraneo circumfessis.

CANDIA.

CANDIA, E. Insularum extra & intra Archipelagum celeberrima, & nonissima situ transverso, & ab occasu in ortum longitudinem suam projiciente Archipelagi introitum obsidet, & longitudinis suæ dimensionem per 52. aut 54. mill. Germanica extendat, sed latitudine sua vix 12. vel 13. mill. expansionem consequitur. Margo *ejus Arillea* plagæ obstans *Archipelagi*, & *Cretici*, seu *Candiensis* maris fluctibus rigatur; qui in Orientem pronus est *Carpathii* pelagi humores sorbet; Meridionalis *Libyci* potii impetum retundit; & occiduus *Ionii* mari refragatur. Tota insula, divisione hodierno tempore confuetâ, in quatuor partes dispertitur, quarum quævis primariæ suæ civitatis jurisdictioni submissa est. Carica primæ portionis caput *Apicorno*, *Chesamo*, *Stilos*, *S. Nicolaus*, & *Sfachia* urbes cum 140. pagis comprehendit; *Retimo* alterius portionis princeps civitas *Milopotamo* urbem cum 265. pagis complectitur: In *Sitia* civitate tertiæ portionis pas ducentis justificatione *Hierapetra* civitas cum 70. pagis sua est: Quartæ portioni urbes *Melocitio*, *Temene*, *Castel nuovo*, *Pontifa*, *Bonifacio*, *Belvedere*, Primam alio nomine *Prefidadocastrum*, *Morabella*, & 450. pagos continenti *Candia* civitas primaria jurisdictione sua præest. Quatuor porro latera habet, quæ ordine perlustrabimus.

Candia.

OCCIDUUM LATUS ab angulo in medium diem converso ad Arctoum apicem *Capo Spada* nuncupatum decurrens, sequentibus pagis, urbibus, subburbibus, & pornbus decoratur. Trahs urbecula est *Spada*, haud longè ab angulo Meridionali sita. *Chion*, *Corneto* & *Viranone* tres pagi *Capo Carri*, vel *Capo S. Ioan Evangelista* promontorio in mare protruli apex; *Porto delle Garbofe* portus, post quem 3. exiguæ insulæ ante litus sitæ sequuntur. *Capo Suso* promontorium in undas maris ejectum; *Porto Cisamopolo* aestuarium litus sua sectione disjungens, & portum continuens, cujus margini *Chesamo* vel *Chessamo* civitas adsita est;

OCCIDUUM LATUS.

Asprochemonia pagus, fluvii Napuliar os; ac tandem *Capo Spada*, vel *Capo Spata* promontorium angusto & excelso apice, ex litore se in pelagus inflectens, quod hoc latus finit.

BOREALIS MARGO inter dictum promontorium angulum suum occidnum & promontorium *C. Sidero* apicem suum Orientalem interstratus jacet. *C. Spada*, & *C. Melecha* apicum fuorum complexui fagis grandem sinum terræ injectum includunt, in quem *Divetro*, *Griffo*, *Pince*, & *Cladisfluenta* undas suas effundunt. Huic ultimo fluvio adjacet *Canea* civitas, & incolis abundans, & mercaturæ exercitio celebris, quæ fortium murorum munimine obsepta, ac vallis & aliis operibus bellicis firmata portum quoque habet onerariis tamen minus idoneum, utpote qui fundum aliquot scopulis & cautis conspersum possidens periculo non vacat, & naves advenantes ad insulæ proximæ *Turlaro* navale commodius ablegat, ubi commodiorem confidendi facultatem offendunt. Insula enim hæc exigua, præterquam quod circumcirca fundo puro & scopulorum discrimini non subjecto ambiatur, ac loca periculosa nulla contineat, latere suo Meridionali excavationem maris commodam admittens, portum admodum opportunum adepta est, quem navigationis emolumento maxime interviventem duocastra valdè fortia à violentis hostium tentaminibus factum tecumque præstant. *Capo Melecha* dicto artuario à Meridie præstium promontorium excelso, præcipiti, & quasi pelago impendente apice ex ora terrestri ductus, quod cum altera cuspide opposita, & ex litore in pelagus abeunte, cui *Capo Drapano* nomen familiare est, alium sinuosum flexum litori immissum coërcet. Hic continet celeberrimum navale *Suda* scopulum includens, cujus vertici fortissimum, & validissimum castrum totius hujus tractus maritimi custodia & præsidium insidet. Porrò diversorum fluviorum aquas suas ex terra egerentium receptaculum est, *Calerio* nimirum, *Lucardio*, *Cephalosse* & *Istasino* ex quibus duo postremi alveorum contiguatione facta communi ostio in mare effertuntur. Post *C. Drapano* proxima est *Retimo* civitas populosa *Canea* urbi magnitudine quidem cedens, sed fortitudine & munimentorum firmitate non concedens. Nam portu quidem parvo, sed opportuno dotata, sepeorum bellicorum, atque vallorum militarium, quibus circumducta est, beneficio, omnem vim hostilem lubibeo habet. Accedit firmitudinis hujus maximum augmentum, castellum videlicet scopulo undique mannis fluctibus circumdato, & adeò præruto, ut à litore abscisus & insulam data opera reductus esse videatur, impositum, quod portui & urbi defensione sua patrocinatur. Post *Retimo* urbem obviam se offerunt fluminum *Platanio*, *Ario*, & *Buchiarcadi* ostia, per quæ in pelagus exeunt, *Milopotamo*, vel *Milopotamio* urbi, *Amirdelia*, *Atalli*, & *Fodella* pagi, *Capo Sanfono* litori præfixus apex; *Mesaffi* pagus; *Spellagia* insula spacium exiguum ante litus comprehendens; *Fraschia* pagus; *Palco castro* validæ firmitatis castrum; Exitus fluvii *Armiro*, vel *Almiro* qui tanta aquarum multitudine ex fontibus suis eluctatur, ut mox palude grandiore undas suas colligat, & earum ex palude erumpentium cursu impetuoso 10. rotas molares circumagiret. Piscium quam plurimorum nutritor, ac inprimis cancrorum pulcherrimorum & optimorum aquas vehit, aliqua falsedine temperatas, quam hyberno tempore tivulorum affluentium dulcedo iterum temperat. In litore porrò succedunt *Giesfre*, & *Dermata* hiscenorum oblia, & *Candia* civitas princeps, quæ totam insulam appellationis suæ participem reddidit. Orbicularem effigiem sua sao repræsentans spaciosæ, & fertili planicie incumbit, ac ambitu suo interstitium occupat, quod quasi per mille passuum circumferentiam dimensione sua cogit. Qua latera sua in medium diem, & Solis occasum infert, plurimis propugnaculis se obbormat, profundisque atque scopulis incisione injectis fossis, insultus hostiles amoliunt. Ad Septentrionem, & certo pelagus adnatans fossæ munia obit. Castrum ibi fortitudinis admirandæ extimo latere Borealis apici injectum, undique maris circumeuntis fluctibus allatratur, quod maximarum & plurimarum machinarum bellicarum displosione & portum urbis securum ac tutum præstare potest, & navium ad urbem accessum prohibere novit. Quamquam autem aquis pelagi undique cingitur, muro tamen 30. pedes crasso urbi annectitur, & ab orto portum adjunctum habet, qui spacio adeo parvo coarctatur, ut 25. triremes tantū condere queat. Civitas 4. portas introeuntibus & exeuntibus aperit: Prima ab orta viatores admittens *S. George* nomen habet; Altera occasum versus *La Porselle* nuncupatur, appellatione tracta ab angustiis, quibus in parvam aperturam coarctatur; Tertia à Meridie venientibus patens *Pandocrator*, vel *Pasiphaa* nomine insignita est; Quarta & ultima adrium in castrum pandit. Plurasque ædificia angustiori spacio insulæ, etiam humilitate quadam depressiora sunt. Excipiuntur tamen magistratuum & nobilium habitacula majori dilatatione se expandentia, & ut plurimum 2. 3. aut pluribus contignationibus surgentia. Structuræ materia communis lapides, ex quibus ædes componuntur. Tecta earum plana & æqualia pavimentis ex lapidibus confusis, aut terrâ usta opere cæmentario coactis obducuntur, æstivoque tempore, noctumo fouuno capiendo, frequentius inservunt. Platearum pars maxima in longitudinem rectam exporrecta latitudine satis prolixa se expandunt. Area communis seu forum interfitio pecilico dilatatur, & sibi adjungit templum *S. Marci* pulcherrimum & præcipuum urbis ornamentum, & magistratuum potissimum ædificia. In eo quotidianis deambulationibus se recreare, sermones familiares miscere, nobilibus, civibus, mercatoribus, & militibus solenne est. Præter Græca templa, in quibus Græcis cultum suum divinum peragere integrum est, & quæ numero multa, sed admodum parva, & sordida ex ligno structura vili cœgamentantur, 8. insignia, & grandia Catholicorum ædificia sacra apparent, ex quibus, quæ *Sanctis Francisco* consecrata est, splendore & magnificentia cæteris superior existit. Proximè *Sanctis Marci* templum pulchritudine ipsi accedit; Reliqua sunt *S. Pauli*, *S. Georgii*, *S. Mariæ*, *S. Catharinæ*, *S. Isichi*, & *S. Titi*, propter quod vetustum quidem, sed admodum pulchrum *Candiensium* Episcoporum palatium in conspectum prodit. *Candia* urbi è regione opposita suo obversatur insula *Standia* vel *Scandia* N°. 114. quæ incolarum indigenis *Standia*. aut cultuique defectum, quoddebonat, piratarum invasionibus exprobrat. A *Candia* urbe ulteriùs profectionem suam promoventi occursu suo se conspicienda offeruut *Capo Tihani*, & *C. de S. Zuane* promontoria 2. sinus cujusdam in terram introeuntis spacio disjuncta, inter quæ *Crefonella* fortalitium sinus ejusdem margini inhæret. *Capo de S. Zuani* apex est aquilonaris æstuarii *C. de S.* Zuani. fluvialis inflammatione se in litus immergentis, & Borealis suo margine *Spinalonga* potiti opportuno ornatum, & cultu forti defensum locum sublimat. *Leopetra* ejusdem sinus apici Austrino sedem suam concredidit, & latus suum Boreale parvainsula *Scoglio di Spira* nomen habentem, & prajacente stipat. Loca sequentia sunt *Pathpetani* in pelagus excedentis amnis ostium; *Sitia* civitas *Retimo* urbe paulò minor, incolis tamen *Sitia.* referta, & portu idoneo, & commodo navium quieti confulens, ac postremo *Capo S. Sidero* promontorium quod Borealis hujus lateri finem imponens, Orientalis marginis apex Borealis est.

Spinalonga.

Leopetra.

MERIDIONALIS ORA initium suum capit à *Capo Leone* vel *Grabuse* promontorio, quod apex hujus lateris est in occasum se exportigens. E regione ejus cernitur *Porto Gambuse* in parva quadam insulâ ad Occidentem Solem parum inflexa; prope alterum latus Meridionalem aëris regionem intuens. tres parvæ insulæ nomine *Calidimena* signatæ se conspiciendas exhibent. Numerus proximus 108. insulas *Græ*, & *Au-*

MERIDIONALIS ORA.

Biblioteca Museo Franz Mayer

Antigoza notat. In litore porrò ordine frequenti obvium progredientur *Capo Frio*, *Capo Flome* geminum promontorium, *Sfachia* civitas, *C. Meleti* apex in mare eliminatus, *Cafaro* fluvii effluvium, *Giratela*, *Stromboli*, *Matalia*, & *Anteropoli* civitates, Fluvii *Neporal* ostium, *Giropetra*, vel *Hierapetra* civitas, *Goldorou* vel *Caldorou* in typo hydrographico Numero 109. designatæ; Item Numero 110. Insula *Christiana* haud procul ab Orientali hujus oræ Australi apice, & sine litori opposito objecta.

ORIENTALIS EXTREMITAS.

ORIENTALIS EXTREMITAS brevissimo decursu *C. Sacro*, vel *Xaro* apicem exordium sumit, 2. insulas exiguas *Farioni*, & *Cofonisi*, *Capo Salomoni* reliquum litus hujus lateris prominentia sua excedentem apicem, ac tandem promontorium *S. Isidoro* vel *Isidoro* terminum suum complectitur.

Natura, qualitas, Opes, & Mores.

Aëris insulam *Candiam* permeantis fabulebras tanta est, ut cum omnibus totius mundi regionibus etiam salubriorib⁹ jure ac merito in contentionem veniat. Meridionalis tamen pars fortioribus ventis Australibus exagitatur, undè fit, ut portio *Arillea* temperatissimo aëre fruens majorem incolarum partem ad 80 attraxerit, & 4. etiam principes civitates in Septentrionali litore commoratioem suam habeant. *Ida* mons veterum monumentis celeberrimus, quem *Pyllorati* incolæ appellant, incredibili excellitate aërem penetrat, & non tantum ab iis in mari conspicitur, qui lævis Boreale præternavigant, verum etiam extremitatem Australem prætervectis in conspectum venit. Summitas ipsius altivo tempore juxta ac hyberno glacie & nive contegitur, nocturnoque tempore subjacentia prata & loca insipso mense æstivis mensibus adeò frigida reddit, ut nec pecudes, nec pecora ibi durare possint, sed inde in valles calidas deducendæ necesse sit. Idem etiam cæteris hujus insulæ montibus contingit, quorum inga canicie nivium, & glacie perpetuâ obducuntur. Fluminum terram irrigantium quædam aquas sale mixtas vehunt; cæteræ, cum rivis & fontibus frequentibus, undarum suarum dulcedine bestias & hominibus delectamento sunt. *Ilsonis* fluvius, qui propter *Spinalongæ* urbis fuas in mare præcipites agit, aquæ suæ dulcis nomine optimè quidem audiret, nisi æstivo tempore à *Rododaphne* herba, quæ *Italis Leandro* dicitur, copiosè in marginibus suis crescente, venenosam qualitatem sibi communicatam hauriret. Occasione enim hâc aquam adeò infabrem & noxiam exhibet, ut si etiam mortem oppetierint, qui panem eadem fubactum & coctum comederint, aut etiam carnem, quæ veru ex eodem ligno constanti affixa assabatur. Salis proventus uberrimus facit, ut ejus incredibilem copiam incolæ quotannis paratam, partim in usum suum domesticum adhibeant, partim verò in alias regiones & provincias transmittant. Agri *Cretenses* fertilitatem admirandam annatim ferè prodit frumenti abundantia maxima, & medio, quæ quibusdam in locis quovis anno germina est. Valles virentes gratissima virentes & herbis ac gramine lævissimo vestitæ, re pecuaria opulentissima incolas ditant. Hinc ovium, boum, & vaccarum numerus innumerabilis, ac lanæ, butyri, & caseorum copia infinita, quandoquidem pecus per totum ferè annum etiam in ipsis montibus excellioribus pastiones admodum opimam & pinguissimam offendit. Arietes grandes, qui cornua sua non incurvant, sed rectâ extensione ex fronte emittunt, hic non sunt infrequentes, & *Strephiceres* seu *Striphiceres* appellationem ex cornuum suorum rectitudine trahunt. Campi per planicies dispersi omnis generis frumenta & legumina abundè proferunt, quamquam commoni rumore percrebruit, proventum hunc incolarum indigentiæ haud satisfacere. In culpa forsan est aut multorum locorum, qui culturæ diligenti emolumentum majus afferre possent, negligentia, aut nimium vinearum studium, in quibus colendis incolæ sunt operosissimi, utpote qui vinetorum maximam ratiouem habentes, vindemiâ annuâ locupletissimâ, tam albi quam rubri vini ingentem copiam colligunt. Inter omnia saporis bonitate & fragrantia excellit Malvaticum, cujus quotannis duodecies mille dolia majora, quæ *Belgarum* idiomate *Pypen*, *Germanorum* verò fermone *Pfeiffen* nuncupantur, naves extra ancorum auferre solent. Illud, quod *Petino* civitas suppeditat, nobilitate sua cæteris omnibus, quæ *Candia*, & *Canea* civitates subministrare solent, longè superius & præstantius dicitur. Ratio in promptu est, quod coquatur, ac coquendo eam virtutem acquirat, ut diu durare possit, cum *Candiensia* & *Canensia* vina in maturitate sua naturali crudiore relicta tantæ durationis non sint, sed citius dulcedinem suam gratissimam in acerbitatem transmutent, ac in acetum convertantur. Malvaticum præterea aliam adhuc distinctionem admittens, iterum duplex est; Unum gratissima dulcedine perfusum, jucundissimo suo sapore palatum mirè afficit: Alterum verò acerbius quidam quasi amaritudine mistum saporem habet, & ab incolis *Malvasia Garba* appellatum, Venetiasque transfectum divenditur. Vinum racemi in quibusdam locis crescendo tantam magnitudinem acquirunt, ut sæpius 10. libratum pondus exuperent. Idem etiam malis Medicis usu venire dicitur, quorum nonnulla quandoque maximo capiti virili magnitudine sua respondet. Passim etiam loca plura inveniuntur, quæ malorum medicorum, & auctorum quasi silvis perpetua viriditate vestitis constrata, tanquam indefinente vere habeatoribus incredibilem voluptatem pariunt, oculosque & animos perpetua jucunditate, & delectatione pascunt. Malorum itaque Medicorum, aureorum, punicorum, amentiorum, perficorum, amygdalarum, ficuum, olivarum, & olei earundem optimi multitudo, omnem ferè fidem superat. Cupressi frequentissimæ non ex plantis solummodo locis crescendo surgunt, sed & in montibus ipsis tanta copia proveniunt, ut non solùm ad ædificiorum structuram adhibeantur, verùm etiam in navium fabricâ maximum usum habeant. In concinnandis & contexendis sepimentis myrtorum & laurorum pali & vimina primas tenent. Porrò in hac insula inveniet gossipium, ladanum, granum tinctorium, herbasque plurimas, simpliciaque permulta viribus medicinalibus miris potentia, varia item animalia, & omnis generis aves, falcones nimirum omnigenos, accipitres, perdices, coturnices, & ex animalibus quadrupedibus, hircos, capras, cuniculos, & lepores. Cervi tamen nulli cernuntur, nec lupi, ursi, vulpes, & similes bestiæ rapaces in conspectum prodeunt. Serpentes item, & viperæ, nullaque alia animalia corpus humano veneno suo infectum pessundantia hic locum habent. Excipiendus tamen araneus, cui Phalangium nomen Latini, *Sphalangi* appellationem incolæ fecerunt. Commorationem enim in hac insula nadus motis suo mortem infert. Sunt & serpentes *Ophis*, *Ochendra*, & *Teplati* nominibus notati, qui tamen veneno carentes nemitem damno afficiunt, atque idcirco venenacis animalibus annumerandi non sunt. Mare insulam *Candiam* undis suis circumcirca conspergens innumerabilem piscium copiam sustentat, & Scarorum cumprimis incredibilem multitudinem piscatoribus copiendam offert. Incolæ ad negotiationem & quæstum traducunt, malvaticum, & alia vina, acetum, corium, cascos, mala medica, aurea, punica, ceram, tericum, cypressos, & varia opera ex his arboribus cruriariorum artificio cogamentata, & elaborata. Vina sua *Constantinopolin*, & *Venetias* navibus transmittunt. Appellunt & in insulæ hujus portus naves *Sanctæ Galli*, *Angli*, *Belgæ*, & ex *Hanseaticis* civitatibus, *Lubecenses* ac *Stemburgenses*, ut malvatico aliisque mercibus onerata domum reducant. Porrò Indigenæ laboris improbè osores, & ad otium atque pigritiam maximè proclives, negligentiæque summæ dediti, comportationibus & comessationibus frequenter indulgent, voluptates, & luxuriam sectantur, & stupris scortationibusque frequentibus se polluunt. Imo qui rari habitant, eorundem vitiorum contagio confecti laborem carne viperino cautius horrescunt, & quacunque ratione possunt, à laboribus ad desidiam se deflectunt. *Sfachiote* soli, qui in montanis *Madara* habitaculorum suorum sedes fixerunt, industriam in se translatam videntur. Virilis animi homines nullum laborem subterfugiunt, & meritâ laude decorandi essent, ni animositatem & labores præstantibus & rapinis impenderent, industriæque decus hoc vitio commacularent. Maximum incolarum partem rusticæ vitæ operam dantem agricultura, & res pecuaria distractam tenet. Qui Marti sæveo viram suum dicarunt, mari hispendia facere, quam terrestrem militiam sequi potius dicunt. Qui in terris oris urbes *Retimo*, & *Canam* ambientibus domicilia sua habent, majore & acriore ingenii vigore, quam ceteri indigenæ præditi esse videntur. Naturâ omnibus incolis ingenitum est, ut Zelotypiâ miserâ excruciati, summâ de uxorum suarum honore, & castitate, re in iis, quæ natura libidinosæ sunt, nullis claustris coërcibili, anxiétate laborent. Mente, quibus assident, sunt humiles & depressæ, vitra, quibus vinum hauerunt, parva, & pedibus, aut basibus destituta. Vinum, etsi viribus admodum fortibus polleat, & quàm citissimè fumis suis spirituosis cerebrum opplear, & conturbet, aqua non temperant, sed bibentes vas aqua repletum porpeet se ponunt, ex quo haustu fœtâ & Threicâ Amystide aquam ingurgitant, postquam pistillando parum vini ex vitro parvo absorbuerunt. Cavent itaque ne fragrans vini odor, & aromaticus sapor lympharum admixtione corumpatur, sed integer, & incorruptus manens, guttur lenè peragrando, consuetæ voluptate, & delectamento solito palatum perfundat. A festis, comessationibus, & compotationibus fœminarum sexum arcent, ut à Baccho fœminini claustri clavem gerentes, temotiores, minus de pudicitiâ suâ periclitentur. Opulentiores vestium suo *Venetos* imitantur. Vulgus eorum profixam alens, capitis anteriorem tantum partem, seu potius fincipitis anteriorem marginem tondendum curat, caputque admodum crasso & duplici pileo tegit. Rusticorum vestitus est indusium longum & album, grandi & lato cingulo coriaceo cinctum, sub quo interulam gerunt; pedes vero ocreis muniunt. Sapellex ipsis cura est, & exigua; ornamenta ædibus nulla; Somnum in culcitris laneis, quibam etiam stramenteitis capiunt. Tota autem incolarum cohors ex *Græcis* & *Italis* constitit. His sua lingua peopeia fermonem suum efferunt, illi autem corrupto suo *Græco* idiomate in familiaribus suis colloquiis utuntur, quod ab antiqua illa lingua *Græca*, quæ hodierno tempore in *Europæis* scholis docetur, tantum differt, quantum *Belgica* lingua à Superioris *Germaniæ* idiomate loquendi confuetio distat. Cæterarum insularum & regionum indigenæ *Graci Candienses* inquilinos *Tzapelous* nominant, eo quod plærasque suas voces loquendo pronunciatas ut plurimum à literis 12. ordiantur. Pharetras suas sagittis implentes, & arcum in tergo gestant, gladioque accinctos nec diurno tempore caloris fervore exagitari, nec nocturnis horis, postquam frigidior aura solis æstum dissolvit, imò & cum fœminino sexu chorois se oblectantes deponunt, atque ità semper quasi in armis versantur, utpote qui magno dedecori ducunt, si quis inermis alicubi inveniatur. Omnium incolarum seniorum pariter atque juniorum, & masculini juxta atque fœminini sexus, numerus ducenties mille homines complecti ferunt. Ex his 40. vel 50. millia armis gerendis, belloque idonea esse perhibent. Denique non pauci etiam Judæi hanc insulam perreptant, qui plerique ad mercaturam exercendam se constrenentes amplissima negotia tractant, & interdum pessimè etiam tractantur, prout apud magistratum delati fuerint.

CAXI. CAXI, A. N. 112. vel *Casso*, aut *Cassa* in *Carpathio* mari consistens insula, 56. gradum, & 10. scrupulum longitudinis à primo Meridiano Canarias insulas transeunte obtinet, & 35. gradibus & 10. scrupulis latitudine sita ab *Æquatore* ad Septentrionem recedit. Sedes ejus insulæ *Candia* apici Orientali, & lateri insulæ *Scarpanto* in occasum vergenti opposita, 10. mill. *Gallicorum* interstitio ab illo, & 3. intercapedine ab hoc remota est. Incolas reputiar, & solis piratis & prædonibus perfugium hoc capientibus intervit.

SCARPANTO.

SCARPANTO, A. N. 112. in mariporione, quæ præcedentis insulæ latus Eoum ferit, subsistens latitudinem suam coarctando in angustias compellit, longitudinem verò ex Noroibbyci regione in Borèhapeliotæ tractum extrtam prolongat. Circuitus sui mensurâ 15. mill. *Germanica* colligit, & tribus portubus insignibus plures naves abscondere, & contra pelagi rabiem tutari potest. Is sunt *Grata* vel *Crata* in occiduo margine locatus; *Agata* Boreale latus perfodiens, & *Porto Trillos*, qui Eoam oram fecans & magnitudine & fecunitate duos priores longo post se intervallo relinquit. Ei adjecta est *Scarpanto* civitas primaria, quæ nomen cum insula commune habet. Est & urbecula *Furia*, vel *Fouaria*; haud longè à navali *Trillos*, & aliud oppidulum *Gorcei* nomine in montis *Gemella*, qui in latere occiduo locum habet, confinitis. Quantum ad hujus insulæ naturam & proprietates attinet, admodum montosa vix ullam plantiem admittit, nisi aliquot loca apud portum *Agata*, & nonnulla alia, quæ plano solo æquantur. Sed valles montibus interjectæ, ut & ipsa montium superficies lætissimi graminis, & herbarum proventu opimo luxuriantes maximum ad rei pecuariæ opulentæ promotionem adjumentum adferunt, & tam pecora quam pecudes magno numero nutriunt. Coturnicum, & perdicum catervæ volando toram insulam peragrant. Ex montibus marmora pulchra effodiuntur, & ex mari vicino, 6. *Thynni* Cosmographus fidem habet, optima coralia piscando extrahuntur. Incolæ *Græci Græcum* religionem profitentur, ac capitibus Turcici *Cadi* seu *pratoris*, aut Judicis regimini subsunt, singulis vero tribus mensibus ad dijudicandas lites novus ex insula *Rhodo* mittitur. Tributum annuum, quod *Imperatori Turcico* domino suo exolvere debent, *Sangiaco*, qui insulæ *Rhodo* cum imperio præest, tradere solent.

STALLIDA.

STALLIDA, A. N. 113. superficiem admodum exiguam ex msri exerens nullorum cultorum industriam experitur, atque idcirco incolis & deserta jacet: seu suo insulæ *Scarpanto* apici Boreali è regione opponitur.

RHODUS.

RHODES, A. Turcis *Rodolla* dicitur, prospectumque suum, quo Borealem aëris oram intuetur, in *Lycia* regionis litus Australi obversum conspicit, unde longitudine sua in Austrum projecta 10. mill. *Germanicorum* intercapedinem pelago insternit. Latitudo autem ejus vix 5. mill. intervallo absolvitur. N. 101. *Cabo Traquilo* promontorium mari impendens Orientalis lateris ager est Australis. *Londæ* N. 102. parva insula, quæ Meridionali Rhodiensis portus apici perjicet. *Porto Rhodi* N. 103. *Rhodi* civitatis navale. Haud longè à *Capo Traquilo*, vel *Tranquilla* promontorio remota est urbecula *Zalisso*, & fluvii *Cadura*, vel *Candura*, qui tamen navium ferendarum capacitatem non habet, ostium. *Rhodus* civitas devexam montis declivitatem occupat. Muros rotundam ferè figuram ambitu suo formæ, & civitas triplici fossa, enenibusque triplicibus, ac propugnaculis admodum firmis arcuatis roboratur. In portus ingressu, postquam catenam ferream, quâ claudi solet, præcinctis, 14. molendina alata, serie continua se invicem consequentia, & mox in opposito latere 4. alia in conspectum suum se dabunt, à quibus hic portus denominationem accepit, ut

Biblioteca Museo Franz Mayer

molendinorum navale appelletur. Civitas eam adhuc formam etiam hodierno tempore conservat, quam tunc temporis habuit, cum *Rhodis* Equitibus tota haec insula à *Turcico Imperatore* è manibus vi bellicâ extorqueretur. Palatia enim antiqua, horti, inscriptiones, monumenta, epitaphia, & cætera omnia, quæ *Christianorum* temporibus cecta fuit, & videbantur, adhuc hodiè ibidem cernuntur. Templa tamen *Christiana* in *Turcicas Mosquees* mutata sunt. Nulli Christianorum habitatio permittitur in civitate, quæ quamquam pulchritudine & amœnitate conspicua est, & ædibus abundat, incolarum tamen & habitatorum frequentiam sibi deesse conqueritur. Constructione in semicirculum ferè redacta *Marmoream* in Lyciæ tractu maritimo è regione oppidum urbem indipciat. Castellum ejus totius imperii *Turcici* fortissimis & pulcherrimis annumerandum. Ex insulæ hujus superficie tria loca montibus crebrioribus assurgunt, *Mt. Filermo*, aut *Filermo* nimirum finem Borealem exasperans montium series; *Monte S. Stephani* haud procul ab urbe *Rhodo* diffita montium congeries; & M. Arthemita ferè in medio insulæ coadunationem strues, quæ à Septentrione propius ad meridiem fecessit.

Natura, & opes. Aër mollior, & gratioræ temperaturæ præditus, & raris admodum nubibus plarumque jucundâ serenitate, & claritate sua maximum incolis delectamentum affert. Flumina quidem grandiora nulla solum rigant, sed crebri & amœni fontes ubique in collibus & campis lymphas dulces & pellucidas ejaculantes omnem aquarum egestatem abigunt. Superficiem terrestrem arena copiosa consperxit, campique lapidosam aliquo pacto naturam induit. Potio *Acrilo* nivali obvertia planitie grata exæquatur, sed altera, quæ Austrinis ventis aspirantibus obstat, montibus & collibus inæqualior existit. Incolarum nihilominus industria singularis, laborque improbus solo ad fœcunditatem aliquantò procliviori opitulatur, illudque confequatur, ut insula perpetuo vigore obducta, omnis generis arbores, & herbas producat, vinetisque, malis medicis, aureis, & olivis affluat. Frumenti ratiorisnamen uberatem nullam solum jactat, sed monetum suorum visceribus ferri & cupri venas abscondit. *Christiani* habitacula sua in hac insula habentes vineis ac hortis colendis occupantur. Ex hac insula navibus transportantur *Constantinopolim* finegma album & flantum, & ad forum *Lauzano* in regno *Neapolitano* litore sirum, cera, tapetes, panni undulati, & aliquantum aromatum, *Venetias* autem magna ceræ ex Natolia advectæ multitudo, fericum item ex Persia allatum, corium corduanicum, tapetes, & panni undulati subtiles, qui ex *Angori* mittuntur. In portione aut latere Australi *Lindo* est oppidulum *Christianis* incolis domicilia præbens, qui in maritimorum commerciorum exercitio operosissimi divitias grandes corradunt, & in opulentissimo rerum statu versantur. *Rhodus* civitas, ut ante diximus, insignibus munimentorum bellicorum mediis armata, machinarum bellicarum copiam grandem habet, quas Equites *Rhodii*, cum amissa insula & urbe in *Turcorum* potestate relinquere coacti fuerunt. Una, cui Margareta nomen, magnitudine cæteris omnibus præcedit, cum in officio ejus mediocris statuæ persona erecto corpore consistere queat. *Imperatores Turcici* superioribus temporibus *Sanjacos* alicui hujus insulæ regendæ provinciam committere soliti erant, qui ex *Solymanni* Imperatoris mandato triremibus *Archipelagum* custodientibus cum imperio præesse solebat, quandocunque usu venisset, ut Generalis pelagi præfectus præsto non esset. Sed jam ab aliquo tempore usus invaluit, ut *Bassa* aliquis ejusdem regiminis præficiatur, & ei *Qnaya*, id est Locum tenens quidam subordinetur. Incolæ tripices insulam incolunt. Sunt enim aut *Turcæ* aut *Indæi*, quæ duæ nationes solæ civitatem *Rhodum* inhabitant; aut *Christiani*, qui ab urbis habitatione penitus excluduntur, & nonnisi diurno tempore eam ingredi audent. Dispersi verò per totam insulam ubique habitacula sua habent, & noctuno tempore in civitate deprehensi, proditionis & explorationis suspicione se eneerant, ac vitæ dispendio audaciam illicitam luunt. Omnes autem *Turcæ* in insula domicilia suis commorantes, vix 2200. numerantur, quibus se adhuc 200. ferè *Indæi* adjungunt: Cæteri vero omnes inquilini natione *Graci*, *Graeam* religionem amplectuntur, quibus nonnulli *Catholico-Romani* accedunt. Hi mancipia olim cum fuerint, tandem libertate recuperata in insula remanserunt. Hæc verò insula veterum temporibus diu libertate sua fruebatur, etiam *Romanorum* tempore, à quibus tandem devicta, & occupata in provinciam redacta est. Postquam *Romani* Imperii magnificentia collapsa evanuit, *Sarraceni* anno 607. æræ Christianæ, cum *Mauvia*, quintus ipsorum *Calfa*, Imperii *Sarracenici* clavum teneret, eam oppugnando ceperunt.[b] Postea cum *Palestina* in *Saladini* ditionem venisset, hæc *Rhodiensium* Equitum, qui tunc temporis *S. Johannis* de Hierusalem Equites appellabantur, jura, potestatemque subiit. Nam Papa Johannis XXII. hujus nominis, ac Neapolitani Regis auxiliaribus copiis adjuti, eam expugnatam, & devictam subditionem suam subjunxerunt, & per plures annos animositima propugnatione contra Mahometistarum varios insultus tutati sunt, præcipuè verò *Haburfarit Sultani Ægypti* tempore, quo 3. annorum obsidione urbs cincta fuit. Anno 1480. *Mahomet Turcarum* Imperator tercentenis millibus militum eam adortus est, sed magnam suorum jacturam faciens te infecta recepta canere coactus est. Tandem tamen anno 1522. à *Solimanno Turcarum* Imperatore, qui trecentas naves bis centenis millibus militum repletas ipso *S. Johannis* festo die ad litus appulit, tam vehementi obsidione pressa est, ut in festo nativitatis Christi, aut, ut alii annotarunt, Kalendis Januarii sequentis anni se in Turcarum potestatem dederit. à quo tempore in Turcarum potestate hactenus commoratur.

ORIENTALIS IN MARI MEDITERRANEO

partis latus sinistrum, seu Asiaticum & Africanum, quod ab Hellesponto usque ad Capo Mezurata promontorium exspatiatur.

OMNES HÆ ORÆ MARITIMÆ *Turcico* Imperatori subjectæ, & ab *Hellesponto* seu faucibus *Constantinopolitanis* usque ad promontorium *Capo Mezurata* extensionem suam promoventes, sequentem locorum suorum progressionem observant.

NATO-

NATOLIÆ TURCICÆ PROVINCIÆ LITORA tam Archipelagô, quam Golfo di Satalia Sinui grandi præstructa.

Natolia. NATOLIA, vel *Anatolia* provincia Turcica 2. latoribus mare Mediterraneum præcingit, uno nimirum quod in Occidnum aëria tractum propendens Archipelagi fluctibus affligitur, & longitudinis suæ profectionem à *Capo Ieneseri Hellespontum* attingente promontorio, & spice suo Boreo usque ad angulum suum in Meridiem propensum, cui insulis *Lango* & *Selze* in figura hydrographica Numeris 96. & 97. indicatis, è regione oppositio *Capo de Cavallos* nomen competit, latis prolixo tractu prolongat altero verò quod medio diei obliquum sinum objicions à dicto promontorio *Capo de Cheman* intimo suo occiduo usque ad *Golfo di Iafa*, in *Soria* vel *Syria* situm litus finibentem & finem suum Orientalem protenditur, & *Golfo di Satalia* Sinus istius magni fluctibus ulteriorem in terram progressum inhibet.

LATUS OCCIDUUM ARCHIPELAGI

Fluctibus Eois arrosum.

Becsangil. BECSANGIL, Provincia parva *Phrygiæ* vetcrum, nomen est hodiernum, ut & *Troadis* regionis, quam in Asia minore sitam Ptolomæus etiam Phrygiam minorem appellat; Ejus litora Archipelagi fluctibus impensiis obtentenia in locis suis litoralibus sequentem ordinem observant: *Capo Ieneseri*, vel *Ianisari* promontoreium est, quo dextrum latus faucium Hellespronti, qui in ipsis litoribus patet, præmunitur. Ei subjunguntur *Cassel Morato*, *Turre de Lormeny*, *Ianozari*, vel *Ianizari* vici tres, & fluvii *Stamendri*. *Simeres*, ut nonnulli volunt, aut *Paleskamandria* secundum alios hodiè appellati ostium, cum fan ostissimæ urbis *Troja* post decennalem obsidionem eversæ exuviis rerum omnium inflabilitatem testantibus. Unius diei itinere à *Dardanello* ance *eo* Hellespontum sita abest, ac parum à litore in terram ingressa collis cujusdam devexitatem obsidet, atque idcirco facile præterlegentibus navibus in conspectum incidit. Multa inter has ruinas templa non planè solo adæquata jacent: Veteres portæ ferè integræ adhuc conspiciuntur. Muri plurimis in locis erecti consistentes, ex nigro colore obducti pulcherrimis, & durissimis lapidibus quadratis combinati sunt. Totum spatium muris inclusum circumituro quatuor horis opus est, antequam illud obiter quæsit. Intus castra duo quæ videntur, distinctis in civitate locis sedent; unum enim supremæ ejus parti injectum est, & alterum infimæ portioni inhæret. Hoc mari subjacenti imperat: utrumque verò ex marmore tanto artificio constructum est, ut muri ejus haud facili negotio diruì possint. Ruinæ plures in urbe, magnorum & splendidorum ædificiorum, atque magnificorum palatiorum indicia, conspiciuntur: cisternæ item plures, quæ in spatio suo integro etiamnum consistunt. Magni colossi, & marmoreæ columnæ cum inscriptionibus fuit hinc inde solo incubant, & plurimi lapides, quibus diversæ scripturæ inciſæ sunt, passim cernuntur. *Xanthus* & *Simois*, *Homeri* & *Virgilii* carminibus celebratissima fluvios, non sunt nisi duo rivuli exiguis admodum alveis inclusi, qui hyberno tempore vix tantum aquæ continent, ut ante aliquis in iis natare possit; æstivis verò mensibus penitus exarescunt. *Rhœteum* tempore habitatorum vacua fuit, sed postea *Christianis* temporibus successis sedem suam in ea iterum figere inceperunt. *Sigeum* promontorium duos pagos sustinet. Comes de *Bezuvas*, qui hæc locaomnia peragravit, memoriæ prodidit, pulchrum & elegantem urbem cum portu quodam admodum commodo, cui *Siche* nomen esse dicit, eodem sitam esse, & in portu naves peregrinas nullo non tempore compici. Territorium *Troiam* urbem circumambidentene sua obiens, insigni aquarum egestate diverseatur, atque solo sterili atque arenoso constratum de ubertate aliqua gloriari non potest, quamquam *Thevetus Cosmographus Gallicus* contrariâ narratione hanc sententiæ adverteeur. Arborum cerè magna est raritas, cum nonnisi quercus solæ hic inveniantur, quarum glandes ramis decussæ, & in terram deturbatæ, sub arboribus passim exarescunt, & postea camelis impositæ *Gallipolim* atque in alia loca mittuntur, coctaque vendituræ in usum adhibentur. Relinquuntur autem tamdiu sub arboribus, donec penitus siccæ exanuerint, quoniam tutæ ibi noctu & interdiu jacentes nullo à fœbus, quibus hæc regio ætret, damno affici possunt. In spatio ipso, quod *Troja* urbis mœnibus, collapsis circumjicitur, locus est prolixiore planitie obductus, in quo *Turcæ* gossipium, & sesamum serunt, ut ex hoc posteriore semine oleum expriment. Melones ibidem plantare, & fructus quandam speciem quam *Turcæ Arabice* nominant *Cepow*, alii *Arabes Nopces*, *Graci* verò *Chomanica* appellitant. In toto hoc tractu terrestri non *Turci* solummodo & *Arabes*, qui Mahometicæ religionis studio tenentur, domicilia sua habent, verùm etiam Græci quamplurimi, qui religionis suæ Græcæ libertatem à *Turco* tributorum pensione redimunt, habitacula sua incolunt. Portis hoc in loco ceteris obversantur *Santi Quaranti* urbecula, *Capo Bahahora*, vel *C. S. Maria* promontorium ex litore in fluctus maritimos procidunt, à quo coorinenteis hujus margo ab occasu in Orientem effluis aquarum retrocedit, & Archipelagum admittit. Ab eju apice occiduo parum ad Meridiem deflectens fluvii *Germilli* effluvium offendit, ubi hujus provinciæ margo desinit. Haud longè à *Capo Bahahora* promontorii apice oculis exponitur *Assum* urbecula, quâ margo incurrenti situra ab occasu in ortum ingreditur, in intimo autem ejusdem sinuæ five Sinus in acumen desinentis fine apparent, *Landimuri*, vel *Landimiri*, aut *Landemire* civitas & *Germilli* fluvius qui per ostium suum insulæ *Metelino* margini Orientali è regione obsidens in *Archipelagum* undas suas ejicit.

C. Ienseri. C. Bahatur. Assos.

SARCUM provinciæ litora inter fluviorum *Germilli* & *Cheifars*, vel *Chiai*, aut *Chiar*, & *Chaiei*, quibus diversis nominibus à diversis appellatur, exitus interjacent. Alii hanc regionem *Sarchan* appellatione cognominarit. *Scingo* urbecula sinum sibi acquisivit in sinistro margine exitus, per quem *Germilli* fluvius in Archipelagum erumpit. *Foja*, vel *Foglia Vecchia* idem est quod *Foja vetus*. *Foja*, vel *Foglia Nova*, id est *Foglia nova* parvum oppidulum, in quo nonnisi *Turca* habitantes piraticam ut plurimum exercendo maris infestant. In litore vallum quoddam rotundum extruxerunt, quod murum mari sicundum tutatur: Reliqua hujus loci pars propter propinquum montem, à quo altitudine superatur, omnem defensionem, & munitionem refugit. Ostium buenti *Sarabat*, qui haud longa intescapedine ab urbe *Smyrna* è litore foras se proripiens in *Golfo de Smyrna* inum, idem cum urbe adjacente nomen habentem, dilabitur. *Smyrna* civitas antiquum nomen non deposuit, nonsique duabus aliis appellationibus *Lamyra* vel *Ismyra* notatur. Pulcris temporibus potentia & divitiis vigens, magna in

Sarcum. Foja Nova. Scingo. Sarabat. Smyrna.

Biblioteca Museo Franz Mayer

celebritate versabatur, ac nostro etiam ævo grandi ambitu multos incolas includit, commerciorumque tractatione ad lectum incumbit. Inter alias enim merces quamplurimas, lana, cera, gossipium, & fericum ab *Armenijs* mercatoribus allatum, negotiationem opimam reddunt. Inhabitant eam *Turcæ* rerum potientes, *Christiani Græci*, & *Indæi*. Præter hos & *Angli*, *Galli*, ac *Veneti* negotiatores eum consiliæ suo, qui totius negotiationis curam gerit, & litteras *Turcas* & *Christianas* obortas componit, hic etiam frequentes commorari solent, inter quos quandoque etiam *Belgæ* inveniuntur. Omnes mercaturæ commoditas & exercitium frequens alliciit. Extra civitatem 2. castra defensionis munere fungunture, unum vetus est; alterum novum, prolixumque spacium occupans Turcico præsidio hostiles impressiones avertit. Sinus, quem Archipelagus litoris disflexione hic efficit, margini boreali fundum præstruit arenis obductum, & tanta aquarum paucitate recluum, ut vadelo suo à margine excurso spicem coarctarum quam proxime ad litus in Meridiem protrum, & motium feriei subjectum exporrigat. Series hæc quinque montibus ordine recto sibi mutuo subordinatis constat, ex quibus tres ex Orientali latere surgentes Belgarum naviculatis *de drie gebroeders*, id est tres fratres cognominatæ conseverunt. Propter fundum autem hoc vadosum naves, quæ vela faciendo *Smyrnam* urbem petunt, margini Australi cursum sinus quam proxime admovere necesse est. Ad finem quinti montis litori imposita est *Laberno* urbecula, posita in eodem litoris tractu oculis subjiciuntur *Grisæ* urbecula; *Auriolæ* civitas cum 4. insulis longitudinis suæ extentione litori præstratis, & à Belgica nautarum cohorte *de Eylanden Eglenes* cognominatis; & extimus hujus sinus *Golfo de Smyrna*, angulus seu apex promontorii, quod insulæ *Chio* ultimæ cuspidi Borcali è regione in oceanum progredienti obsicitur. Hunc *Capo Caleberno* nomen est, alias vero etiam *Capo Stellar* vel *Stilari* dicitur. Ab eo maritima hæc ora septentrione dimisso se iterum ad Meridionalem æris plagam contorquet, & oppositione sui è regione Orientalis insulæ *Chio* litoris decurrit, donec apicem in Australem plagam projectum attingit, unde ab occasu in ortum se deflectens usque ad ostium, per quod *Chius* vel *Chiosera* fluvius ex terra in *Archipelagum* pone *Ephesum* civitatem eluctatur. In hoc autem margine sedibus suis commorantur urbecula & pagi *Sofor*, *Leheditzi*, *Chipo*, *Anea*, *Aula*, *Belvedere*, & *Sarvosali*. Urbs *Smirnissor* inter omnes hujus regionis facile princeps mediocri splendore eminet, atq; Sangiaci hujus tractui imperantis domicilium est. Quæcunque terra *Foglia Vechia*, & *Foglia Nova* urbeculas circumscindit, gleba ferace & pingui olim prædita, incolis emolumentum magnum peperit, hodie vero & cultuam, & habitatores frequentiores desiderat, quandoquidem in pulchris & fertilibus campis rara admodum Turicorum ruficorum cahilæ conspiciuntur, quæ vilitate, & raritate sua incolarum penuriam satis superque testari possunt. Territorium verò *Smyrnense* felicioni sidere utitur, utpote cujus fertilitatem incolæ frequentiores diligentiore cultura promoverunt.

Golfo de Smyrna. C. di Caleberno.

AIDINELLI provincia, quam alii *Aldinelli* appellatione signant, sinu suo inter fluvium *Chiasi*, vel *Chiosera*, & aliud fluentum, ad cujus ostium *Porto Fischio*, vel *Fisico* locarum cernitur, intercedens laxare suo solis occasum perjacente Archipelagi undæ Orientales cohibet; ac margine medio dicto opposito *Golfo di Satalia* Sinus magni fluctus Borcales compescit.

Aidinelli. Mæan.

Litora ejus Archipelago contermina sequenti pacto se habent: *Efesso*, vel *Fogena*, aut *Forna*, quæ appellationes hanc loco hodie familiares esse solent, civitas haud grandi interfluio à sinistro exitu, qui fluvio *Chias* in *Archipelagum* patet, margine remota, & olim *Diane* templo pulcherrimo clarissima, ac famosissima. Priscorum memoria mare fluctibus suis impetuosis in illius marginem oppositum ferebatur, quamvis hodiè aliquaneo remotius ab illo recedat. *Fogelia* vicus mari adjacens, & in insulam *Xamo* è regione obsedam prospectum conficiens. Ex fluvium amnis *Madres* ab illis *Scalatto* appellati, qui ex *Germian* provincia oriundus, & in *Aidinelli* regionem delatus, postquam eandem peragravit, ex litore in *Archipelagum* hoc in loco profluit. *Amicia* urbecula appolita æstuario, quod mare litoris continuum fericm interrumpens in terram immittit. *Porto Cafima* civitas mediocris cum portu opportuno stationem navibus exhibente in intimo æstuarii recessu commorans. *Vifo de S. Pierre* vel *S. Petri* civitas, concincta cum æstuario sui nomitis participe, quod hic litus findit, & *Golfo di S. Pierre* nuncupatur. *Falatio* & *Gioppa* duo vici. *Meleffo* civitas in margine ad Austrum proposito. & *Aliendos* alia urbs in litore Meridionali Sinus, qui *Golfo di Meleffo* appellationem à præsicta urbe detinet. *Halycarnassor* civitas, quæ familiari sibi nomine hodierno *Cancova* inter incolas nota est. Alii sunt, qui eam *Meffo* nomen habere contendunt. Nonnulli verò ei *Chefteau de S. Pierre* nomen convenire arbitrantur. *Castel Marmora* castrum seu arx in *Halycarnassicæ* æstuarii margine locata. *Cap Chio*, vel *Crio* angulus Australis ejus in *Natolia* regione lateris, quod in occasum proclive objecto suo Archipelagi undas in ortum ire facientes remoratur.

Litora Archipelagi termina Efes. Figelia. Amicia. P. Cafima. Falatio. Meleffo. Halycarnassor nassus. Cancova. M. Strodon. Cafte-mania. Satalia. Golfo de Satalia. Cancelori.

Latus Australe Regionis Natoliæ obstrepentes Golfo di Satalia Sinus undas compescens.

LATUS hoc *Natoliæ* Provinciæ, quod in medium diem protractum *Golfo di Satalia* Sinus illatrantes fillat, à suo promontorio occiduo *Capo Chio* vel *Crio* cognominato exordium capiens, ab occasu in ortum procedit, & in Sinu *Golfo di Iafo*, vel *Afalfo* Orientalem tanum terminum offendit.

Margo. Golfo di Satalia Sinus obscurus. Capo Chio vel Crio apex. Capo de Cavman insignitur. Capo de Volpe. Cabo Volpe.

Margini autem, qui in præcedente provincia *Golfo di Satalia* Sinus ingrementibus undis repugnat, hæc est ratio. *Capo Chio* vel *Crio* apex in occasum provolutus alio nomine à nauris etiam *Cap de Cavman* insignitur, *Volpe* & civitatis & portus in sinui quodam existentium appellatio. *Strafia* urbecula eidem sinui appolita. *Capo de Volpe* promontorium urbecula *Volpe* appellationem sinum acceptum refert. *Meffetar* urbecula eidem pene monticio affixa. *Porto Fixino*, vel *Fychio* urbecula, & portus in ore cujusdam fluminis.

P. Fixino.

Provincia hujus, cujus litora modò perlustravimus, intemperies & insalubritas ex incolarum colore pallido facilime colligitur. Solum tamen multos fructus ferendo fertilitatem suam testatur. Materia frumenti in tota *Natolia* crescentes pars in territorio civitatem *Atanasia*, quam *Medre* fluvius aquis suis irrigat, obambulante demetitur. Quæ regio *Laodiceam* urbem ambitu suo concludit. Non modo ovibus dignes est, verum etiam esulmodi linum eas tondendo nanciscitur, quæ tenuitudine & subtilitate sua jure mereatur, ut earum ovium linæ præferatur, quæ circà *Meleffo* civitatem magno numero aluntur. In regione Alabanda Scorpiones haud paucæ ædes & alia loca perreptante. Rubini passim, ut & Sapphiri plures per totam provinciam indagatoribus frequentes se efferunt. Plumbi item lapides ibro & splendido colore nitentes, ad idium fruduram elegantem ubique inveniuntur. Juxtà *Manissam* urbem magnetes copiosi

piosi se prodant. Hæc commodi sive externis hæc provincia habet, quod propter æstuaria cæbra, & portus plures tam latere occiduo Archipelagi undis verberatos, quàm in altero margine Australi *Golfo di Satalia* fluctibus arctois præsto fidos, atque etiam Insularum plurimarum utrique tractui maritimo objacentium ratione ad negotiationem tractandam ejusmodi opportunitatem nacta sit, quæ vix aliis circum vicinia provincia obtigit. *Rhodi* tamen insulæ habitatores, ut olim, ita etiam hac nostra memoria dictæ provinciæ incolis maximo sunt impedimento, quo minus opportunitate hac in mercatura exercendâ proùbitu fruantur.

Costus.

MENTESELI Provincia ibi incipit, ubi *Porto Fixino* navalis commoditatem in fluvii cujusdam ostio acquisivit, & longitudinis suæ protractionem secundum maris tractum usque ad *Caramaniæ* provinciæ *Italiæ* urbi propinquos fines deducit. Loca in litore sita sequentem ordinem tenent: *Lanusa*, aut *la Rossa* ut ab aliis appellari solet, *Lamia*, vel *Lamida*, *Prepes*, & *Meteori*. urbecula *Golfo di Macri* sinus à mari terræ dirjecta intus appellationem sibi adscivit ab urbe *Macri* vel *Marri*, scopuli in margine sedentis, vertici injecta. *Telmesse*, vel *Texisse*, quod nomen alii huic civitati competere contendunt. *Sept Cabo*, id est, 7. capita, vel *Capo Sardeni*, quod nomen ex nonnullorum opinione huic loco etiam familiare esse creditur, promontorium in mare proclinatum *Golfo di Macri* sinus occiduus spicem conficit. Hinc margo hujus sinus Australis ab occasu in ortum protruditur. No. 104. *Pefisò* 2. parvæ insulæ, scopuli portus exiliimandæ. 105. *Castel Rossò* exigui ambitus insula, haud magno divortio à prioribus digrediens, earumque marginibus Orientalibus objecta, in nonnullis alis fabulis etiam *Castelrosso* dicta. *Strongylo*. 106. *Strongylo*, vel *Sterongylo* alia admodum parvis marginibus definita insula, una cum præcedente etiam orientalibus dictarum insularum, tenò scopulorum lateribus è regione obvertitur. 107. *Le Caveni* exiguitate sua nimiâ prioni neutiquam cedit. Hæ insulæ sinu suo se mutuò insequentes secundum litoris, ad quod proximè accedunt, longitudinem se ordine suo extendunt. *Patara* vel *Patera* primaria in hoc litore civitas, & urbium regionis hujus caput. in qua *S. Nicolaus*, *Myrrha* Episcopus, in lucem editus est. Antiquam appellationem suam conservans in collis cujusdam, cui *Sydona* nomen, vertice satis aspero consident. *Caramo*, vel *Porto de Caramo* urbecula & navium statio. *Strumilli*, vel *Strumite*, quod nomen in *Ganiza* itinerario occurrit, antiquorum tempestate celeberrima civitas *Myrrha* fuit: Sed his nostris temporibus nullo splendore estimia, in scopulo parum à mari amoto recubat. *Girondo* & *Finica* duæ urbeculæ. *Monte Strodone* montium plurimorum congeries ex terra in pelagus prodeambulans, *Porta Cenovesi*, & *Porto Venetian* duo navalia, ac tandem *Arora* vicus hujus litoris finis.

Lanusa. Meteori. C. Sardeni. Pefisò. Caftel Rossò. Strongylo. Le Caveni. Patara. Caramo. Strumilli. M. Strodon.

CARAMANIA. Provincia præcedentis litoribus mox sua subjungit, eademque ab occiduis suis finibus ponè *Satalium* civitatem usque ad orientales terminos, qui *Golfo di Iafo* vel *Afalfo* finum latus dilicindentem attingunt, propagat. In litore hoc sita sequenti serie oculis exponuntur. *Satalia* Turcico idiomate *Antali* dicta, magnitudine & fortitudine omnibus cæteris in toto hoc litore regionis *Natoliæ* Australi sitis præstertur. Ab ea totus hic maris mediterranei angulus orienti Solis splendori obnoxius (qui undis suis Borcalibus *Natoliæ* provinciæ marginem Australem ferit, fluctibus suis Orientalibus *Syriæ* regionis ac terræ promissæ occidua extremitates infestat, ac aquas suas Australes *Ægypti* ac partis in *Barbaria* litoribus eporandas propinat,) appellationis suæ, quod *Golfo di Satalia* dicatur, originem traxit. *Satalia Vecchia* vel *Satalia* vetus eum locum commonstrat, ubi olim antiqua civitas *Atalia* sedem suam possedit. *S. Gregorio*, & *S. Nicolò* duo vici. *Candelor*, vel *Candelora* exigui momenti locus, ubi quondam *Side* civitas collocata fuisse perhibetur. Fluvii *Cestro* exitus, per quem effusas ejus aquas pelagus colligit. *Eurymedon* amnis, hodierno tempore *Zanuth* appellatus, qui hoc in loco fortè in pelagus profruit. *Castel Lombarde* arx sive castrum ibi nostro type hydrographico *Castel Vbalde* nomine delignatum, quod in collem *Castel Lobasso*, qui apud incolas *Calendes* nomine cognitus est. *Capo di Stalemura*, vel *Stalemura*, aut *Efelemura* promontorium cum urbecula ejusdem nominis compone positi os cujusdam fluvii, per quod aquas suas egerit. *Diospoli* urbecula in margine exitus, qua flumini cuidam ex terrâ in pelagus erumpenti ingressus. *Selge* civitas, cujus insula litori proxima, *Spratio* civitas. Os fluenti *Crisnero*, vel *Crisnario*, unde fluit ex litore fœdis in pelagus se procipientibus portum *Polepoli* vel *Pocopoli* constituens, cui eadem appellatione ureus civitas appolita cernitur, quam alii etiam *Crisnero* vel *Crisnaro* nuncupant. *P. Fadrola*, *P. Cavallier* duo navalia anchoris figendis apta. *Provenza*, vel *Provencal* parva admodum insula litori prædicta. *P. Pine* navium statio. *Lena de Bagnia* vicus. *Curco*, *Curcho*, *Curnich*, *Cura*, quæ nomina cuncta loco huic competunt, & *Carachefar* Turcica appellatio civitatem monstrare, duobus lateribus allatrantis maris fluctus sustinentem, tertio vero latere admodum ingustè coarctato, & in Isthmum formato è continentis litori adjungit. Portu suo in occiduo margine sito navibus adventantes excipit. *Lanusa* vel *Lanuso*, *Tanta*, & *Atalo* parvi ponderis vici. *Teraso* vel *Tarso* civitas, quæ apud inquilinos *Tarsa* nomine, & apud *Turcas Caraisa* appellatione ab aliis locis dignoscitur, fluvio *Cydno* accumbit, ac unius fere milliaris spatio à litore in terram secedit. Pensiles ibi ruinæ & parietinæ redacta, castrum tamen integrum hactenus conservat, quod excelsi montis jugo inharens omnem fere ad se aditum præcipitiis præcludit, adeò ut difficulter admodum adiri queat. Multæ adhuc turres altitudine magna insignes & templa Turcica structuræ magnifico ornatu superbientia, inter ruinas per totam civitatem capita sua exerunt. Ædificia vero incolarum reliquis habitationem indulgentia hinc inde collibus partim imperfa, partim vero vallibus interjacentibus inserta sunt. Fluvius dictus medium civitatem interjacens alveum non ita profundum habet, adeo ut etiam parum absit, quinab hominibus transiri queat. Famosum reddiderunt *Alexander Magnus*, qui in eo natans vitam fixam maximo periculo subjecit, & *Fridericus Barbarossa* Imperator, qui hunc fluvium ingressus nimio undarum frigore mortem oppetere coactus est. Sunt; qui civitatem dictam etiam *Hanna* vel *Hannsa* aut *Malmoßra* appellari perhibent. Alii nominum *Teraso* & *Tarso* mentionem faciunt. *Adena* etiam est fluvii idem nomen possidentis. Exitus fluvii *Malmoßra*, qui trans *Taurum* montem ex scaturigine quadam in plano campo sita ebullitens, & profunda aperturæ montem *Taurum* perfringens maximo aquarum rugitu, & horribili murmure totam vicinitatem replet. *Golfo de l' Affolo*, vel *Ayazzo* Sinus fatis prolixa dilatatione se expandens; & appellationem suam *Golfo de Ayazzo* à cognomine urbe sibi adjacente, quæ *Ayazzo* vetustum dicitur, sumens, Natoliæ provinciæ limites Australi *Golfo de Satalia* Sinus undis Borcalibus reluctanti finem imponit.

Cancelori. Costus. Adena. Golfo de l' Affolo. Golfo de Ayazzo. Natoliæ.

Omnis *Satalium* urbem circumjectà regio, & reliqua provinciæ hujus pars, quæ à marifonio inter- & septentrionali ad montium quidem multitudine inæqualior, sed ad ferendos fructus non tardior redditur. Territorium *Selencium* urbem, quæ hodierno die *Charatar* nuncupatur, ambitu suo circumcurrens vinetis ferracissimis affluit. Tota verò regio ibidem spacium 120. mill. Italicorum, quæ 40. Gallicis, aut 30. Germanicis millibar. respondent. complectens undique

Biblioteca Museo Franz Mayer

arenoso desertoque circum vallatur. Causam tantæ fertilitatis, quâ tractus dictus tam mirè luxuriat, indagantibus hæc manifesta videtur, quod valles non solum terram pinguem ex montibus fluminum beneficio adjectam extipiant, verum etiam ipsis fluminibus & rivis ex montanis locis copiosè affluentibus irrigentur & humiditate necessariâ recreentur. Ponè *Candelor* stagnum quoddam muleo sale diveste. Variorum animalium nutrix terra, præcipuè etiam ingentis magnitudinis pantheras alit. Capræ in his locis mirificè tenerâ, & pulchris admodum pilis ipsam nivem albedine sua referentibus vestiuntur, ex quibus ubique per totam regionem panni pulchri, partim æquali filo contexti, partim etiam undulati confician-tur, & per totam Europam distribuuntur. Incolæ ad pigritiam & inertiam proclives nihil prius & antiquius habent, quàm ut labore improbo vacui in otio vivant. In *Satalia* urbe negotiationis magna ratio habetur, & præter pannos istos ex capraram pilis connexos etiam tapetum pretiosorum multitudo non contemnenda, venum exponitur. Ex Insula Cypro multi quoque mercatores mercimoniorum exercendorum causa, in hanc urbem confluunt. Reliqua *Caramaniæ* portio jucunda quidem amœnitate sua oculos pascit, & aspectum delectamenti plenum ex viriditate perpetuæ rivorum & fluminum irrigationi adscribenda nancisci-tur, sed non est cur fertilitatem magna laudum jactatione extollat. Incolæ planiciem, (quæ à *Eracia*, & *Londuno* Gallicis provinciis haud magnam dissimilitudinem habet, & in eo tantum differt, quod more illarum singulari diligentia à Gallis excultarum, non penitùs cultura debita, ad fertilitatem, quam sponte sua offert, & pollicetur, redigatur) inhabitantes, ligna, quibus ad coquendum, & alios usus cultiæ necessarios indigent, ex montanis locis 2. dierum itinere à domiciliis suis distantibus petere coguntur. Grana habent nobis *Europæis* incognita & *Arabibus Hareeman* nuncupata, quæ terræ inserta calamos, aut arundines pollicem crassas germinando protrudunt. Has singulari diligentia collectas, & servatas ad ignis excitandi usum adhibent. In fluvio *Cydno* per urbem *Tarsam* currente ingrinibus multæ ficus, mori, nuces, aliæque arbores plures nascuntur, quibus campi in planicies expansi carent. Aquæ commoditas insignis, quæ circa urbem *Tarsi*, vel *Terassa* se exhibet, in causa est, ut circumjacens terra cultu indefesso ad fertilitatem, & emolumentum revocetur, quandoquidem undæ ex fluvio *Cydno*, rotis magnis hauriæ per rivulos quamplurimos, non in hortos tantum & campos, verum etiam in civitatis balnea publica derivatur, & deducitur. Tractus, qui *Mirat* circumit, frumentum, hordeum, gossipium, & selasmum, quod in ultima mensis Junii parte ægris mandari solet, uberrimo proventu provocit. Gossipium, cujus semen Majo vel Junio mensibus terræ concreditur, mense Septembri maturam collectionem sum postulat. Circa *Antiochetam* crocus nascitur, vinetaque à Turcis, quibusdam in locis, cultæ uvas insignes ferunt, quarum acinos exsiccandò in uvas passas aut ficcas redigunt. Pari ratione propter *Adroam*, & *Heraclæam* plurima vineæ *Christianorum Græcorum*, & *Armeniorum* labore excoluntur. Ibi etiam hortorum cultura eo gradu viget, ut persicorum, pirorum, pirorum, amygdalarum, malorum aureorum, punicorum, & aborum ejusmodi fructuum, palato voluptatem sapore suo grato afferentium, incolæ uberum compotes fieri queant. In montanis Heraclæ civitati vicinis, arbuscula nomine *Rhois* frequenti & abundanti germinatione ex terra erumpit cujus fructus collectioni & conservationi, habitatores operam suam impendunt. Usus ejus est talis, alho contuso & sali mixtum carni inspergunt, ut eidem saporem gratum & jucundum conciliant. In *Caramanica* campi planitie æquatis plusquam quater mille equi singulis annis nutriuntur, ex quibus 600. quotannis ad bellum delecti *Turcis Caramanni* cognominantur, & præ cæteris in magno precio habentur. Porrò in hac provincia haud raro in conspectum prodeunt lupi, pilis cinereo colore splendentibus pellem obducti, quos magnitudine communibus canibus antecellentes, sed nostratibus *Europæis* lupis aliquanto minores *Turcæ Adil* & *Oraci Squilachi* cognominare consueverunt. Gregatim montes & campos pervagantes, ac interdum ducenti aut plures numero pagis appropinquant, & canum more latrando se produnt: à quibus tamen ex pagis erumpentibus, animoseque incursu in latrones hos se inferentibus in fugam conjiciuntur. Pelliones ipsorum pelles in pelicea calorem conservantia, artificioso suo labore trànsmutatas, vili pretio divendunt. Per totam vero regionem hanc canæ passim ovibus repletæ sunt, capraramque magna est multitudo, unde & butyri, & caseorum copia insignis reperitur. Incolæ crassi ingenii hominesagrestibus & insulsis moribus præditi sunt, & natura sua ad latrocinia & cædes propensi. Carnem sale condiram cumini semine conspergunt, suspensamque exsiccant, atque tam bellì quam pacis temporibus magni faciunt. In omnibus enim suis itineribus equinodi carnem penes se habent, eaque ità exsiccata sine pulla coctione, aut præparatione cum cæpis vescuntur. *Christiani* potissimam sui laboris partem in vinetorum culturam insumunt, & pariter cum *Indeis* vinum bibunt; quâ de causa etiam utraque natio cauponarum, & diversoriorum publicorum institutione lucro suo consulunt, vinumque publice venum exponunt. Agricolæ toto tempore æstivo pecoribus suis campos & agros pervagantur, & ovium occasarum pelles butyro, & caseo faciunt, quotidiam & caseorum & lignearum vasorum penuria laborant, defectumque hunc ejusmodi pellibus farciunt. *Turcica* lingua in regione hâc elegantiore & puriore, quàm alias in locis, fermocinatione profertur, eaque de causa mos obtinuit, ut singulis annis multi juvenes ex *Tonisicheria* hinc ablegentur, quo puriorisinguæ suæ exercitio imbui possint. *Adoæ* locus est, ubi *Arabica* linguæ usus desinit, ejusque in locum *Turcici* idiomatis exercitium succedit. Cum lingua etiam moneta mutationem sentit. Nam in *Mediterraneum*, qui per totam *Ægyptum, Syriam*, & *Caramaniam* hactenus infusa fuerunt, & usque ad *Adoæ* urbem valuerunt, locum *Asperi*, alia moneta *Turcica*, subtituitur. Dicta autem in urbe tapetes, & tegmina levia, quæ in itinere usus *Turca* usurpant, opere textorio conficiuntur. Potissima mercatorum & negotiatorum, qui hanc regionem commerciorum tractandorum causa invisunt, pars ex insula Cypro advenient. In *G. de l'Ayaze* præter peregrinas naves plurimas, nullæ aliæ ante oculos versantur. quia *Turca* cæterique habitatores navigationis & velorum faciendorum artis planè rudes & ignari sunt, & præterea quòque periculorum in mari tolerandorum nimis timidi, pelagus ingredi non audent.

Cyprus Insula cum Litoribus suis Marinorum in Golfo di Satalia

Sinu fluctuum incursionibus obnoxius.

CYPRUS. CYPRI INSULÆ longitudo expansionem suam ab eo ætris tractu, qui Solem ad occasum properantem occipit, ad eam plagam, unde oriendo idem eluctatur, procollit, & *Caramania* lageri è regione opponit, adeò ut in intimo Sinus *Golfo de Satalia* recessu, sedem suam inveniat. Latere in *Arileu* geldam

gelidam inclinato *Caramania* provinciæ margine in medio diei adversantem intuetur. Quâ apicem in occiduum cœli regionem projectum, & *Capo de Kaffa* appellatum acuminat. Insulæ *Candia* acumen Orientale *Capo Salomon* adversum habet. Distantia utrique promontorio interjecta 68. milliar. Germanica nuncupare dicitur. Margo in Meridiem protentus Ægyptum & Palæstinam è regione objectas terras inspectat. Eoa extremitas Syriacum mare attingit. Cum litoralibus verò locis ita comparatum est:

Capo S. Andrea acumen hujus insulæ in Orientem coarctatum ante se habet 2. aut 3. insulas parvas, circa quas fundum maris circumstratum nullis scopulis ac cautibus exasperatur, eâque de causâ nulli discrimini navigantes exponit. Hinc litus ex Borrhapelione tractu, in Notolibyci regionem transfertur, donec *Faviagusam* perveniat. Inde enim iterum ex Arctoa plaga in meridionalem se inflectens, usque ad promontorium *Capo Grieco* suum producit. *Famagusta*, vocabulum ex duabus vocibus conjunctum idem sonare videtur quod Fama *Augusti*, unde denominationem suam derivasse creditur. Civitas satis profitxum spacium, comprehensione sua ambiens, fere ad triangulì effigiem figura sua accedit. In maris litore 2. castris fortibus, & multis turribus acetis, propugnaculisque conspicuum caput exercus navali & annono & commodo, navigationis ac commerciorum emolumento inservit, ac unica totius insulæ defensionem procurat. Quà latus suum terræ obvertit, molibus militaribus, quæ *Venetorum* opera fuit. mirum in modum firmatur. Ruinosæ tamen, & hinc inde collapsæ, reliquisque in locis haud paucis casum minitantes *Turcæ* potentiæ suæ confidentes negligentiæ accusant. Totius civitatis structura scopulo durissimo imposita, nullas cuniculorum suffossiones, nec pulveris pyrii subjectionem ullam reformidat. *Capo de la Griega*, vel *Griego*, aut *Greé* apex est lateris Eoi meridionalis, seu angulus marginis Subsolani, aut Notapeliotæ flatibus obnoxii Orientalis, à quo ora maritima ad *Capo de Gate* promontorium proficiscitur. Prorupit autem se hæc cuspis longiore & arctiore tractu ex litore foràs in pelagus, & extremitate sua collem à propugnaculi alicujus effigie haud multum abludentem oculis subjicit. *Capo Pila* apex ex litore in pelagus se devolvens, Orientalis est extremitas sinus cujusdam hoc in loco maris in litus insuli aquas condentis, quæ turrim quandam ignibus nocturno tempore accendendis destinatam sustinet. Eundem sinum ab occasu claudit *Capo Tegista*, vel *Chieti* aliud promontorium, seu angulus ejusdem occiduus, in quo, si à pago *Chieti* denominationis hujus apici imposita occasione militare unum recollegis, in salinas incides, quæ in vallem quadam strato sinum habentes, tria quasi milliaria Germanica circuitu suo complectuntur. Lacus est dictum circumferentiæ spacium aquis tegens, sub quibus venæ salis undis scaturiunt. Solis calore humiditatem paulatim consumente, circa medium mensis Junii tempus crassescere incipit, ac postquam Augustus medium sui temporis cursum confecit, sal duritiem instar marmoris acquirit, atque idcirco excidendus est. *Saline* vel *Salines* locus nomen habet, quod tamen propriè aliquot horreis, adjectisque illis tempio convenit, ubi navale quoque haud incommodum, in quo naves sale onerari possunt, offenditur. Cum adibus dictis ad Boream Salinarum memoratarum latus recessit. Inde si dimidii milliaris spacium terram ingrediendo percxeris, *Larniche* vel *Arniche* ruinis & ruderibus suis in conspectum prodibit, ac se olim florentissimam, & potentissimam civitatem fuisse, ac in vilissimum postea statum incidisse testabitur. Paucas habet ædes, quæ ultra primam contignationem non exsurgunt. Magni Palatii magnificentiam loquuntur parietinæ, & muri, qui inter collapsas reliquias erectæ adhuc conspici possunt. Proximum est *S. Roche* templum in *Castiquium Turcicum* mutatum, quod excelsa & quadrata turri, ac porticu marmoreis columnis pluribus fulcitura exornatur. Porticum tamen & templum disjungit area spatio prolixo inclusa, in cujus medio erecta stabat columna marmorea ingens cum leone, artificio lapicidæ insigni, ex marmore excisio incumbente, quam *Turca* rerum penuria loco suo moverunt. Haud procul inde monachi quidam discalceati, qui alias *Cordeliers* appellantur. teneglum quoddam *Græcum* fornicatum, in quo sibi aliquot cameras ex eleemosynis collectis ædificandas curaverunt, inhabitant. Hortum colunt elegantem, & plurimis pulchris herbis consitum. Locus totus muro cinctus est, in quo monachi domicilium suum, uti diximus, habentes, advenis non solummodo in cultu divino exequendo operam suam præstant, verùm etiam eorum interpretes agunt, & si quando morbis corripiantur, & medicorum vices supplent, & omni servitio præstando ægris succurrunt. Sustentationis autem fux unicum auxilium habent, quicquid ab advenis & peregrinis mercatoribus & nautis dono accipiunt. Quavis navis *Veneta* in portum veniens *Zeguanum*, sive Ducatum ipsis donare solet, adeò ut ex eleemosynis pariter atque ex officiis suis exhibitis sufficientem victum & amictum sibi comparare queant. A promontorio *Capo Chieti* tractus maritimus ultreriore profectione ad *Capo de Gate*, vel *delle Gatte* promontorium provehitur. Apex est occiduus hujus lateris in Meridionalem ætris plagam extensi, & inter hunc atque *Capo de Chieti* promontorium interjecti, appellationique sux occasionem à felibus arripit. *Arrestes* pagus in litore inter cæteros incolas monachis quibusdam Græcis domicilium præbebat, qui catos alere soliti fuerant, longo exercitationis usu ita assuefactos, ut quotidiana pugna serpentes aliaque animalia veneno imbuta, quæ circumjacens territorium infestare solita fuerunt, animosè aggrederentur, atque eo pacto conficerent, ut tandem ita consumptis regio noxiis ejusmodi bestiis libera evaserit. Promontorium excelsâ altitudine in æthere se infigens longius remotis oculis subjectum quasi insula quædam apparet, adeò ut facile quis eam in opinionem incidere possit, freto aliquo ab Insula Cypro disjunctum esse, quod navibus transitum haud negaret; quanquam tenui, humili, & arenosa lingula insulæ litori conjunctum est. Ad 3. aut 4. ab hoc promontorio milliare, qua se litus in oetum protrahit, in conspectu est *Limisol*, vel *Limiso*, quondam Episcopali sede, & amplissimorum ædificiorum structura splendidissimo superbiens civitas, sed hâc nostra memoria in vicum commutata, & ponè *Lycum* fluentum in plano campo maris litori accumbens. Quamvis verò muris ecbus vicus sit, haud tamen infrequens est, utpote qui incolis confertus, navalis ad naves recipiendas idonei commoditate gaudet, multisque navigiis crebrò visitatur. Castrum defensione sua ipsi præsidio existens in medio constructum extat. Ædes utique lateri adsidentes haud grandi excellitate supra terram elevantur, sed humiles & depresse supremam contignationem seu tectum limo & arborum ramis tegunt. Humilitatis hujus causa sunt terræmotus frequentes, qui soccussionibus admodum crebris territorium hoc inquietant. Jamiæ, per quas in ædes introitus patet, etiam adeò humiles sunt, ut introiturus corpus fuum obliquare, & incurvare cogatur. Observant autem in construendis suarum ædium ostiis humiliatem ejusmodi incolæ, non sine ratione aliqua, atque de industria hoc faciunt, ut nimirum *Turcicis* equitibus obsitent, quo minus equis suis ædes ingredi possint. Idem ædificandi mos etiam in aliis *Turcico* Imperio subjectis locis viget. 135. Hi Numeri locum quendam commonstrant ad 10. milliare à *Salines* versus Meridiem in mari situm, & maximè periculosum, quem *Belgicorum* nauturum nonnulli nomine *Kalck-ground*, aliiverò appellationibus

Biblioteca Museo Franz Mayer

Dvuelgrond. *Dvuelgrond*, vel *vuilgrond* notare confueverunt. Locum hunc fine fummo difcrimine navibus tranſire non licet, quoniam aquæ violentiſſimo impetu in gyrum vertuntur circa fundum, partim ſiccum, partim verò vadoſum, adeò ut tranquillitate alliqua mare pacatum reddente, navis appropinquans maximum naufragii periculum incurrat. *A Capo de Gato* inſulæ Cypri litus Noroëbyco faciem obvertens, ſe retrahendo uſque ad promontorium *Capo S. Pſaſani* inter ſinum inſtruit, ac inter angulos Meridionalem & Borealem 3. adhuc in pe-

C. Blanco. lagus incurrentes cuſpides oſtendit, *Capo Blanco*, vel *Blanco*, ab albo colore appellationis anſam arripiens, una, excelſo faſtigio procul inſpicientibus in conſpectum venit, & nonnullis ſcopulis ac cautibus præmunitur; altera *Capo Baſſa*, aut *Baſſano*, verum eſt inſulæ Cypri acumen occiduum, quod plano & depreſſo tractu pelago ſe immergens, appellationis ſuæ ortum pago attribuit, qui nomine *Baſſo* inter utrumque promontorium interpoſito litori inſidet, & parvo interſtitio ſejungitur ab antiquiſſimæ pariter ac quondam pulcherrimæ urbis *Paphos* cadavere, quod ſcelerto ſuo antiquam ſuam poteneiam & magnificentiam ſatis ſuperque arguit. Inſulæ *Candiæ* apex in Orientem protruſus, cui *Capo Salomon* nomen eſt, & *Capo Baſſo* hujus inſulæ angulus ad *Subſolanum* & *Hyperum* 68. milliar. Germanicis differunt. Quicunque à prædicto promontorio *C. Salomon* ex *Candia* ſolvens vela faciendo, *Baſſam* in *Cypro* cogitat, curſum ſuum in Subſolanum, & Hyperitum, non verò ultra Subſolanum inſtituat oportet, ne Subſolani limites egreſſus à ventis in Boreale hujus inſulæ litus compellatur, ſiquidem inde difficulter admodum ad latus Auſtrinum redire licet, ſed magis ac magis ad Septentrionem ſit acceſſio ob Auſtrum, & Favonium, cæteroſque intermedios atque collaterales ventos hic dictaturam exercentes, & curſus aquarum fortes, qui ut plurimum in Septentrionem, & Oc-

C. S. Pſaſano. caſum properato impetu ferunter. *Capo S. Pſaſani*, vel *Epiphania* hujus lateris in Noxepilerion proni finem Borealem, & Boreales marginis ſubſequentis terminum occidium conſtituit, à quo magno Arctoo uſque ad *Capo S. Andrea* angulum ſuum & totius inſulæ Orientalem proſcripſit. In eo præcipua, & maximè cognita promontoria, quæ occurrent, ſequentibus nominibus inſignientur. *Capo Elemi* vel *S. Elemi*, *Capo*

C. Elemi. C. Limniti. *Limniti*, aut *Limnito*; & *Capo Cormachitis*, in cujus latere ad plagam æris ab Oriente Sole colluſtratum projecto videre eſt *Cerines* vicum incolis frequentem, & in litore maris excellioti, & præcipitiis acutis munito ſcopulo immiſſum, cui caſtrum forte tutelâ ſuâ patrocinatur. Tandem *Capo S. Andrea* latus Boreale abſolvit. *Monaſia* metropolis, totiuſque inſulæ caput ferè umbilicum inſulæ ſedem ſuam fecit, & antiquiorum memoria quadragies mille ædes ambitu ſuo circumivit, ſedeſque regia fuit eorum, qui ex *Luſignana* familia oriundi, hujus inſulæ ſceptrum regium tenuêre. Domicilium item fuit Archiepiſcopi totam inſulam ſubjectione ſpirituali ſibi devinctam tenentis; Anno 1567. circuitus ejus nongentorum paſſuum dimenſionem adhuc continebat, quem *Venera Reſpublica* bis mille & centum paſſuum adjectione dilatavit, & ſtructuris militaribus amplis pariter ac robuſtis armavit. Multis rivulis amœnis, & delectabilibus interſecatur. Situm ſibi acquiſivit in campo *Meſſoria* 78. milliar. *Italicorum*, ſeu 18. *Germanicorum* longitudine, & 30. *Italicorum* ſeu 7. *Germanicorum* latitudine planitiem ſuam extendente, quem amœniſſimi & fertiliſſimi colles jucundiſſimos rivulos, qui terram humiditate ſua dulci refocillant, ejicientes circumſepiunt. In ea vifu dignum eſt auguſtiſſimum *S. Sophiæ* templum, in quo hodierno tempore Turcis idololatriam ſuam *Mahometicam* exercere ſolenne eſt. Tota civitas complexu ſuo in rotundam fabricam redacta, 11. propugnaculis fortiſſimis, ac foſſis admodum latis optimè defendi poteſt. *Pedeum* fluvius alveum ſuum per urbem deducit, & nonnunquam aquarum affluxu valde intumeſcit, quandoque etiam æſtivo tempore penitus exſiccatur. *Baſſa* qui *Turcici Imperatoris* nomine huic inſulæ præeſt, domicilio ſuo in hac urbe commorari ſolet.

Nicoſia, & *Famagoſta* duæ ſunt in hac inſula civitates, quæ maris & propugnaculis inclutæ fortiſſique cinctæ, vim hoſtilem arcere poſſunt. *Turcarum* tamen fortitudini & viribus ſuis confidentium negligentia tanta eſt, ut operum militarium conſervationi neutiquam ſtudeant, unde fit, ut foſſæ præſertim in *Nicoſia* civitate limo obducantur, & muri molêque cæteræ paulatim conſeneſcentes, ruinoſæ evadant, & lapſum minentur. Si autem nonnulla etiam caſtra defenſionis ergò litoribus immiſſa excipias, nulla portò loca munita per totam inſulam offendes. Sub *Imp. Conſtantinopolitanorum* gubernatione, qui ducum ſuum miniſterio inſulam *Cyprum* regere in more poſſum habebant, 14. urbes *numerabantur*, quarum numerus ſub *Luſignanis* regibus ad 4. redibat. Hæ erant *Nicoſia*, *Famagoſta*, *Baſſo*, & *Limoſſo*. Sed noſtro ſeculo nonnili duæ illæ priores reſtant, qui medium ſuarum bellicarum vires hoſtilibus inſultibus opponere valent. Ex quorundam relatione 11. vicorum, & pagorum millia in hujus inſulæ circuitu reperiri dicuntur: quibus alii certiore de ejus ſtatu cognitione imbuti, contradicentes 350. tantum mentionem faciunt. Quanquam enim olim incolarum multitudo, 160. capitum millia numeravetit, nunc-tum tamen hunc & Turcarum crudelitas Tyrannica, & bellorum prius geſtorum rabies vehementer *diminuit*.

Inſulæ Cypri aëtio temperamento familiare eſt, ut ſæpiſſimè contagioſa aura inficiatur, & corrumpatur. Occaſio naſcitur ex diverſis animalibus venenatis, atque inprimis ex cicadarum quarundam viroſarum abundantia, quæ gregatim ſæpe campos & ſylvas pervagantur, & omnia venenoſo ſuo afflatu inficiunt. Moretem conſectum obtinent, ut quovis triennio ut plurimum præſtò ſint, cum nimia ſiccitate terram æſtivi calores urunt. Primo vermes ſunt, qui poſtea Martii menſe adventante alati evadunt. Digitum plærasque harum cicadarum craſſæ longis admodum pedibus innituntur. Tanta copia conjunctæ alarum remigio aërem ſulcant, ut ſoli tenebras offundant, & craſſæ nubi ſimiles videantur. Poſtquam omnes herbas, gramen ipſum viride, ac tandem arborum folia exedendo conſumpſerunt, nihilque amplius, quod edant, reſtat, tandem ipſis fame percundum, & moriendum eſt: mortuæ putreſcunt, ac putredine ſua intolerabilem fœtorem excitant. Hunc malo ut aliqua ratione obſtaculo eſſe poſſint incolæ, diligentiſſimo ſtudio nidos ipſorum ubique inveſtigant & perquirunt, eoſque inventos corrumpunt, & comburunt. Vico *Baſſo* vicinum territorium aëre admodum intemperato & inſalubri perflatur. Inſalubritatis cauſa eſt vapor valentudini humanæ adverſans, qui ex paludibus crebrioribus exſiliens, aëri venenoſum qualitatem communicat. Regio *Cerines* vicum circumambulans temperatiſſimo aëre fruitur, atque ideò ſaluberrimus totius inſulæ locus habetur. Hic enim Arctoi venti geliditate ſuâ ex mari adjectâ, aërem calidum mitigant, quibus ſe adjungunt montes excelſiores, hanc oram à fervidis flatibus Auſtralibus defendentes, & frigidiores lymphas ex viſceribus ſuis in planiciem ſubjectam emittentes. Anni tempeſtates quatuor cum iis, quibus in *Europa* quotanis uti conſuevimus, minimè conveniunt. Æſtas intenſiſſimo calore accenſa adeò fervida eſt, ut omnis terræ veſtitus herbaceus exuratur, & nullibi ferè herbula, aliqua, aut gramen viride cernatur, niſi iis tantum in locis, quæ aquarum rigationibus continuis irrigata creſcendi & germinandi facultatem conſervant. Sed Hyberno tempore poſt multas & continuas autumni pluvias campi cuncti herbis amœnis, & gramine viriditate ſua oculis delectamentum patiente operiuntur, & Hyems hic æſtatis mania obire videtur. Qua de cauſa etiam hyberna tempeſtas in hac inſula & laboribus ruſticis excependa, & morbis tolerandis & ſuſtinendis aſtivâ longe commodiorem, & tolerabiliorem ſe præ-

Urbes, Pagi, & Vici.

Natura & opes.

Cicadæ venenoſæ.

Cerines.

Æſtas.

Anni tempeſtas.

Hyems.

ſe præbet, cum frigus, Septentrionalibus præcipuè ventis flatus ſuos cohibentibus, adnodum exiguum conſperatur, hibernique menſes adeò clementes & benigni exiſtant, ut pecus cujuſvis generis ſine ulla incommoditate paſſionis ſuæ feruatur, perinde ac ſi medio, aut adulto Vere in paſcuis noſtratibus verſarentur. Æſtas autem fervore ſuo ferè intolerabili habitatoribus multas moleſtias exhibet, coſque Meridiani æſtus vitandi cauſa in ædibus delitefcere cogit. Hinc fit, ut mania ſua obeundi gratiâ matutino tempore ante lucem ipſis ſurgendum, & negotia quotidiana expedienda ſint. Haud ex minimis etiam defectibus eſt, quod hæc inſula aquarum egeſtate non parva laboret. Navigiorum capacibus fluentis plane deſtituta eſt, & fluviolis tantum, ac rivulis, & fontibus parcè admodum undas dulces deprimit, quæ non modo canalium & ſiſtularum ſubterranearum ductu locis aqua indigentibus ſubminiſtrantur, verum tollenonibus & aliis hydraulicis operibus, rotifque ſublatæ per campos diſtantur. Quocunque tempore aër humidus pluvias & imbres excitat, incolæ vaſis & ciſternis aquam deſcendentem colligunt collectamque ad uſum futurum conſervant. Verum tempeſtate ſicca & pluvias aut imbres denegante maxima aquæ penuria exoritur. Totius inſulæ ſolum maxima ex parte mira ſtinguedine, & fertilitate inde exorta, luxuriat, & tamen propter calores nimios perpetuas irrigationes & humectationes deſiderat. His enim ceſſantibus, aut remittentibus, cultores,

Flevra Cereis alto nec quicquam floſtat olympo.

Idcircò, poſtquam aſtivi calores omnem rivorum humiditatem epotarunt, incolæ ex profundè effoſſis & ampliora habentibus puteis, aquam totis, quas equi adjuncti circumagunt, exhaurire, eamque per canales & ſiſtulas in loca ſiticuloſa promovere coguntur. Quamvis verò inſula hæc de ſterilitate nullâ conqueri poſſit, præſertim ubi fodulæ diligentiæ & continui laboris adjumentum accefferit, paſſim tamen deſerta & vacua jacens, ſi ſpatioſum ejus dilatationem inſpicias, debito modo non excolitur, cujus rei culpam partim in *Turcarum* crudelitatem incolæ crudeliter prementem, partim etiam in terræmotus crebriores confert.

Frumentum. Frumenti ſolum feracifſimum eſt: Sationis tempus Octobet menſis ſibi vendicat. Menſe Aprili ſeges maturitatem requiſitam adepta meſſe debita, collectionem fieri jubet. Omnis generis legumina paſſim quoque terræ mandata, ubertimo proventu agricolas locupletant. Vinum, quod hic naſcitur, & copioſum & nobile, ſtomacho maximè conducit, ac plurium annorum decurſu non vincitur, ut ſaporem & bonitatem ſuam amittat, cum 80. annos incorruptum ſervari poſſit. Modice ſumptum etiam ægris prodeſſe dicitur, tantum abeſt ut illis damno eſſe poſſit. Extranéis odor ipſius, antequam ipſi bibendo aſſueti fuerint, aliquo pacto faſtidioſus eſt, propterea quòd in vaſis pice illitis cuſtoditum illam plærasque partim redolere ſoleat.

Fructus, & alia opes. Porrò in hac inſula inveniuntur magnæ & nigræ uvæ paſſæ, quibus *Zibibo* nomen eſt inquilinum: magna item olei copia, & *Carrobes* fructus copioſiſſimus, quem Germani *S. Johannis Panem* cognominant. Creſcit in proceris arboribus foliorum ornatu decoratis, quæ laurinis non admodum diſſimilia, in eo tantum differunt, quod aliquanto latiora, in ſimile acumen non deſinant, & viriditatem ſuam perpetuo conſervent. Apud Græcos huic fructui nomen eſt *Ceratonia*, qui ſiliquis ſuis fabas noſtrates referens, digiti longitudinem aſſequitur, & quandoque etiam partum excedit. Siliquæ tamen duriores & nigriores grato ſuo ſapore palatum mira dulcedine perfundunt, ex quibus ſuccus ab incolis paratus, & cibis commixtus, dici non poteſt, quàm gratum & dulcem iis ſaporem conciliet. Totæ ſtirpes his fructibus concervatæ in maritima ora hinc inde jacent, ut navibus impoſitæ in alias regiones exporterentur. Quantæ autem ubertate hi fructus in hac inſula provenire ſoleant, ex eo conjecturam facilem ſumere licet, quod non modo villi precio comparari poſſint, verum etiam rei pecuariæ ſtaginatione ſuâ magno emolumento eſſe ſoleant. Porrò habitatores hortorum culturæ ſummo ſtudio incumbentes, melonum, ſicuum, malorum medicorum, aureorum, *Sufinan*, *Sumach*, coriandri, lentiſci, ſacchari, goſſipii, *Kurſcheuffi*, croci, & palmularum affluentiam incredibilem habent. Abundant etiam *Soda* herba, ex cujus cineribus lixivium ſingenati conficiendo aptum comparatur, cupreſſis, terebinthina, thure, ſtoracе, manna, ſcammonea, rhabarbara, colocynthide, & meſſe triplici; vinum enim, quod album eſt, apes ex fructibus collectum in cellulas ſuas recondunt; alterum ex fructibus Carrobben expreſſum fluentis plane deſtituta eſt, & fluviolis tantum, ac rivulis, & fontibus parcè admodum undas dulces deprimit, quæ non modo canalium & ſiſtularum ſubterranearum ductu locis aqua indigentibus ſubminiſtrantur, verum tollenonibus & aliis hydraulicis operibus, rotifque ſublatæ per campos diſtantur. Quocunque tempore aër humidus pluvias & imbres excitat, incolæ vaſis & ciſternis aquam deſcendentem colligunt collectamque ad uſum futurum conſervant. Verum tempeſtate ſicca & pluvias aut imbres denegante maxima aquæ penuria exoritur. Totius inſulæ ſolum maxima ex parte mira ſtinguedine, & fertilitate inde exorta, luxuriat, & tamen propter calores nimios perpetuas irrigationes & humectationes deſiderat. His enim ceſſantibus, aut remittentibus, cultores,

Flevra Cereis alto nec quicquam floſtat olympo.

Idcircò, poſtquam aſtivi calores omnem rivorum humiditatem epotarunt, incolæ ex profundè effoſſis & ampliora habentibus puteis, aquam totis, quas equi adjuncti circumagunt, exhaurire, eamque per canales & ſiſtulas in loca ſiticuloſa promovere coguntur. Quamvis verò inſula hæc de ſterilitate nullâ conqueri poſſit, præſertim ubi fodulæ diligentiæ & continui laboris adjumentum accefferit, paſſim tamen deſerta & vacua jacens, ſi ſpatioſum ejus dilatationem inſpicias, debito modo non excolitur, cujus rei culpam partim in *Turcarum* crudelitatem incolæ crudeliter prementem, partim etiam in terræmotus crebriores confert.

Frumentum. Frumenti ſolum feracifſimum eſt: Sationis tempus Octobet menſis ſibi vendicat. Menſe Aprili ſeges maturitatem requiſitam adepta meſſe debita, collectionem fieri jubet. Omnis generis legumina paſſim quoque terræ mandata, ubertimo proventu agricolas locupletant. Vinum, quod hic naſcitur, & copioſum & nobile, ſtomacho maximè conducit, ac plurium annorum decurſu non vincitur, ut ſaporem & bonitatem ſuam amittat, cum 80. annos incorruptum ſervari poſſit. Modice ſumptum etiam ægris prodeſſe dicitur, tantum abeſt ut illis damno eſſe poſſit. Extranéis odor ipſius, antequam ipſi bibendo aſſueti fuerint, aliquo pacto faſtidioſus eſt, propterea quòd in vaſis pice illitis cuſtoditum illam plærasque partim redolere ſoleat.

Fructus, & alia opes. Porrò in hac inſula inveniuntur magnæ & nigræ uvæ paſſæ, quibus *Zibibo* nomen eſt inquilinum: magna item olei copia, & *Carrobes* fructus copioſiſſimus, quem Germani *S. Johannis Panem* cognominant. Creſcit in proceris arboribus foliorum ornatu decoratis, quæ laurinis non admodum diſſimilia, in eo tantum differunt, quod aliquanto latiora, in ſimile acumen non deſinant, & viriditatem ſuam perpetuo conſervent. Apud Græcos huic fructui nomen eſt *Ceratonia*, qui ſiliquis ſuis fabas noſtrates referens, digiti longitudinem aſſequitur, & quandoque etiam partum excedit. Siliquæ tamen duriores & nigriores grato ſuo ſapore palatum mira dulcedine perfundunt, ex quibus ſuccus ab incolis paratus, & cibis commixtus, dici non poteſt, quàm gratum & dulcem iis ſaporem conciliet. Totæ ſtirpes his fructibus concervatæ in maritima ora hinc inde jacent, ut navibus impoſitæ in alias regiones exporterentur. Quantæ autem ubertate hi fructus in hac inſula provenire ſoleant, ex eo conjecturam facilem

Aqua.

Fertilitas.

Minerales, metalla & lapides pretioſi.

Ovet, dine abundantes, caudaliaque adeò longas, latas, & craſſas ſecum trahentes, ut plærumque 12. aut plurium librarum pondus habeant. Majori tamen admiratione dignæ eſſe dicuntur, quam quod emolumentum magnum pariant, ſiquidem pilis potius quam lanâ pellem veſtitum habent, & caro ipſarum ingrato ſapori, quo prædita eſt, fuxdum quoque odorem adjungit. Arietes inveniuntur 7. cornibus frontem ornati, ac pendulam caudam ex tergo demittentes, quæ tres pedes longa, & ferè totidem lata, adeò gravis eſt, ut in paſcua eorum impedimento ſit, & eâ de cauſâ curriculo parvo; cui aries ipſe jungitur, impoſita, facilius quovis eantem ſine obſtaculo ſequatur, quæ alias paſcentem remorari, & multis incommoditatibus ſine hoc medio ſubjicere poſſet. Non autem lanæ, quam non habent, aut carnis, ſed tantum pilorum cauſa oves alantur; pili enim hi cum caprarum pilis commixti tegminibus & tapetibus contexendis adhibentur. Caprarum quoque Capræ. incredibilis multitudo ubique per totam inſulam nutrita pilorum ſuorum textura incolis maximum quæſtum parit; panni enim ex pilis ejuſmodi, opera textorum, parati per totam Europam venales proſtant, O- Feræ, & mnis generis feræ in quibuſvis inſulæ locis ſilveſtribus aves. frequentes alimenta ſua inveſtigant, inter quas non poſtremi ſunt hirci, lepores & cuniculi. Variæ item aves aërem volando tranſeunt, ac in terram ſe dimittunt. Perdicum & coturnicum greges toti in campis & ſilvis habitant: Multæ item columbæ ſilveſtres paſſim reperiuntur. Turtures adeò cicures ſunt, ut in plateis & hortis, imò inter ipſos homines conſpicianture, Magnus item numerus eſt anſerum, anatum, aquilarum, falconum, & ſimilium avium. His accenſetur avicularum quarundam inſignis multitudo, quæ autumni tempore uvarum acinis, lentiſcique granis vefcantur. Earum incredibilis multitudo capta, & acceto ac herbis ſaporem odoremque gratum poſſidentibus condita, oſſiſque ac aliis vaſis impoſita *Venetias* quotannis mittitur, unde per totam *Italiam* tanquam delitiæ, & cupediæ admodum delicatæ ſummo cum lucro diſtrahuntur. In Olympo montezonia quædam animalia, quibus *Lamingæ* nomen eſt, reperiri pehi- *Lamingæ.*

Biblioteca Museo Franz Mayer

bentur. Corpore & caudâ serpentis figuram repræsentant, ac 4. pedibus incedentia cutem possident tanta duritie præditam, ut nullo ferro quantumvis acutissimo lædi possint. Grandi statura, ac longitudine sua equum fere exæquant, & homines deprehensos, atque devoratos in alvum recondunt. Feles Cypri nobilitatis magnitudine longè superiores, capitali odio ab ipsis dissident, atque ut plurimum binæ pugnam incuntes in corpora ipsorum insiliunt, erutisque oculis perniciosa hæc animalia tandem de medio tollunt. Monachi *Græci*, qui in *Olympi* montanis habitacula sua habent, ciusmodi caros animosos nutrire, & ad pugnam cum serpentibus talibus perniciosis alluefactione sedulò instituere solent.

Opes, & Commercia. Insulæ Cypri habitatores *Reip. Veneta* monetam aream parâtes & argenteam lubentiore animo quam *Turcicos* numeros accipiunt. & admittunt. *Syriacos Septentrionales*, & *Medinos* planè respuunt, & ex *Turcica* monetâ parva non nisi *Asperis* utuntur. Abissini salis copiam hodiè non tantam quantam olim in alias regiones transmittunt. *Turcarum* enim socordia & pigritia efficit, ut Salinæ tanta contentione & studio non excultæ, ob negligentem tantum paulatim collabantur, & tantam salis multitudinem amplius non exponant. Miserrima incolarum est conditio. Conscientiæ libertatem Religionisque suæ exercitium unusquisque 20. liberum *Gallicorum* solutione sibi comparare cogitur: *Basse* cum militibus suis redituum annorum quintam partem sibi jure vendicat; reliquas divitias, & facultates per fas & nefas *Turcæ* tumultibus hominibus eripiunt. Oppressiones hæ immanes & indefinentes tandem effecêre, ut incolæ ad *Turcicam* religionem deficere voluerint, sperantes, se hoc medio æquè ac reliqui *Turcæ* jugo tam crudeli, & oppressionibus tam horrendis liberatum iri, quod tamen *Bassa Turcicus* ipsis nullo pacto permittere voluit. Mercatores naves suas in hanc insulam appellentes pannos undulatos & simplices ex caparum pilis connexos, pulverem cyprium fragrantem, aves conditas, *S. Johannis* panem, fœnicum, frumentum, gossipium, & cannabem auferunt.

Mercat.

Vicus. Tota insula à 6. vel 8. *Turcarum* millibus defenditur. Hi in urbibus *Nicosia*, & *Famagusta*, ut & fœmilimo castro *Cerines* habitaculis suis commorantur. Incolæ præter uxores & liberos vigesies octies mille capitum numerum complere dicuntur. Pessimè jam ipsos habet, quod majores *Venetæ Reipublicæ* jugo excusso tyrannidi *Turcicæ* se submiserint, & posteros in tantam servitutem perexpitès egerint. Lubentissimo certè animo promptissimaque contentione, dominio huic tyrannico se subtraherent, si modo aliquo auxilio *Christianos* sibi subventuros sperarent. Ad quod occipiendum nec arma ipsis deessent, nec animus deficeret, utpote qui *Turcis* numero & vitibus longè superiores sunt: si modo *Christiani* mutuis seipsos bellis non consicerent, & *Turcæ* supino otio torpentes summâ tranquillitate frui permitterent.

Religio. Quantum ad Religionem attinet, *Turcæ* suam pro virili propagantes, in publicis templis aut *Mosqueis* exercent, cæterisque extra suam confessionem constitutis, precio redemptam opinionum suarum exercitationem liberam relinquunt. Præter *Mahometistas* illos *Judæorum* etiam nonnulli fidei suæ libertate fruuntur: Cæteri incolæ omnes *Christiani* in varias & diversas sectas dispertiuntur. Sunt enim inter *Græcos Christianos Maronitæ*, *Nestoriani*, *Iacobita*, & *Copitæ*, qui ex *Palæstina* in hanc insulam sedem rerum ac fortunarum suarum transmigrarunt, postquam *Saladinus* Hierosolymis potitus esset. Reliqui sunt *Armenii*, *Georgiani*, & *Christiani Latini*, seu *Romani Catholici*. Cuivis harum religionum Episcopus suus in spiritualibus præest.

Regimen. Postequam *Romanum Imperium* ex fastigio suo summo iterum ad ruinam paulatim properavit, ac tandem in duo imperia dissiluit, *Imperatores Constantinopolitani* in potestate sua insulam hanc retinuerunt, & dubus suis in eam transmissis rerum summam administrandam commiserunt. *Richardus Angliæ Rex* terræ promissæ recuperandæ causa famosissimam in hac loca expeditionem faciens, Ilacum Ducem, qui classem ejus aditu ad insulam hanc prohibere voluit, ex eâ exterminavit, & Templariis possidendam concessit. Sed hi in habitatorum invidiam incurrentes, eam regi restituere coacti sunt, qui *Guy Lusignanum* ex Hierosolymitano regno ejectum in ejus possessionem immisit, regemque *Cypri* constituit; is ipsum verò in regno *Hierosolymitano Sarracenis* iterum erepto confirmavit, & *Hierosolymorum* rex salutari voluit. *Guy Lusignanus Gallus & Cypri Rex* anno 1139. magnam nobilium *Gallorum* catervam ex *Gallia* patriâ eò deduxit; quorum numerus indies accrevit, postquam potestatem multæ urbes *Regno Hierosolymitano* decesserunt, adeò ut ex iis locis, quicunque potuerunt, se in insulam *Cyprum* receperint, quibus *Guy Rex* & posteri ejus bona ac prædia colenda concesserunt, adeò ut insula hæc & populosissima & ditissima evaserit. Regia autem dicti successio per posteros usque ad *Pierrin*, cognomento *Pinguem*, *Petri Regis* filium, descendit, qui *Alexandriam* civitatem in potestatem suam redegit. *Volaterranus* fi fides habenda, *Petri* frater fuit, quem vita sua privasse author ille affirmat, posteaquam, *Alexandria* capta, expeditioneque bellica ad finem perducta, domum redux factus esset. Hic *Pierrin*, sive frater, sive filius fuerit, anno 1372. ære Christianæ, duos *Reges* seu *Consules* Rerumpublicarum duarum tunc temporis potentissimarum, *Venetæ* nimirum, & *Genuensis* ad convivium invitaverat, & utroque de loco superiore in contentionem veniente, *Venetum Genuensi* præposuerat. Hæc contumelia cum *Genuensis* pessimè haberet, tandem conjurationæ facta, Regis vitæ clandestinas insidias struere inceperunt. Verum postquam scelus hoc emanasset, Rex ad maximam iram concitatus, proditores per fenestras ex palatio suo in terram præcipitandos curavit, & omnes reliquos *Genuenses* in insula totâ monte multavit. *Genuensis Respublica* ut ignominiosam hanc maculam sibi insultam vindicta aliqua tingulari deleret, *Petrum Fregosum Domini Fregosi* primi sui Ducis fratrem cum potentissima & instructissima classe copiis militaribus quamplurimis referta, in insulam Cyprum ablegarunt, qui *Iacobum Lusignanum Regis Pierrin* cognatum & tutorem, regnique *Senescballum* cum uxore sua gravida subegit, secumque *Gennam* captivum abduxit. Sed regem ipsum, qui postea sine hæredibus mortem oppetit nullo pacto in potestatem suam, quandiu vixit, redigere poterat. Post Regis *Pierrin* ex hac vita discessum Regni *Cypri* proceres legatos suos *Gennam* miserunt, *Senescballum Iacobum* proximum *Cypri* coronæ successorem repetitum, cui in captivitate constituto uxor *Circa d'Ibelin* interea temporis filium pepererat, *Iano* nomine infignitum à *Republica Genuensi*, quæ in hæc appellatione *Gennam* urbem, Latino idiomate *Ianuam* appellatam, respexisse dicitur, ut *Volaterranus* memoriæ prodidit. Legati petitionis *suæ* compotes facti cum *Iacobo Rege* ejusque uxore, & filio captivitate sua liberatis, & Genuâ honestè dimissis in *Cyprum* reverti sunt, ubi *Cypri*, *Hierosolymorum*, & Armeniæ rex proclamatus & coronatus est. *Genuenses* tamen majorii securitatis causâ *Famagustam* urbem quam in expeditione sub *Petro Fregoso* sui juris fecerant, in potestate sua retinuerunt. *Ianus Iacobi* filius & Successor filium genuerat eodem nomine appellatum, quem *Melichella* Ægypti *Sultanus* bello superatum & comprehensum diu in captivitate detinuit, donec *Podocathar* in *Cypro* nobili stemmate oriundus, qui omnia sua bona vendiderat, pecuniamque contractam corraserat, soluto precio ipsum ex captivitate redemptum pristinæ libertati restituit. Ea tamen conditione integrum sumen dimissis est, ut *Sultano* ac posteris suis annuum tributum pensitaret, quod suo ac posterorum suorum nomine in se recepit. Hunc fuerunt duo liberi, *Agnes* filia, quæ *Ludovico Sabaudiæ* Duci in matrimonium

nium data est, & *Johannes* filius, qui post patris obitum in Regno successit, ac ad secundas nuptias descendens *Helenam Palæologam Theodori Morex* despotæ, ac *Iohannis Palæologi Imperatoris Constantinopolitani* fratris filiam uxorem duxit. Magni animi, & subtilis ingenii fœmina ex mariti sui ineptâ segnitie animum regiminis ad se trahendi arripiens, omnia ex lubitu suo disposuit, & omnes ferè Latinas ceremonias, & leges Ecclesiasticas abrogavit, ac in earum locum Græcæ Ecclesiæ ritus introduxit. Peperit autem marito suo *Iohanni* unicam filiam, cui *Charlotta* nomen impositum fuit. Matrimonio hoc honesto non contento *Iohannes* Rex, de voluptuosibus suis quàm de regimine plus laboravit, atque ex pellice quadam filium suscepit *Iachum* nomine, qui pulchritudine & civilitate sua hominum benevolentiæ sè insinuare noverat, ac præterea acuto ac versipelli ingenio præditus erat. Ei Archiepiscopatus in insula *Cypro*, regendi provincia demandabatur. *Charlotta* primo matrimonio *Iohanni Lusitaniæ* regis filio nupsit, qui hac occasione *Cypri* Rex factus, de Religionis Græcæ in Latinam mutatione multum laboravit, adeò ut in Reginæ ac subditorum odium incurrent, uxoris suæ iusta truciditus fuerit. Secundis nuptiis matrimonio sibi junxit *Ludovicum Sabaudum*, *Ludovici* cognati sui filium. *Iacobus* filius nothus post obitum *Iohannis* patris cui cucullum exemplò deposuit, & bonam regni portionem sibi submisit, quem tamen *Ludovicum* alter *Charlotta* maritus ferrum ex regno ejecit. Exterminatus itaque fuga se ad Sultanum in Ægypto imperii clavum tenentem recepit. à quo infigni exercitu auxiliari instructus in *Cyprum* rediit, regnum totum recuperavit, & *Genuensibus* ipsam civitatem *Famagustam* eripuit. Ut autem possessionem suam certiorem redderet ac magis stabiliret, *Reipublicæ Venetæ* auxiliares vires ambiens, *Catharinam Marci Cornari*, nobilis apud *Venetos* celeberrimi, filiam matrimonii vinculo sibi adfociavit, quæ ipsi tanquam ipsius *Reipublicæ* filia à *Senatu Veneto* transmissa est. Tandem morte occumbens *Catharinam* uxorem suam prægnantem reliquit. Quæ postea filium posthumum enixa, regno quidem successorem tradidit, verum biennii spacio præterito, eodem vita fungdo, iterum orbata est. Marito itaque destituta vidua *Catharina*, & filio suo dilectissimo orba, tanti verò regni hæres facta, jus suum in *Venetam Rempublicam* transtulit, ac ex *Cypro Venetias* profecta anno 1489. magnificè excepta est à *Republica Veneta*, quæ ipsam *Asolo* civitate in *Marchionatu Trevisano* sita donavit, ubi etiam mortua est. *Volaterranus* refert, *Venetos* anno 1470. Cypri regnum dominio suo adjecisse. *Magninus* 2. adhuc annis dicto numero additis anno 1473. hoc factum esse contendit. *Charlotta* in exilio constituta *Romam* ad *Pontificem* dictum se contulit, ut auxilio ejus adjuta regni sui iterum compos fieri posset, verum nihil impetravit, nisi pecuniæ summam aliquam sustentationi suæ quotidianæ necessariam. Itaque de rebus suis in *Europa* redintegrandis planè desperans, in *Africam* ad *Ægypti Sultanum* profectionem suscepit, ubi postquam triennium totum irrito conatu consumpsisset, *Romam* reversa est, & à *Pontifice Romano* obtinuit, ut cum quibusdam fœminis & virginibus, quas in comitatu suo habuit, usque ad obitum suum necessaria alimentis sustentata fuerit. Ab eo tempore *Venetæ Reipublicæ* regnum *Cypri* hæreditate ad se devolutum in possessione sua habuit, donec anno 1570. *Selimus*, *Turcarum Imperator*, classe instructissima exercitum validissimum in *Cyprum* trajecit, *Nicosiamque* urbem 24. Junii obsidione gravi cinxit, ac 8. Septembris ejusdem anni jugo suo subjecit. Eandem fortunam experta est etiam *Cerina* fortalitium fortissimum, quod certis conditionibus mox post *Nicosiam* captam ipsi tradituri est. *Famagusta* autem mense Julio anni 1571. potiens est, postquam illam ducentos mille militibus cinctam gravidima obsidione presserat.

SYRIA, Turcica Provincia, cum litoribus Golfo di Satalia

Sinus undas cohibentibus.

SYRIA. SYRIA Italico idiomate *Soria* vel *Suria* appellari consuevit: Turcæ enim *Suriam* nomine notant. Litus latum à finibus, ponè *Golfo di Laiazzo* finum, Archoum cœli partem infœstantibus, in Meridionalem cœli plagam usque ad *Castel Pelegrine* vel *Castello des Peleries* castellum promittig. In ea autem loca commemorationem aliquam merentia sequenti illustratione in medium producemus.

Alexandretta. *Alexandrette* à *Turcis Scanderona* nomine insignitur, & ab *Alexandria Ægypti* civitate celeberrima, quæ ipsis *Scanderia* dicitur, appellatione eadem distinguunt. Sedem fuam locavit in margine *Golfo del Ajazzo* sinus, qui ab eâ *Golfo di Alexandrette* vel *di Scanderona* etiam dici solet. In medio paludosi loci commorans proximè ad æquor accedit, ac vilis locus esse videtur, quanquam navigationibus crebeis invisitur. A litore ipsius aliquantum remotiore in terra duo castra in oculos incurrunt, quorum unum albo colore splendescens noviter excitatum est; alterum verò partim collapsis, partim ruinam minitantibus muris vetustatem suam testatur. *Venetî* & aliarum nationum *Europæarum* mercatores ostio fluvioli cujusdam quasi novam urbem adjunxerunt, quæ ab antiqua urbe *Alexandretta* in ruinis suis jacente, quasi 2. milliarium secessu separata est. Ædes omnes, 2. aut 3. lapideis exceptis, ex lignis combinatæ & constructæ sunt, imò multæ etiam ex arborum ramis viti & dissolutæ connexione conjunguntur, ac ægrè inquilinos à cœli inclementiâ defendunt. Flaviolus, aut rivi nomine dignior alveolus, aquam nigram, & valeudini officientem per oppidulum fectum vehit. Quâ se litus ab *Alexandretta* in Septentrionem protipit, adhuc duæ urbeculæ in conspectu sunt; Proximæ *Aiazzo* nomen est, remotior *Bajazza* nomine appellari gaudet. *Capo de Forces*, *Golfo di Scandorette*, vel *Scandrona*, & extremitas est meridionalis, & *Golfo di Antiochia* Finus finitimi apex Borealis. Etenim inter duo æstuaria ex litore in pelagus procursans hoc promontorium utriusque sinus conjunctionem impedit, ejusque extima cuspis à latere Boreali adnavigantibus rostri porcini figurâ se in oculos infert, unde Itali nautæ nominis dicti *Capo de Porcos* imponendi occasionem aucupati sunt. Interius in terrâ, à litoris tergo, 2. aut 3. montes excelsos, fines ferici cujusdam montosæ ulterius versus interiores hujus regni partes ingredientis, ostentat, & nomine *Monte Negro* designat. Ad latus meridianum ifforum Borgeuale *Soldin* vel *Soldina* vicus *Golfo di Antiochia* margini è regione apicis, quem Cyprus insula in Orientali aeris regione obtrudit, assidet. *Antiochia* civitas situm suum habet supra exitum fluvii *Orontis*, qui diversis nominibus à diversis nominari traditur: *Turfar* etiam, *Fer*, *Fir*, *Orons Farfaro*, *Aff* & *Elosi* vel *Asser* appellationes inveniuntur. Ex *Bacalbalbec* regionis vitioribus haud magno à *Libano* monte interfitio ejuctatus, infix *Antiochiam* in *Golfo di Antiochia* finum æquas fuas pelago colligendas tradit. Civitas hæc hodierno die inter *Turcas* & *Arabes* nominibus *Antac*, *Tachia*, vel *Antachia* ab aliis dignoscitur, ac olim totius *Syriæ* metropolis in florentissimo, & opulentissimo statu constituta fuit. Partim montis devexitati inhærens, partim verò planicici impolita circuita suo quondam 7. passuum milia dimetiente, muroremque ambitu maximam splendidissimarum

Cypo de Porcos

Antiochia.

Biblioteca Museo Franz Mayer

ædium multitudinem, & duos excelsissimos montes intercurrentis fluvii alveo segregatos, ut & 366. templa Christiana circumplectebatur. Excelsioris montis vertex castello muris collapsis, ruderibusque suis versustatis suæ indicia faciente onustus est. Hodierna civitatis facies lacera, & ruinis fœdata antiquum splendorem luget, humanarumque rerum inconstantiam prodit. Latus campo plano objacens 5. portis, ex quibus 3. signo crucis signatas summitates habent, aperitur, & clauditur. Porta recto intuitu ortum respicit, & dicitur. Porta recto intuitu ortum respicit, & dicitur. Porta recto intuitu ortum respicit, & dicit

rara solum humectant, & fertilitati ejusdem multum adjumenti afferunt. Ut quidam autumant, fons aquæ vivæ, cujus *Salomon* Rex in Cantico canticorum
Fertilitas. tot vicibus mentionem facit. Ex hoc pauca de aquis sufficiant. Videamus jam quam feracitatem hæc regio jactare possit. Solum tantam pinguedinem ex Naturæ matris gremio benefico deprompsit, ut rosæ, ruta, fœniculum, salvia, glycyrrhiza, & plures aliæ herbæ ac radices insignes sine ulla cultura spontaneæ & cinyssiæ virescant. Tota vero hæc regio in duas portiones divisione facta dispescitur. Una maritima montibus, & collibus crebrioribus distinguitur, ac mirabili fertilitatis luxuriâ fructus prodit. Altera vero remotiore in ortum discessu à mari seipsam segregans, pluribus sterilibus & incultis campis atque desertis fertet. Cœlesyria provincia, quæ *Turcarum* est *Bacalbeller*, depressam, ac æqualem suam planitiem opimis & feracibus campis affluentem, montibus jugæ excelsa in aërem introdentibus circumvallat. *Cimagena*, quæ hodierno tempore *Acare* appellatione vestitur, est quidem montosa regio, sed feracitate suâ omnem proferendorum fructuum tarditatem excludit. Plaga terrestris *Damasco* urbem circumplexu suo prehendent, frumento, vino, & omni fructuum genere circumfluit, quamvis sicca & macra exstat; defectui enim hanc indefessa incolarum industria continuis aquarum irrigationibus medetur. Campus *Bessel* ubi confinia sua expansione se explicat; & omnis generis herbis vestitus, amœnissimam faciem exhibet, ac sesamum & gossipium uberrimo proventu edit. Nonnulli ea opinione imbuti sunt, hunc agrum Sabæum campum esse. Totus tractus *Hemam* urbem circumgrediens, quamplurimis collibus & vallibus amœnis, & jucundis distinctus, vinum nobilissimum, uvæ alba admodum delicata, ficus saporis optimi, frumentum optimum, gossipium prolixo, & largo proventu largitur, herbisque pulcherrimis arboribusque variis confertus est. Huic proxime succedit *Aleppo* urbem circundans ager, cui *Arega* & *Euphrates* fluvii continuis undarum suarum humectationibus admirabilem in ferendis fructibus promptitudinem conciliant, adeò ut dicta civitas innumerabilibus arbustis & hortis omnigenos fructus & olera copiosè suppeditantibus undique circumvallata sit. *Emesa* civitas territorium exhibet fertilissimum juxta atque cultissimum, in quo albæ & nigræ mori infinita multitudine crescentes serico copiosissimo conficiendo occasionem opimam præbent. *Antiochia* vallem possidet pascuis & pratis lætissimis pastionem admodum opimam offerentem. *Palmyreno* regio ab *Hebræis Tedon* nuncupata, incolisque hodierno tempore *Ardon* dicta, palmis multis agrestibus aut feris abundat, utpote cujus ager ferè totus ejusmodi arboribus obductus est. Quæ terra *Palmyren* urbem ambitu suo circumcursat, maxima opimitate & fertilitate sola excellit in territorio, à quo multis campis *arenosis* & sterilibus circumcluditur: unde fit, ut solus hic locus in tractu hoc grandiore fertilitatis laudem obtineat. *Alexandretta* in agro commoratur admodum sterili, & cultura ferè omnis nescio, & tamen nullo unquam tempore annonæ defectu aut caristiæ premitur, navigationis beneficio necessariis rebus omnibus instructa, cui mare etiam piscium largam copiam sufficit, & *Asazza*, in *Caramania* finibus vicina civitas, carnem, frumentum, legumina, & quæ vis alia sustentationis humanæ requisita, magno numero imperit. Vinum raras & caritas ex Cypro aliisque locis advehatur necesse est. Quamquam vero *Syria* tota fertilitatis gloria tanta fe effert, tepenumero tamen usu venit, ut in annonæ difficultatem incidat, & ferum diversarum caritate vexetur, cujus rei culpa in habitatorum socordiam, & segnitiem transferenda, cum ad otium propensissimi agriculturam præ aliis nationibus maximè contemnant, & pro nihilo ducant. Idcirco per totam *Syriam* quam plurima loca, & campi inculti & neglecti, incolarum ad desidiam pro-

clivitatem præfaciunt; & vici ac pagi haud pauci habitatoribus planè destituti, eidem rei testimonio suo suffragantur. Cæterum regio hæc pulchra universalem hanc matri Naturæ dotem acceptam fert, quod frumento & omnis generis fructibus ubique affluat, & cumprimis in agro *Damascæno* frumenti proventu miro luxuriet. Fructus communes & copiosi sunt mala cydonia, amygdala, olivæ, poma, pira, cerasa, uvæ, ac similes alii. *Damascum* civitatem ager dimidii milliaris latitudine amboens, vel etiam majore spatio extra eam se dilatans vinetisq; constratus, sylvam quandam grandem repræsentat, & circumcirca albis & nigris popalis, salicibus & aliis arboribus circumsepitur. Vitis pinguiora optimo suo sapore ad bibendum homines allegniora optimo suo sapore ad bibendum homines allegniora chant, & stomacho ac valetudini modicè sumpta salutem in modum profunt. Totius anni tempore in urbe Damasco uvæ recentes venales prostant. Æthiopes acinos uvarum idiomate suo *Zibeb*, vel *Zibelen* vocant. Ab urbe *Hemam* ad *Aleppo* civitatem inter faciendibus infinitæ terebinthi in via occurrunt. Messis tempus per totam *Syriam* ut plurimum in Aprilis mensis finem, aut Maji exordium incidit. Frumenti grana flagellis non excutiuntur, sed à bobus, & bubulis calcando & triturando, ex spicis & folliculis suis ejiciuntur. Fructus porro frequentissimi sunt meloues, citrulli, cucumeres, amygdala agrestia aut silvestria, pruna, sebestena, pistachia, quæ Arabes, & Æthiopes inquilini *Fistuc*, vel *Fostuc* cognominant. Item mala citria, aurea, pupica, dulcia pariter & acetosa, *Carrenben*, sive *S. Johannis panis*, & multorum aliorum fructuum genera nobis incognita. Pari illa *Syria*, quæ veterum est *Phœnicia*, ubique in colles vallibus amœnis disjunctos surgit, & fertilitatis nomine naturam parcitatis nullo pacto insimulare potest, sed de incolarum suorum desidia otiosa & inerti, cujus culpa diversi campi & agri passim negligi sterilescunt, queritoniam jusiam indicunt. Intercapedo ab urbe *Acra* usque ad alteram cui *Gaza* nomen, proficiscens ferè tota arenis consternitur. Ager *Tripolitanus* facili negotio fertilitatem suam exuerer, si ea curâ & diligentia à *Turcis*, & *Arabibus*, aut *Æthiopibus* excoleretur, quâ quidem *Christiani* in *Libani* montanis domicilia sua habentes, in agrorum & camporum suorum culturam incumbunt. *Tyrus* civitas in territorio sinum suum nacta est, quod amœnitate & fertilitate cum cunctis cæteris totius Syriæ regionibus certamen instituit. Partem enim plures colles feracissimos, partim verò æquali planicie longius & explicantem, & amœnissima ac perpetua viriditate in oculos incurrentem, & maximâ tamen ex parte desertum tractum possidet. *Acre* campo plano & fertilitate magna in Orientem procurrente fruitur: sed latus *Gazam* tendens multis apenis refertum dimittit. *Seruti* civitas distinctum nacta est, qui inter omnes exteros non solum *Syrias*, sed etiam totius *Asiæ* plurimorum judicio, & fertilitate & amœnitate primas tenet. Ager qui propter *Tripoli* urbem 5. mill. longitudinem secundum maris extremitatem prolatat, ac latitudine ad montis *Libani* radicem properante 3. mill. metitur, germinando arbores emittit varias, vicesimirum uvarum copiarum & copiosarum matres fœcundissimas, moros foliis infinitam bombycum copiam nutrientes, olivas, malos punicas, citrias, aureas, ficus, & alias plures, inter quas frumentum ubique copiosissimum enascitur. Ex omnibus fructibus unus est haud vulgaris, & nobis hactenus incognitus, quem *Michemin* nomine habitatores exornant; ac mensibus Junio & Julio magnâ palati delectatione comedunt. Figurâ quidem ad malorum nostrorum Armeniorum similitudinem proximè accedit, sed saporis jucunditate & bonitate ipsis longè superior est. Alius item fructus nostratibus, malis Armeniis etiam non admodum dissimilis figura, sed sapore inferior, ab incolis *Amazza Franchi*, id est *Francorum mors* ea occasione nuncupati folet, quod *Galli Italo*, aliisque nationibus, quas omnes *Turca* uno nomine *Franchi* intelligunt, ut plurimum solenne sit tanta hujus fructus copiâ

copiâ ventrem saburrare, ut aut dysenteriâ correpti, aut pestilente aliqua febri oppressi, postquam haud multis diebus morborum horum aliquo afflicti sunt, mortem opperant. Est etiam circa Tripoli urbem & in locis confinibus *Kali* herbæ proventus copiosissimus. Hanc incolæ maxima multitudine colligunt, collectamque incendio in cineres redigunt, *Venetiisque* mercatoribus vendunt, qui in vitris conflandis & smegmate coagulando, eos in usum adhibent. Herbæ hortenses, & olera sativa ac culinaria, ut & illa simplicia, quæ ad valetudinem aut conservandam aut recuperandam Medicinæ cultoribus inserviunt, in omnibus *Syriæ* distinctibus frequentia offenduntur: Præcipuæ autem herbæ, semina, & radices sunt Cichoreæ, brassicæ variæ species, lactucarum diversa genera, rapa, siser, raphanus, allium, asparagus, fœniculum, spinachium, cardous sativus, & innumeræ aliæ. Circa Damascum urbem rosæ sunt odorem spirantes fragrantissimum, qui moschum redolet. Cannabis & gossipium magna multitudine per totam *Syriam* seritur. Animalia: Animalia quæ in provincia hâc prolixa, partim cicura ab incolis nutriuntur, partim fera nutrimentum suum in sylvis & aliis locis investigant, sunt boves, vaccæ, bubali, capræ, oves, vervices adeò pingues, & grandes, ut quandoque inveniantur, qui ducentarum librarum pondus, & caudam unam longitudine æquantem, ac ut plurimum 12. librarum pondere ostentiam habent, cameli, dromedarii, equi, onagri, aut asini sylvestres, ex quorum pellibus pellices pulchræ & chirotecæ elegantes conficiuntur, apri, hirci, corvi, lepores, perdices, coturnices, & turtures. In *Antiochia* urbis valle palus est, quam onocrotali, & ciconiæ plurimæ frequentant. Cum mercaturæ exercitio totam hanc provinciam pervadente ità comparatum est: Monetæ aures in cunctis territoriis eodem valore communis inter *Turcas* nomine *Alumber* innotuit. *Æthiopes & Arabes* nomine *Dahab* designant, *Italorum* appellatione *Zecchini* designant. Ducatus est *Turcicus* aut *Arabicus*, *Turcicè* aut *Arabicè* inscriptione notatus, qualis multi in *Europa* videntur, & inter *Christianos* etiam eodem cum Ducatis nostratibus precio conveniunt, & usurpantur. Quidam eos cum solari coronato convenire ajunt; alii 11. *Hispanicis Reals* æquivalere putant. Argenteæ monetæ sunt *Sajat*, vel *Xais*, cujus pretium in urbe Aleppo 40. *Stoferis Hollandicis* respondet, vel *Hispanica* monetæ, quæ *Real van ocho* vocatur, id est, octo partibus constanti *Reals*, quatuor partium quarvis sex stuferos valet: Ferè idem cum Imperiali, quæ moneta in Hollandia quinquaginta stuferos exæquat, precium habet: *Maidin* unum *Asperum* cum dimidio valet, & cum Hollandico stufeco in pretio & valore convenit. *Asper Turcicus* etiam est moneta argento constans, & à *Turcis Osman*, ab *Arabibus* verò & *Æthiopibus Armenie* dicitur. 12. cum *Venetis* libra idem pretium constituunt, id est 7. stuferis & sex nummis *Gallice* monetæ æquivalent. *Europæorum* monetæ nonnullæ etiam in Syria locum inveniunt, & usitatæ sunt, *Zequini* nimirum aut Ducati *Venetî*, Imperiales, qui in *Germania* & *Hollandia* cudantur, & *Reales Hispanici*, quæ monetæ omnes argenteæ eodem apud incolas præcio æstimantur, & sexaginta quinque *Maidin* valent, adeò ut imperialis unus cum dimidio eundem cum *Soltanino* aut *Turcico Ducato* valorem obtineat. Ea de causa nautæ ex Belgio multos imperiales secum advehunt, qui frequentiores in his oris conspiciuntur, quàm Ducati *Venetî*, quos pretium *Venetiis*, quàm in *Syria* majus est. Ex Cupro conflatæ monetæ sunt *Zolbia*, *Maugere*, *Dire*, & *Nocer*. Sex *Nuccar* confibia, *Maugere*, *Dire*, & *Nocer*. Sex *Nuccar* confibiunt unum *Maidin*. Unus *Nuccar* duos *Dire*, & hic unum *Maidin*. Unus *Nuccar* duos *Dire*, & hic nummus duos *Zolbia* complectitur. Sex *Maugeres* unum *Asper* valent. Unus *Maidin* Cairo Ægypti urbis monetæ duobus *Syriacis Maidin* æquiparatur. Monetæ tamen *Turcarum* argenteæ eo pacto adulteratæ sunt, ut à mercatoribus ipsis rei monetariæ peritissimis adulterati ejusmodi nummi, & improbæ monetæ à veris & genuinis difficulter admodum dignosci queant. Negotiationis frequentatio totam quidem Syriam peragrat, *sed in urbe Aleppo* præ cæteris maximè viget, cum in eam ferè ex omnibus mundi partibus infinita & mercatorum, & mercimoniorum multitudo quotannis confluat, & pretiosæ admodum merces, lapides nimirum pretiosi, aromata, & sericum convehantur, ac postea inde iterum expectentur. Videre ibi licet *Persas* communi nomine *Agiamis* inter incolas cognitos, *Chaldæos*, *Armenios*, quibus *Giuffalin* nomen vulgare est, *Curdistanos*, *Caramanos*, *Turcomanos*, *Georgianos*, *Ægyptios*, *Arabas*, *Æthiopes* & plures alias nationes. *Asiaticas* pariter & *Africanas*. Ex Europâ vero *Graecos*, *Gallos*, *Mar silienses* præcipuè *Catalanos*, *Siculos*, *Genuenses*, *Anglos*, *Germanos*, *Belgas*, *Venetos*, & plures alias gentes, quas mercaturæ studium convocat. Ex Orientalibus regionibus advectæ merces sunt Piper longum Syriacum, Piper Indicum, zinzibet, nuces myristicæ, macis, caryophylla, cinnamomum, myrrha, spica nardi, radix China, lignum Guajacum, lignum aloës, thabarbara, cassia, turbith, scammonea, opoponax, benjoin, aloës epatica & succotrina, mopechus, ambra grisea, tutia, sal ammoniacus, manna ex Libani montibus, galanga, indigo, opium, tamarindi, camphora, myrobalana omnia, porcelana, seu vasa *Chinensia*, margaritæ, adamantes, rubini, smaragdi, sapphyri, jaspides *Turcica*, & lapis *Bezoar*, Turcis *Pazar* dictus, qui viridi colore aliquantum ad nigredinem accedente splendet. Ex *Persia* mannæ cujusdam species *Transibibal* nomine adfertur. *Damascus* urbs transmittit omnigenos pannos ex serico textrili opere confectos. *Caramania* coriorum caudunicorum diversis coloribus infectorum, pannorum, filorum ex gossipio ductorum, ut & pannorum ex serico solo, aut etiam serico aureis filis commixto contextorum copiam subministrat. *Syria Persia* & *Cairo* civitas tapetes elegantes magno numero suppeditat. *Syria* multos pannos undulatos, & cinetes smegmati elaborando aptos advehit. In *Syria* locis montanis herba nascitur, cui *Schine* cognomen competit; aliis *Kali* dicitur. Incendio fortissimo in diurnum quasi lapidem convertitur. Magnum commerciorum exercitationi augmentum addit, perinde ut in *Germania*, & *Belgio* duplex cinerum clavellatorum genus *vierdaghse* & *potaghse*, haud parvæ negotiationis occasio exsistit. Ex *Europa* in urbem *Aleppo* tàm maritimo quàm pedestri itinere, veniunt panni ex serico, & holoserico textorum labore consarcinati, panni cocco tincti, omnigeni panni lanei omnis generis coloribus picti, plumbum, ferrum, stannum, mineralia multa, ac diversa, coralia, multa ac varia pellicea opera, pelles ex martibus vulgaribus, & *Sepibicis* patatæ, Ducati *Hispanici* & *Pogortici*, Imperiales *Hollandici*, Reales *Hispanici*, & similes *Christianorum* monetæ, quas recipere neutiquam recusant, & suis nummis aureis & argenteis longè præponunt, quamvis cruce signatæ sint, aut principum *Christianorum* effigies repræsentent, & præterea legibus ipsorum prohibitæ sint. Suos enim nummos aureos & argenteos non accipiunt, nisi prius eos ad pondus examinaverint; imò de acceptis adhuc valde ambigunt, num probi & nullo fucco corrupti sint. Europæas autem monetas sine ulla suspicione admittunt, cum de bonitate earum neutiquam dubitent, imò sæpe quartam aut tertiam precii, quo merces suas æstimarunt & venum exposuerunt, partem remittant, & mercimonia sua eò viliori precio vendunt, quando scilicet, illud *Europæa* pecunia solutum iri. *Venetis* mercaturæ quam in hac urbe exercent, exercitium quotannis uno & dimidio millione constat. *Galli* mercibus codemen-dis quovis anno octingenta Ducatorum millia impendunt. *Anglorum* negotiatio annua in dicta civi-

Biblioteca Museo Franz Mayer

tate exercitata, per centies mille ducatis redimitur. *Beiga* centum & quinquaginta ducatorum millia eorundem commerciorum exercitio consumunt. Hæc ex vulgari suppositione nota sunt, atque uno anno quandoque excedere, altero verò minuti possunt. Negotiationi autem hinc promovendæ & excolendæ naves *Venetæ* 4. aut 5. 2. aut 3. *Anglicæ*, & plus quàm 20. *Gallicæ* quotannis *Alexandretta* portum visitantes inservuint. Hic avo hoc nostro inter omnia *Syriæ* navalia primas tenet, quandoquidem omnes naves ex occasu per mare Mediterraneum in *Syriam* vela facientes, in hac statione anchoras demittunt, & merces camelis ex urbe *Aleppo* advectas navibus suis imponunt, aut quas ipsæ advexerunt, exponunt, ut camelis impositæ ad urbem *Aleppo* triduo itinere distantem deferantur. Sumptus annui ad iter hoc inter *Aleppo* & *Tripolim* necessarii requisiti, 8. vel 10. millium ducatorum numerum attingere perhibentur. *Damasci* urbis incolæ magnam pecuniæ vim cogunt ex Damascenis & sericis suis pannis, tapetibus, telis gossipinis admodum subtilibus, prunis Syriæ optimo excellentibus, alba, & rubra aqua rosea, quæ non pondere sed mensura venditur, arcubus, armis, acinacibus & gladiis, qui tanti fiunt, & adeò cari sunt, ut unus quidem centum aut pluribus coronatis redimi soleat; ferrum, seu chalybem singulari artificio & temperatura ad eam duritiem redigere norunt, ut acinace aut gladio ejusmodi galea ferrea, aut caleeus equi ferreus uno ictu dissecari possit. Ut negotiationem hanc ex nimia prolixitate in compendium coarctemus, multis aliis rebus silentio involutis, hoc unum adhuc addamus, quod Damasci urbis incolæ mercium & bonorum suorum occasione opes & divitias amplissimas consequantur.

PALÆSTINÆ TURCICÆ PROVINCIÆ

Margo sinus Golfo di Satalia fluctus illisos reprimens.

PALÆSTINA.

PALÆSTINA sive Terra Promissa marginis sui pelago illiso obsitientis initium repetit à *Castel Pelegrine* castro, quod ab *Arabibus*, & *Æthiopibus Tortora* nomen impositum adeptum est; atque ibi eundem finit, ubi *Capo Gallo* promontorium *Ægyptii* litoris initio præfixum est. *Cæsarea* aliquando magnifica potentia & opibus florens spacium pedibus occupavit, quod ex spacioso murorum collapsorum, & cadaver urbis reliquum concludentium ambitu facile colligitur. Nihil in ea, quod integrum esset, vetustas reliquum fecit. In cavernis quibusdam & fornicatis cellis Æthiopes pauci habitant. Portus quidem apertus quasvis naves admittit, sed castro cuidam scopuli aut cautis vertici immisso securitatem suam committit. *Iaffa* tempore antiquorum populosa & potens civitas, splendorem suum temporis hoc cessu amissum in taxorem & lapidum acervos egressum offendit, ac præter speluncas aliquot, & 2. aut 3. structuras fornicatas nil habet, quo magnificentiam suam pristinam arguere posset. Nomina ejus inter *Italos* usitata sunt *Iaffo*, vel *Zaffo*; *Arabibus* & *Arabibus* similiter est. Portus defensionem turres 2. suscipiunt. Totum litus Boreale à *Iaffa* civitate usque ad *C. Carmel* promontorium, seu montis *Carmel* apicem undis æquoreis intinctum præcipiti & scopulosâ ortâ provolvitur, & fundo maris præruptum, quod ad Schopeti seu Mustaperæ ictum ab ipsâ litoris extremitate, & quibusdam in locis adhuc propius, 15. vel 16. orgyas sub aquarum cumulo latitare & multo limo contectum esse dicitur. *Castel Peranda* castrum in proxima *Iaffa* civitatis vicinia se conspiciendum exhibet. *Scalona* mœnibus suis cincta, & integra manfit, ac *Scalona* vulgare nomen habet. Multæ in ea columnæ marmoreæ, reliquiæ sunt splendidissimi alicujus templi Christiani, quod hoc in loco olim constructum fuit. *Gaxara*, *Gazer*, *Gazara*, vel *Gazere* à Syris *Azan* cognomine ornatur, *Hierosolymis* duplo major esse perhibetur, & situm suum inter duos colles interserut. Plurimis cavernis, fornicatis ædificiis, & cisternis amplitudinem suam antiquam testatur. Supereste adhuc dicuntur muri, & parietes collapsi, qui palarium à Samsone illo fortissimo & robustissimo cum Philistæis dirutum & in terram deturbatum sustinuerunt. Columnæ reliquas paucis ab hinc annis *Bassa Turcicus* auferendas, & in palatium suum, quod pulcherrimis hortis, & fontibus quàm dulcem ex fistulis elegantissimis exiliemem, emittentibus exornatur, transferendas curavit. In propinquo cernere est cadum seu fiso rotundum figuram exhibens, in quo non semel tæ solum multæ, verum & foramina copiosa ejaculandis globis tormentariis apta patent. Portæ Orientali obversum est. Pulcherrimum *S. Iohannis* templum augustissimo splendore coruscans Turcæ in idololatriæ suæ usum converterunt. A margine continentis *Gazæ* confinia præstructo, & cæteris *Ægypti* litoribus proximis aquæ cursus nonnullis temporibus ex meridie in eras *Iaffa* proximas atque ulteriùs in Septentrionem impetu & violentia vehementi propellantur, ac in prætercurrentes aquas alii fluctus ex occasu irruentes iterum vi grandi illidantur, ut naves nonnunquam vehementer jactatæ, modo in unum modo in alterum latus procumbant, & periculo haud parvo expositæ providentiam ac cautionem accuratam naucleris & locis navalibus commendent. Reliqua in litore loca sunt *Damor*, *Cassa Golfo de Larissa* marin Sinus, & *Capo Gallo* promontorium, atque hujus litoris terminus.

Cæsarea.

Iaffa.

Castel Peranda. Scalona.

Gazara.

Hujus regionis litora ad ejusdem partem illam pertinent, quæ olim *Iudea*, sive terra *Iudaica* appellari solita fuit. Quamvis autem cum *Iudea* natura & qualitate ita comparatum sit, ut magno calore uratur, aër tamen *Gazæ* civitatis territorium perflabilans, frigiditate sua efficit, ut fructus ibidem feriis quam alibi maturescant. Ex calore regionis universali hoc incommodum oritur, ut pluviæ raniores eam humectent; Circa annum 1598. & sequenti pluviam, aut humiditatem ex aëre decidentem, nullam incolæ 20. mensium spacio animadverterunt. Tota tamen regionis superficies nullius fertilitatis expers est, etiamsi deserta jaceat, & maximâ ex parte non colatur. Cum cæteris enim regionibus *Turcarum* imperio subjectis incolarum sscordiam & laboris contemptum accusat. *Hierosolyma* in tractu sita est, qui multis in locis lapidibus & saxis confertus, vinearum & olivetorum cultui multo aptior est, quàm frumento ferendo, quod hic vino & oleo rarius est, ac horum dispendium proventui largo minimè respondet. *Iaffa* districtus pinguedine terrestri optimus culturâ debitâ ad fertilitatem deducitur. Campi gossipio uberrimè repleti passim reperiuntur. Scatent etiam *Anguriis* fructu rotundo, & capitis humani magnitudinem exæquante, ac cortice viridi tecto, cujus interior medulla rubeo colore imbuta est. Succus frigidiore sua qualitate vires calore nimio debilitatas refocillat, & sitim sedat. Idcircò hic fructus plurimi fit, & ægrotis æstu & siti vexatis magnum solatium affert. Sacchari cannæ ibidem in agris luxuriosè crescunt. Via quæ *Rama Hierosolymam* tendit, montana loca perambulat, in quibus totæ silvæ arboribus diversis, Carrouliga nitentibus, lentiscis, terebinthis, palmis, moris albis fructus ferentibus, aliisque similibus consitæ offendiuntur. Solum verò *Ramam* urbem circumcurrens fertilissimam naturæ benignæ donatrici qualitatem

item debet. In frumento enim ferendo promptissimam, hordei, leguminum, vini, & olei proventu copiosissimo cultorum labores compensat. *Gaza* civitas in terra luxuriantem suam fertilitatem diversorum fructuum, ficuum puta, jujubarum, malorum punicorum, & vini admodum nobilis productione prodeunte locata est. Quæ ora terrestris *Bethlehemum* circumsedet, albedine sua cretæ colorem niveum in certamen provocat, & in vinetis ac olivetis nutriendis maniere suo fungitur; sed aquæ penuriam queritur, utpote quæ rivis & fontibus destituta, aquam cisternis & puteis colligere debet. Vinum hic nascens cæteris cunctis in Judæa tota crescentibus ob bonitatem, & nobilitatem præfertur. Agez *Damascenus* rubeam terram, & adeò mollem, ut cera instar manibus tractari queat, possidet. Virtutem hanc habere dicitur, quod gestatores suos à venenatorum animalium morsibus, & offium fractura sartos tectosque conservet. Tota autem *Iudea* plurimarum arborum, quæ pistachia ferunt, est feracissima; mororum item alba mora ferendo prodentium, & ab incolis *Thut* appellatarum, quarum plenis suis foliis vestitarum rami mutuo nexi junguntur, ut bombyces impositi ex una in alteram arborem repant; denec tandem domunculis suis confructis se involvent sericea sua filia nere incipiant. Facile hoc factu in hac regione, quæ ob calorem continuum & siccitatem indefinitem serenitate perpetua fruitur, & pluviis autumbribus erebeis rarissimè inquietatur, cum è conerario in *Italia* idem fieri nequeat, & bombyces in ædibus contineri debeant, quandoquidem aëri frigidiori, pluviis, tonitruum fragoribus, & Septentrionalium ventorum flatibus expositi facilimè moriuntur. Mubar Sycomori, vel *Cypria* ficus, quibus plurimus in *Cypro* insula invenire est, per totum etiam Judææ districtum in conspectu sunt. Arbor nomine *Atsmoris* ab *Arabibus* indigena altitudine procera se figura terram attollit, ac foliis exornatur, ad morifolio rum similitudinem proximè accedentibus, & rotundiore tantum figura ab iis diferepantibus. Fructus cæterarum ficuum formam habent, dulciore tamen & gratiore sapore palatum mire delectant, quanquam stomachi concoctionem impediunt, & ea de causa graves, & aliquo pacto noxiæ sunt.

ÆGYPTI TURCICÆ PROVINCIÆ

Litus Golfo di Satalia Fluctibus obnoxium.

ÆGYPTUS. Faramia.

ÆGYPTI Turcicæ provinciæ litora furiosis *Archipelagi* fluctibus exagitata, à *Stanconi* ad *Menefter* provolvuntur, & frequentium locorum ornatu se efferunt. *Faramida* vel *Pharamida*, aut *Faramica* urbs non modo grandis, verùm etiam populosa, nonnullis aliis *Pharmis* quoque dicitur. *Tenere*, *Tenex*, aut *Tenes* oppiduli titulum gestat, & *Bereles* alius haud magni momenti locus est. Concta hac loca nominata, in *Ægypti* margine sedent, qui ab Orientali odio *Nili* fluvii *Ægyptum* totam in duas portiones ferè æquales secantis in orium ad *Palastina* fines Occidentales festinat, & termino hujus regionis Orientali finitur. *Nilus* autem *Africanis* aut *Ægyptiis* communi appellatione *Nil* vocatur. *Abyssini* hunc fluvium idiomate suo patrio *Abanbi*, id est fluviorum patrem nuncupare solent. *Nigritæ* seu *Æthiopes Tacu* nomine ab aius fluminibus ipsum discriminant. Undas suas primas derivat ex 2. stagnis aut paludibus magna aquarum latitudine diffusis, & in regno *Goyama Abyssinorum* Imperatori obedientiæ vinculo obstricti sita, quarum una *Zembre*; altera verò *Zaire* cognomento signatur. Peragrato *Abyssinorum* imperio magno, & *Nigritarum*, aut *Æthiopum* regione superatâ, postquam plurimorum fluentorum undique affluentium aquas congregavit, in 2. alveos distillit, ins infulam *Meroen* hodiè *Raule Bahe*, vel *Nenba* cognominato antiquum nomen obliterantem aquis suis circumfundit, eâque in unum alveum iterum collectas per *Nubiam* provinciam usque ad *Gianadel* montem cursu propero deducit. Hoc in loco cursus ejus infringitur, quandoquidem per præcipitem loci turpidam 200 pedes longitudinis sux mensurâ assequentis deveritam, strepitu ingenti, & murmure maris tempestate aliqua concitati & turbati frementem imitante, in *Ægypti* planitiem subjectam descendere cogitur. Descriptio Catarractarum à veteribus memoratæ prodita huic loco convenit: Eum incolæ *Cathadi* appellant, Arco vocabulo strepitum & fragorem aquæ lapsu in saxa illisa significant. *Nigritæ* sive *Æthiopes*, quorum regio montibus & cautibus præcipitibus referta est, navigiis suis *Barquen* nominatis secundo *Nilo* ulteriùs delendere non possunt, sed merces suas camelis impositas, 12. dierum itinere terrestri, per deserta & inculta loca, in civitatem *d'Asuan* in *Ægypti* finibus locatam, deportant, ubi naves mercimoniis, camelorum beneficio advectis, onerant, & secundo flumine descendentes in urbem *Cairo*, propter quam urbem fluentum hoc latitudinem suam unius milliaris spatio distendit, transvehunt. *Nilus* ipse postquam à *Cairo* civitate 16. vel 17. mill. intercapedinem dedescendendo emensus est, in duos primum alveos aquas suas dispertit, ac postea in plures canales dissectus, tandem aquarum suarum effugio novem ostia patefacit, per quorum hiatus marginem dilacerantes, accumulatas undas educit. Ex quibus sex majoris momenti quàm cætera in typo hydrographico delineata ordine illustrabimus. *Damiata*, vel *Damietta*, civitas amnis & dimidii milliaris disjunctione à mari segregata, sicu suo constituta est in ripa olim extimi, seu primi, per quod in Orientem converfum *Nili* prima in pelagus fit eruptio. Fluentum ferè totam aquarum suarum turbum, secundum civitatis longitudinem deducens, per effosum & circumplexu suo reliquam partem circundantem alveum, aliquam quoque undarum suarum portionem circumfundit, atque ità totam circumluit. Ferè tres quartas unius milliaris longitudine sua exæquat, sed latitudinem longè minorem complectitur. Alterum itidem laterum mœnibus quidem nullis munit, sed ædium junctura tantummodo claudit. Ædibus adjungantur amœnitate & pulchritudine excellentes horti, quos multis frugiferis arbos ribus consitos, variisque herbis exornatos, *Nilus* humiditatis suæ necessariæ participes facit. Post exitum dictum Orientalem & primum, mox duo alii hiatus patentes *Nili* aquis effugium largiuntur, quibus proximè succedit *Capo delle Brule* promontorium, sive apex, quem *Ægypti* extra omnem oram suam reliquam longillimè versus Septentrionem in mare Mediterraneum protollit. Quartum ostium sequitur *Rosetti* oppidum suo insigni, quæ civitas angulo eudam in mare procidduo injecta structuras elegantes, & 4 aut 3. turres cum castro *Nili* ripæ impolito ostentat. Flaentum grandi alveo civitatem præterfluem fusci coloris aquas in mare volutat. *Rhaschit* vel *Rasit* appellationeurbem *Turcæ* & *Arabes* communiter ipsam appellant. Mœnibus nullis contra vim aliquam munita est, sed ædificia ipsa non solum elegantia & artificiosæ structuræ ornata se efferunt, verùm etiam interiores suas partes auro & picturis pulchris exonant. Augusta palatia Nilo accumbunt, Locus vero situs ingentifpacio expansus mercatorum & opificum habitaculis lustinet. Templum etiam cernunt & amplissimum, & splendidissimum, cujus unâ janua dictum locum insiectat, altera vero ad *Nilum* conversa artificiolos

Damiata. C. delle Brule. Rosetti.

Biblioteca Museo Franz Mayer

gradus lapideos usque ad aquam demittit, quorum opera ascendere & descendere licet. Portus enim hic est naves mercatorias recipiens, quæ peque mercatorum ædes consistere possunt. Negotiationis & navigationis exercitio occasionem suggerunt varia aromata, Indigo, bubalorum coria, & aliæ merces, quæ in hoc navali navibus conceditur an alias regiones maritimo itinere migrant. Qua loco ab hac civitate in medium protenditur, mari grandiorem sinum intrudenti retractione sua locum cedit, & *Mady*, *Medy* nomine appellarum recipit, qui à fronte parva quadam insula obsidetur, atque interno suo gremio copiosas *Nili* per quinquium ostium erumpentes aquas congregat. *Capo de Becur*, vel de *Bechir*, aut *Bechieri* angulus est dicti æstuarii in Notoolibycum prostans, quod etiam cognomenti sui compos reddit, ut *Le Luc de Bechier* nomine vulgari utatur. Promontorium autem hoc *Capo de Becur* castro quodam coronatur, quod *Apobera* nomen fert. Maris inter promontorium dictum, & insulam ipsi æstuario præjacentem, undarum situm collutiones interponentis spacium navibus vela illac facere tentantibus, scopulis suis partim jugis suis aquæ superficiem superantibus, partim vero eadem aquarum cumulatis fluctibus abscondentibus, in discrimen haud parvum conjicit, quamvis *Turcarum* navigiis parva transitum non invideat. Transitus vero Borealem insulæ partem præterpredicens & profundus est, & nullius periculi conscius. A promontorio dicto litus obliquatione sua ad ultimum & extimum *Nili* effugium, quod in occasum sollis protenditur, declectit, & *Alexandriam* urbem illi adhærentem, in conspectum prodire jubet. *Scanderie* vel *Scanderia Turcicum* cognomentum usurpans, & in loco arenoso mari proximo sedem suam nacta, extensione longiore, & dilatatione breviore, lateribus quæ 4. situm quadratum oblongum format, ac 4. mill. circuitu magnitudinem inclusum circumscribit. Antiquis adhuc monumbus circumvallata incredibili fere numeri turribus eadem firmat, quarum 4. millia hodie numerari quidam affirmant. Quadrata figura surgentes quatuor contignationes comprehendunt, & integræ quidem hactenus manserunt, sed admodum infirmæ & debiles, machinarum bellicarum explosos globos ferre non possunt, quanquam earum quævis aliquot centum milites capere possit. Cæterum crebris & magnis ruinis fœdata civitas pauca loca integritatem pristinam conservantia, quæ inquilini *Xeraber* cognomento indicant, commonstrare valet. Vetus urbs fere tota incolarum expers est. Omnia ædificiorum fundamenta multas excavationes & cisternas fornicatas complectuntur, quæ aquam pluviam illapsam recondunt, & marmoreis columnis comprehenduntur. Nova civitas, quæ à *Gallis* mercatoribus *le Plan d'Alexandrie* cognomentum accepit, aliquanto amœnior plano loco incumbit, lævum suum latus *Portu Vecchio*, id est veteri portu claudit. Hujus nullus jam alius usus est, quàm quod triremibus & aliis ejusmodi navigiis, quæ *Galiottes* nomine utuntur, stationem præbeat. Nisi hæc civitas longitudinis suæ propagationem in litore maris vicino exporrigeret, & portus sui commoditate opportunissima, quâ omnes naves Ægyptum velificando petentes ad se allectat, non uteretur, & situs ab ostio Nili sub urbe *Rosa* alveum emittentis adeò opportunus, & ad navigationem, ac negotiationem tam habilis redderetur, certè ob aëris intemperiem insalubrem ab incolis plane desierta & inculta maneret. Quatuor portis capitalibus, & latinis ferreis obductis exitum & introitum custodit. Orientalis prospectum sium in *Nilum*, & versus *Cairo* civitatem prospicit. Occidentalis patet iis, qui ex urbe in magnum desertum *Barca* regionis profectionem suscipiunt. Meridionalis ejusdem *Papa* porta appellatur, & paludi *Elbuchiera*, vel *Buchiara*, quæ veterum memoria *Mareotis* appellata, dimidii milliaris diverticulo ab urbe abest, è regione obsidit. Quarta ad mare conversa Maris porta cognominatur. Portuum efficit æstuarii dilatatio interna, in quod mare per angustum introitum fluctus suos immittit. Eum complectuntur apices duo rectà oppositi. Orientalis nempè, & Occidentalis, quos duo castra forti operum constructione impetus hostiles amolientia, & *Farillon* nominata posidient, ut & portui & introitui defensione sua præsto sint, & inimicorum vires avertant. Aquæ penuriam in iis existentem cameli quotidiano labore aquam ex cisternis urbis advehentes sublevant. *Majus Farillon* occidui apicis onus, quod *Farillon* cognomentum aliud etiam sibi familiare usurpat, & magnitudine & fortitudine altero potius est, atque muris ac turribus cingitur, ac *Fanal* sive turrem incendiarium continet. Alterum *Castelletto* quoque dictum minus & debilius, prioris defensionis tamen munere etiam fungi potest. Utrique autem expositus adeò propinquus est, ut navis aliqua violento introitu portum ingressura vires defensionis hujus mox experiatur, & periculum vitare non possit. Civitatis ædes tectis planis operiuntur more ædificiorum Orientalium omnium, adeò ut in ipsis tectis æquè ac in plateis deambulare, & nocturno tempore auram frigidiorem capere liceat. Tota ipsarum structura fornicibus & arcubus grandibus, columnisque marmoreis innititur, sub quibus cisternæ, & receptacula aquas ex *Nile* derivatas recipiunt. Exfluvio enim illo intra civitatem *Foam*, veteres *Ægyptii* canalem aut alveum in urbem *Alexandriam* deduxerunt, per quem aqua sub mœnibus in urbem ipsam influit, & omnes cisternas replet, quo medio aquarum penuriæ ex pluviarum raritate, & regionis siccitate ortum trahenti obviam est itum. Incivitate 3. parvi montes *Mons Testatio* in urbe Roma haud dissimiles se attollunt, in quibus multa vasa terrea figulorum artificio olim confecta inveniuntur. Duo obelisci propter vetus palatium vetusti splendoris insignia monumenta, oculis subjiciuntur. Uterque ex unico marmore Thebaico colorem cinereum obtinente paratus, 100. pedes altitudini suæ adscribit, ac 8. pedes latitudine sua complectens, 2. aut 3. colores præcipuo colori dicto admiscet. Pompei columna marmore integrum rubro colore pingitur, atque altitudinis suæ mensurâ 108. pedes assequitur, latitudine verò quadrata 28. pedes conficit. In rectum statum composita montem occupat quarta milliaris unius parte ab urbe *Alexandria* remotum, ex quo in paludem *Bouchiare* palus sus circumfepta, mare ipsum propinquum, & magnam regionis circumsidentis portionem prospectus apertus patet. Tandem Alexandriam subsequuntur *Menuser*, & *Torre del Arabes*, aut *Tour des Arabes*, id *Arabum* turris cum *Golfo della Arabia Secca*, quem in ultimis his *Ægyptii* litoris finibus mare in terram injicit.

Scanderia.

Mady.

C. de Becur.

Apobera.

Alexandria.

Ægyptus aër prava malignitate perfusus insalubris & noxius est propter intensissimum calorem, & pluviis rarissimas, defectus duos, qui hanc regionem, & afflignt. Mense enim Decembri bis aut ter quotidie tenues & parvæ pluviæ, quæ potius cum rore matutino comparandæ sunt, ex aëre in terram decidentes vix unam aut alteram horam durare solent. Idem & Septembri mense usu venire perhibent, quo similes parvas pluvias aër dimittit. Plurimis morbis incolæ sunt obnoxii, culpam calori quidam adscribunt, alii verò in bubalorum carnem, & caseos nimis salsos, conferunt. Secundum quorundam opinionem pluviæ circa *Damietam*, *Rosetti*, & in reliquis locis finitimis decidentes fordibus & imputritatibus suis aërem liberant, & immunem reddunt. Morbi in *Ægypto* dominium obtinentes, sunt cathari, recondium tumores, febres ut plurimum Aprili & Majo mensibus tyrannidem suam exercentes, & pestis quæ singulis septennüs in maxima illa urbe *Cairo* tam vehementer grassatur, ut interdum 12. hominum millia,

Natura, & proprietas.

Morbi.

Peste.

aut 20. ut alii referunt, 24. horarum spacio, mortem opperant. Decembri, Januario, Februario, & Martio mensibus furor ejus est vehementissimus. Solle caloris sui incrementa sumentes vires amittit, & eodem librum cœlestis signum ingrediente, quod ♍. Augusti contigit, violentiam suam redintegrat, & tamdiu durat, donec Sol Leonis affrum attigit, quod tempus in medium Junium flyli veteris, & in finem ejusdem brevis secundum flyli novi supputationem incidit. Quandoque unius anni spacio contenta furorem remittit, & nonnunquam 3. annis continuis sine intermissione trucidandis mortalibus vacat, & post illos 4. annos toros quiescens non animadvertitur. Lues quoque Venerea multorum corpora luxuriosa invadit, & oculorum inflammationes affluantes adeò sunt frequentes, ut vix tertia incolarum pars ab hoc morbo immunis esse credatur. Hyberum tempus in Decembrem, Januarium, & Februarium mensès incidens, frigus aut glaciem nescit. Aprilis & Majus ventorum flatus advehunt, febribus adjunctibus mortalium corpora affligentes. Fructuum suorum maximam partem sub Hyemis initium circa *S. Andreæ* festum; quando *Nilus* temperata exundatione margines suos excedit, seminando terræ insperguntur, aut etiam citius, & maturius, si *Nilus* incrementum minore altitudine aquas effuderit; unde etiam fit, ut Februario adulto aut exeunte fructus suos colligant. De causis hujus incrementi veteres mira fabulati, in diversas & varias abiere sententias, quarum recensione instituti nostri limites egrederemur. Hodierna experientia, & regionum investigatio, fedula certo indicat, augmentum hoc ex duplici causa proficisci, & partim ex pluviis prodire; quæ in *Æthiopia*, mense Aprili initium facientes, 5. mensium spacio indesinentes aquas ex aëre in terram præcipitant, partim verò ex pluvimis ejusdem regionis palusibus, flagnis, & fluminibus, tunc temporis aquas majore copia affluentes, & ex montibus effusas recipientibus, & *Nilo* iterum communicantibus manere. De incrementi tempore habitatores sequentia referunt. Cum Sol Cancri astrum in Dodecamorio notissimum ingreditur, *Nilus* incrementi sui initium facit; Mense Augusto summam accrescendi metam attingit, & cum September advenit, aquas in alveum suum consuetum recolligere incipiens decrescit. Terra fertilitatis luxuriæ tanta excellit, ut incolæ pinguedinis temperandæ causa arenam quandoque admisceant. Nisi focunditæ & otii municipia incolæ effecent, binis mensibus quotannis horrea dispenderent, & frumenti duplice fructu gauderent, quem morem tamen in leguminibus terræ mandandis, & bis iterum colligendis observant. Solum totius Ægypti optimum pinguissimum, & fertilissimum judicatur, quod eam hujus regionis partem attingit, quam antiqui *Thebaidem*, & hodierni *Said* nuncupant. Altera pars *Errif* nomine focunditimæ feracitatis laudem frumento & fructibus copiosè ex gremio suo deprompendis hæc meretur, quanquam loca quædam habet arenosum solum solum sterilitatis accusantia, qualia circa *Alexandriam*, & alibi reperiuntur. *Elbeehira* provincia cæteris fertilitatem suam jactantibus etiam annumeranda, præcipuè verò earum partium quæ *Nilum* contingunt, ratione. Quà autem regio hæc *Damietam* & *Syriam* versus protenditur, nec mœnitibus distinguitur, nec palusdis, & uliginosis locis contegitur, sed campis continuitur, nil nisi planiciem arenosam continentibus, per quos *Esbita*, sive rabellaria pedites, quibus literæ ex urbe *Cairo* in *Syriam* pedestri itinere perferendæ sunt, iter facientes singulis diebus 12. aut 14. milliar. *Germanica* absolvere possunt. *Bouchiara* lacus, *Suez*, & *Bucchia* in arenoso solo sedem habent. Regio *Alexandria* contigua oryzæ, hordei, farris, & omnis generis leguminum proventu largo gaudet. *Rosetti* tractus terræstris oryzam nutrit non quidem albo, sed rubro colore tinctam, quo etiam illam imbuitam esse prædicant, quæ in *Damiata* urbis regione confini nascitur. In campis *Cairo* urbem

Hyems.

Solstitii tempus.

Nili incrementum.

Terra.

Frumentum.

circumentibus pulcherrimum frumentum demetitur. Paludis *Bouchiare* margines & *Alexandriæ* urbis tractus frequentissimas palmas emittunt. Toetus verò Ægypti solum ubique obducitur arboribus, quæ *Musæ*, *Musei*, vel *Mouffei* nominibus apud incolas innotuerunt. Fructus magnitudine cum ovo convenit, & cortice seu cute vestitur, quæ similitudine cum ficus putamine congruit, viridi colore crescendi initium facit, qui successu temporis in flavum transit. Sapor dulcis est, & odor fragrantissimas rosas æmulatur. Stomacho tamen non admodum conducit. Cannæ ex quibus succus sacchari, ut ex uvis expeimitur, tanta multitudine ex terra crescendo emergunt, ut instar silvarum terram passim operiant. Multitudine admirabili offenduntur tamarindi, cassia purgans, citrulli in via ab urbe *Cairo* viatores *Damascum* ducente, sycomori, sebesten in campis *Boulac* urbi contiguis, ac in tota Ægypto mala punica dulcia & acidi saporis, ex quibus vinum simul granatorum nobile conficitur, mala citria, aurea, ficus, cerasa & multi alii fructus, quos nostrates agri ferre nesciunt. E contrario huic regioni Ægypto deficiunt quercus, nuces, coryli, & plures aliæ, quarum nostræ regiones *Europæ* feraces sunt. Nec populi reperiuntur, sed è contrario infinitæ myrti, & rutæ quædam species, *Hermale* incolis dictæ, cujus fumo accenso corpus suum singulis mane imbuentes Turcæ, Æthiopes, & Arabes persuasum habent, quod malos & hostiles spiritus eo pacto abigere, & à se removere possint. Arbuscula etiam quædam *Alcanna* nomine, ad mali Punicæ altitudinem excrescit, cujus folia exsiccatis color flavus panno & aliis rebus inducitur. *Bisch*, alias *Napel*, radix magnitudine raphanum imitatur, ac iis, à quibus manducatur, astuosum fervorem in ore excitat. Cæterum ex iis, quibus Ægyptus indiget, haud postremum est vinum nobile, & cultura ejus ex regione hac in exilium ejecta, ità ut vinum ex *Candia*, *Cypro*, *Libanomonte*, *Zante* & *Zefalonia* insulis, imò ex Italia ipsa advehendum sit. Hortorum, qui *Nili* margines non occupant, sed alibi situm sortiti habent, cultura, molestus & difficultatibus majoribus obnoxia est, siquidem aqua rotarum à bobus mortuum beneficio ex *Nilo* hauriendæ & in campos, & hortos humectationis gratiâ derivandæ est. Frumentum limo, vel luto ficco inspergitur, ac postea cratibus dentatis occando tegitur. Quandoque etiam usu venit, ut aut mancipia, aut boves, & bubali aratris jungi terram proscindant. Ægypti animalia sunt buball, boves, vaccæ, cameli, equi, asini, capræ, oves, & verveces admodum grandes, & pingues, quibus cauda valde crassa, & adeò longa, ut in terram demissa sit, adhæret, & nigra lana amicitur. Quatuor homines multi cibi, una vice ejusmodi cauda satiari posse ajunt. Imò inter eas reperiri perhibent, quæ 40. librarum pondus habent. Carni bubulæ, caprinæ, & verveccinæ aut ovillæ in Ægypto tota fere pars adeò gratus & jucundus ineft, ut qui carnes ejusmodi gustarunt, eas satis laudare non possint. Capearum Silvestrium, quarum nomen *Gazelles* inter incolas tritum est, maxima copia ubique se exhibet. Gregatim loca silvestria pervagantes globis ab incolis interimuntur. Hæ veterum *Oryges* esse existimantur. *Cynocephales* Simiarum quoddam genus nomen vulgatum à caninis capitibus accerit. *Ichneumon* animal magnitudine & fortitudine canum antecedit, & assectationis usu adeo cicur redditur, ut cahis aut cati munia in ædibus obeat, glitibus, maribus, serpentibus, lacertis, ranis, avium & gallinarum pullis vescitur. Munditiei studet, & in rapiendo singularem astutiam & callidıtatem adhibet, & tim animosum est animalculum, ut etiam magnis canibus se opponere audeat, & catum aliquem deprehensum facili negotio vitâ privet. Rostro suo in acumen longius desinente sibeum vel casseum refert, sed barbâ aut mystacibus caret, ac à Crocodilo capitali odio diffidet, adeo ut in ventrem ejus irrepat, & eum rodendo perterebret. Crocodili fluminis *Nili* frequentes sunt in-

Natura.

Animalia.

Biblioteca Museo Franz Mayer

colæ. Chamæleon in terra colorum suorum mutatione mira ludit.

Commercia. Commercium sequens datur descriptio. In *Cayro* urbe incredibili studio & contentione habitatores negotiationes tractationi incumbunt. Monetæ in usu collocatæ sunt *Mesydin*, *Zeqnin*, *Sultanini*, & *Seraf*, ex quibus tres posteriores idem cum Ducato nostro pretium servant. Ultima tamen cæteris 2. aliquanto vilior est. *Ægyptii* maximam oryzæ vim divendunt, quam tamen sine magistratus *Turcici* permissu exportare non licet. *Alexandria* struthio-camelorum pelles, & plumæ ex *Abyssinorum* regno allatæ magnâ copia venum exponuntur, ut & facci flavo succino repleti. In urbe *Cayro* tamarinda venum prostant: fonum ibidem est mancipiorum in quo Æthiopes tam masculini quam fœminini sexus venundantur. Summum eorum pretium ad 10. ducatos ascendit. *Christianos* tamen hu-

jusmodi mercaturæ usus interdictus est, adeò ut ex ipsis pœnam incurrat, qui mancipium tale pecuniâ sibi comparat. Cæteræ in hujus urbis foro venales merces sunt vasa porcelana innumera, parmi argenteis & aureis filis mixti, aromata varia, margaritæ, lapides pretiosi, lindon, linum tenuissimum, & moschæ aliæ similes. *Reperti* urbs etiam grandi commerciorum exercitatione locupletatur. Omnes enim merces *Alexandriâ* advectæ hoc in loco aliis navigiis imponi solent. Inter præcipuas sunt piper, crocus, zibethum, lapis Bezoar, & plura mercimonia raritate & dignitate excellentia. *Kali* herba siccando humore suo privata in ligni locum succedit, & foco inservit: cineres vero combusti summâ diligentiâ colliguntur, & *Venetias*, atque in alia loca transmissi negotiationis grandis occasionem offerunt. Arboris Alcannæ folia in pulverem redacta, & navibus injecta, *Constantinopolim* mittuntur.

BARCÆ PROVINCIÆ TURCICÆ

Extremitas Maris Mediterranei rabiosas undas sustinens.

Barca. BARCÆ Provinciæ Turcicæ extremitas Archipelagi furoribus obnoxia à *Golfo delli Arabia* finit, & Ægyptiorum litorum termino usque ad *Capo Ruxatim* promontorium insulæ *Candiæ* apici in Occidentem solem provecto ferè è regione respondens profectione sua pertingit. In litoris tractu sita loca sequenti pacto descripta exhibemus. *Capo Caroberia* promontorium margini præfinitum; *Ripe albe*; *Capo Darasso*, vel de *Raxa* angulus ex litore in pelagus prosilus; *Lago*; *Porto Daraza*, vel de *Raxa*, navale promontorio affixum; *I. de Caleria* proximè litus ex aquis extans insula; *Lago Segio*; *Lagosi*, vel *Lagaxi*; *Porto Alboin*, vel *Alberton* grandis complexus & miræ securitatis navale, quod hoc tempore nomine *Porto di Sadoun* etiam utitur; *I. de Cavadi* litori præjacens insula; *Cavbo*, vel *Corto*; *Salomef* portus; *Casales*; *Porto de Romeda* navium statio; *Porto Salomon* vel *Astofalomar*, aliud navium receptaculum; *Capo Lacho* promontorium cum vico *Lacho*, à quo ipsi nomen impositum; *Porto Trabicho* navibus commodum diversorium; *I. Bomba* antè sinum in quo *Patriarcha*, & *Schogi di Gualdi* cernuntur, consistens insula; *Salmes*, ubi sal colligitur, & *Capo Ruxatim*, vel *Arraxaltim* aut *Raxaltim* apex in mare pro-

C. Ruxatim. minens.

MESRATA TURCICA PROVINCIA

Oppugnantes Maris Mediterranei Fluctus margine suo oppositio repellens.

Mesrata. MESRATÆ *Turcicæ* provinciæ tractum litoralem *Capo Ruxatim* promontorium à se dimittit, ut ulteriùs excurrens apud *Portu Sabia* Syrti majori accumbentem locum finem sinum inveniat. In litore sequentia loca obtendantur; *Tonara*; *Forceli*, vel *Folvelli*; *I. de Gras* insulæ nonnullæ admodum exi-

Bonandria. guæ litori præstratæ; *Bonandria* civitas navalis occasione negotiationi studens; *Capo de Bonandria* promontorium lateri Orientali finus, in cujus margine dicta civitas locatur, adjacens, & ab eadem urbe denominationem suam sumens; *Mersa Suche*; *Dorra*; *I. Asanes* Orientali sinus cujusdam apici præcincta insula; *Capo Rasate* promontorium quod nonnulli *C. Ruxaseen*, quidam *C. de Carena*, alii *Chaffeau d'Araz Anseen* appellari consentiunt, in pelagus excurris angulus; *Longisaria*, vel *Longisana*; *Zadra*; *Talemeta*, vel *Telemeta*; *Tocora*, vel *Trocara*; *Praja*; *Berfine*, *Bernicho*, *Bernic*, vel *Berbie* civitas; *Teymen*, *Mellher*; Fluenti *Milel* ostium; *Carena*; *Carcanella*, *Sarabarra*, *Cambra*, vel *Camaria*; *Zeara* vel *Zaara*; *I. d'Ogisia*, vel *Isle d'Oiseaux* insula, avium insula, quarum ferè milliare Germanicum à continente abest. *Saline*, vel *Salines*, *Stagon*, *Beyda*, & *Pointe de Sabia* pone eiusdem appellationis portum. Hujus provinciæ habitatores diviriis pollent, & cum *Europæi* populis mercaturam exercent. Merces enim de ipsa emptas in *Abyssinorum* regno cæterisque finitimis regionibus vendendo, distrahunt, & mancipia, zibethum, moschum, ac similia mercimonia inde in suam regionem reportant.

MECELLATA TURCICA PROVINCIA

Mediterranei Maris Fluctibus insurgentibus Litoris sui oppositu occurrens.

Mecellata. MECELLATA, vel *Mesellata*, ultima in hoc latere hactenus illustrato provincia, litus suum inter *Pointe de Sabia* Syrti majori oppositum promontorium, & alterum *Capo Mezzurata* in oppositis finibus sinum interjicit, & sequentia loca marginc suo maris undas hauriente complectitur: *Golfo de Sidra*, & *Golfo de Tuni*, binos in litore excavatos sinus, *Numi*; *Locenda*; *Santores*; *Capo de Sorta*; *Cacur Seitom*; *Capo la Lorat*; *Celbene*; *Selmar*; *Casar Mahomet*; *Capo la Succa*, & *Capo Mesurata*, vel *Mesrata Capo Mo-*

promontorium, quo *Syrtim* majorem, cujus appellationis *les Secches*, ou *Bancs de Barbarie* apud *Gallos* trita & nomen *Barbi de Barbaria* apud *Hispanos* in usu collocatum est, finiente hanc posteriorem Orientalis in mari Mediterraneo portionis typum hydrographicum cum illustratione sua terminamus. Incolæ hujus provinciæ ampliffimas formamas podidentes palmis & oleo affluunt.

Residuorum in Maris Mediterranei altera portione, Orientali nempè, locorum litoralium Distantiæ.

Paro, & *C. Sidero Cefalonie* insulæ angulus Occiduus	
Stellar. 25 vel 26	
Cefalonia angulus Australis, & insulæ *Zante* apex Septentrioni obstitens	3 vel 4
Zante insulæ cuspis Orientalis, & *Strafforda* vel *Strazula* insula	5
Zante insulæ promontorium Eoum, & *Predon* vel *Predeno* insula	10
Zante insulæ angulus Eous & *Sapienza* insula	14
Strafforda, vel *Stravadi* insula, & *C. Sapienza*, sive Angulus propter *Modon* civitatem	8 vel 9
Sapienza, & *C. Matapan*	10 vel 11
Venetico, & *Coron*	8
Coron, & *Vitulo*	5
Vitulo, & *Capo de Matapan*	4
C. de Matapan, & insulæ *Cerigo* finis Borealis	9
C. Matapan, & insulæ *Cerigo* in Notolibycum cxiens angulus	10
C. de Matapan, & *l'Ovo* anguli in insula *Cerigo* in Notapelioten procurrentis lateri Meridionali præjacentis insulæ	10
l'Ovo, & scopuli *Gli Dui* ad Septentrionem	3 vel 4
Insulæ *Cerigo* cuspis Australis, & *Dragonieri*	2
Dragonieri, & *Cabode S. Angelo*	5
Insulæ *Cerigo* exitus Borealis, & *C. de S. Angelo*	5
Serigotto, & *Dragonieri*	7 vel 8
Serigotto, & *Capo de S. Angelo*	11
Capo de Matapan, & *Serigotto*	15 vel 16
Cabo Sidero Cefalonie promontorium, & *Cabo Maria*	12
Cabo Sidero, & *Cabo Colomne*	24
Cabo Sidero, & *Passaro*	70
Zante insula, & *C. Passaro* in *Sicilia*	70
Sapienza insula, & *C. Passaro*	70
Cabo S. Angelo, & *Bella Pola*	7 vel 8
Capo S. Angelo, & *Caravi*, vel *Maravevi* scopulus	6
C. S. Angelo, & *Falconera*	9 vel 10
C. S. Angelo, & *Antimollo*	13 vel 14
C. S. Angelo, & *Milo*	12
C. S. Angelo, & *S. Jorge d'Arbora* vel *Cardinelo Hoede* insula	18 vel 19
C. S. Angelo & sinum inter *Zeam* ac *Macronisi* insulas dividens	22 vel 23
C. S. Angelo & spacium inter *Serfou*, & *Sifanto* insulas intercedens	27 vel 28
Caravi, & *Belligola*	3
Caravi, & *Falconera*	4
Caravi, & *Annanea*	5 vel 6
Caravi, & Angulus insulæ *Serfou* Asctous	10 vel 11
Falconera, & *Bella Pola*	6
Falconera, & *Milo*	4
Falconera, & *Annanea*	3 vel 4
Falconera & apex insulæ *Serfou* Borealis	7
Antimollo, & *Bella Pola*	9 vel 10
Antimollo, five insulæ *Milo* portus, & *S. Jorge d'Arbora* sive *Cardinelo Hoede*	11 vel 12
Antimollo, & cuspis insulæ *Serfou* Borealis	5 vel 6
Antimollo, & insulæ *Serfou* exitus Orientalis	3
Antimollo, & insulæ *Sifanto* terminus Australis	5 vel 6
Antimollo & finis insulæ *Sifanto* in Borrholibycum exiens	3 vel 6
Antimollo, & Australis insulæ *Tino* extremitas	16 vel 17
Prasonisi, & *Annanea*	3
Milo, & *Sira*	12
Serfou insulæ acumen Orientale, & *Sira* insulæ terminus Australis	7 vel 8
Serfou insulæ ostium Occiduum, & *S. Jorge d'Arbora* vel *Cardinelo Hoede*	6 vel 7
S. Jorge d'Arbora, & insulæ *Zea* portus	4
Zea & Caballis inter *Andrium* & *Negro ponte* insulas intersectus	7 vel 8
Zea insulæ angulus Septentrionalis obtusus, & *Sura* sive *Trava*	5 vel 6
Seguinon Serfou & *Sifanto* insulas disjungens & insulæ *Sira* cuspis Australis	7
Tino aut *Aviconar*, & insulæ *Sie* angulus Meridionalis ad Cæciam	10
Andria insulæ Borealis, & *Sie* insulæ Australis cuspis	13
Andria insulæ Borealis exitus, & *Calogero*	5
Insulæ *Sie* exitus Borrhapelioten adversus, & *Ipsera*	3
Ipsera & *C. Sigeri* occiduum insulæ *Metelino* promontorium	6
Insulæ *Sie* vel *Chio* angulus in Borrhapelioten abiens, & C. vel *Porto Sigeri* insulæ *Metellino* portus	7
C. Calaberro, & *Porto Sigeri*	3
Transitus inter *Sie* & *Aguate* ac *Porto Iera*	6 vel 7
C. Calaberro, & *Porte Iera*	5 vel 6
C. Calaberro, & *Fogie Vecchia*	7 vel 8
Angulus propter *Fogie Nova*, & *Porto Iera*	5 vel 6
Fogie Nova, & *Fogie Vecchia*	3
Fogie Vecchia, & angulus insulæ *Metellino* in Borrhapelioten projectus	4
C. Sigeri, & *Babahora*	3
C. Sigeri, & *Cavadi*	9 vel 10
C. Sigeri & locum *Andrium* & *Negro ponte* insulas dirimens	20
C. S. Ian Battista, & *C. Passero* in *Sicilia*	106
C. S. Ian, & insula *Sapienza*	31 vel 32
C. S. Ian, & *C. de Matapan*	31 vel 32
C. Spada, & *C. Malea*, vel *S. Angelo*	12
C. Spada, & *Milo*	16
Candia civitas & *Milo*	16
C. S. Ian & *Gosa*,	5 vel 6
Gosa, & *Malta*	6
Gosa, & *Alexandria*	100
Capo Salomon insulæ *Candia* extremum acumen Orientale, & *Capo Rassa Cypri* insulæ promontorium in occasum vergens,	68
Scarpanto insulæ acumen Eoum, & insulæ *Rhodi* apex in Notapelioten protrusus,	12 vel 13
Insulæ *Rhodi* terminus in Notapelioten provolutus, cui *C. Traguillo* nomen est, & *Castel Rosso* in Natolia oppositio litore	22
Castel Rosso, & *Capo Rassa* Cypri promontorium occiduum	35
Babahora, vel *C. Maria*, & insulæ *Lemno*, vel *Stalimene* cuspis in Notapelioten terminata	7 vel 8
Babahora, & *Asfirati* insula ad Mesocorum	9 vel 10
Babahora, & *Embro* ac *Samandrachi* insulæ	12
Babahora, & *Tenedos*	6
Tenedos insulæ extremitas in Borrhapelioten acuminatum, & *Fretum Constantinopolitanum*, seu Hellespontus	2
Insularum *Tenedos*, & *Lemno* apices in Notapelioten prominentes	7
Tenedos, & *Capo Sigeri*	10
Insulæ *Lemno* apex Notapelioten obtuens, & *Asfirati*	3
Lemno insulæ acumen Notapelioten obvium & *Embro* aut *Samandrachi*	8 vel 9
Idem insulæ *Lemno* apex, & *C. Sigeri*	3
Tenedos insulæ finis occiduus, & *Mavares* insulæ	3
Mavares insulæ & *Samandrachi* insulæ terminus in occasum definens	5
Hellespontis ostium & *Monte Santo*	17
Hellespontis os, & insula *Lemnos* seu *Stalimene*	8

Biblioteca Museo Franz Mayer

Hellespontus & Samandrachi insulæ extremitas in occasum provecta 5 vel 6
C. Ienezari & Dardanelli sive castra 3
Dardanelli sive castella, & *Lage hoeck* 1
Lage hoeck & Galipoli 5 vel 6
Galipoli, & angulus propter *Marmora* Borealis 6 vel 7
Insula *Marmora & Constantinopolis* 17
Radolito angulus, & *Constantinopolis* 17
Capo Baffo, & *Capo de Gata* in *Cypro* 14 vel 15
Angulus propter *C. de Gata* Orientalis & *Limosol* 3 vel 4
Limosol, & angulus in latere Australi juxta salinas è litore emergens 8 vel 9
C. de Gata, & *Lage hoeck* ad latus propter Salines Austrinum 10
Lage hoeck aut *C. Chitti & Salines* 2
Salines, & *C. Grega* 5
C. Grego, & angulus Austrino lateri Sinus *Bay d'Alexandrette* præfixus, cui *C. Porcis* nomen est 24 vel 25
C. Grego, & *Tripoli di Soria* 20
Salines, & *Baruti* 28
Salines, & *Sidon* 30
C. Grego & Iaffa 40
C. de Gata in *Cypro*, vel *C. Blanco*, & *Alexandria* 60
Angulus in Sinu *Bay d'Alexandrette* in Austrum se inclinans & *Tripoli* 27 vel 28
Tripoli, & *Baruti* 10 vel 11
Baruti & Sidon 5
Sidon, & *Sur* vel *Tyro* 5
Tyro, vel *Sur*, & *C. Blanco* 3
C. Blanco, & *C. de S. Margriet d'Amene* sive Angulus *Carmel* 4
Angulus *Carmel*, & *Castel Pelgrin* 3
Castel Pelgrin, & *Casarea* ferè 1½
Casarea, & *Iaffa* 5
Iaffa, & *Scalona* 10
Damiata, & *Capo Brule* 7 vel 8
Capo Brule, & *Rosetti* 4 vel 5
Rosetta, & *Apokera*, vel *Capo Becur* 3
Apokera, & *Alexandria* 3
Alexandria, & *Gosa Candia* insulæ apici occiduo adjacens insula 100
Alexandria, & *Malta* 200

FINIS.

INDEX.

Tabularum Geographicarum & Hydrographicarum

QUÆ IN

ORBE MARITIMO,

Qui est Atlantis

TOMUS QUINTUS,

continentur.

Tabula Anemographica, sive Compassus. Fol. 37
Poli Arctici & Regionum sub eo sitarum descriptio. 45
Mar del Nort, sive Magnum Mare Septentrionale. 48
Insulæ Cuba, Hispaniola & Jamaica cum Insulis circumjacentibus. 55
Insula S^t. Juan de Puerto Rico & Caribes, vel Canibalum Insulæ. 57
Belgium Novum, Anglia Nova & pars Virginiæ & Novæ Franciæ. 59
Mar d'Ethiopia, sive Magnum Mare Æthiopicum. 61
Brasiliæ Regni Capitaniæ quatuor, nimirum de Rio Grande, de Pariba, de Itamaraca, de Phernambuco. 65
Capitaniæ de Cirii & Pharnambuco. 74
Mar d'India seu Magnum Mare Indicum. 77
Insula Zeilan, olim Taprobana. 85
Sinus Gangeticus, vulgo Golfo de Bengala. 87
Insula Borneo. 93
Insula Sumatra cum Insulis & Locis circumjacentibus. 95
Insula Java, cum Insularum circumjacentium parte. 97
Mar del Zur, sive Magnum Mare Pacificum. 99
Polus Antarcticus, cum Regionibus subjacentibus. 115
Finmarchiæ, Lappiæ, Russiæ, Novæ Zemlæ & Spizbergæ Littora. 123
Fretum Waygats sive Nassovium, Nova Zemla & Samojedarum Terra. 132
Regio Spitsberga cum Sinibus & Promontoriis. 137
Insula Joannis Mayen cum Sinuum & Promontoriorum situ. 139
Groenlandia cum Locis Circumjacentibus. 141
Mare Balthicum, cum locis suis Maritimis. 145
Mare Germanicum, seu Maris Magni Septentrionalis pars, quæ Germanam & Angliæ portionem alluit. 161
Galliæ Regni oræ Maritimæ Boreales & Angliæ Australes, quæ Canalem complectuntur. 185
Regnorum Galliæ & Hispaniæ Litora Magno Oceano Occidentali contermina. 203
Mare Atlanticum, quod inter Cabo S. Vincente Hispaniæ & Cabo Verde Africæ Promontorium oras terræ versantes alluit, ac Canarias C. Verde & Flandricas Insulas undis suis circumfluit. 211
Insulæ de Cabo Verde, Belgicè *De Soute Eylanden*. 217
Mare Mediterraneum, cum omnibus, quas comprehendit, Insulis, & Europæis, Africanis & Asiaticis Litoribus, quæ undis suis humectet. 219
Insula Melita, vulgo Malta. 249
Maris Mediterranei Tabula Hydrographica posterior. 263
Jadera, Sicum & Ænona, vulgo Zara, Sebenico, & Nona cum adjacentibus Insulis in parte Dalmatiæ Boreali. 277

Biblioteca Museo Franz Mayer

Biblioteca Museo Franz Mayer

Biblioteca Museo Franz Mayer

Biblioteca Museo Franz Mayer

Biblioteca Museo Franz Mayer